¶ Secundo arguitur. aliquis est baptizatus baptismo fluminis ante prolationem illorum verborum: ergo illa forma nō est necessaria. cōsequentia claret. probat antecedēs. Si inter ꝓferēdum ego te baptizo in noie patris &c. puer moriatur, est baptizatus: postq̄ non est defectus ex parte pueri, parentum, vel ministri. ¶ Et cōfirmatur circa materiā. aqua non requirit. qd ꝓbo. quia nec quarta aquę nec pinta: & sic de quacūq; aqua. Si dicas. ista parua copina requiritur. Contra: per aliā copinā possum baptizare: ergo illa nō requirit: & sic de qualibet alia argumētabor. ¶ Ad scdm dicit q dā in secūda pte cōpendij theologię Credit q̄ talis plene est baptizat⁹: qa tūc summus sacerdos supplet qd minister supplere nō potuit. Cōtra illud arguo sic. Si ꝓlato isto termino pris puer esset baptizat⁹, nō esset opus residuū ꝓferre quātum ad necessitatē sacramēti. consequens est cōtra dicta & contra oēs. Itē pari rōne in ꝓlatiōe solius primi termini esset baptism⁹. Ideo dico q̄ non est baptizatus: qa ibi est defect⁹ ex pte pueri qui nō est. Reperio Hugonem de sancto Victore dubitare de illo qui vult baptizari: & nō baptizatur: an sit salu⁹: & cōsuluisse sup hoc sanctum Bernardum, qui ei ꝓfunde in hoc respondebat. Adult⁹ qui vult baptizari & nō pōt habere aquā vel ministrum, sic decedens est saluatus. Ad auctoritatem Christi. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. hoc concedit. ex quo nō habes: q̄ nemo est saluatus nisi baptizat⁹: qđ bene conuincit ex responsione Christi. Qui vero non crediderit condemnabit. non dicit baptizabitur: saltē baptismo aq̄: qa tales baptizant baptismo fluminis. De paruulis dicit. Damnāt i noua lege nisi baptizētur. vide beatum Bernardum in epistolis: in epistola ad Hugonē de sancto Victore. Sed tali non cōfertur tanta gratia quāta adulto baptizato: cum ratione rei operatę nihil ei conferatur. ¶ Circa confirmationem pono ꝓpositiones. Prima est. nulla aqua requirit ad baptismum. patet per contradictionē & ascēsum: & semp loquor lege stante: de potētia dei absoluta non est quęstio. ¶ Secunda ꝓpositio: nō requirit aqua ad baptismum. hęc ꝓpositio differt a priori. qa hic distribuit aqua distributiōe opposita suppositioni cōfuse tantū: in alia aūt, distributione opposita sup positiōi determinate. probat ꝓpositio. hęc est falsa: requirit aqua ad baptismū fluminis. Nā est affirmatiua nō ꝑgnans cuius extrema non suppoūt pro eodem: non de conditionato extremo: ergo est falsa. cōsequētia tenet ex logica: ꝓbat antecedens: vnum extremum est ille terminus aqua alterum siue sit prędicatum siue subiectum (non est vis) est hoc totū requisitū ad baptismū fluminis. q̄ illud nō supponat ꝓbatur. vel p qualibet aqua, vel nulla, vel aliqua & aliqua non. Tertium dari non potest: nec secundum. Si det primum, tunc prima est vera. aqua requirit ad baptismum fluminis: qđ reprobatum est. Licet ergo prima defendi possit: cōcedo illas duas falsas: & qcqd sit ęquialere: nec placet mihi illud q̄ auferre oportet requirit, & capere cōueniēs est. quia tā non capiuntur extrema. ¶ Tertia ꝓpositio. Requiritur tātū valet quātū necesse ē: & hęc cōditionalis ē vera. necesse est si qs baptizat illū baptizare ī aqua. intellige de baptismo fluminis: ita q̄ necesse cadat in totam cōditionalem: nec licet ascendere & descendere in conditionalibus & in consequētijs vt in cęteris ꝓpositionib⁹: nisi aliquem modum peculiarem effingere volueris: sed hoc relinquit dicacib⁹ artistis, quintū pedem (primo relicto) in ariete quærentibus. ¶ Quarta propositio: non

stando in virtute sermonis, quęcūq; aqua quo ad magnitudinē sufficit: sed quo ad paruitatē est dubiū: sed sufficit quātūcunq; modica, dūmodo illa baptizatū irrigare possit: vbi est pūctuale stabilimentū in paruitate: postq̄ debet esse signū sensibile: da maximā aquā quæ nō sufficit ad baptismū vel minimā quæ sufficit. & sic est aliqua aqua baptismus a qua quātūcunq; modica auferat, aqua desinit esse baptism⁹: cū desinit eē signū sensibile: sed ad quē sensum eūdū est infer⁹ tangem. Si det maxima aqua q̄ nō sufficit ad baptismū: tūc dabis vnā aquā quę p quodcūq; additamētū erit baptismus: & p rarefactionē sine extrinseco appositio. Circa minimā aquā pōt esse difficultas. auferēdo a tergo illius aquę vnā partē, adhuc pōt videri: & cū hoc dabitur vltimū instans visionis secūdum se totā syncategorematice.

¶ Tertio arguitur. nomia & verba trāspositā idem significāt. ij. peri hermenias. ergo quātūcūq; intricate ꝓnuncient verba, est baptismi forma. ¶ Et confirmat. vel illa verba sunt forma vt ꝓpositio falsa: vel vt vera. nō primū, qa in sacramētis veritatis nihil falsi est immixtū. nec secūdum: qa qñ ego dico. Ego te baptizo in noie &c. ille nō est baptizatus: vt patet ex dictis cōtra Ioānē de Gersono. ¶ Ad tertū respōdet q̄ argumētū nō est ad ꝓpositū: qa illa regula phūosophi nihil aliud vult nisi q̄ datis duabus ꝓpositionibus quarū termini prępōnūtur & postpōnūtur, seruatis ꝓprietatib⁹ logicalib⁹, illę ęquiualent. modo sic nō est hic: qa ꝓcedendo ordine cōuerso nō est ꝓpositio, saltem ratione illius ordinis. Ex illo patet q̄ quādo cōuersa est forma debita: etiā cōuertens qa manent termini synonymi: & cōuertēs distincte significat sicut & conuersa. nec hoc est incōueniens q̄ sint plures formę: qa sunt mille tales vocales quarū quęlibet est forma: sed qa sunt synonymę: p eadē reputant. Nec tñ nego q̄n ꝓpositio vel postpositio interdū impediat termios eē synonymos: quis qlibet pars vnius cōplexi sit synonyma cū aliqua parte alteri⁹: & ecōuerso: vt ab homine differens/& differēs ab hoie. vbi vnū totale de aliquo verificat, de quo aliud nō verificat: q̄re nō sunt synonyma. Etiā nō ois synonymitas sufficit. patet de scriptura & cōceptibus synonymis vocali, insufficiētib⁹. ipossibile est enī mutū baptizare: sed accedit verbū ad elemētū & fit sacramentū. ¶ Ad cōfirmationē dicit q̄ nō oportet neq; vt sic neq; sic. Greci nāq; baptizāt dicēdo, baptizet seru⁹ Christi. & tñ sola oratio indicatiui modi dicit esse ꝓpositio scdm logicos. Si enī deus insti tuisset has voces buf baf/apsis ꝓlatis fuisset adeo bona forma, sicut illa quā nūc habemus. Secūdo dico q̄ forma nīa est ꝓpositio vera. Baptizo enī tantū valet grece, quātū lauare vel tingere. Iudith. xij. Descēdebat in vallem Bethulię, & baptizauit se. id est lauit se. quādo autē profero terminū baptizo, aspergo aquā. Tertio dico q̄ ibi est ptranscassio. Aliud enī est tēpus in quo illud verbū baptizo ꝓfertur: & aliud est tēpus ꝓ quo profertur: profertur enī ꝓ instanti terminate verba: quēadmodū si petas a tacēte qd dicis: ipse respōdet: nihil dico: qa loquit ꝓ tpe quo tacuit. Quarto dico: vtor tpe presenti ꝓ toto tēpore ꝓlationis verborū: & tūc in eodē tēpore presenti quælibet syllaba illius orationis est secūdum vnū modum dicēdi. De quo vide in prima quęstione de Eucharistia.

¶ Quarto arguit. aspergēdo aquā anteq̄ proferant verba, infans est baptizat⁹: ergo verba nō requrunt. cōsequētia est plana: antecedēs ꝓbat: qa nō oportet simul aspergere aquā & proferre verba. qđ ꝓbo: qa Petrus in die Pentecostes vt patet Actuū. ij. baptizauit circiter tria milia: & tamen nō est verisimile q̄ quēlibet tetigerit aqua qñ verba ꝓferebat: sed dispergebat aquā sup eos oēs: q̄ aliquos tetigit qñ ꝓtulit verba: & aliquos nō. ¶ Et cōfirmat. vel requiritur q̄ quelibet pars baptizati aqua dispergat: & hoc nō: vel aliqua: & tūc sequit q̄ si digit⁹ paruuli anteq̄ totū egrediat, ille possit baptizari. ¶ Ad quartū rndet. nō requirit q̄ baptizās tāgat baptizatū imediate: sed sufficit q̄ aquā applicet imediate vel mediate. vt patet de baptizante p cribrū/situlam proficiendo de pōte. cū enī aqua est sup baptizandū si qs ꝓferat verba sufficit. modo baptizati a beato Petro & alijs erāt tacti aqua quę sup eos mansit in ꝓlatiōe verborū: vel tpe prolationis eos tetigit. ¶ Ad confirmationē sunt opiniones: aliquib⁹ dicētibus: si caput esset extra vterum, totum posse baptizari: si pars minus principalis, nō. Teneo q̄ quæcunq; parua pars extra vterū sufficit, postq̄ nec hoc nec illud ratione ostendi potest insolubiliter: nec ex sacris literis in foro dei. quia ergo sacris literis non obuiat, & non est in facultate paruuli: mitior pars tenēda videt. & ratio est: qa aīa est in qualibet parte tota. nec video apparentiā in dicto dicentium hoc eē verū de capite: & nō de alijs mēbris: cū eadē aīa sit in qlibet parte corporis ęqualiter. & licet sępius caput pcedat reliquas partes in natiuitate: nō tamē semp. vt patet de Iacob tenente plantā Esau. Gerson tamē videt tenere oppositū dicēs. Nemo potest renasci anteq̄ nascat. modo ille tūc nō est natus. hoc parū valet. vel enī loquit de renato secūdum se & qualibet sui partē: & hoc non oportet. si vero de pte illa, q̄ est nata extra vterū: quare nō potest renasci? Si petas an paruulus in vtero possit baptizari: dicitur q̄ sic vt iacet quæstio. sicut paruulus in vtero est baptizatus: sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

nemo baptizatur in vtero. Nec ſufficit baptizare matrē ad baptizationē paruuli: cū ſint duo ſuppoſita. nec duo baptiſmi ſufficiunt. qa nō ſufficit mediate paruulū abluere. & qñ ita fieret: q; poſſet aliq̄s aqua tāgere paruulū in matrice: hoc nō ſufficeret ad baptiſmū: qa nōdū eſt nat⁹ extra vterū ſm̄ pte vel in toto: licet bñ ſit natus in rerū natura: hoc eſt, philoſophice nat⁹: cū ſit ꝓgreſſio de nō ee in eſſe: & mutatio hui⁹ toti⁹ in hoc totū nullo ſenſibili manēte eodē. Paruulorū aūt baptiſm⁹ nō eſt differēdus ꝓpter teneritatē: licet ſint in ꝑiculo vitēdi. Teſte philoſopho. vij. de aiali⁹. fœtor extinctę cādelę in muliere p̄gnāte cauſat abortum.

¶ Quinto arguitur ꝓbando q; conditio conditionalis repugnet intētioni baptiſmi. baptizet Sortes Platonē ſub hac cōditiōe, ego te baptizo ſi placet patri tuo: quęrit anteq̄ illud pueniat ad patrē: an ille ſit baptizat⁹. ſi ſic: Cōtra. nō baptizauit eū niſi ex cōditione, ita q; ſi pater nō fuiſſet cōtētus: nō eſſet baptizat⁹. ponat interim mortuus anteq̄ patri cōſtiterit. Si dicas. tūc primū qñ pater incipit eſſe contētus/eſt baptizatus: Contra/ verba & aqua ſimul applicabāt̄: & tunc quo ad conſenſum patris nō erat baptizatus: & p eius ſolum conſenſum eſt baptizat⁹. ergo verba & aqua nihil faciunt. Forte dicis: oīs conditio repugnat. Contra eſt qđ dicit extra de baptiſmo & eius effectu. c. De quibus dubiū eſt. & allegat ſupra. Itē patet de ſponſalib⁹. ¶ Et cōfirmat. preſbyter ſic baptizās: in noie patria & filia &c. baptizat. vt ſupra patuit. ſed patria & filia nō ſunt termini ſynonymi cū patris & filij: ergo ſi loco (noie) dicat nominibus, vel loco patris dicat patrū, baptizabit: cū forte numerus nō mutet ſynonymitatē. Idē patet de trallo & balbutiente ꝓferente l. loco r. qui ꝓfert in noie patlis. vt temulēti edentuli & adulti melancholici ſolent. ¶ Ad quintū reſpondet q; Sortes nihil facit in caſu, qa talis conditio repugnat formę baptiſmi, q̄ dependet ex euentu futuro patris vel alterius. Alia eſt cōditio nūc inexiſtēs: ſec⁹ eſt de illa. vt dicēs, ſi nō es baptizat⁹ ego te baptizo, certitudinal⁹ nūc baptizat ſi alter nō eſt baptizat⁹ ꝓpter exiſtētiā cōditiōis. Sed cōtra iſtā cōditionalem baptizationē ſic arguit. ſufficit in caſu dubio dicere categorice. Ego te baptizo in nomie p̄ris & filij & ſp̄ūs ſancti. qa ſi nō eſt baptizat⁹ iam baptizatus euadit: ſi eſt baptizat⁹ antea: iam poſtq̄ eſt hō regñatus, nihil ſuſcipit. R̄ndet ſicut argumētū arguit qñ categorice aliquis baptizaret ſi talis de quo dubitat nō fuerit āte baptizat⁹: iam baptizat de nouo: ſi fuit baptizat⁹ iam nihil fit. ſed eccl'ia (vt opinor) vidēs aliquos eūtes bis ad baptiſmū hoc ꝓhibet. & ne daret occaſionē ſcādali puſillis q; facile in caſu exiſtimarent talē de quo eſt ſuſpitio eſſe bis baptizatū, impoſuit eccleſia talē modū loquēdi ſuis filijs. De cōditiōe in matrimonio dicat: licet ſint cōditiōes in ſponſalib⁹: nō tñ in matrimonio qđ eſt ſacramētū: ſponſalia autē nō ſunt ſacramētū: categorice eñ cōtrahit ſacramētū matrimonij. Si dicas: ponam⁹ q; pater cōſentiat me ꝓferēte verba cōditionaliter: vel q̄ primū me⁹ caſus auribus ei⁹ increbuit. Reſpōdet: ſi conſentiat in fine, nō eſt paruulus baptizat⁹: qa ante nō erat baptizatus. ſi nūc ſit baptizatus, ſolus patris cōſenſus facit hūc eē baptizatū. Sed hęc ratio nō eſt perēptoria: qa dicet q; nō ſolus cōſenſus patris hoc facit ſed aſſenſus cū forma ꝑtua. Quo nō obſtāte opinor ſacramēta debere habere cōditionē extantē: & ſic ſi aliq̄s baptizaret paruulū Platonis hac lege ſi pater cōſentiret: & interea mortuo filio/pater cōſentit: puer deceſſit nō baptizat⁹. Si vero pater cōſentit dū verba ꝓferunt, vel puero exiſtēte: res nō eſt ita lucida ꝓpter exiſtētiā cōditiōis. Dico q; cōditio preſens vel preterita quę eſt certa nō impedit formā baptiſmi. qa illa iam iexiſtit: vt te baptizo ſi nō ſis baptizat⁹: hoc nō depēdet a cōditione extrinſeca. ſed a baptizāte & baptizato: & ita certa eſt hęc forma, ac ſi categorice applicaret baptiſm⁹: & talē formā de⁹ ſuſcipit: nō aūt cōditionē depēdentem ab extrinſeco. Probabilius eſt etiā q; talis eſt baptizat⁹: mō p̄ aſſenſum p̄beat tpe platiōis: cū cōditio iam iexiſtat ſiue ab extrinſeco ſiue ab īrinſeco cōditio depēdeat: nec incertitudo ipedimētū preſtat. vt patet in multis cōditionib⁹ de p̄terito: & mitior pars vbi nō cōſtat de oppoſito, eſt tenēda. Sed cōtra: ſequit q; paruulus eſt baptizat⁹ p hoc q; ſortes eſt in tēplo cū baptizo paruulū ea cōditione: & ſic latebit an ſit baptizat⁹, ſicut pōt latere cōditio, vtputa de aliquo aſpectu planetarū in cęlo. Illa ratio nō vincit. vbi eñ eſt dubiū an paruulus ſit baptizat⁹: eſt remediū ſufficiēs ꝓpter ambiguitatē q̄ pōt emergere in iſtis cōditionib⁹. qa cauendū eſt a tali modo baptizādi: & potiſſimū qñ eſt dubiū de cōditione, vt ego te baptizo ſi ſol ſit in primo gradu cācri: vel in primo minuto illius gradus. hic erit dubiū an puer eſt baptizat⁹ ꝓpter dubitationē in quo minuto primi gradus cancri nūc ſit ſol. ſecus ē hic, ego te baptizo ſi nō ſis baptizat⁹: licet eñ dubitauerim ante ꝓlationē verborū an is ſit baptizat⁹, in fine nō dubito: ſecus erat in alijs. ¶ Ad cōfirmationē cōcedit antecedens & negat cōſequētia. qa nec audiēs iudicat nec mod⁹ loquēdi innuit q; ille ſimplex p̄ſbyter volebat nominatiuū vocatiuū vel ablatiuū hui⁹ nois patria vel filia ꝓferre. ſed ſolū corrupte ꝓtulit. ſz circa eūdem caſum & numerū maior eſt diſſonātia conceptus mutando in plurale. Sed contra dicis: tantū eſt mutare literā a tergo quātū a fronte: ſed dicendo, baptizo te in nomine matris & filij, nō eſt baptiſmus: ergo dicēdo patria vel matria nō eſt baptiſm⁹. Dicat q; idē eſt mutare in calce & in capite cęteris paribꝰ: modo p̄ſbyter eo mō quo ꝓnūciare poterat dicebat p̄ris, & ex modo loquēdi & cōcipiēdi hoc dedit alijs itelligere, licet corrupte ꝓtulerit. Sicut vetulę plebeię obligatę dicere P̄r nr, vel Aue maria, ſatis corrupte ꝓferūt: ſiſſiter & pegrini in gallia oīones corruptas. tñ nō obſtāte mō loquēdi cōſtat alijs qđ dicere velint. Ex dictis infero corollariū q; curat⁹ & epiſcop⁹ debēt ſollicite admonere p̄ſbyteros vt diſtincte ꝓferant formā verborū, & habētes infantes baptizandos debent ſup hoc eſſe vigilātes: & preſbyteri, vt ſatiſfaciāt propriis cōſcientijs corā deo.

¶ Sexto arguit. ponatur q; aliquis moriat in primo inſtanti termināte ꝓlationē verborū. Arguit ſic. ille eſt baptizat⁹: & tñ nūq̄ ſuſcepit ſacramētū. qđ patet. qa aqua nō eſt ſacramētū niſi p illud inſtās ſolū ſecundū aliquos: ſaltē illud eſt ꝓbabile. q; ſit baptizat⁹: ꝓbat ſic. Si duo ſuccelſiue mereant p vnā horā, & vn⁹ primo moriat in inſtāti terminate horā & alter vitat in illo & nō mereat: tales ęque merent: qđ patet: quia habebūt ęquales btitudines: ſuppono cętera eſſe parta. Si dicas q; ille q eſt in illo inſtāti plus btitudinis habebit q̄ alter: ſigneť: & nō potes dare: ergo p ſimile ſi duo ſic ſe habeāt q; vn⁹ manet in illo inſtāti & alter moriť: æqualiter ſe habebūt ad baptiſmū. ¶ Cōfirmat. in caſu extremę neceſſitatis licet Carthuſiēſi comedere carnes cōtra votū ſuū: etiā papa diſpēſat cōtra votū cōtinētię cū filio vel filia regis p rationabili cauſa. vt patebit inferius diſtinxxxviij. & tñ illa ſunt de iure diuino. Eodē modo de ieiunio. ergo vbi deficit aqua vt in pleriſq; partib⁹ Aphricę, & i Arabia deſerta, & oris Aegypti a Nilio remotis: & habeť vinū & null⁹ ali⁹ liquor licet baptizare ſaltē papa diſpenſante in vino: ergo nō ſola aqua eſt materia. ¶ Ad ſextū reſpondeť, & nō oino improbabiliter: q; talis nō eſt baptizat⁹: cū nō ſit in inſtāti terminate verba. Potes etiā dicere q; talis eſt baptizat⁹: qa ſufficit exiſtentia pueri in tpe terminato ad illud inſtans. Simile frequēter habes de ſorte q continue albeſit p vnā horā: & nō eſt in inſtāti terminātę illam horā: & de Platone in illo inſtāti exiſtēte. Melior analogia eſt de duob⁹ cōtinuo merētib⁹ p vnā horā vniformiter, quorū alter primo nō eſt in inſtanti terminate illam horā: & alter eſt, cęteris ante horā paribus: & poſt ęqualē gloriā & gratiā habebūt. ¶ Sed cōtra hoc arguit. capiat vltima ſyllaba. ſ. cti. illa proferť ſucceſſiue ſecūdum intēſionē: ergo ante quālibet partē ſecūdum intēſionē vltimę ſyllabę vel literæ dabať pars ante. ſicut ante quālibet partē caloris partibiliter geniti fuit prius calor. ergo in aliquo inſtanti ante primū nō eſſe verborum fuit forma ſufficiens: ergo ille erat baptizat⁹. Forte dicis. nō erat ſufficiens. Cōtra hoc arguo. ꝓferant duo illas formas, & ambo veniant ad vltimā literā, ſortes & Plato. deſinat Sortes ante Platonē per milleſimā partē horę gīa exēpli: tūc illa forma ꝓlata a ſorte ſufficit: & tantū Plato ꝓtulit: ergo ꝓlata a Platone ſufficit. Forte dicis: nō eſt ſimile: qa vnus quieuit a ꝓlatione verborū: alter vero nō. & qeſcens vtit forma: alter vero nō. Cōtra. ſi vnus ꝓferret vltimā literā p vnā horā ad imaginationē, nō ante inſtās terminatiuū baptizaret. & ſic p ſuā longā ꝓlationē infans maneret nō baptizat⁹. Forte dicis & bene. qñ ꝓfertur aliq̄d qđ circūſtātes poſſunt intelligere: tunc ille eſt baptizatus: vel immediate poſt vltimū inſtans nō eſſe vltimę ſyllabę huius dictionis ſancti, iſte eſt baptizatus: & hoc ſi ſit intelligētia termini. Si quis autē celeriter pronunciet: ſtat aliquē eſſe baptizatū nec per primū inſtans eſſe, nec vltimū inſtans nō eſſe: vt patet de tēpore terminato ad primū inſtans nō eſſe verborū. & ſic ſi nō ſit in illo primo inſtanti, eſt vere baptizatus: & talis decedit cum charactere: & habuit in vita: ſed nō dabatur vnū inſtans quo habuit characterem in vita ſed tēpus: & ſic ille character incipit eſſe in rerū natura nec per primū inſtans eſſe: nec per vltimū inſtans nō eſſe. ſicut ſi angelus crearetur immediate ante hoc inſtans: vt patet in diſtinctione xlvj. inferius. Contra, ponamus aliquos bene doctos ſcientes quid homo velit dicere anteq̄ proferat: tunc per te illa forma ſufficeret anteq̄ eſſet: qđ diceret nemo. ſed cōſequentia eſt nulla: quia requiritur forma ſufficiens. ¶ Ad confirmationē dicitur q; papa nō poteſt diſpenſare id eſt reuocare: nec diſpenſare id eſt interpretari contra expreſſam ſententiā Chriſti. aliqua eñ ſunt de iure diuino non ambigua: & illa ſeruanda ſunt vt iacent: quēadmodū eſt materia baptiſmi. de qua dicit Ioan. iij. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto. Poteſt tamē pontifex interpretari q; votum qđ a principio erat ſpōtaneū, in aliquo caſu nō obliget vouētē: & ipſum abſoluere ſeu deobligare a voto: & quoduis diuinū ambiguū poteſt interpretari. Et ſic poteſt doctus quiſq; interpretari q; aliqua conſtitutio regulæ in caſu nō obliget, doctrinaliter: papa autem iudicialiter. ¶ Dubitatur. ſi deus capiat aiam ſortis baptizati: & ponat informatiue in materiā in ventre Berthæ: & vocetur illud ſuppoſitū Titius: an Titius ſit baptizatus. Dicitur q; ſic. quia ſufficit animam eius habere characterem baptiſmalem. Potes dubitare ſi duo vnam linguam fabricent, quæ non eſt authentica, ſed ſolum ab illis duobus cognita, an ad baptiſmū illa ſufficiat. Sed hoc diſcutiendum tibi relinquitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Distinctionis Tertiæ Quęstio Prima.

Circa tertiam distictionē in qua magister loquitur de legaliū cessatione, quęrit: An istitutio baptismi circūcisionē & legalia euacuet. Hęc q̄ stiouē supponit & aliud q̄rit. Supponit baptismum esse institutū, & legalia eē euacuata: sed q̄rit an illa euacuatio fuit in prima baptismi institutione, & de tēpore euacuationis legalium. ¶Pro solutione quęstionis scito. q̄ præcepta legalia in lege Moysi erāt triplicia. Quędā erāt præcepta moralia, quę euidenter deducūtur ex principijs practicis notis in lumine naturali. quēadmodum sunt oīa præcepta decalogi dēptō tertio de sanctificatione sabbati: qđ est pure positiuū & nō morale: saltē quo ad illi⁹ determinatę diei sanctificationē. Ista p̄cepta in oī lege manent: qa sunt de iure naturę: modo ius naturę est imobile. istitu. de iure natu. §. vltimo. Alia erāt p̄cepta iudicialia ad decidēdas lites forēses & causas inter hoies: & qa nō oībus eadē expediunt: nec eadē eisdē oi tēpore: ideo iudicialia mutata sunt: saltē robur nō habent inquātū hmōi. pōt tamē aliq̄s legislator legibus iudicialib⁹ vti si voluerit. & ita Iustinianus fecit, multas Exodi leges in corpore iuris ciuilis inserens: sed tūc nō obligāt inquātū legales: sed inquātū aliunde rationabiliter impositæ sunt. Cerimonialia erāt p̄cepta de ritu colendi dei, & de ministris ordinādis qui et seruirent: aliqua futura significātia. & talia mutata sunt: imo illa seruare est iudaizare: qa repręsentabāt Christū futurū q̄ tam venit: ergo illa seruare est dicere Messiam in lege promissum nondum vēnisse: qđ legi gratię ianuā claudit: & p consequēs est in ea pręcipua hęresis. Thurificatio tñ qa significat deuotionē q̄ in qualibet lege est necessaria: & nihil pręcise futurū circa Messiā importat, in lege gratię q̄ lege Mosaica est perfectior, manet sicut i lege Mosaica. Ergo aliq̄ legalia adhuc manēt: aliqua vero manere possūt: licet nō maneāt. Aliqua sunt tabtfica & venenosa. Legaliū autē cessatio erat cōgrua. qa erāt obscura q̄tum ad significationē: qa repręsentabāt futura: quę nō ita clare sine reuelatione deprehēdūtur sicut prędentia & preterita. propterea in fine primi peri hermenias rectę dicit philosophus. De futuris cōtingentibus nō est determinata veritas. hinc multę reuelationes de futuro in Apocalypsi nobis & maioribꝰ nostris q̄ in eā cōmētantes scripserę, manserūt & manēt ambiguę. sed sic erat de lege Moysi: vt patet ad Hebręos. x. Vmbrā habens lex futurorū bonorum. Et hinc nō abs re mystice Moyses velata facie loquebat populo. Præterea imperfectā gratiā cōferebant respectu eorū quæ sunt in lege gratię. ad Hebręos. vij. Nihil ad pfectum adducit lex. Ad obseruātiā aūt onerosa ad modū erāt. hinc Actuū. xv. dicit Petrus. Quid tē tatis imponere iugum sup ceruicem discipulorū qđ nec nos nec patres nostri portare potuimusꝰ & tamen rationabilissime eis tale iugum imponebatur: quia populus idololatriæ maxime deditus erat: vt patet cōsiderantī ętatem illius populi tam sub ducibus q̄ sub regib⁹: imo multi reges Iudæ & capita, & plerīq; reges Israelis, erāt pessimi & ingratissimi idololatrę, nō obstātib⁹ bñficijs & magnalib⁹ dei eis & p̄ib⁹ eorū ostēsis. ꝓpterea eis vt ab hac idololatria & a malis reliqs cohiberent, tot onera difficilia iponebant. Tēpus aūt gię huis cōtrariat. est em̄ tps veritatis clare exhibitę. Ioānis. j. Veritas p Iesum Christū facta est. scđm illud conterranei nri Sedulij lib. v. Iā reserāda docēs qa lex velamie Moysi Tecta diu Christo nobis venīete patescit. Est etiā tps plenitudinis cōtra imꝑfectū. Ad Galathas. iiij. venit plenitudo tpis. Cōtra onerosam obseruationē legis Mosaicæ est tēpus mā suetudinis. Hinc dicit Christus Matthęi. xj. Iugū em̄ meū suaue est: & onus meū leue. & Sedulius lib. j. Mirabiliū diuinorū. Cuiꝰ onus leue est: cuius iuga ferre suaue ē. Cū ei trāslatū sit sacerdotiū: necesse est vt legis translatio fiat. ad Hebręos. vij.

¶Istis prenotatis de legalium cessatione. ponam conclusiones aliquas, Primo de baptismi institutione, & an tēpus pręcisum illius ex scriptura habeatur. Secundo locuturus de tēpore cessatiōis legaliū. ¶Prima cōclusio. Nō istituebatur baptismus quādo Ioannes baptista baptizabat. ꝓbatio. Ioānes in noīe yēturi baptizabat vt vulgo dicit: & licet Christꝰ eēt corporaliter p̄sens, vēturꝰ erat scđm famā: mō istud nō est forma baptismi. Si teneaī alioꝝ more q̄ nulla forma vsus est: adhuc habetur ꝓpositio. ¶Secūda ꝓpositio. baptismus nō instituebat p illud Ioan. iij. quādo Nicodemus nocte venit ad Christū. ꝓbatur. quia nō videt q̄ tam necessariū sacramentū instituere tur in secreto: respectu etiā pſonę, quæ nō debuit esse p̄co illius. ¶Tertia ꝓpositio. institutio baptismi nō differebat ad resurrectionē vsq; Mattheei vltio. Eūtes baptizate eos &c. Nā discipuli Christi ante passionē baptizabant. vt dicit Ioan. iij. Ergo verisimile est tūc baptismū fuisse institutū, &

q̄ verā formā seruabāt. ¶Quarta est. nō tñ debet mus magis eē dubij de baptismi institutiōe: q̄us nō legatur pūctualiter vbi istituebat: q̄ si scirem⁹ locū determinate vbi erat primęua institutio. quē admodū scim⁹ q̄ aia Christi descēdit ad iferos: licet dubitem⁹ an p lineā rectā an arcualē, in instā ti an tpe. Forte dicis. Actuū. j. dicit btūs Lucas. qa Ioānes qdē baptizauit aqua: vos aūt baptizabimini spū sancto nō post multos hos dies: & illud erat post Christi resurrectionē: ergo apostoli adhuc nō erāt baptizati. & p cōsequēs nō est veri simile q̄ baptismus institutus erat ante passionē. Rñdeī q̄ illud intelligit de generib⁹ linguarum.

¶Circa illud qđ principaliter inquiritur duę sunt positiones oppositę duū absolutissimorū theologorū, scilicet Hieronymi & Augustini. Hieronymus p legalibus præcise assignauit duo tēpora: vnū tēpus ante passionem Christi in quo legalia nō erāt mortua. ſ3 stati post passionē Christi erāt mortua & mortifera: ita q̄ peccabant mortaliter oēs ea obseruātes. qa cerimonię significabant Christū vt nascituꝝ/passurū & hmōi: quę tpe passiōis ipleta sunt: sacramēta aūt significant ipm vt natū & passum. sicut dicit Augustin⁹ contra Faustū. mō hoc erat ipletū statim post passionē, ꝓpterea dicit q̄ apli nūq̄ seruarūt legalia secūdū veritatē post passionē Christi: sed solū quadā pia simulatione: hoc est simulabāt se ea seruare in pia causa ne cōuersionē iudeorū impedirēt: & actus exteriores legis in veritate seruabāt: sed nō faciēt eos tāq̄ legis cerimonias: vt si q̄s pelliculā virilis mēbri abscideret pp sanitatē: talis exteri⁹ putaret recutit⁹, licet nō faciat illud gr̄a circūcisiōis legalis seruandę. hoc mō seruarūt legalia post passionē. ¶Sed cōtra istđ arguit. idecēs erat q̄ apli ecclię bases occultarēt ea pp scādalū q̄ ptinēt ad veritatē vitę & doctrię: & q̄ simulatiōe vterēt i ijs q̄ ptinēt ad salutē fidelīū. Scđo arguit. qa ex positiōe Hiero. sequit q̄ Petrꝰ pia simulatiōe seruās legalia nō peccasset. cōsequēs est falsum. Apls em̄ dicit ad Gala. ij. Cū aūt venisset cephas antiochiā, in faciē ei restiti: qa reprehēsibilis erat. ergo sequit q̄ Petrus in hoc peccauit: alioqn nō fuisset reprehensibilis: cuius oppositū recitat Paulꝰ. ¶Respōdeī. hæ replicę nō vincūt sentētiā Hieron. Ad primā diceret. q̄ veritas ꝓpter pia tpe est tacenda. nā veritas odiū parit secūdū Comicū. & de hoc in materia de scā dato amplꝰ dicem⁹. Ad scđam Guilielmꝰ Altisiodorēsis in tertio in materia de scādalo, & in principio q̄rit dicit q̄ Petrꝰ nō recte ambulauit ad veritatē euāgelij: hoc est nō vsq; q̄q; recte & discrete: qa nō cōsiderauit oēs circūstātias quas vtile erat cōsiderare. poterat em̄ cōsiderare q̄ vtile erat dicere gentilib⁹: q̄ ipse nō obseruabat legalia tanq̄ in eis ponens spem: sed nō tenebaī eis hoc dicere. sicut & Paulus indiscrete petijt a se stimulū carnis deleri & nō peccauit. Reprehensibilis erat: id est dignus reprehēdi: quia nō adhibuit tantā diligētiā: quātā Paulus vel prudēs voluit adhiberi. Et in il lo passu glossa marginalis Hierony. ad Augusti. & patet i epistolis ab eo ad Augustinū missis: sic dicit. Paulus in Petro nō potuit reprehendere qđ ipse fecit: nec arguere simulationem cuius & ipse reus erat: sed fuit hęc reprehēsio dispēsatoria non vera: nec Petrus peccauit: nec Paulus pcaciter arguit. Petrus autē fuit huius decreti auctor, legem post euāgelū nō esse seruandā: sed simulauit prę timore iudeorū: ne occasiōe gētū a fide recederēt: & sic pderet suū gregē. Simulauit autē & Paulus p similī metu in circūcisione Timothei. modo simulatio est licita sicut insidię vel fictio: & ipse qui nutriuit comā ex voto vt nazarei in Cēchris, ex lege caput totondit. Vide si dici possit q̄ scriptura nō dicit Petrū assertiue reprehensibilem: sed recitat factū inter Petrū & Paulū: & recitat illud qđ Paulus de Petro dixit: q̄ ipse ꝓtūc Petro dixit q̄ reprehensibilis erat: qđ est indubitāter verū. sicut hoc totum est verū: dico q̄ homo est asinus: licet homo est asinus sit falsum: qa totū illud factū est verū. Et licet ecclesia epistolas Pauli receperit: nō tamē oēs eius operationes suscepit. & sic cōsequēter loquēdo dicere potes Petrū nō peccasse: licet forte Paulus venialiter peccauit. Oppositō mō potes dicere Petrū peccasse. Vel dicere potes q̄ neuter eorū peccauit. vterq; em̄ recta intētione habebat. & motiuū sufficiens p se. Petrus cū gētibus antiochię comedebat: sed cū iudei a Iacobo alphei missi venerūt antiochiā: segregauit se a gētib⁹. sicut littera ad Galathas dicit. Cum aūt venisset cephas antiochiā in faciē ei restiti: qa reprehensibilis erat. priꝰ em̄ q̄ venirēt qdā a Iacobo cū gētib⁹ edebat: cū aūt venissent subtrahebat & segregabat se timēs eos q̄ ex circūcisiōe erāt. sup illo verbo, cū gētib⁹ edebat, glossa interlinearis dicit: nō habēs discretionē in cibis: hoc est cōedit cū gētilib⁹ cibos in lege vetitos: & cū segregauit se ab hmōi comestione discernēdo cibos: putabāt reliq̄ q̄ necessariū erat seruare legalia. ꝓpterea sequit in litera apli: & simulationi eius cōsenserūt ceteri iudæi: ita vt Barnabas duceret ab eis in illā simulationē: sed cū vidissem q̄ nō recte ambularēt ad veritatē euāgelij dixi cephę corā oib⁹. Si tu cū iudæus sis gētiliter & nō iudaice viuis: quomō gentes cogis iudaizare? vbi glossa pulchra interlinearis: Qui oia q̄ videt in te, putāt eē necessaria saluti. ¶Alia est positio cōior Augustini multū elegās, modū de cessatione legaliū exponētis. Ponit Augu. tria tpa: vnū ante passionē Christi in quo legalia suū cursum obligādi habuerūt. Scđm tps post ꝓmulgationē

Universidad de Deusto
Biblioteca

euāgelij in quo legalia sunt mortua & mortifera. Tertiū tēpus mediū inter illa extrema & breue. s. a passione Christi ad diuulgationē euāgelij: in quo legalia fuerūt mortua: hoc ē nō habebāt vim obligatoriā, sed nō erāt mortifera: quia cōuersi de iudaismo poterant illa licite seruare, dū tn nō ponerēt in eis spem, reputātes illa sibi necessaria ad salutē: q̄ si sine eis fides Christi iustificare nō posset: & hoc erat vt synagoga q̄ lex dei erat ꝓ suo tpe duceret ad tumulū cū honore. Nec rō adducta de cerimonijs oppositū cōcludit: q̄ licet ꝓsentabāt Christū futurū: illa tn futuritio nō erat sufficiēter adhuc nota: & ꝓpterea iudeo cōuerso cerimonias adhuc seruare nō erat pctm̄. Et patet illud, nā aliq̄ cerimonię significabāt Christū nasciturū: q̄ seruabātur licite post natiuitatē Christi ante passionē: q̄a nōdū erat declarat⁹ talis. sic in ꝓposito. Cōuersis autē de gentilitate nō erat talis cā obseruatiæ. quare Paul⁹ Timotheū ex matre iudea ortū circūcidit. Actuū. xvj. Titū vero ex vtroq; parēte gentilē nō circūcidit. aliqua tn erant impositа gētilib⁹ ad tēp⁹ seruāda: vt posthac diceť. Petrus ergo nō peccauit seruando legalia: nec postea Paulus. sed tenendo hunc modū Petrus peccauit venialiter: q̄a dedit intelligere alijs ex suo facto idiscreto q̄ legalia erāt de necessitate salutis obseruāda.

¶ Ex oibus istis colligūtur aliquę cōclusiones. Quarū vna est. Seruare legalia post legē euangelicā ꝓmulgatā est mortiferū. hoc patet cap. Maiores. de baptis. & ei⁹ effect. & abhīc octingētos annos erat error Cherinthi, & Hebionis: sicut Hieronymus scribit rndendo ad Augustinū: qđ Augustinus nō negaret. ¶ Alia cōclusio. Nō cōstat ex sacra scriptura qn̄ seruare legalia primo erat mortiferū. ꝓbatio. secundū positionē Augustini: licitū erat seruare legalia post passionē Christi: & apli ea seruarūt post tps scripturæ sacrę. qđ patet. q̄a Lucas iposuit finē scripturę sacræ noui testamēti in actib⁹ apostolorū: & hos deduxit ad quartū annū Neronis vsq; vt dicit Hierony. in libro virorū illustriū. & vide in festo sancti Lucę secundum vsum Romanū. Et glossa marginalis Actuū. xv. dicit q̄ Petrus & Paulus post passionem dn̄i anno. xxx. id est vltimo Neronis passi sunt martyriū. ergo cū toto illo tpe & post licuit seruare legalia: ex scriptura nō cōstat de fine cessationis qn̄ incoeperūt eē mortifera. Sed putādum est q̄ ibant in nihilum & in mortificationē statim post secūdum tēplum a Romanis euersum: quādo iudei erant dispsi in gētibus. modo Hierosolyma post Christi passionē anno. xlij. a Tito & Vespasiano eversa est. ¶ Vltima cōclusio. Secūdum hūc modū licitū erat iudeo seruare legalia qn̄ cōuertebať ad fidē toto tpe itermedio. hoc patet ex his quę dicta sunt. Auctoritas apli ad Galathas v. Si circūcidimini Christus nihil vobis prodest. intelligitur ꝓ illo tēpore, si quis putasset neminē posse saluari sine legaliū obseruatione.

¶ Sed contra cessationē legaliū arguitur. Scribit Matth. v. Nō veni soluere legē sed adimplere. prætera circuncisio data est in fœdus sempiternū, vt scribitur Genesis. xvij. ¶ Ad primū rndet q̄ Christus nō soluit legē toto tpe peregrinationis suę secūdum carnē: sed cā seruauit ad mortē vsq; inclusiue. Secūdo dicit: q̄ quo ad pręcepta moralia quæ sunt ꝑcipua in lege, quæ ordinant ad dilectionē dei & ꝓximi: quia in his duobus mādatis pendet vniuersa lex & pphetę: nullo modo soluit legem: sed roborauit: & obscuros sensus explanauit, vt de dilectiōe inimici, & similibus: & sic cū principaliores partes legis manent, tota lex est imutata. quēadmodū ꝓpter noua statuta accidentalia manentibus essentialib⁹ alicuius religionis tota religio manet. Tertio dicit q̄ lex Mosaica manet in se vel in meliore: sicut q̄ ꝓmittit vel vouet alicui dare duodenū, dans scutū nō soluit votū vel ꝓmissum in forma: tn̄ in equiualēte vel plus valente. ¶ Ad secūdum argumētū respondetur q̄ circuncisio data est Abrahę in fœdus sempiternū secūdum se vel melius. Secūdo dicit q̄ nos sumus semē Abrahæ spiritualiter & filij eius secundū sensum literalem: q̄a eius imitatores. Ad Galathas. iiij. Scriptū est eñ qn̄ Abrahā duos filios habuit: vnū de ancilla: & vnū de libera. & nos sumus filij liberę, vt illic deducit apls. Nec oportet ex sola nuda litera sensum literalem colligere: quia litera occidit: spūs autē viuificat. ij. ad Corith. iij. Illic etiā ꝓmittit semini Abrahę terra chanaā in possessionē æternā: quia sic dicit litera Geneseos. Dabo q̄ tibi, & semini tuo terrā peregrinationis tuę omnē terrā Chanaan in possessionē ęternā. & tamē ad literā nudam sicut hebręi capiunt, hoc nō est impletū. vnū autē passum scripturæ alius exponit. Q̄ legē eorū & cerimonias erat mutaturus: declarat Hieremias: immo versus deus p os Hiere. xxxj. cap. suī libri. vbi sic scribit. Ecce dies veniūt dicit dn̄s. & semiabo domū isrl' & domū iuda semine hoim & semine iumentorū. hoc est iudeorū & gētiliū. Et paulo post sequit. Ecce dies veniūt dicit dn̄s: & feriā domui isrl', & domui iuda fœdus nouū: nō secūdū pactū qđ pepigi cū patrib⁹ vestris &c. & paucis interiectis semp cōtinuādo materiā de mutatiōe legis Mosaicę, & datione legis gr̄ię. Dabo legē meā in viscerib⁹ eorū: & in corde eor̄ scribā eā: & ero eis in deū: & ipi erūt mihi in ppm̄: & q̄ sequunť. ac si diceret. non dabo eis legē in tabulis lapideis sicut dedi vobis p Moysen: sed scribā in cordib⁹ eorū. hoc est ego

ipse deus daturus sum eis legē immediate. vbi excellentiā in datione legis gr̄ię innuit sup legē mosaicā q̄ p angelū dabať. sicut dicebat btūs Stephanus. Actuū. vij. ¶ Ecce quæ sunt pcepta legalia. quę in moralia, iudicialia, & cerimonialia tripartiūtur: & quō lex mosaica cessauit: & quō nō. & quō nō constat de prędicto tpe institutionis baptismi & cessatiōis legaliū. Prętera patuit multipliciter dici posse de obseruatione legaliū post passionē Christi añ euāgelij ꝓmulgationē. Vno modo poterat hō seruare legalia ꝓ illa tēpestate quadā pia simulatione: hoc est fingere se ꝓ pia causa seruare legalia, & nō seruare tanq̄ essent legis. & illa ē sentētia profundissimi theologi. s. sancti Hieronymi. & licet in quadā epla ad Augustinū respōsiua dicat se in illa parte sinias patrū texere: hoc nō obstāte disputatiōis certamē ingredit: & cū lasso boue fortius figere pedē elaborat. Hic dicēdi mod⁹ tā Petrū, q̄ Paulū a peccato tenet imunē. Et potes dare rnsiones vtcūq; coloratas, ad obiectiones scripturę. modus tn̄ Augustini est pulcher, & apparētior ꝓpter sonū scripturę: q̄ nō debet tortuose exponi a sola litera, nisi p aliud doceať, ita debere intelligi. Propterea cū cōiter loquētibus illi modo magis adhereo. Amplius patet q̄ ꝓfectio legis gratię, quę est noui & ęterni testamenti pfectio, supat legē mosaicā: quā licet multi christianorū impro be seruēt: tn̄ idolorū fornicationi more hebręorū post agnitā fidē nō se accōmodarunt: q̄ tot viros heroicos, martyres, cōfessores & sanctas mulieres habuit in sui plātatione: q̄ lex mosaica licet multo magis durauit nō habuit numerū illi cōparabilē. & adhuc de⁹ in quolibet regno viros se timentes seruat: gratia quorū aliorū parcit peccatis.

¶ Distinctionis Tertiæ Quæstio Secunda.

Secundo circa eandē materiā quęriť. An baptism⁹ ꝓ tpe quo erat licit⁹ & institutus, circuncisionē tollebat de pcepto. Respōdeť q̄ circūcisio solū āte passionē Christi erat necessaria iudeo. Probať si nō erat de pcepto añ passionē Christi: hoc erat q̄a baptismus de cōsilio fecit circūcisionē esse de cōsilio: & desinere esse de pręcepto: sed hoc nō cōcludit. Q̄ n̄ eñ Christus in cruce dixit Cōsummatum est. Ioannis. xix. actum erat de legalibus quo ad pceptū. sicut doctores exponūt. & glossa interlinearis Ioannis. iij. sup illo verbo. Et veniebāt & baptizabanť. dicit. Post passionē Christi circūcisio erat mortua ꝓ aliquo tpe, nō tn̄ mortifera. vt patet ex q̄stiōe pcedēte. Hoc ipm patet p glo. marginalem ad Hebræos. x. sup illo verbo, Hostiā & oblationē noluisti. Itē si circūcisio desinebat eē de pcepto añ passionē Christi: hoc erat q̄a baptizati erant purgati a pctō originali ante passionē: & sic nō tenebanť ad circūcisionē. Sed hæc rō nō cōcludit. Si eñ aliq̄s sit baptizatus baptismo flaminis vel sanguinis, si resuscitaret adhuc ille est baptizādus baptismo fluminis: licet a pctō originali sit purgat⁹: ꝓpter pceptū dei vniuersaľ obligās. sed circūcisio erat de pcepto iudeo. & licet opinarent q̄ baptism⁹ abstulisset ab eis culpā originalē: adhuc tenebanť ad pceptū de circūcisione quousq; cōstitisset eis de ei⁹ reuocatiōe. puuli autē circūcisi tpe illo itermedio morientes erāt salui in fide parētū more illi⁹ positiōis: vel tenēdo aliā: cū fide parētū & aliquo signo exteriori: sicut viuētes i lege naturæ fecerūt. modo illud signū exteri⁹ supplebat: vel erat circūcisio. ¶ Et ex his sequūť aliq̄. Primū est. circūcisio iterdū tātū gr̄ię cōferebat quātū baptismus: & aperuit tanuā sicut baptismus. patet post passionē Christi: sed hoc nō erat virtute opis operati inquātū erat sacramentū legis mosaicę. Secūdo patet q̄ citius instituebať baptismus quo ad cōsilū q̄ desinebat circūcisio quo ad pręceptū. illud autē Ioan. iij. Nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aqua & spiritu sancto &c. intelligiť pro tēpore sufficientis promulgationis euangelij.

¶ Sed cōtra ista obiiciť. Lex euāgelica de baptismo vel quo ad aliq̄ alia ei⁹ pcepta nō obligat quousq; sit sufficiēter ꝓmulgata. sed ista nō ē adhuc sufficiēter oīb⁹ adultis ꝓmulgata. tgiť ꝓbatio minoris: tū prio de surdis rone vętūb⁹ q̄b⁹ euāgeliū nō ē sufficiēter ꝓmulgatū: cū eñ sint nati surdi vel surditatē añ annos discretiōis incurrāt nō pōt eis lex ꝓmlgari: q̄a oēs surdi sūt mutt. nec possūt alios audire. & si linguā iponerēt sibi solis, hoc eēt supfluū cū seipos mētaliter intelligāt: nec ab alijs intelligerenť. nec mediantib⁹ alijs sensib⁹ possunt legē euāgelicā accipe. Patet ēt minor. q̄a multi sūt isulares i mūdo viuētes, ad quos verbū Christi nō puenit: nec de vlla legevnq̄ audiuerūt. ita recitāt isti q̄ nouas isulas adinueniūt tā in mari atlātico q̄ Aethiopico. q̄a si ita fuisset, q̄ orbis eēt multo mator q̄ sit, illi ad quos prio verbū dei venisset fuissent pri⁹ obligati ad credēdū & postea⁹ alij, scdm q̄ fuisset ꝓmulgatio eis facta. ¶ Ad primū respondeť. de⁹ neminē obligat ad ipossibile: si surdus nō pōt capere p nutus illa quæ legis sunt, nō obligāt sub pœna noui pcti ad legē sibi ipossibilē plus q̄ nat⁹ demēs: sicut nō habēs medicinā p quā purgari pōt: sicut infect⁹ peste, vel alio morbo cui p medicinā remediū applicari nō pōt: si nō applicēť, moriť: sic in ꝓposito. Secus est vbi potest per nutus edoceri. Et alij ad quos spectat

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccant eũ nõ baptizãtes & erudiẽtes in lege si sit capax. Nati autẽ muti & nõ surdi hãc difficultatẽ nõ patiunt: quia tales p auditũ oĩa capiũt. ¶ Ad aliud argumẽtũ qđ tangit difficultatẽ: An verbũ Christi puenit ad oẽs tpe apostolorũ: nõ est sufficiẽter exploratũ. ad ptẽ negatiuã desceẽdere videt Augustin⁹ ad Esitheũ: & Origenes sup Matthęũ nec illa auctoritas In oẽm terrã exiuit son⁹ eorũ. ad Roma. x. prima frõte videt vincere oppositũ. Illa eñ auctoritas est psalmistę. psal. xviij. diu añ ap'los ꝓnũciata. glossa illic dicit q; ꝓteritũ ꝓ futuro ponit. exiuit ꝓ exibit: ꝓ vos. s. & sũ. cessores vestros. cui quadrat illud Lucę Actuũ. j. Et eritis mihi testes in Hierusalẽ, & in oĩ Iudęa, & Samaria, & vsq; ad vltimũ terrę. qa Augustin⁹ dicit quosdã barbaros ad se in Aphricã delatos q de nulla lege loq audierãt. Põt dici & forte apparẽti⁹ sic: rumor apostolorũ, & ab eis missorũ anteq̃ palmã martyrij adepti sunt, nõ modo venit ad Asiã, Europã, & Aphricã oẽm: sed etiã apud insulas gentiũ. tot eñ portẽtis & stupẽdis miraculis claruerũt sancti (qđ ꝓ plãtatiõe ecclesię necessariũ erat) vt nõ potuerit latere vniuersos. Nõne vides plerosq; negociatores & penitus toto diuisos ab orbe Britãnos tres orbis ptes ꝓ mercib⁹ emẽdis quotãnis visere verbũ dei ꝓdicatũ in alijs ptibus nõ poterat istos fugere: & p eos Hiberni, & reliq̃ insulę vicine verbũ dei audiuissent. Sic in oriẽte secũdũ illud Horatianũ: ꝓ mare p terras currit mercator ad Indos. & sic mediate vel imediate p ap'los, & eorũ discipulos, & eos audiẽtes verbũ dei peruenit ad oẽs: imo ꝓbabile ẽ, & sic assentior, qđ est forti⁹: q; verbũ dei tpe ap'lorũ quorũ multi diu vixerũt post passionẽ, p eos & p eorũ disciꝑlos & disciꝑlorũ discipꝑlos: ẽt cũ insularib⁹ cõtinẽtẽ visitãtib⁹: puenit ad oẽs. Et patet istud. vn⁹ Paul⁹ in bona pte Asię verbũ dei seminauit. postea Europã ingrediẽs in tota gręcia seminaria fidei iecit verbo, cõcionãdo & disputãdo, & scripto. vt patet ex ep'is ei⁹ varijs ad eos quos cõuerterat scriptis. diu etiã manserat Romę: pmisit visitare Hispanos i occidẽte extremos: vt patet i ep'a ad Roma. ca. xv. Beat⁹ Thomas, Parthos, Persas, Hircanos, Bragmanos, & Aethiopes oẽs in ꝓpria visitans, verbũ dei apud eos latissime diuulgauit. Matthę⁹ apud Indos miraculis fidẽ cõfirmauit. & ita verbũ dei Taprobanẽses & insulares vltra tropicũ capricorni fugere nõ poterat. p domestica exẽpla hoc tibi aperiet. viuẽte sancto Petro sanct⁹ Sauinian⁹ Christi discipul⁹ cõdidit ecclesiã in honorẽ scti Petri Senonis galliarũ tũc metropoli q̃ est in vltimo climate: q̃tuor eñ cõdidit basilicas: vnã i honorẽ diuę virginis: secũdã Ioãni baptistę: tertiã btõ Stephano: quartã Petro: quẽ intellexit viuentẽ: quę vocabãt ecclesia Petri viui. Ecclesia sancti Bñdicti in vniuersitate Parisiana fundabãt in honorẽ sanctę trinitatis Anno. xlj. post passionẽ, vt in marmore duro in eius facie insculptũ intueri potes. Sãctus Iulianus. & sctũs Martialis Christi in ꝓpria discipuli, Magdalena, & Martha ei⁹ hospites sanctissimę, cũ pleriscq; alijs Gallias visitarũt, & in eis eoꝝ corpora requiescũt. sic de Iacobo zebedeo i Hispania, & in alijs locis toti⁹ orbis iuenies. imo añ Hierosolymã euersam oĩa impleta sunt. p qđ litera Christi videt clarissima Matth. xxiiij. vbi loquit̃ de destructione tẽpli secũdi inquiens. & ꝑdicabit̃ hoc euangeliũ regni in vniuerso orbe in testimoniũ oĩb⁹ gẽtib⁹. & tũc veniet cõsummatio. & litera actuũ. j. ad hoc est mltũ expressa. ꝑcipiẽs ap'lis ne discederẽt ab Hierosolymis, sed expectarẽt ꝓmissionẽ patris: quã audistis (inquit) p os meũ. signanter meũ, paulo post subiungẽs: accipietis virtutẽ spũssancti: & eritis mihi testes in oĩ Iudęa, & Samaria, & vsq; ad vltimũ terrę. ap'lis eñ & discipulis locut⁹ est in ꝑsona. Stat ẽt multas ĩsulas tpe apostolorũ nõ fuisse habitatas q̃ nũc hoibus abũdant. Alio modo etiã dicit: cũ apostoli & septuaginta duo discipuli Christi totũ cõtinentẽ visitarũt & multas insulas gẽtiũ: licet aliquas ĩsulas nõ visitarũt: in oẽm terrã exiuit sonus eorũ: q a paucitas taliũ illã vniuersalẽ vulgariter loquẽdo etiã more scripturę nõ impedit: sicut scriptura dicit' q, oẽs q exierũt de egypto ob rebellionẽ morerent in deserto, & nullus eorũ terrã ꝓmissiõis ingrederet: & tñ cõstat ex varijs locis scripturę q, Iosue, & Caleph, viri principes terrã ꝓmissiõis cęlitus datã ingressi sunt. quid autẽ sit de his insularibus qui de fide nihil audiuerunt, epilogando dicetur.

¶ Dubitatur. quia in quęstione prę cedenti diximus ex positione Augustini q, synagoga erat deducẽda ad tumulũ cũ honore: & gẽtiliũ idololatria ocyssime exterminãda: nec gẽtiles legalia obseruarũt tpe illo ĩtermedio: sed habebãt aliqua ꝑcepta ab ap'lis, & colũnis ecclesię sibi tradita: dubitat̃ inquã q̃ sint illa. Pro ista dubitatione intelligẽda supponat̃ historia quã recitat btũs Lucas Actuũ. xv. de schismate qđ erat inter quosdã descẽdentes de iudęa ꝓ vna pte: & inter Paulũ, & Barnabã ex altera. Isti descẽdẽtes de Iudęa docebant fratres: qa nisi circũcidimini secundũ legem Moysi nõ potestis salui fieri. facta autẽ seditione nõ minima, itũ est Hierosolymã ab vtrisq; q̃stionẽ grauissimã ꝓposituris corã senioribus: an gentes protunc tenerẽtur seruare legalia. Et cũ quidã phariseorũ qui crediderunt in Christum: ita asseruissent: ab apostolis, & senioribus magna conquisitio facta est. & cum Petrus allegauit pro se quomodo per os suũ deus voluit gẽtes credere. & de Cornelio, vt patet Actuũ. x. Et cũ Paul⁹ & Barnabas tacente multitudine (vt inqt Lucas) quanta deus fecisset signa & prodigia in gentib⁹ per eos, narratẽt: ecce verba epistolę missę a bꝰ sibus ecclesiæ, sicut Lucas recitat, ad fratres. Apostoli & seniores fratres his qui sunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ fratribus ex gentib⁹, salutem. Quoniã audiuim⁹, qa quidam ex nobis exeuntes turbauerũt vos verbis, euertentes aias vras quib⁹ nõ mãdauimus: placuit nobis collectis in vnũ eligere viros: & mittere ad vos cum charissimis nris Barnaba & Paulo: hoibus q tradiderũt aias suas ꝓ noie dñi nostri Iesu Christi. Missimus ergo Iudã & Syllã: qui & ipsi vobis verbis referẽt eadẽ. Visũ ẽ eñ spiritui sancto & nobis nihil vltra ponere vobis oneris q̃ hæc necessaria: vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorum & sanguine & suffocato & fornicatiõe, a quibus custodiẽtes vos bñ agetis. valete. Omnia ista post impositionẽ concilij erãt gẽtilib⁹ pro tempore necessaria ad salutem quousq; tolleretur schisma inter Iudæos & Gentiles. sed bona pace habita inter eos, aliqua istorum erãt ablata: licet locus in scriptura nõ legatur. Gentiles eñ putabant fornicationem licitam: illa fuit eis prohibita in ꝓpetuũ. Iudæi autẽ maxime abhorrebãt a comestione de Idolothitis: & facile potuissent iudicare q, Gẽtiles ad idololatriã reuerti voluissent si comedissent de cibis illis. Et licet comedere aialia suffocata & sanguinẽ esset licitũ: tñ per lõgã dissuetudinẽ Hebræoꝝ reputabat̃ illicitum: sicut multi extranei reputant Parisienses male agere, comedentes carnes inter festum natiuitatis & purificationis incluſiue in die sabbati. Pro tali itaq; concordi vita transigenda, hæc cerimonialia pro tẽpore ipposita sunt gentilibus ad fidẽ cõuersis. sed familiaritate & amicitia inter Iudæos & Gẽtiles cõuersos habita istud e medio sublatũ est. vt patet ex Paulo primę ad Timotheũ. iiij. Nihil est reiciendũ qđ cũ gratiarũ actione recipitur. secũdũ verbum Christi Matthæi. xv. Nihil qđ ꝓ os intrat coinq̃nat hoiem.

¶ Tertia ꝓpositio. Si ille q̄ minis accedit ad baptismū accipiat gratiā: minorē accipit q̄ ille qui pure simpliciter vadit:& sic nō oēs baptizati accipiūt æqualiter:non est em̄ verisimile q̄ deus ei tātā gratiā tribuat quātā alijs:quia verisimile est q̄ nullam gratiā ei confert pro illa volitione cōditionali. ¶ Quarta ꝓpositio. Non est possibile secūdū legem q̄ aliquis semel habens gratiā baptismalē qui habet meritū p̄sonale decedens in gratia ita paruā gratiā habeat vt puulus solū baptizatus. Probatur. talis habet gratiā baptismalem:& oēs tales sunt æquales:& cum hoc habet gratiā debitā merito p̄sonali:ergo plus gratię habet. Cōsequētia est cōis animi conceptio. stat tñ de lege cōi aliquē. lxx. vel.lxxx.annorū habere tā paruā gratiā & gloriā q̄ habet ille paruus baptizatus. Patet.capio vnū gentilē in Moabar vl' alibi,qui detestat̄ sua peccata p̄terita : & totā suā vitā perditā:cui nullus cōfert baptismū: vult tñ baptizari:sed nō reperit aliquē:vel alio se ad hoc prepārāte interim moriť cū remissa detestatione graduali. Similiter stat aliquē paruulū habere pl⁹ gratię & glorię q̄ vnū q̄ suscepit sacramētum:& cū hoc habet meritū p̄sonale.qđ patet de circūciso cū paruo merito p̄sonali,& sit Eleazar. sit Titius ex alia p̄te baptizatus & cōfirmatus: vel tñ baptizat⁹.ſ3 Baptismus plus gratię cōfert q̄ circūcisio:quia sacramētū legis gratię. sit excessus vt vnū:aliqs em̄ act⁹ meritor⁹ vt vnū: imo vt dimidiū vnius.patet.homo pōt elicere actū meritoriū pure ptibiliter. Itē q̄libet ps act⁹ meritorij est meritoria.si ergo cuilibet parti respōdeat maior gratia q̄ baptismo:gratia respōdēs toti actui erit infinita.cōsequētia elucescit:cū sint infinitę partes ꝓportionales nō cōicantes in actu meritorio. Potes sic deducere de totali actu meritorio cadēte i obiectū eutrapelię cū circūstātijs actū attenuantibus. ¶ Sed contra illud arguit̄ sic. Sit gratia baptismalis vn⁹ gradus quā habet Sortes puulus:& Plato habeat gratiā baptismalē & p̄sonalē duū graduū. Iā capio Ciceronē adultū:q̄ in sub duplo minus meret̄ q̄ Plato (de merito p̄sonali loquor) ille habebit vnū gradū gratię:ergo Cicero adultus & Sortes paruulus habebunt gratias æquales. Respōdet̄ admisso casu: vel vis Ciceronē habere subduplā gratiā simpliciter ad Platonē:& tūc habet vnū gradū tm̄.& sic nō est adult⁹ de quo est sermo. vel vis q̄ habeat subduplū p̄miū p̄sonale:& ex cōsequēti gratiā baptismalē: & sic Cicero habet gradū cū dimidio. Et sic descēdēs geometrice nō potes habere adultū q̄ habeat meritū p̄sonale vltra baptismale: q̄ æqualē gratiam habet cum paruulo.

¶ Tertio arguitur sic. baptizatus baptismo sanguinis habet minorem gratiam q̄ baptizatus baptismo fluminis: ergo nō oēs baptizati recipiūt æquales gratias. cōsequētia tenet. Probatur assumptū : quia talis tenetur iterū ad baptisma.qđ patet. Paulus & Eunuchus Candacis reginę erant baptizati flaminis baptismo : & tamē postea baptizabantur baptismo fluminis Paulus ab Anania:& Eunuchus a Philippo: & Cornelius a Petro. Similiter paruuli pro Christo occisi plus gratię habent q̄ baptizati baptismo fluminis. cū eorū festū celebremus & non aliorū: ergo nō oēs baptizati suscipiūt æqualē gratiam: cuius oppositū dicit quarta conclusio. ¶ In hoc argumento sunt tria dubia. Primū. an baptizati baptismo sanguinis aut flaminis teneātur ad baptismū fluminis. Secūdū.an paruuli occisi propter Christū sint baptizati baptismo sanguinis. Tertiū.an tantā gratiā equaliter susceperint quā tam baptizati baptismo fluminis. ¶ Pro primi decisione pono hanc ꝓpositionē. Si esset aliquis baptizatus baptismo sanguinis aut flaminis,& talis maneat nobiscū tenetur ad baptismū fluminis. Probat̄. Baptismus fluminis post q̄ erat sufficiēter ꝓmulgatus obligabat oēs. & licet Iudæi poterāt circūcidi dūmodo spem in circūcisione nō ponerent:debebāt tamē esse baptizati.hoc p̄batur Actuū.ij. vbi Petrū p̄dicātem interrogāt Iudęi:Quid faciemus viri fratres? Petrus aūt ad illos, pœnitētiā (inquit) agite:& baptizetur vnusquisq; vestrū. Ex illo capio argumentū. Isti em̄ erant circūcisi,in quibus peccatū originale erat deletū: & tamē tenebantur iterū ad baptismū,& nouā gratiā receperūt. ergo idē est de baptizato baptismo sanguinis aut flaminis. Item apostoli baptismū p̄dicabāt:vt patet ex dictis : ergo ipsi met apostoli qđ p̄dicabāt impleuerūt:sc̄dm doctrinā magistri sui. Actuū.j. Cœpit Iesus facere & docere.ergo ipsi susceperunt baptismū anteq̄ ipm̄ p̄dicabāt & baptizabant. Istud ꝓbatur auctoritate beati Augustini ad Silentianū:& recitatur de cōsecra.dist.iij. Quādo ab Hierosolymis. vbi beatus Augustin⁹ allegat illud Ioannis.xiij. qđ dñs respōdit ad Petrū. Qui lotus est nō indiget nisi vt pedes lauet &c. significans q̄ Petrus esset lotus prius in baptismo. Hoc idē ꝓbat̄ per id qđ scribit ad Vincētiū & Victorē:& recitat̄ vbi supra,in hūc modū. Si eos de qbus scriptū non est vtrū fuerint baptizati siue nō:sine baptismo de hac vita recessisse cōtēdimus: ipsis calumniamur apostolis:q̄ p̄ter apostolū Paulū quādo baptizati fuerūt,ignoram⁹. Itē Petrus baptizauit Cornelium. Actuū.x.& tñ ante erat baptizatus baptismo flaminis. Idē videt̄ de Ioanne Baptista Christo respōdēte:ego debeo a te baptizari/& tu venis ad me.Matthęi.iij. ¶ Quo ad sc̄dm, dñs

Universidad de Deusto
Biblioteca

Armachanus ī q̄stionibus Armeniorū tenet nō circūcisos ꝑ Christo emptos damnatos. ratio ſcđm eū eſt qa deceſſerūt in peccato originali. & cōſequēter diceret feſtū Innocētū ſolū eſſe de circūcīſis. Iſtud nō placet. ¶ Et ꝑ illo qđ ſentio ponā ſuccincte ꝓpoſitiones: quarū Prima eſt. Oēs ꝑ Chriſto occiſi, inter quos Chriſtus putabatur occidi, ſunt ſaluati. Probaſ. quilibet talis erat baptizatus baptiſmo ſanguinis. Eccleſia aūt nō diſtinguit circūcīſos a nō circūcīſis ī feſto Innocētum: ergo inhumanū eſt nō circūcīſos excludere potiſſimū in primo aduētu verbi incarnati: ſicut rex in primo ingreſſu in aliquā vrbē carcere detētos liberat. Pręterea nō requiritur volitio ad hoc vt quis aſcribaſ familię Chriſti: vt patet ī paruulis baptizatis: ergo neq; requiriſ volitio ad hoc, vt qs aſcribaſ militię Chriſti. Hoc etiā patet auctoritate Auguſtini in ſermone de Epiphania, de oībus paruulis ab Herode occiſis indiſtincte loquētis. nec Seduli⁹ diſcrimē ponit vllū, dans cōparationē de Herodis fremitu nequeūtis Chriſtū habere: quēadmodū leo de agno amiſſo rugit, inquiēs. Haud ſecus Herodes Chriſto ſtimulatus adępto Sternere colliſas paruorū ſtrage cateruas. Et paulo poſt. Puerilia mactat milia. ¶ Secūda ꝓpō. probabile eſt: & ita opinor: q; ꝑ uul⁹ tā occiſus ī odiū Chriſti ab iſideli ē baptizatus baptiſmo ſanguinis. Et idē puto ſi mulier infidelis a fideli impręgnata in odiū Chriſti paruulū occidat. ratio nō eſt multo inferior in hac propoſitione q̄ in præcedēte. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Si adultus infidelis inter Chriſtianos in limitib⁹ occidatur: is nō eſt baptizatus baptiſmo ſanguinis Ratio. quia ante conſenſit in fidē Chriſti, nec habuit cōſenſum vnq̄ ī oppoſitū: & cū ſit adultus de fide intelligēs, ſi nō cōſentit nec diſſentit: non eſt baptizatus baptiſmo ſanguinis. Ratio. talis cū ſit adult⁹ nō eſt ſic capax baptiſmi fluminis: ergo neq; ſanguinis. Et licet cōcedaſ baptiſmus ſanguinis eſſe ſacramentū: cū ſit ſenſibile ſignū ratione cuius virtute opus opati conferſ gratia: nō tn̄ ſequitur crementū ſacramentorū vltra numerum ſeptenarium: quia ad baptiſmū attinet. ¶ Pro tertio dubio: veroſimile eſt q; paruuli occiſi pro Chriſto maiorē gratiā habuerūt q̄ baptizati baptiſmo fluminis.

¶ Epilogando dico quālibet gratiā baptiſmalē cuilibet alteri baptiſmali eſſe ęqualē. hic de baptiſmo fluminis loquor cōparādo gratiā vnius ad gratiā alterius: vel cōparādo gratiā baptiſmi ſanguinis ad gratiā baptiſmi ſanguinis. Vlterius dixim⁹: q; nullus viator alteri mereſ primā gratiā: vel gratię augmētū ſine actu alterius; virtute tn̄ paſſionis Chriſti in ſacramento virtute opis opati cōferē gratia ſine actu elicito: vt patet in baptiſmo & cōfirmatione. Poteſt tn̄ quis ꝑ alio mereri: quatinus deus mētē eius eleuet mediāte auxilio ſpeciali ad merēdum: vel ne tollat eū e vita in malo ſtatu, ſicut Iudā: ſed bonū expectet: vel quatin⁹ deus ei det bona tpalia: vel quatinus p̄ſeruet a dæmone vel occaſionib⁹ peccati: qđ nō parū eſt: quia illa ꝓpinque ad gloriā diſponūt. Vlterius diximus oēs paruulos ꝑ Chriſto occiſos baptiſmo ſanguinis baptizatos veriſimilius eſt tn̄ q; talib⁹ nō iprimiſ character: nō qa tenenſ ad baptiſmū fluminis ſi ſuppoſitū: quia ex hoc circūciſi ante paſſionē Chriſti nō tenerenſ ad baptiſma: qđ eſt falſum: ſed ratio ē qa in ianua ſacramētorū iprimiſ character. ꝑ quē ſi delis ab alijs diſtinguiſ. verū hęc ratio eſt tenuis. Cōſeq̄nter tn̄ ad dicta cōcedo pleroſq; beatos, ſi deliū characterē nō habētes. hoc in multis gētilibus tā tēpore legis Mōſaicę q̄ ante legē iuenire potes: quorū aliqui ſunt in cęlo. De paruulis infideliū an inuitis parētibus ſint baptizandi nec ne in fine Secūdi Sentētiarū inquirimus. quocirca hanc materiam hic miſſam facimus.

Diſtinctionis Quintę Quęſtio vnica.

IN hac quinta diſtinctiōe cōformiter ad Magiſtrum quęro. An liceat recipere baptiſmum a malo miniſtro, vel potius a miniſtro malo viro: qa ſolus ille eſt mal⁹ miniſter qui neſcit vl' nō vult ſacramētū conferre: & ille eſt bonus miniſter qui nouit facere oīa q̄ tali officio incūbūt, & vult illa facere. Ille aūt eſt malus homo q; eſt in peccato mortali: & ille eſt bonus q; eſt in gratia, ſiue ſit in veniali peccato ſiue in habitib⁹ ex mortali genitis. & ſic cōtingit frequēter Sortē eē bonū miniſtrū & malū virū: bonū virū & malū miniſtrū. quēadmodū bonus eremita eſſet malus regēs i artibus: & bonus ianitor/vel bonus famulus nōnūq̄ eſt mal⁹ vir: ſicut Plato eſt bonus piſtor & malū animal: magnus latro & paruū aīal: magn⁹ irriſor & paruus homo. Quo fit: vt licet ſequaſ Sortes ē bonus homo: ergo eſt bonū ens: nō tn̄ ſequiſ: Sortes eſt bonus piſtor: ergo eſt bonū ens, quia variatur appellatio. nec arguiſ ab inferiori ad ſupius reſpectu totalis extremi. ſicut in ſimili nō ſequiſ

Sortes eſt magiſter Pariſienſis: ergo Sortes eſt homo Pariſiēſis. Et licet hāc diſtinguere ex funda mētis logicę poſſemus: miniſter eſt malus: penes hoc q; adiectiuū a pte ꝓdicati poſitū pōt habere ſubiectū ꝑ ſubſtātiuo: vel icludere ſeu dare intelligēdū ꝑ ſubſtātiuo terminū abſolutū ſupponētē ꝑ re ꝑ qua accipiſ ſubiectū, vt homo, res vel huiuſmodi ſcđm exigētiā cōgruitatis: tn̄ de ſecūdo modo intelligimus in hac q̄ſtione.

¶ Intentione noſtra p̄miſſa: in quo ſenſu q̄ſtionē tractare ꝓponamus: ad eā reſpondeo p cōcluſiones ſequētes: quarum Prima eſt. Pręciſus ab eccleſia, hęreticus vel infidelis intendēs facere qđ eccleſia intēdit, vtēdo forma baptiſmi & aqua, vere baptizat. Probaſ hęc cōcluſio per Nicolaū papā ad cōſulta Bulgarorū. xv. q. 8. ca. fi. qui dicit. Q̄m malī bona adminiſtrādo ſe tn̄modo lędūt &c. Fax accēſa ſibi qdē detrimē tū p̄ſtat: alijs vero lumē in tenebris adminiſtrat: & vnde alijs cōmodū exhibet, ide ſibi diſpēdiū p̄bet. Sumite ergo ab omni ſacerdote intrepidi Chriſti myſteria: qa oīa in fide Chriſti purganſ. Hoc idē habet Auguſtinus cōtra Petilianū in libro de baptiſmo. Et ꝓbaſ hæc cōcluſio ratione. De eſſentia huius ſacramēti ſolum ſunt materia baptizandus, forma, intētio, & miniſter, q; eſt q̄ēq; creatura rationalis. ¶ Secūda cōcluſio. licet imo ꝓceptū eſt, ſine peccato baptiſmū petere in neceſſitate: tā ꝑ ſe q̄ ꝑ paruulo: a ꝑciſo fideli, vel aliter ꝓhibito: & nō extra neceſſitatē. Probaſ hęc concluſio quo ad priorē ptē: nā ſi nō liceret: hoc eſſet ꝓpter ꝓhibitionē eccleſiæ: ſed hoc nō: quia lex dei eſt de ſuſcipiendo baptiſmo ſtrictiſſime obligās vbi haberi pōt: ſed in neceſſitate adultus eſt moritur⁹, & nullū aliū habet niſi ꝑciſum. igit. Nō valet dicere q; ſufficit ei ſua voluntas baptizandi: quia illa nō ſufficit: ſed obligat⁹ maneret vbi haberet cōis eccleſię miniſter: nec illa obligatio diuina tolliſ ꝓpter ꝓhibitionē eccleſię. igitur. Et a fortiore teneſ petere baptiſmū ꝑ ſuo puulo. qđ patet p eādē rationē. & eſt alia etiā: quia alter erit ꝓpter damnatus pœna dāni: ad cuius liberationē ille teneſ. Secūda pars cōcluſionis patet. quia ꝓhibitū eſt talibus cōicare. & potiſſimū in ſacramētis: vt patebit ampli⁹ diſtinctiōe. xvij. in materia excōmunicatiōis. ¶ Tertia cōcluſio. licet mihi ſuſcipere ſacramētū a ſuperiore meo malo miniſtro nō ꝑciſo, licet ſciam eū peccare ſacramētū cōferēdo. Probaſ hęc cōcluſio. incūbit mihi ſacramētū ſuſcipere ꝑ me vel meis: & mihi diſplicet q; peccet: imo ē vero ſimile ſi nō ſuſciperē ab eo magis peccaret cōtra me iraſcēdo q; eū cōtemnā, vel emolumētū curato debitū tollā: & quia eū a peccato veto: propterea eius peccatū mihi nō imputabitur. Secūdo ꝓbatur idē. ſi nō liceat ab eo ſacramentū ſuſcipere: hoc eſt quia ſcio eū peccare in cōferendo. ſed hoc nō obſtat. igit. probatio minoris: quia ſi ſic, nō poſſem capere ad vſurā quādo egeo ab vſurario: quē peccare noſco pecuniā fœnebrem dando. cuius oppoſitū dicē diſtinctione. xv. huius. Itē licet ſuſcipere iuramētū viri iurantis ſup idola ꝑ bono ſpirituali: ita eñ fecit Iacob cū Laban. Geñ. xxi. igit.

¶ Contra primam concluſionē arguitur auctoritate Cypriani martyris, & recitatur xxxij. diſt. c. Pręter. §. Hęc de malis. vbi ſic dicit. Cyprianus martyr &. lxxx. epiſcopi cū eodē baptiſma hæreticorū lauacrum diaboli appellant.

¶ Reſpōdeē. In hoc nō eſt tenēdus beatus Cyprian⁹. ſtati eñ poſt verba allegata iter arguēdū pontē. Stephanus vero & Corneli⁹ martyres & pōtifices Romani/& venerabilis Auguſtinus in libro de baptiſmo eūdē Cyprianū & p̄fatos epiſcopos ob hāc cauſam vehemēter redarguūt, affirmātes baptiſma/ſiue ab hęretico/ſiue ſchiſmatico/eccleſiaſtico more celebratū, ratum eſſe. Et licēt tenuerit hereſim, nō ſequiſ q; fuerit hęreticus quia vltra hereſim ad hereticū ptinacia requiriſ. et ſi nō tenebaſ beatus Cyprianus hoc ſcire explicite (qđ eſt forte verū) nullo modo peccauit: prout latius q̄ſtione ſecūda ꝓlogi diximus. Sed dicis. vetula aſſentiēs ꝓpoſito ꝓdicāti hereſim peccat. ergo & Cyprianus. q̄ q̄ nō tenebaſ aſſentire oppoſito. Reſpōdeē. añcedēs eſt falſum: quādo nō teneſ oppoſitū ſcire explicite. Poſitio eñ Altiſiodori ē nulla: qđ ſic probo. vetula pōt aſſentire ꝑpoſitionē quā nūq̄ ante audiuit: & nō eſt in poteſtate mulieris q; ꝑpoſitus ꝑdicet verū vel falſum: ergo aſſentiēs falſo, cui⁹ oppoſitū nō teneſ ſcire, nō minus mereſ q̄ vero aſſentiēs: ſicut cadit meritū in actū intellectus. Pręterea ſic arguitur. cuilibet ꝑdicato cuius oppoſitū non tenetur vetula ſcire, ſui curati clarę famę poteſt ipſa aſſentire: ſed Thobias non habuit vnū canē, eſt huiuſmodi: ergo illi poteſt aſſentire. Sed dicis. dubius in fide eſt hęreticus. de hęreca. Dubius. Reſpōdetur ꝓnūc ,. hoc intelligi in his quæ quis ſcire tenetur: & quando ſcire teneſ. In diſtin. xxiij. tertij. prolixius ad illam ꝓpoſitionem reſpondemus.

¶ Cōtra ſecūdā cōcluſionē arguiſ. Ex illa cōcluſione ſequitur q; quilibet baptiſmū adminiſtrās in neceſſitate nō peccaret: & ꝑ cōſequens laicus poſſet baptizare: qđ eſt falſum: vt patet in. c. Decernim⁹. de iudicijs. illic dicit q; laicus non poteſt exercere eccleſiaſtica iudicia: modo baptiſmus eſt quid ſpirituale. ¶ Reſponde-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur q̄ in necessitate nullus peccat baptizando: & cōcedo q̄ laicus in necessitate potest baptizare. Illud em̄ est ei a iure naturę & diuino permissum & etiā humano: vt patet. j. q. j. Q d̄ quidā. de pœ. dist. j. Q uē pœniter. Sacerdos tn̄ debet laico cui libet p̄ferri si sit p̄sens: & mas fœminę si baptizare sciat. minister tn̄ cōis est curatus: vel superior eius. xvj. q. j. ca. Interdicimus. Et q̄libet nō sacerdos baptizās extra necessitatē, irregularis efficit. de cleri. nō ordi. ca. j. Sacerdos tn̄ habēs facultatē audiēdi cōfessiōes, nō ꝓpterea pōt baptizare: sed si baptizat nō est irregularis nec suspēsus: qa illud est pœnale: & qa nō repit iure cautū, restringendū est. secus de alieno ordinante.

¶ Contra tertiā cōclusionē arguit. Baptizans in mortali peccato peccat: qm̄ immū de sacramenta tractat: vt patebit paulo inferius de Eucharistia. ergo sciēs hoc/ & q̄rens ab eo baptismū/est causa peccati illius: & p cōsequēs peccat. ¶ Pręterea q̄rēs baptismū/cōsentit actui baptizandi curati q̄ est peccatū: ergo cōsentit peccato: & p cōsequēs peccat. Nā ad Romanos primo, de gētibus Apostolus loquēs dicit. Q ui cū iustitiā dei cognouissent nō intellexerūt: qm̄ qui talia agūt digni sunt morte: nō solū qui faciunt, sed qui cōsentiūt facientibus. ¶ Ad primū istorū dico q̄ nō requirit talis indago peccati hic sicut in Eucharistia. Expresse nāq; de Eucharistia hoc legim⁹, primę ad Corinth. xj. Probet aūt seip̄m homo. Subito aūt potest offerri baptizandus in mortis articulo: q̄d in Eucharistia nō cōtingit: & tūc baptizans nō peccat. Si tn̄ tēpus habeat, requiritur (vt opinor) vt saltē sua peccata in generali detestetur: intēdēs cōfiteri p loco & tēpore: & tūc nō peccat. Secūdo nō facile debet inferior reputare suū superiorē esse i peccato: & peccare baptizando: q̄ q̄ ante erat in peccato. Sed vbi ante occidit: vel aliquā irregularitatē cōtraxit curatus ita vt nō possit baptizare sine peccato: & hoc nouit subdit⁹: hoc toto admissō cōcedo antecedēs, & nego cōsequentiā: nisi sit sermo de causa indirecta & occasionali: q̄ petenti debitū nō imputabitur: vt patet in exēplis in ꝓbationē illius cōclusionis inductis. ¶ Ad secūdū cōcedo q̄ subdit⁹ cōsentit actui baptizādi: & q̄uis actus ille sit peccatū: nō ꝓpterea sequit q̄ cōsentit peccato: quia nō placet ei q̄ peccat: imo si sit prudēs displicet ei peccatū alterius. Consentire em̄ importat actū animi interiorē: & ꝓpriā appellat rationē. ¶ Sed theologice loquēdo ad intelligēdū quādo cōsentiens peccato/ vel peccato cooperās peccat: intelige duas breues regulas: quarū Prior est. quādo quis facit vel petit licite aliq̄d ab aliquo: licet alter ex sua imprudētia peccet: is nō dicit cooperari vel cōsentire peccato alterius: vt in casu nōstræ cōclusionis: & de petēte mutuo: q̄uis sciat q̄ nō habebit mutuū nisi fœnebre. Secūda regula per oppositū sequēs: quādo qs petit aliq̄d ab aliquo sciēs q̄ ad petitionē eius dabitur fratri suo occasio ruinę, & nō habet licitā rationē illud petendi: ille peccato fratris cooperat: & illi cōsentit impu tabiliter. Q uando vero rationabilis sit petitio: & q̄n irrationabilis: sapiētis est iudicare: qa regula generalis dari nequit. ¶ Tertio arguit. ponat q̄ sit sacerdos ita prauus vt nō velit baptizare nisi pecuniā habeat p baptismo: & subditus Sortes habeat vnū puulū baptizandū, baptizare nequi ens: nec sit alius p̄sens. & puulus sit in vitę discrimine. Isto casu supposito arguitur sic: Sortes si det pecuniā p baptismo: sacramētū emit/ & simoniā cōmittit, q̄ est grāde peccatū: sed potius puulus relinquēdus est morti q̄ ipe peccet. ergo nō licet cōmunicare cū sacerdote malo vt baptizet. ¶ Rndet. si adult⁹ est baptizādus sufficit ei sua bona volūtas q̄ baptizari optat: et si sic decedat baptizat baptismo flaminis. Sed i casu argumēti de puulo dicit q̄ pōt subditus aquā emere plus q̄ valeat ꝓpter indigentiā: & hoc est licitū sine vlla simonia. Secdo pōt dare p vexatiōe redimēda: hoc est p obice debito⁹ remouēdo: & nihil dabit p baptismo. licet alter petat p baptismo. quē admodū do sacerdoti p me celebranti sex puos albos p ei⁹ sustētatiōe vel labore: siue ipse capiat p missa siue nō: nihil ad me. Et si adhuc importune ponas eū ita malū vt dicat: nō baptizabo p uulū tuū nisi ꝓmittas verbaliter te daturū pecuniā p baptismo, & nō p labore, aqua, vel redimēda vexatione, qa aliter nō baptizabo: tūc puul⁹ est reliquēd⁹: qa si illd ꝓfert & nō assentit sicut, p fert, mētit & peccat. Si vero itēdat pecuniā dare p sacramēto: realiter simoniā cōmittit: & iterato peccat. pot⁹ aūt puul⁹ est sinēdus dānari q̄ deus offendatur p peccatū mortale vel veniale.

¶ Iam vidimus q̄ nō est idē dicere malus minister: malus homo: & malus sacerdos sed de scdo potissimū loqmur. Diximus p̄terea hereticū infidelē: & quālibet creaturā rationalē eē sufficiētē ministrū ad baptismū dūmodo seruet cętera necessaria q̄ minister cōis seruare debet. Et licet Ioannes Gerson in regulis moralibus dicat de necessitate req̄ri q̄ minister sit viator: hoc tn̄ nō opinor: qa nō debemus ministrū restringere vbi de hoc nō cōstat. Est em̄ sacramētū necessitatis: quēlibet ad sui obseruātiā districtissime obligās. ergo sicut est cōmunissimū, decēs est vt habeat ministrū cōmunissimū: & quālibet creaturā rōnalē putare sufficientē debem⁹/ nisi de ei⁹ insufficiētia doceat. imo cacodæmon sufficeret: sed

quia circa genus humanū deceptionē intēdit: de bemus sicut in dubijs illic ꝓcedere, secus est de bono angelo cognito tali. quinimo pater ꝓprius infantis pōt i necessitate puulū baptizare, absq; hoc q̄ cognationē spiritualē incurrat: & sic idē erit pater carnalis & baptizās. secus est extra necessitatē. In necessitate quoq; pōt qs p puulo & p se baptismū susc̄ipere a p̄sbitero: vt pote ab excō municato: q̄ maxima pœna ecclesiastica est ino datus p̄cepto diuino. Pręceptū em̄ ecclesię de nō cōmunicādo cū excōmunicato: quo ad sacramētū necessitatis, sc̄z baptismū, cedit. secus est extra extremā necessitatē. Excōicatū solū illum reputamus q̄ notiatim & in spetiali est excōmunicat⁹ & talis declarat⁹, nisi clericū pcusserit: sic q̄ pcussio ita notoria fuerit vt nulla tergiuersatione subter fugere possit: prout luculētius dicere ꝓponim⁹ i xvnj. distinctiōe hui⁹. Deinde diximus baptizātē sacerdotē saltē ad detestationē peccatorū suoꝝ i generali tenēri: potissimū si tēpus habeat: qa si paruulus i discrimine vitę posit⁹, baptizādus inopinate defert: nō tenet sub pœna noui peccati ad peccatorū suoꝝ detestationē. ne aliud p̄ceptū de paruulo baptizando pretereat.

Distinctiōis Sextę Quęstio Prima.

Veritur circa sextam distinctionē: An character sit causa initerationis baptismi: & q̄ pœna debeat iteratibus baptismū. Pro solutione notādū est: q̄ nō reperit patēter character i canone biblię in significatione qua doctores vtūtur in ꝓpositō: nec reperit in biblia ante tertiūdecimū capitulū Apocalypsis: sed nō capit in hac significatione, vt patet. Et faciet oēs pusillos/ & magnos/ & diuites/ & pauperes/ & liberos/ & seruos/ habere characterē in dextra manu. Sed quia sanctorū aliquę auctoritates multū quadrāt: & doctores theologi cateruatim ponūt: nec est ratio fortis characterē potēs impugnare: indisciplinati est characterē negare. In capite em̄ Maiores. de baptismo & ei⁹ effectu, est sermo de charactere. Altisiodorus/ Alexander/ Bonauentura/ Thomas/ & oēs/ characterem ponūt. Aliqui aūt dixerūt q̄ erat relatio, vt Bonauentura recitat: ad q̄d aliqui posteriores inclinant. Sed relationes quoquouersum ifficior. Beatus Augustinus etiā vtitur illo termino ad Donatū pres byterū. Et recitatur. xxiij. q. iij. Displicet. circa me diū. Et vos oues Christi estis: characterē domini cū portatis in sacramēto q̄d accepistis: sed erratis & peritis. Item Augustinus ad Parmenianū de hęreticis & damnatis. Et recitatur, j. q̄stione. j. Q d̄ quidā. quasi circa principiū. Et definitur sic. ¶ Character est signū aię impressū i susceptione sacramēti indelebile: & distinguens habentē a nō habente. Indelebile, characterem ab habitu & actu seiungit. Potentiā aūt aię ipsam animā pono. Nō est vero ita idelebilis q̄n deus delere posit: sed nō delebit in via nec in patria: q̄uis fides deleatur in patria ob notitiā clariorē supueniētē. nec in damnatis abolebitur in eorū confusionē. Illa aūt definitio est bona de potētia dei ordinata, distinguit quidē solū arguitiue: et si oēs essent Christiani: distingueret Christianos a nō Christianis possibilibus. hoc est: est sufficiens distinctio ex parte eius: nō tamē ꝓprie capiēdo distinctionē: quia nec ens nō enti: neq; non ens enti est idē vel diuersum: ꝓprie captis terminis. ¶ Sed contra arguitur. Character est qualitas: ergo male definitur p signū loco generis. Item i circūcisione nō imprimebat character: ergo nec in baptismo. tenet cōsequētia: quia vtrūq; sacramentū successiue erat ianua: vt patet ex p̄missis q̄stionibus: illa aūt ianua obstructa, apta est alia, sc̄z baptism⁹. & antecedēs patet. qa doctores illud nō ponunt. Respōdetur distinguēdo antecedēs: vel qualitas capitur secūde intētionaliter: & tūc subiectū supponit materialiter p termino character: & sensus est. ille terminus character est de p̄dicamēto qualitatis. & sic cōsequētia nō valet nisi sit sermo de definitione quiditatiua quā ille terminus character nō potest habere. Si vero qualitas capiatur prime intētionaliter: cōsequētia minus valet: nā similitudo est qualitas: & tamē bene definitur p signū ille terminus similitudo. Non pono res in p̄dicamēto sed terminos. eadē em̄ res numero significata ponitur in diuersis p̄dicamentis eo modo quo rei cōuenit poni in p̄dicamento cum hoc addito, res significata. vt idē calor numero est quātitas: & significatur per illū terminū quantitas/ qualitas/ similitudo/ actio/ passio. Character autē est signū configuratiuū vnius cum alijs sic figuratis, & distinctiuū ab alijs non signatis. & hoc est de ratione nominis: quare proprie ponit in p̄dicamēto relationis. Ad aliud, an in circūcisione imprimebatur character: rationabilius est dicere q̄ sic: et si postea quis baptizetur, duos characteres habebit.

¶ Istis notatis pono conclusiones.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prima est. Licet volũtas dei sit causa initerandi baptismatis: tamẽ character est argumentũ saltẽ a posteriori ad hoc cõcludendũ. Prior pars patet quia ista tria sacramenta sunt initerabilia, baptismus, confirmatio, & ordo: in qbus imprimitur character: & hęc sola tria sunt initerabilia. Consequẽter assumptis veris oportet dicere q; quinq; sunt characteres specie specialissima distincti: tres in ordine: & forte plures: & duo in istis sacramentis. Qz specie differãt apparet propter differẽtes effectus. sed hęc suasio est tenuis. ¶ Secũda conclusio. scienter suscipiens bis baptismũ incurrit pœnã canonicã: hoc est pœnã inflictã a canone, quis eũ lateat q̃ sit illa pœna. Probat. quia talis dat operã rei illicitę: quẽadmodũ pcuties clericũ est excõicatus ipso facto: etsi latuit pcutientẽ q; canones inferãt tales pœnas. Illa aũt pœna in proposito est irregularitas. qđ patet de apostatis & reiterantibus baptismũ. Ex literarũ. Quidã acolytus ministrauit sacramẽtũ baptismi suo fratri languenti: vt liberaret a graui infirmitate qua laborabat. Pontifex Romanus definiuit: q; si publicatũ sit: ad supiores ordines ꝓmoueri non debeat: nisi ad religionẽ transierit: vt fauore religionis ipsius valeat dispẽsari. Si vero occultũ sit: ꝓ moueri poterit. Istud habetur de consec. dist. iiij. Qui bis ignoranter baptizati sunt, nõ indigent ꝓ eo pœnitere: nisi q; scđm canones ordinari non possunt: nisi aliq̃ magna necessitas cogat. Qui aũt nõ ignari iterũ baptizati sunt: quia quasi iterũ crucifixerũt Christũ: ꝓ septẽ annos pœniteãt. Quarta & sexta feria & tres quadragesimas teiunent, si ꝓ vitio aliquo fecerint. similiter si ꝓ munditia putauerint: tribus annis similiter pœniteãt. Ex isto patet q; q̃ dubitat an sit baptizatus nec ne: potest ire ad baptisma: & nõ incurret istã irregularitatẽ: nec eũ baptizans presbyter tenet facere solertẽ indaginẽ ad inuestigandũ: an paruulus vel adultus sit alibi baptizatus. Istud patet de Cõsecratione dist. iiij. Cum itaq; baptismi sui nihil recordetur qui regenerationis est cupidus, nec aliter de eo possit attestari &c. & paulo post. Sed in hoc simile nihil formidatur, quoniã non potest in iterationis crimẽ venire, qđ oĩno factũ esse nescitur. Secũdũ leges aũt laicus est decapitandus: & presbyter deponendus.

¶ Cõtra istas cõclusiones arguitur q; bis baptizatus sciẽter nõ incurrat hanc pœnã canonicã: & pono ꝓ casu; q; duo vel tres simul baptizent vnũ paruulũ: sic sc; q; quilibet eorum triũ simul & semel incipiat aspergere aquã: & ꝓferre verba. Arguitur sic. Vnus eorũ baptizat: & nõ est maior ratio de vno q̃ de alio: ergo ille paruulus baptizatur a plutibus. ergo pluries baptizatur. Forte negas q; ille paruulus baptizetur. Rursus arguitur sic. si vnus solus aspersisset & protulisset verba: clarũ est q; ille baptizasset: ergo si alter cũ ipso protecisset aquã sup paruulũ proferẽdo verba, ille alitũ nõ impediuisset. Item si idẽ ponat in diuersis locis: q̃uis duo presbyteri illud sciant: qui vident paruuiũ in necessitate: vterq; presbyter tenet paruulũ baptizare: quia dubitat de vita paruuli: & nescit an aliquis eum baptizat. ergo vterq; debet illũ paruulũ baptizare. ¶ Huic argumẽto respõdet: q; ille est baptizatus a quolibet illorũ. Quẽadmodũ in cœna domini Romanꝰ põtifex, cardinales, & multi astantes cõsecrãt idem corpus dñi: & quilibet eorũ. Et sic cõcedo q; a pluribus baptizetur: sed non pluries: quia pluries dicit iterruptionẽ temporis. Et propterea cõcedimus Sortẽ nõ toties fuisse hominẽ sicut fuisse Parisijs. Sed hic aduerte: q; si vnus finiuerit ante alterum: ille baptizat: & alter nihil facit. Nec refert quis prius incipiat dũmodo vterq; inter ꝓferendũ verba aspergat aquã: & ambo simul terminẽt. ¶ Sed cõtra hoc arguit sic. ibi sunt plures baptizationes: ergo est pluries baptizatus. Respõdetur. Si baptizatio capiatur actiue: cõceditur q; sint plures baptizationes: qa plures hoies baptizantes. si passiue: vnus solus. si abstractiue ꝓ baptismo vel ꝓ verbis: cõcedo. Et sic cõcedo hanc copulatiuã. Sortes est semel baptizatus: & tñ triginta baptizationibus. Baptizatio enim nõ inhęret subiecto baptizato: sicut albedo rei albę. Et sic iste est baptizatus a plurib⁹ causis totalibus, vt totalibus tãtũ valet quantũ sufficiẽtibus: sed nõ vt tãtũ valet quãtũ p̃cisis. Sed dicis. character est imputibilis. quis eorũ illũ causat in animã baptizati? dico. nõ est exploratũ an character sit indiuisibilis. Probabile enim est omne accidẽs animę esse intensibile & remissibile: licet aliquod nec intẽdat, nec remittat a creatura. q̃q̃ illa via nõ caret spinis, ꝓpter actus syncategorematicos affirmatiuos & negatiuos. Sed vtrolibet istorũ modorũ dato deus characterem creat: & nullus istorũ causalitatem ꝓpriã habet respectu characteris: quilibet tñ est causa sine q̃ nõ, sufficiens respectu etiscdẽ. Forte dicis. tunc istorũ vterq; potest dicere, nos te baptizam⁹. & sic duo copulatim baptizare possunt. hoc nõ est absonũ: quãdo diuisim baptizant: hoc est vterq; eorũ & formã profert & aquã applicat. Quo fit q; hæc illatio est nulla. nullus habet duos patres naturales: ergo neq; spirituales. Etiam licet duo copulatim possint fœtũ generare: & nõ copulatiue: vt si duo similes in cõplexione cognoscerent eãdẽ mulierẽ succesiue: vel dęmõ succubus caperet duo semina: & postea fieret incubus: iã fœtus nõ esset illius dæmonis: sed illorũ duorũ quorum sunt semina: nõ tamen erit ita in his spiritualibus: nõ enim currũt generatio corporalis & spiritualis pars passiu: & dei voluntas sufficit. Etiam si quis dicat nomine ꝓprio: nos te baptizamus: baptizãt: licet ꝓperam agat: nõ vtẽdo forma cõmuni. Plerũq; enim vnus de se loquens vtitur plurali numero: vt nos Iacobus dei gratia. Et licet deus sit vnus, cuius ego sum minister: non sequitur q; debeam vti pronomine singularis numeri: quia stat dare mille ministros simul eundem baptizantes: & tunc nõ est ꝓcise vnitas ministri. etiã sunt plures psonę in diuinis. Nec est necessarium ad essentiam sacramenti ponere nomen baptizantis nec pronomen: sed sufficit q; ponatur terminus significans lotionem cum alijs essentialibus. Forte dicis: si duo proferant verba pluraliter: & vnus finiat ante alium: ille nõ baptizat dicendo: nos te baptizamus: cũ ꝓpositio eius sit falsa. Dico q; ꝓpositionẽ esse falsam nihil facit ad formã. græcus enim bene baptizat: & tamen oratio ei⁹ nõ est vera nec falsa. ¶ Ad confirmationẽ posito q; idem ponatur in diuersis locis: dicitur q; casus est præter legẽ. sed eo dato si vnus presbyter scit q; alter illum baptizauerit: nõ debet attentare rebaptizare. Sed punctũ est si paruulus sit Romæ, & Parisijs, & presbyteri sciant de se inuicẽ. verũ nullum est ꝓiudiciũ si simul baptizant: hoc est desinant ꝓferre: & ab vtroq; est baptizatus.

¶ Secundo arguitur ad idem: posito q; quis moriatur inter proferẽdum verba baptismatis: tunc potest baptizari: qđ patet, quia nõ est baptizatus. sed probo q; tunc nõ possit baptizari. moriatur Titius proferẽdo vnam syllabam de filij. Et arguitur. quandocũq; aliqua pars illius totius orationis est: illa tota oratio est: & quando tota illa oratio est, quęlibet pars eius est: quia totũ est suæ ptes: ergo tota forma & quęlibet pars forme est, quãdocũq; aliqua syllaba profertur: ergo erat prius baptizatus. Ad argumẽtũ respondere intendo in materia de Eucharistia circa illam propositionem. Hoc est corpus meũ.

¶ Tertio arguitur. pono q; duo deferãtur ad presbyterũ Sortes & Plato: & p̃sbyter intentionẽ baptizãdi vnũ habeat. sed nõ cogitet de quo distinctẽ. Tunc sic arguo: vtrũq; istorum licet postea rebaptizare: alter eorũ est baptizatus: hoc autẽ solus scit presbyter vt suppono. igitur. Forte concedis q; alter eorũ est baptizatus: quęro quis sit ille: & quare vnus & nõ alter. ¶ Respõdetur. q; in illo casu neuter eorum est baptizatus: quia illa intentio vaga non sufficit: sed requiritur vel q; actualiter habeat intẽtionẽ circa vnũ, vel q; habuerit: virtute cuius descẽdit nũc ad baptismũ: etiã si nũc nõ actualiter cogitet. quẽadmodũ facet dos qui intendit consecrare nouẽ hostias demonstrando decem ꝓsentes, nõ determinando se ad quascũq; nouem: nullas consecrat. Et sic argumẽtum est solutũ. Sed nõ requirit q; intendat baptizare filium regis: si forte filius regis ponat loco filij ducis: sed sufficit velle baptizare hoc supposito demonstratũ. Eodẽ modo si offerat adultus mahumetanꝰ loco adulti Iudęi: vel mas loco fœminę: sicut Isaac ꝓtulit verba benedictiõis in hoc suppositũ, demonstrando Iacob, & deus eũ benedixit. Sic cũ baptizans intendit hoc demonstratũ baptizare: deus post verba characterẽ baptismalẽ imprimit. Secus est in matrimonio vbi error psonę matrimoniũ impedit: tum ꝓpter illegitimationem maximi põtificis: tum quia illud est necessarium ad salutẽ: istud aũt voluntarũ: & difficile est simul cohabitare: si nõ spõte ab initio inceperũt.

¶ Quarto arguitur, oblato mõstro licet dicere: ego te baptizo &c. & tale est rebaptizandũ. igitur. & minister sic faciens sciẽter nõ peccat. igitur. Respondet de monstro difficile est videre an sit vnũ suppositũ vel duo. si sit adultum: quidã dãt experimẽtũ ad ponẽdũ discrimẽ. si enim alter aliqd vult qđ alter nõ vult: cõcludit q; sint duo & duę aiæ. Sed illud in puulis nõ ꝓdest: neq; in adultis. qđ ꝓbo. si illud sit in diuersis locis opinor q; potest habere qualitates contrarias simul. secus est de anima quę est in pede: & in capite ꝓpter sensus in capite: qbus mediantibus cognoscit. quia autẽ hic essent varij sensus: & variæ cõplexiones ex parte materiæ, q̃is sit vna anima: posset velle & nolle. Sed quid tunc remedij? an liceat dicere, ego baptizo hoc aggregatũ: vel hanc multitudinẽ? eo q; multitudo est terminus collectiuus & diuisiuus: vnus enim homo est multitudo: quia multitudo suarũ partium. Videtur alicui forte dicendum q; eo modo non est baptizatus: quia nõ est sufficiens intentio nisi determinate feramus intentionẽ. patet ex dictis. Sed in oppositum arguitur. quãdo apostoli baptizabant circiter tria milia hominũ. Actuum. ij. in die Penteocostes: nõ videtur q; determinate sciebant, hic sunt tres vel quatuor: sed proferebant (vos) sup baptizatos demonstratos. Item presbyter volens benedicere omnes hostias, nesciens numerũ earum determinate: omnes consecrat. hoc enim ꝓnomen te potest mutari non modo in numerũ pluralem: sed & in terminũ nõ cõuertibilem: vt patet in forma grecorũ. Et videtur etiam q; minister a peccato excusetur ꝓpter dubiũ. ¶ Respondet igitur p duas ꝓpositiones. Prior est: si appareat clare q; est vnus, debet baptizari cũ ꝓnomine te a latino: sed si dicat vos reuerẽtię causa dũmodo est intẽtio ei⁹ de vno: vere baptizat. licet enim alicui mutare ꝓno

Universidad de Deusto
Biblioteca

men: sed male facit non vtendo forma debita.
¶ Altera ꝓpositio.potest primo vnā partē baptizare & postea aliam cōditionaliter,si nō est baptizatus.potest etiā dicere: ego baptizo hoc aggregatum:vel hanc multitudinem:esto nesciat an sit vnum suppositū an duo:capiendo terminū collectiuum pariter & diuisiuum: hoc est qui vtriusq; naturā sapit:& ferendo intētionē sup binariū demonstratū.Nec est idem de (vos)qđ pōt eē singulare vel plurale:qa hoc est equiuoce. De Minotauro vel similib⁹,de qbus Maro sexto eneidos recitat,Mixtūq; genus pleriq; biformis Minotaurus inest:respōdetur q; est fictio poetica:sed vbi hoc contingeret,baptizaretur homo.

¶ Quinto pricipaliter arguitur ponendo duos simul proferentes: ego te baptizo si nullus alius te baptizet: quēritur an Titius est baptizatus ab altero tātum:& rationē assigna. Si ab vtroq; contra. nō est intentio eius baptizare Titium: nisi ea lege qua nullus alius eum baptizet: sed alius eum baptizaret si baptizaretur: cū paris sit ratio q; is ab vtrouis baptizatur. Si dicas: neuter baptizat:Contra.tunc si vnus non baptizat,puta Sortes: alter Plato intendat Titium baptizare si a nullo alio baptizetur:sed Titius nō baptizatur a sorte per te.ergo baptizatur a Platone Rursus si Plato solus illam orationē protulisset: Titius fuisset baptizatus: ergo sophisma sortis in illo casu nō debet impedire Titium quin sit baptizatus. Opinor q; neuter baptizat: quia est repugnantia ex parte intētionis & formę.Secus est esi quādo vnus solus profert illam orationē, vbi nulla est recalcitratio in oppositū baptismi. Forte oppones contra illam conditionalem baptizationem per simile in alijs reflexiuis.si Sortes diceret Plato dicit falsum:& contra idem Plato de Sorte assereret:nō esset necesse dicere vtrūq; proferre falsum,sed vnum:licet ratio videatur æqua:ergo idem erit in proposito. Respondeō. quicquid sit: assumptū est falsum.vterq; eñ dicit falsum,& est falsificatio mutua:sic hic in ꝓposito:ac si diceret: ego te baptizo si nō baptizo,in noīe patris & filij & spūs sancti. Secundo licet in illis insolubilibus homo posset tergiuersari p obligationes: hoc nō est pro materia quā tractamus.quia neuter habet intentionē baptizandi.vt patet ex circūstantia casus:& hoc si intendat secūdum prolationē verborum:& licet alter nō baptizet,& alius intendat baptizare si nullus alius baptizet:hoc nō sufficit: cū æqualis sit ratio de vtroq;. Cæterum si duo proferrent:vnus sic:ego te baptizo in nomine patris & filij & spiritus sancti:alter sic: ego te baptizo si nullus alius te baptizet:prior baptizaret:nō secūdus.qđ patet ex dictis.

¶ Distinctionis Sextæ Questio Secūda.

Vltimo circa hoc sacramētum quærit. an catechismꝰ & exorcismꝰ sint necessarij ad baptismū. Pro solutione nota.q; isti termini sūt grēci.catechismus idem est qđ instructio. debet eñ baptizandus primo instrui anteq̄ baptizetur:si sit adultus. Quod bene significauit saluator Matthęi vltimo,dicens. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes &c. Pręmisit eñ docete ad insinuādum q; baptismū prędat fidei instructio.vt dicitur de consecratione distin.iij. Ante baptismū. Exorcismus adiuratio dicitur. Exorcistæ sunt qui sup energumenos vel catechuminos,id est sup omnes qui habēt spiritū immūdum, inuocāt nomē dñi. paruuli prius exorcizantur anteq̄ catechizentur:vt nō impediātur p dęmoniū anteq̄ instruantur.

¶ Istis notatis ponuntur duæ conclusiones. Prima est negatiua.q̄ patet ex prmissis: nā ad baptismū sufficit itētio baptizātis,aqua,& verba quo ad paruulū nō regnātū: & cōsensus in adulto. ¶ Secūda cōclusio.catechismꝰ & exorcismus sunt de solēnitate & honestate eccl'ię: & peccat illa omittēs scām cōsuetudinē suę eccl'iæ nisi baptizādus sit in piculo mortis añ baptismi finē. Prior pars patet ex notabilib⁹. Secūda pars patet quia tota cōclusio est exceptiua, & excipit casum necessitatis:qa paruulus ꝓpter solennitatē nō est exponēdus periculo dānationis ęternę.

¶ Contra secundam conclusionem arguit.ꝓbando q; paruulus nō debet catechizari, paruulꝰ nihil itelligit:ergo illa instructio est et inutilis. Forte negas cōsequētiā:qa patrini ꝓ eo respōdent. Cōtra. qñ presbyter quærit.credis?patrinus respondet credo.ꝓ seipō. Q đ probo:qa si ꝓ alio: falsum dicit & mentit. nam bene scit patrinus q; paruulus nō credit. Prēterea. per hoc q; paruulus esset postea hereticus, videtur q; patrinus peccaret & puniri deberet:& si sic,paucos reperies patrinos. ¶ Secūdo arguit q; exorcismus nihil valet. qa vel illa verba naturaliter effugant spūs immundos, vel ex pacto diuino: sed neutrū dabis:ergo exorcismus est inutilis. ¶ Rndet sicut arguendo dictū est:cōsequētia est nulla:qa patrini loco paruulorū respōdēt.& nego q; falsum dicant. Primo (credo)tātū valet quātū fidem habere incipio. Secūdo dicit q; ibi est ptranscallio tpis ꝓ tpe: quasi

dicatur:credo ꝓ tēpore quo alter est adultus: vel pro tēpore quo putatur esse adultus. Tertio dicitur: q; possumus vti tēpore præsenti pro.xx.annis:& sic illa est vera.& licet cras paruulus moriatur,nihil impedit quin patrinus nō mentiatur: quia propositionē falsam dicat,quę est impertinēs ad mendaciū. Ad aliud nego consequētiā. ¶ Unde pono propositiones. Prima est.non propterea q; paruulus efficitur postea hæreticus,peccat patrinus. Probatur. nemo peccat ꝓ delicto alterius cū quo nullo mō cōmunicat in illo: & hoc est clarum si patrinus faciat paruulum erudiri in articulis fidei. ¶ Secūda propositio.nō obstat q̄uis patrinus paruulū nullo modo in articulis fidei edoceat.hoc patet.quia potest pręsumere vbi paruulus est cum fidelibus parentibus: nec constat sibi de opposito:q; est sufficienter eruditus in necessarijs ad salutem.vbi vero cōstaret ei de opposito: vel si de illo dubitauerit dubitatione verisimili, nō esset patrinus excusatus si non doceat paruulum in illis mediate, vel immediate: quia magis ad eum pertinet paruuli eruditio q̄ ad alios christianos. Nec illud est præter rationem:sicut enim paruulus potest consequi salutem ex fide aliena & sacramento: sic congruum est q; obligetur ad ea quæ sunt fidei,obligatione aliena. sed illa non est tota causa:vt inferius dicetur. In adultis ostensum est esse debere catechismū ante baptismū ex verbis Christi. Ite docete omnes gentes.puta cōmunia & principia in fide.& hoc patet Actuum viij.cū eunuchus Candacis reginæ diceret. Quis me prohibet baptizari? respondit Philippus: si credis ex toto corde,licet.at alter:credo(inquit)filium dei Iesum esse Christum. Exorcismus etiā est rationabilis: vt in generatione spirituali prius remoueatur dispositio baptismo ,repugnans q̄ generatio spiritualis introducatur: sicut ignis humiditatem remouet a ligno anteq̄ formā introducat: & hortolanus vepres & vrticas ab horto expellit anteq̄ inserat herbas. Et si dicas.prius debet remoueri causa q̄ effectus: sed peccatū primorum parentum est causa quare dæmon in hominibus habet potestatem: ergo homo est prius baptizandus.Maior est falsa vniuersaliter:si effectus augmentet causam vel eam manuteneat.
¶ Tertia propositio:licet requiratur actus voluntatis proprius illius qui vouit voto proprie dicto:nō tamen requiritur in baptismo.Prima pars in materia de voto,& distinctione.xxxviij. patebit.idem etiā requiritur in matrimonio: secus est in baptismo:in quo non est proprie votum:cum sit de necessitate salutis anteq̄ accipiatur. Secunda pars patet ex prmissis.Hoc tamen nō obstante ecclesia cogit legitime talem paruulum : q̄ q̄ actualiter nunq̄ postea credat,ad seruanda ea quę fidei sunt,& nō cogit purum infidelem.Ratio est quia vnus est fidelis vel erat per fidem infusam: alter non.Item quando nō poneretur fides infusa:quia vnus est de familia Christi:alter vero non est:nō est cogendus secundum apostoli sententiā ad Romanos.v. Quid ad me de his qui foris sunt? Nec paruulus incōmodum postea importat ex hoc:& pure infidelis cōmodum:sed opposito modo: quēadmodū si sint duo dyscoli:quorum vnus cogatur per prceptorem ad seruādam regulam bonā:alter vero vagetur: & nullum præceptum habeat. ¶ Ad secundum argumentum: vbi petis an naturaliter effugat dæmones,an ad placitū:dico ex pacto diuino. Et si dicas. Dauid primi Regum.xvj. auferebat dæmoniū a Saule per pulsum citharæ: & fumus iecoris piscis extricat omne genus dæmoniorū. Thobiæ.vj. Et.iiij. Regū.iij. Heliseus fecit adduci psalten: vt ꝓphetaret.Respondeō. Spiritus malignus minus vnū hominē torquere potest q̄ alium: quia est minus dispositus. Nam actus actiuorū sunt in patiente disposito.secundo de anima. melancholicū enim & subtristem magis vexare potest q̄ sanguineum & iucundum:cantus autē & melodia aliquos reddunt iucundos:& mutant dispositiones hominū: vt. viij. Politicorū dicit philosophus. propterea Dauid cithara poterat disponere Saulem ad hoc vt minus pateretur a dæmone. Vlterius dico, q; Dauid dulciter personuit: ob qđ minus Saul apprehēdebat vexationē propter voluptatē ex melodia acceptam . nam pluribus intentis minor est ad singula sensus.minus enim cruciatur laborās morbo propter tactum cymbalorū bene sonantium: licet idem morbus intrinsece maneat: quia apprehensio actualis intensa vel remissa, vel animaduertentia ad aliud delectabile,partem pœnæ magnā dissoluit.Poterat etiā Dauid per preces & deuotionem in cithara mereri ne Saul puniretur tantum quantum antea. De fumo cordis piscis quē Thobias ab angelo apprehendere iussus est: dico q; hoc factū est deo volente.Per psalten aūt deuotio Helisei accendebat,vt dignus esset ꝓphetiam recipere.Aliqua nanq; sunt instrumēta musica ad pietatem & fletum mouentia:quibus antiquitus vtebantur in planctu mortuorum: aliqua ad bellum accendunt:sicut inferius. distin.xv.huius dicemus de tuba & lituo.sicut enim canes sono cornuum accenduntur ad venandum: sic aliqua ad deuotionem mouent: quibus vtēdum est in diuinis officijs.Hinc Dauid saltabat ante arcā fœderis : & percutiebat in organis armigatis.ij. Regum.vj.Et iam tempus equum fumantia soluere colla:circa hoc sacramentum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Distinctionis Septimæ Quæstio Vnica.

Circa hanc distinctionem septimā quęrit quęstio vnica. An confirmatio sit sacramētum iterabile. Pro solutione nota q; cōfirmatio hic nō capit pro cōstanti firmitate in bono quēadmodū dicimus q; sancti in patria sunt confirmati: sed quomodo capiat patebit ex definitione eius. Institutiōis congruitas ex hoc patet: nā sicut in vita naturali vltra generationē p quā vita acquitur: requirit alia actio p quā homo ad perfectā quātitatē pducatur: sic prēter spiritualē generationē: quę fit in baptismo: p quā vita acquirit: requiritur alia actio sacramētalis: p quā vita spūalis ad perfectā veritatē deducit: & hoc fit p cōfirmationē: in qua spūs sanctus datur ad pfectū robur/secūdum illud de cōsecratiōe. dist. v. Oēs fideles per manus impositionē episcoporū spm̄ sc̄m̄ accipere debent: vt pleni christiani efficiant. Prēterea ad actū q; habet specialē difficultatē, opus est speciali adiutorio: sed ꝑter difficultatē, q; est in credendo: est specialis difficultas cōfitēdi fidē tpe pſecutiōis: q; a fides sola nō sufficit corā sequēte tyrāno.

¶His p̄missis pono conclusiones titulo q̄stionis respōsiuas.quarū Prima est.si occultus peccator mihi subditus petat a me Eucharistiā in publico ꝓ tēpore ꝙ quo teneor alijs Eucharistiā dare:teneor etiā ei dare.hoc est sub alijs verbis:si subditus meus peccator petat a me Eucharistiā ꝓ tēpore quo tenerer ei dare Eucharistiā si nō esset i peccato:teneor etiā ei dare i peccato. Probatio cōclusionis.nō possum licite excipere cōtra eū quare nō ministrem ei Eucharistiā sicut alijs.nō ꝓpter peccatū:qa illud est occultū,forte in cōfessione auditū:& sic et negādo Eucharistiā corā alijs,indirecte sum reuelator confessionis:& alios scandalizo,qđ est a me maxime euitandū. Si vero extra confessionē illud peccatū noui:cū nō possim illud ꝓbare, adhuc non possum licite excipere. Secūdo arguit̄ ad idem.data opposita cōclusione:sequit̄ ꝙ curat⁹ posset subditis negare Eucharistiā ad nutū suū,& nō liceret q̄re hoc faceret:sed sufficeret dicere. Sic volo sic iubeo sit ꝓ ratione volūtas. Pręterea de offici.ordina.c.Si sacerdos.scribit̄.Nisi qs iudiciario ordine ꝓbare poterit nō licet alū arguere nominati: nec a cōmunione remouere: q̄uis sciat ipm p cōfessionē aut alias impœnitentē pmanere i peccato.Quarto arguit̄ exēplo Christi: qui Iudæ suū preciosum corpus dedit in vltima cœna,vt euāgelistę oēs sonant.Matthęi.xxvj.Accipite & bibite ex hoc oēs. Et Augustin⁹ tenet psalmo. 21. sup illo verbo. Māducauerūt & adoratuerūt oēs pingues terrę.& patet.j.q.j. Christ⁹.& de cōsecra. dist.ij.Non ꝓbeat. & tñ Christus sciebat Iudā esse tūc in mortali etiā grauissimo. ¶Sed dicis. peccatū Iudę erat publicū,qa notū Iudęis: ergo ista ꝓbatio est nulla. Itē Christus nō tenebat̄ Eucharistiā Iudę dare. Princeps em̄ est absolutus a legibus.Et patet etiā:qa reuera peccatū occultū Iudę reuelauit Ioān̄i.Q uarto auctoritate Hilarij arguit̄.qui tenet ꝙ non dedit corpus suū Iudæ. Q uito.Iudas nō petijt corpus Christi.¶Respō detur ad ista. Ad primū.licet peccatū Iudę esset multis Iudęis notū:tñ ipsi malitiose negassent illud si ꝓbatio fuisset adducta. Sic si peccator petat a me Eucharistiā/& scia tres vel quatuor illā peccatū scire:qa tñ est vero simile ꝙ negabūt se hoc scire,qa sunt cōplices istⁱ⁹ peccatoris:adhuc dabo Eucharistiā. Secūdo poterat Iudas detestari peccatū suū post colloquiū habitū cū Iudæis vt fecit,licet infructuose,durante passione:& sic pctm̄ erat adhuc occultū . Ad secūdū respōdet Licet princeps sit absolutus a legibus:æquū est tñ ipm suā legem seruare:sic fecit Christus. Ad tertiū dico ꝙ habuit rationabilē causam illud reuelādi:qa retulit illi q potuit ꝓdesse & nō obesse & aliud erat:vt sc3 ostēderet vni apostolorū se scire qs se traditur⁹ eēt,& nil se latere. Illa aūt nō cōtingūt in nobis,cū multa nos fugiāt:nec possumus Christū in hoc imitari nisi similes rationes pro nobis haberemus,quas habere nequimus. Ad aliud de beato Hilario fateor ꝙ illud tenet: sed auctoritas euāgelij tēdit ad oppositū. Et beatus Augustinus/ & Hieronymus eā sequētes,& cęteri doctores agminatim tenuerunt oppositū. ideo illius assertio est relinquēda. licet ꝓ se adducat nōnihil apparētię ex euāgelo: vbi dicit Christus. Dico aūt vobis ꝙ nō bibā amodo de hoc genimine vtis vsq; in diē illū cū illud vobiscū bibā nouū in regno patris mei. vobiscū em̄ videtur demōstrare solos assumēdos ad regnū patris,de qbus nō erat Iudas. Ad hoc respōdetur. ille terminus vobiscum/nō est referēdus ad oēs discipulos illic existētes:sed solū ad p̄destinatos scdm illud Ioannis.xiij.Vos estis mūdi/sed non oēs. Et nō solum corpus suū Iudę dedit,sed ipse met sumpsit.Christus em̄ sumpsit panē & calicē sicut euāgelistę narrant:secūdum carmina q̄ recitat Bernardus in.c.Firmiter.de sum.trini.& fide catho.Rex sedet in cœna turba cinctus duodena.Se tenet in manibus:se cibat ipse cibus. Ad quintū dicit̄:ꝙ Iudas quia sedebat inter alios:facto petebat,sicut ponēs se in pascha ad mēsam cū alijs.Scđo,si nō dedisset et,petiuisset. sicut docebat.Nūq id ego sum rabbi?cum Christus loqueretur de sua morte.

¶Ex hac conclusione sequitur per locū a cōtrario sensu:saltē tacite innuitur, alia cō clusio:q̄ ē hęc. Si petat a me peccator ille Eucharistiā ꝓ tpe quo nō teneor ei ministrare: nō dabo ei Eucharistiā.patet.Nā facere oppositū eēt margaritas ꝓjicere ante porcos:& sanctū dare canib⁹ Legitimā exceptionē habeo ne teneat ei tūc Eucharistiā ministrare:& ꝓ rōne afferā ꝙ nō teneor & ꝙ sum ipeditus.& hoc est verū. cū nō possim ei Eucharistiā dare:ad hoc sum ipedit⁹. ¶Tertia cōclusio. Si iste de quo est mētio petat in secreto Eucharistiā a me,negabo ei Eucharistiā i secreto & dicā ei sic.ratio mea ē qa tu peccas mortaliter sumēdo Eucharistiā:& ego male agerē cooperā do peccato tuo:cū excusatione habeā rōnabilē. ¶Q uarta cōclusio.negāda ē Eucharistia i publico/notorio pctōri.habeo em̄ excusationē legitimā cōtra talē,peccati notorietatē. Sed quidēdū ē hic vt sim certus de notorietate peccati. alioqn inique agerē & imprudēter,alios scandalizando.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Quinta conclusio. nullo modo danda est Eucharistia noto existenti in mortali vbi habet sacerdos licitam excusationem non dandi. patet. alioquin esset cooperari peccato alterius. & patet ex secunda conclusione.

¶Cōtra secūdā cōclusionē arguit. Ipse peccat sumendo Eucharistiā: & melius esset ei nō sumere Eucharistiā: ergo nō debeo ei dare Eucharistiā, quia ei dādo/suo peccato cooperor. Itē melius est q̄ scandalizetur q̄ sumat Eucharistiā: ergo debeo ei succurrere. ¶Respondeť ad primū/cōcedēdo antecedēs, q̄ melius eet ei: sed cōsequētia est nulla: quia debeo respicere ad illud qđ est mihi melius. ego em̄ teneor dare ei Eucharistiā. & nemo peccat implēdo p̄ceptū, exponendo per quia. si vero nō darem ei, peccarē. & nego q̄ eius peccato cooperor: cū rationabiliter ei Eucharistiā p̄beā: & displicet mihi q̄ ipse Eucharistiā petat, & peccet. Si tñ eū vocarē ad Eucharistiā: multū peccarē/instigādo eū ad hoc qđ est ei peccatū. sed p̄monere eū licet/auri eius insusurrādo. frater noli Eucharistiā sumere si pœnitudine nō ducaris de odio in fratrē tuū. vel dicā in publico. Caueat quilibet accedere ad sancta sancto rū in mortali noxa: ne iudiciū sibi māducet & bibat. sicut Christus in publico dixit: vnus vestrū me traditurus est. vęh aūt homini illi per quē filius hominis tradetur. ¶Ad secūdū. transeat q̄ est ei melius: nō tñ mihi. modo scđm ordinē charitatis plus habeo me protegere a peccato q̄ alterū Etiā alter grauiter peccat volendo sumere: quia oīno decreuit sumere. ¶Tertio arguitur. nō debeo alijs facere qđ nollem mihi fieri: sed ego sacerdos si essem in statu istius petentis, nō deberē velle q̄ sacerdos daret mihi Eucharistiā. igitur. ¶Quarto arguiť p illud qđ scribit Matth. vij. Nolite proijcere margaritas ante porcos. sed ille peccator est porco peior, qui nūq̄ peccat. igitur. ¶Quinto arguiť. medicus corporalis vinū non dilutū aqua concedens febricitanti calida febre, peccat, licet alter petat: & causa est, quia nocet patiēti: sed corporis Christi datio nocet accipiēti: & licet peccet volēdo habere: per dationē cōtinuat actus eius, & ex parte rei acceptę ei nocebit. igiť. ¶Sexto arguiť. furioso petēti gpriū gladiū, dum tāte tēpore furię, gladius est negādus: ne suo mucrone sibi iugulū p̄cidat: ergo sic est in ꝓposito. ¶Septimo arguiť. melius est illi tradere hostiā nō consecratā: quia ex pte rei operatę illa ei non nocebit. ¶Octauo arguiť. ille peccator tenetur nō petere Eucharistiā: ergo ego teneor ei nō dare illā. ¶Ad tertiū dicitur q̄ sermo est illic de velle recto & licito: quare concedo maiorē absolute, & cōcedo minorē absolute. nō em̄ deberem velle si essem subditus, q̄ curatus daret mihi Eucharistiam: nec debeo simpliciter petere stāte casu peccati: sed cū curatus licite det Eucharistiam: stāte hypothesi possum velle q̄ ipse mihi det. Exemplū in simili. vxor teneť reddere debitū in casu marito lasciuo & peccāti in petēdo: & tñ si maritus recte vellet: absolute desideraret q̄ vxor nō redderet debitū: & etiā nolle debet q̄ ipse debitū petat: sed stāte sua importuna petitiōe vult mulierē reddere debitū licite. ¶Ad quartū dicitur q̄ illa auctoritas sic intelligitur. Nolite proijcere quantū est ex parte vestra margaritas ante porcos. Et sic est in ꝓposito. Alter em̄ rapit margaritas, cū iste nō possit ei importune petēti Eucharistiā negare. Et licet volitionē dādi habeat: illa est extorta & nō pure spōtanea. ¶Ad quintū dicitť q̄ nō est simile: quia vnus obligať: nō aūt alter: imo medicus corporalis obligatur nō dare nociuū cognitū tale patienti. potest etiā reddere rationem quare noceret patienti talis medicina: qđ facere nō potest curatus. ¶Ad sextum dicitur q̄ ius nature interp̄tatur gladiū in illo euentu non restituendū. oppositū est hic. ¶Ad septimū nego antecedens. nō em̄ est mihi bonū sed peccatum: qđ nō est faciendū. patet in. c. de homine. de celebra. missa. vbi casus vertebatur de quodā peccatore nolente celebrare: qui tamē finxit se celebrare, pretermittēs verba cōsecrationis vt populo satisfaceret. Forte occurrebat casus in quo ex officio celebrare tenebať vel ratione scandali: & forte ex stultitia sua reputabat se semp̄ i mortali ante cōfessionē vocalē. Innocentius tertius dicit illū grauius deliquisse q̄ si in mortali vere cōsecrasset. quare dictū Altisiodori est nullū, dicētis hostiam nō consecratā dandam loco verę Eucharistiæ: non quia populus idololatriam cōmitteret: vt distinctione vndecima patebit: sed quia sacerdos deciperet populū priuando eū sacrificio: & in sacramento veritatis nihil falsitatis aut doli inesse debet. ¶Ad octauū cōcedo ante cedens: sed consequentia est nulla.

¶Contra tertiā cōclusionē arguiť sic. Iste cui nego Eucharistiā, de me faciet q̄rimoniā superiori q̄ ei Eucharistiā negē: & nō habeo protectionē. Si cōcedā, ero punitus. Si dicam causam: sum proditor secreti. ¶Respōdebo corā episcopo, q̄rēti de me. vbi negaui tibi Eucharistiā, & quādo: subtūgens me paratū ministrare corp⁹ Christi cuilibet mihi subdito. Et si redeat in secreto/mihil ei dabo. Si adducat alios testes, dabo ei Eucharistiā. & si insistat proterue: forte ex meo facto licito deꝑhēdetur ab alijs q̄ ratiōe peccati quo irretitus est, ei Eucharistiā negē: sed hoc mihi non imputabitur.

¶Contra quartam conclusionē arguitur. Stat notoriū pc̄tōrē non esse i mortali: & per consequens ei danda est Eucharistia. ¶Rn̄ deť. consequentia est nulla. Notorius em̄ peccator est ille qui notorie peccat, & nō sufficiēter suū crimen per pœnitentiam purgat. cū aūt purgauerit suum crimē iudicio prudentum: dabo ei i publico etiam Eucharistiam. si vero tēpus i quo iudicio prudentū debet abstinere, non sit consummatū, dicam publice, amice bene & laudabiliter pœnitentiam tuam inchoasti, pseueres modicū vt illos ædifices quos scandalizasti: & postea dabo tibi Eucharistiam. Sic enim p̄cipit Apostol⁹ Peccantem corā oīb⁹ argue vt cæteri timorē habeant. Primæ ad Timotheū quinto. ¶Secundo contra eandem conclusionē arguiť. Stat me negare Eucharistiam coram multis q̄ crimē illi⁹ nō cognoscunt: ergo sum reuelator peccati secreti. Respondetur concedendo ans. sed cōsequentiā cum cōsequēte nego: qa pc̄tm̄ est notorium: & p̄ pterea ego nō reuelo ipsum: sed parietes illud explicant: & pc̄tm̄ ipm̄ suum factorē in hoim oculis fœtere facit: & apd multos q̄ de pc̄tō nihil ante sciuernt, & ita ego licite facio. Illud patet. ij. q. j. Quæ Lotharius rex. & c. sequenti De manifesta. vbi glos. in verbo (plurimis) ergo non requritur oīm scientia.

¶Contra quintam conclusionē arguitur per illud qđ definitū est in concilio Guarmactensi: vt recitatur. ij. q. v. c. Sępe. q̄ suspectis de furto detur Eucharistia: ergo datur existētib⁹ in pc̄tō. ¶Rn̄deť. illic ē sermo de dubio sup furto: an sint aliqui in mortali pc̄tō: an. s. res furati sint. Et statuit cōcilium q̄ se purgarēt in illo dubio, existimās illos religiosos nolle, si qđ furti haberent, sumere corpus Christi. quemadmodum deferť iuramēto in casu dubio i iudicio. sed hoc iam exoleuit. Ex illo tñ non sequtur q̄ Eucharistia sit danda alicui quē certum est esse in peccato mortali. Ferme simile seruāt aliquot religiosorū prælati tpe quo aliqd est furto ablatum. Nemo enim audit cōfessiones religiosorum quos celebrare oportet, nisi prior conuentus, vt furtum deprehendatur.

Dubitatur an possimus licite audire missam sacerdotis excōmunicati vel notorij fornicarij. Respōdetur. vel sacerdos est publice & notorie excommunicatus: & tūc in loco i quo est publicum: teneor talē sacerdotem euitare in qbuscūq̄ actibus. vbi vero est occultum, talem teneor euitare in secreto: non autem i publico. argumētū ē ad hoc in c. Si sacerdos. de offi. iudi. ordi. hoc patet etiam de senten. excōmunica. c. Cum non abhoie. vt si qs Aberdoniæ excōmunitatus fuerit noiatim, & hoc sciuero: talem in publico non euitabo Hadigtonæ. Si aūt fuerit generali sentētia iuris vel hois suspensus, excōmunicatus, vel interdictus, non teneor ip̄m euitare in diuinis vel i alijs: nisi in sentētiam excōmunicationis pro sacrilega manuū iniectione in clericū adeo notorie inciderit: vt nulla tergiuersatione celari possit. Illud i cōcilio Cōstātiēsi ordinatū est. Ex hoc patet q̄ nō est habēdus oculus ad ius antiquū añ illud decretū. Secundo sequtur q̄ nullo iure humano obligati sum⁹ euitare notorie fornicariū sacerdotē, simoniacū, vel aliter notorie irretitū, in diuinis vel extra diuina: nisi per sentētiā iudicis suspēsio fuerit contra eum specialiter publicata & expresse. Tertio sequtur: q̄ iniectio notoria manus i clericum facit virum euitari sicut ante concilium Constantiense. Patet: qa illū casum cōcilū excepit. Quarto sequtur ex dictis in principio q̄stiōis de notorietate: q̄ clericum percutiēs nō est vitādus nisi p̄cutiens id confessus fuerit, vel conuictus fuerit in iudicio, vel ad minus percusserit decem videntibus: alioq̄n non erit notoriū. Dixi i secundo corollario (nullo iure humano) teneor tamen iure diuino qñ indubitanter scio aliquem sacerdotem peccatorem: nō facere eū celebrare: qa per oppositum sum causa ei⁹ peccati: qđ fugiendum est a me. & si videam q̄ audiēdo ab eo rē diuinam eum foueā in pc̄tō, & possum eum retrahere, ab eo diuina non audiendo: tunc debeo non audire. ratio est, qa illud est de iure naturæ & diuino ante oēm humanam constitutionem. modo concilium Constantiēse iura humana solū remouebat. Sed hic notato q̄ illud cū magna discretione fieri debet. Et primo requiť q̄ cōstet viro apparentissime q̄ possit hac via retrahere sacerdotē a peccato. Secūdo requiť q̄ nō aperiat viam imprudētibus cōtemnēdi suos curatos, q̄ crebro sunt propēsi in suos insurgere. Tertio ne videatur contemptor concilij Cōstantiensis: qđ magno libramine legē antiquā de non audienda missa notorij fornicarij abrogauit. ¶Nūc habu isti q̄ occulto peccatori est dāda Eucharistia qñ petit directe vel indirecte in publico ꝓ tempore quo tenerer dare ei si non esset in peccato. Indirecte aūt petit sedēdo cum alijs qbus Eucharistiā ministro. & ratio est, non possum excipere licite cōtra eum quare non ministrē ei Eucharistiam. Si vero petat in conclaui, non dabo illi q̄uis milies conqueratur. Non possum tamen suadere tali q̄ sumat Eucharistiam, sed teneor ei seorsum in aure dissuadere. Item notorio peccatori non ē dāda Eucharistia licet in nullo peccato sit, & hoc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mihi cōstet:quot:sq; suam sordidā vitam elimauerit:quia adhuc a vulgo peccator reputatur:sed sua fœda & lubrica vita cribrata,danda est ei Eucharistia,quia tā non est notorius peccator.Quo fit q; hæc consequētia est nulla:Sortes est notorius peccator:ergo sortes est peccator.quēadmodum nō sequtur,Sortes est putat⁹ optimus:ergo est optimus. ¶Audire insuper possumus missā notorij fornicarij:& possumus diuinis ei⁹ interesse,licet eum non debeam⁹ prouocare ad celebrā dū:non tamen licet audire missam notorij peccatoris clerici,nisi probabiliter se absolui ostenderit. Sed de hoc ampli⁹ i.xvij.distinctione huius.

Distinctionis Decimę Quæst.Pria.

Circa hanc de cimā distinctionē conformiter ad literam magistri quærā septē. Primo an corpus Christi & sāguis realiter in Eucharistia cōtineant. Secūda & tertia quæstio erunt de modo quo est in Eucharistia secūdum duas varias vias. Et quia aliqbus difficile captu apparet,quomō idē corpus potest simul esse in plurib⁹ locis: Quarto quærā an de⁹ possit ponere idē corp⁹ circūscriptiue i plurib⁹ locis totalib⁹: vel angelū in plurib⁹ locis. Et cū fide cōstet corpus Christi esse in cælo & in Eucharistia, quæram quinto an conuenant eædem proprietates corpori Christi in Eucharistia,quæ eius corpori in cælo conueniunt. Sexto de motu locali illius corporis. Septimo & vltimo, an sit essentialis depēdentia inter modū essendi corporis Christi sub modo sacramentali & naturali. ¶Pro primi expeditione quæritur, an corpus Christi & eius sanguis realiter in Eucharistia contineātur. Pro solutione quæstionis pono hanc conclusionem.Corpus Christi realiter in Eucharistia continetur:& non solum figuratiue prout hęretici dixerunt.Probatur hæc conclusio auctoritate irrefragabili.primo auctoritate sacri Canonis.Matthęi.xxvj.scribitur. Accepit panem & benedixit & fregit,deditq; discipulis suis & ait. Accipite & comedite:hoc est corpus meum. Et Lucæ.xxij. Accepto pane gratias egit & fregit & dedit eis dicens,hoc est corpus meum quod pro vobis dat hoc facite in meam commemorationem. Et Ioannis. vj. Nisi manducaueritis carnem filij hominis,& biberitis eius sanguinem , nō habebitis vitam in vobis. Idem habetur apd Marcum. Hoc deniq; habet Paulus primæ ad Corithios vndecimo. Fortasse dicis. ista verba capiuntur figuratiue sicut illic. Ego sum vitis vera.aut. Petra autem erat Christus.hoc est,sum similis viti & petræ:& propterea dicor vitis & petra. Contra hoc arguitur , supposita regula Augustini in libro lxxxiij.quæstionū.quæstione.lxix. In sacra scriptura notanda solent (inquit) circunstantiæ scripturæ illuminare sententiam. Cum ea quæ circa scripturam sunt præsentem quęstionē contingētia diligenti discussione tractantur:quando Christus loquitur figuratiue, vel in propria significatione,potest colligi ex precedentibus & sequentibus. Vnde cū Christus dixisset,ego sum vitis vera/subiūxit,& vos palmites: palam est autem q; apostoli non erant palmites vitis naturalis:ergo solum figuratiue erant palmites spiritualem vitam ab eo capientes/ sicut palmites naturalem a vite. Sed vbi dixit.hoc est corpus meum:subiūxit,quod pro vobis tradetur. Et post q̄ dixit,hic est sanguis me⁹.addidit Qui pro multis effunditur.quod figuratiue intelligi non potest. Et q; ita realiter de suo corpore loquutus fuerit:colligere potes ex sanctorum variis expositionibus:quas late recitat Gratianus de consecratione. distinctione secunda. Oppositum aūt erat hæresis Berengarij. vt patet de consecratione distinctione.ij.c. Ego Berengarius. vbi sic scribitur. Cōsentio autem sanctæ Romanæ ecclesiæ/& apostolicæ sedi & ore & corde profiteor de sacramentis dominicæ mensæ eandē fidem me tenere quā dominus & venerabilis papa Nicola⁹, & hęc sancta synodus auctoritate euangelica & apostolica tenendā tradidit,mihiq; firmauit: scilicet panem & vinū quæ in altari ponuntur,post consecrationem nō solum sacramētū:sed etiam verum corpus & sanguinē domini nostri Iesu Christi esse &c. Præterea hoc patet p cōcilū Lateranēse sub Innocētio tertio celebratū:put recitat de summa trinitate & fide catholica.cap. Firmiter. vbi dicitur. Vna est vero fideliū vniuersalis ecclesia extra quā nullus oīno saluatur:in qua idem ipse sacerdos est & sacrificiū Iesus Christus,cuius corpus & sanguis i sacramento altaris sub specieb⁹ panis & vini veraciter continetur.modo cōcilium in fide & moribus errare non potest:cum eodē spiritu regatur & scripturā exponat quo reuelata est. Vteri⁹ nūq; patres sola credenda tradere volentes hanc partē concluisissent, nisi eam in serie sacri canonis sancto spiritu illuminante (qui concilio præest) habuissent. Q m autem hæc veritas est difficilis intellectu, vt quæstione sequenti patebit,doctor se

raphicus qstiōe prima hui⁹ distinctiōis apponit vnā rōnē q̄ est hæc. Ars & virtus est circa difficile:& quāto difficilius est credere,tanto est magis meritoriū,sed q; Christus sit i sacramento sicut i signo tm̄, nullā hēt difficultatē. Q; aūt sit in sacramēto veracitet sicut in cælo:hoc maximā habet difficultatē.ergo hoc maxīe meritoriū ē credere.si ergo debuit deus facere illud qđ ē magis meritoriū:debuit facere q; real⁹ contineret i Eucharistia. Hęc rō peccat. nā pari rōne cōcluderet, si aliqd valeret,q; sp difficili⁹ captu eēt factū credēdū i fide.qđ est falsū. fateor q; credere difficili ori est magis meritoriū q̄ mīn⁹ difficili cęteris paribus. Sed cū mīta aliis modis mereri possimus noluit deus mīta difficillima captu in lege dare ne hoies retrocederent nullū habendo meritum. Restat ergo q; sola fide credēdū sit huic propositioni, Corpus Christi & eius sanguis realiter in Eucharistia continent.

¶Contra hanc cōclusionem de necessitate fidei credēdā arguit per illud qđ scribit Matthæi.xxvj. Pauperes semp habebitis vobiscū:me aūt non semp habebitis. ¶Respondet. verum est dimensiue & corporaliter: quod patet Matthæi vltimo.Ego vobiscū sum vsq; ad consummationem sæculi.sed sic nō mansit nobiscū corporaliter:nec alio modo nisi sacramentaliter, realiter existens in Eucharistia . & non intellexit de apostolis & discipulis solum pro eorum tępore,cū ipsi mortui sint,sed adiecit:vsq; ad cōsummationem sæculi.

¶Secundo arguitur. Cū Christus diceret Ioannis vj. Nisi quis māducauerit carnē meā & biberit sanguinē meum non habebit vitā æternam. et multi dicerent:durus est hic sermo, qs pōt eū audire/& abirent retro: illis discedētib⁹ instruxit duodecim remanētes dicens. Spiritus ē q; viuificat,caro nō prodest qcq̄ . sed nihil est in hoc sacramēto qđ non ꝓsit:ergo caro Christi nō est in hoc sacramēto. Et Augustin⁹ similiter hoc exponit psalmo.iiij. ¶Respondet. Christus nō negauit carnē suam futuram realiter in Eucharistia,sed nō debuit capi ꝓut illi alij intellexerunt qui rati sunt manducare frustatim partes carnis eius sicut aliā carnem communem.

¶Tertio arguitur.de consecratione.distin.ij.c.Pria qdē.in fine capituli scribit. Item donec sæculum finiat sursum est dominus sed tamē etiam hic nobiscū est veritas domini. Corpus em̄ i quo resurrexit:i vno loco esse oportet:veritas autem ei⁹ vbiq; diffusa est. Item vna persona deus & hō est.vbiq; per illud/quo de⁹ ē. in cælo ꝓ illud quo hō est.hęc auctoritas ē Aug. psalmo.iiij. ¶Respōdet. donec finiat sæculum sursum est domin⁹ secūdū dimensionē i loco. Secūdo dico:cū hoc q; est in Eucharistia/sursū est dominus:qa simul est sursum & deorsum : quēadmodum si idē corpus esset in pluribus locis: vt quæstione quarta huius distinctionis dicem⁹: tamen nobiscum est veritas domini , hoc ē verū corp⁹ Christi. Quādo dicit:i vno loco esse oportet:loqtur de esse i loco circūscriptiue:& oportet/ non valet tantū quantū necessarium ē:sed tantū quātum opportunū ē:vt lati⁹ quæstione quarta patebit.Qđ dicitur i fine auctoritatis intelligitur sic:diuinitas est vbiq;:humanitas aūt ē i cælo localiter & circūscriptiue.Et ne illa Augu. auctoritas tibi scrupulū ingerat, psalmo.xxxij. Homilia secūda dicit. Accesserunt ad Iesum Iudæi vt crucifigerent:nos accedam⁹ vt corpus eius & sanguinem accipiamus.& Psal.xxvij. De carne Mariæ carnē accepit: & ipsam carnem ad māducādū ad salutē dedit.& psalmo.xxviij. ad Iudęos loquens dicit.Iam & securi bibite sanguinē quē fudistis.& alias varias eius auctoritates magister in litera ad illud propositum adducit.

¶Quarto arguit̄.Si corpus Christi realiter est in Eucharistia:vel totū Christi corpus ē in tota Eucharistia: vel totū sub qualibet pte.non secundum/quia tūc Eucharistia sumēs in infinitis ptib⁹ specierū parvis sumeret corpus Christi:quia hostia ē diuisibilis in infinitū:& sic i finities corpus Christi sumeret:qđ ē incōueniēs Nō primū:quod patet/quia fracta hostia/biptita vel triptita/vt contingit in sacrificio sup calicem corpus Christi ē in qualibet illarū ptiū:hoc ē in quolibet frusto qđ ante erat pars:& non per consecrationē:ergo ptius erat sub qualibet illarū partium. ¶Rndetur.hic ē geminus modus dicendi vnus ē cuiusdam antiqui doctoris tenentis primum membrum:q; totale corpus Christi ē sub totali hostia & sub nulla eius parte. Alius ē modus oppositus quem solum iudico verum& tenēdū. Ratio ē.cū hostia triticea sit vnū homogeneum:eadem est ratio q; sit corpus Christi sub parte/& toto. Itē ē ita difficile intellectu quomodo corpus Christi longū septem pedib⁹ sit cum parua hostia digitali:sicut cum qualibet parte illius:ergo cū non sit maior ratio de toto q̄ de parte:vnū ē æque tenēdū ac aliud. Tertio.tango stylo vnam ptē hostiæ quantulācūq; volueris:& q̄ro abs te an sub illa sit totū corpus Christi/an ps corporis Christi solū:an nihil corpis Christi.Nō tertiū,vt notū ē.Nec secūdum/quia sic alijs partibus hostię ablatis & illa pte remanente/manebit solū ps corporis Christi:& tamē manebit Eucha

Universidad de Deusto
Biblioteca

ristia:qđ est inconueniens:ergo oportet dare primū. Quarto arguit ad idē.consecretur panis decem pedibus longus,sub qualibet parte illius hostiæ est corpus Christi totum: ergo & in qualibet alia hostia. Quinto arguitur auctoritate Hilarij Papæ:& recitat de cōsecratiōe/distinctiōe secūda. Vbi pars est corporis,ibi & totum. Exemplificat de colligente mānā in magna quantitate vel parua. Sexto arguitur.illud est facilius intellectu q̄ se quendo imaginationē aliā: & aliud non habem⁹ fide credēdū:ergo solus hic modus est tenendus Doctor autē Seraphicus ad argumen. i dicit q̄ hostia non ē diuisibilis in partes infinitas:quia in diuisione continui est status naturalis quantū ad partem secundū formā.Contra.non est stat⁹ partium in suo toto:quicq̄d sit de minimo naturali. Propterea cōcedo q̄ est in infinitis partibus hostiæ:sed solū semel est corpus Christi in Eucharistia:quia si bis vel ter illic esset:oporteret dare interruptionem illic essendi:sicut ad veritatem isti⁹ Sortes bis fuit Parisijs. & cōcedo q̄ i infinitis tēporibus ptialibus sumitur corpus Christi in Eucharistia.

¶Sed contra hanc cōclusionē quā solam veram censeo,arguitur sic.non est intentio sacerdotis quamlibet partē illi⁹ hostię cōsecrare:sed ad verā cōsecrationē requritur intentio ministri.igitur. ¶Secundo arguitur ad idē.in speculo est solū vna imago: qđ si frangat in duas vel tres ptes,in qualibet illarū ptiū incipit eē imago de nouo,p̄sente obiecto illi⁹ imaginis,productiuo ergo licet sit totale corpus Christi in totali hostia nō icōuenit corpus Christi incipere esse sub qualibet illarū ptiū,vi prioris cōsecratiōis:ergo argumentum in oppositū neminē deb3 terrere. ¶Ad primā istarū rōnū respōdetur: q̄ intentio presbyteri est cōsecrare panē triticeū ante se positū:& nihil illius excipit:ergo q̄cq̄d tritici est ante illum vere consecrat:quēadmodū si ponant centū hostiæ ante me:& intendam illas cōsecrare nō ferēs intentionem distincte in numerū hostiarum:omnes consecro,siue eas videam,siue nō,sicut fecit cæc⁹ ille sacerdos de Vorda Mechlinian⁹. ¶Ad secūdā dr̄ q̄ nō ē simile/qa illic ē agēs naturale. nā cū ē obiectū & speculū separatū sufficiēs:producit naturaliter nouū simulacrū,nō sic aūt i ptib⁹ speculi cōtigit ex natura rei specularis:qđ expiētia i notescit.sed volūtas dei hic facit corp⁹ Christi eē sub speciebus panis post verbo⁹ p̄lationē:q̄ nobis ex rōne inotescit. ¶Tertio arguit cōtra solutionē.Est dare minimū naturale tritici: ergo sub pte illi⁹ nō erit corp⁹ Christi.ergo nec i q̄cūq; parte hostiæ. Forte dicis & sic dicēdū ē,q̄ illud Enthymema ē mala consequētia:qa ps illi⁹ minimi naturalis est in suo toto : & in qualibet pte illius erit corpus Christi totaliter.Contra.saltem capiatur pars illius minimi naturalis: sub illa non erit corpus Christi. ¶Respōdet.pars illius minimi naturalis non potest separari a suo toto naturaliter & q̄uis ponatur separata de potentia dei:est difficultas an illa sit sensibilis aliquo sensu,an non. Si secundum/non sufficit ad sacramentū. Si em̄ minimū naturale non fuerit sensibile aliquo sensu:nō sufficit ad sacramētum Eucharistiæ:qa sacramētū ē iuxtā sibilis gr̄æ sensibile signū. Stat⁹ autē ē in minimo sensibili,vel maximo nō sensibili:qđ extraneū est a minimo naturali:nec oportet cum illo coincidere.tunc cōsecrato minimo sensibili:sub illo & q̄libet eius pte erit corp⁹ Christi. Si vero det maximū nō sensibile,nec corp⁹ Christi erit sub illo,nec aliqua ei⁹ pte:quia non est sensibile signum.Cōtra hoc arguit.signum qđ non pōt sentiri a lusco vel lippo,potest a lynceo sentiri.Et forte Adā vidit meli⁹ in statu innocentiæ q̄ lynceus.& potest dari melius videns q̄ Adam ergo non est dādus status quo ad hostiā cōsecrādam:quia omne triticeū qđ a quocūq; sensu potest appræhendi est sensibile in potentia propinqua:& p consequens consecrabile.Respondet.illud nō directe impugnat solutionē datā,sed potiꝰ de sensibili signo.Ad solutionē nostram sat est: si corpus Christi sit sub aliqua hostia quātūlibet parua:erit sub qualibet parte illi⁹ homogenea.Sz quia hoc qđ argumentū quērit non est extraneū a solutione & materia sacramēti: ad ipsum respō debo. Probabile ē q̄ Adam in statu innocētię vidit ita clare sicut aliquis viator pur⁹ vnū q̄ videbat vel videbit.Et sic de tactu, gustu,& alio sensu.& illud qđ est minimū sensibile ab eo, pro illo tempore ad Eucharistiam sufficit:& min⁹ nō sufficit: qa nō sufficit imutare potētiā visiuā ei⁹.Videm⁹ enim q̄ magnum visibile cū oculo sufficit producere visionem,quam paruū visibile & potētia eadē producere nequeunt. & licet minus visibile cum Adā sufficiebat magis q̄ cū lynceo: illo nō obstante est status:& tamen minus minimo sensibili ē ab eo intelligibile etiā intuitiue:qa q̄libet res cadit sub obiecto intellectus creati pro statu patriæ:& forte innocentiæ anteq̄ Adam peccauit. Corpus em̄ quod corrumpit aggrauat animam. ¶Sed cōtra illud arguitur.sequeretur q̄ laicus in sensu cōposito posset consecrare corpus Christi:& facere ipsum esse sub speciebus panis vel vini:qđ est incōueniens . Secūdo sequeretur q̄ corpus Christi erit in multitudine hostiarū & in nulla illarū.qđ est inconueniens. Declaro vtrāq; sequelā: diuidatur species vini cōsecrati i partes insensibiles:tunc in nulla erit corpus Christi:cū nulla illarum sit sensibilis,nec sufficiens ad

sacramentū.reuniat illas laicus:sub illis erit sanguis Christi & corpus:cum prius esset sub eis:& ipsæ species remaneant. Secunda seq̄la patet.diuidat hostia consecrata in partes : quarum quælibet est insensibilis extra suum totum: & ponāt ptes iuxta seinuicē:iā tota multitudo videt & est sensibile signū: ergo ad sacramētū sufficit.& tñ nulla ps ē sibile signū.q̄ tota multitudo videri possit cui⁹ nulla pars quæ est hoc aliquid videri potest:patet de cumulo pisoꝝ vel arenę. ¶Ad primū istorum respondet negando seq̄lam.Primo dicet hoc esse virtute prioris consecrationis a sacerdote factæ sub illis specieb⁹ sub q̄b⁹ determinat de⁹ q̄ semp erit corp⁹ Christi q̄diu species illę erūt sensibile signū. Secūdo & meli⁹/cū ps separata ē isensibile signū:sub illa nō manet corpus Christi:qa nō est sacramētū:& de⁹ nō cōseruat accidens sine subiecto nisi in hoc sacramento.creat ergo deus nouā substātiā: sc3 substantiā panis vel vini:& illa nec sic adhuc ē cōsecrabilis quousq; reddat aliqđ vnū sensibile signū cōiungēdo illas species paruas:& requritur sacerdos ad harū cōsecrationē. ¶Ad secūdū dico q̄ corpus Christi nō erit in tota multitudine:cū nō sit i vna pte illius:nec sufficit ad sacramentū q̄ quatuor partes reddant sensationē iuxta se positę:sed requirit q̄ aliqđ vnū cōflent. ¶Sed cōtra illud arguit.Sortes ꝑpe parietem album quālibet ptem ꝑportionalem superficialē videt:ergo nō datur minimū sensibile vl̄ maximū nō sensibile. ¶Sc̄do arguit.totū est suæ ptes simul sumptæ:vt distinctione.xliij.huius dicemus:ergo est eadē visio totius & oim ptiū eius:ergo quātūcūq; totū videt pars etiā videbit etiam eadē visione. ¶Rñdetur ad primū:q̄ nō datur minimum visibile in suo toto.secus est extra suū totū: sicut nō datur minimū naturale in suo toto:secus est extra suū totū.

¶Secundum argumentū maiorē affert difficultatē. Et propterea vtrinq; argumentabor. Et primo arguit q̄ est vna visio toti⁹ nō cōflata ex visionib⁹ partiū illius totius : & hoc sic. Sat sortē a remotis videre cumulū granoꝝ distincte:& illa visiōe nullū granū videbit distincte:cū nullū granū virtute visionis sciat distinguere ab alio:& tñ scit cumulū granoꝝ vl̄ arenę distinguere a promōtorio septētrionalis Beruici. ¶Sc̄do arguitur ad idē.notitia sortis rep̄sentat sortē & nullā ptē ei⁹:alioq̄n nō eēt notitia discreta. Pōt fieri simile argumētū de notitia termini collectiui vocalis,totā m̄litudinē & nō ptē rep̄sētātis. ¶Tertio sic arguitur. Defendi pōt q̄ totū integrale est vna tertia entitas a qualibet suarū partiū & ab oībus simul sumptis distincta : ergo habet notitiā distincte repræsentatiuam sui nō cōflatā ex notitijs partiū. ¶Ad ptē affirmatiuā sic argumētor. si sit vna visio totius, nullā illarum partiū repræsentans,sed adæquate ipsum totum:seqtur hæc conclusio:q̄ nunc actu datur vna notitia infinite intensa.consequens est falsum/& contra Aristotelē tertio Physicoꝝ, & primo de cælo & mūdo. Et q̄ sequat̄ ꝓbo sic.capio albedinē bipedalem cuius vna medietas sit a.altera vero b.iam notitia de a.non cōponitur ex visionibus ptiū.parī forma nec notitia b.medietatis. signo c.pedalita tē ex medietate a.& medietate b,conflatam,iam c.pedalitas cōmunicat cum a.& b.sed visio eius non cōmunicat cū visionibus a. & b.& visio c.nihil rep̄sentat nisi ipsum c.totale & adæquate.Et eodē modo dicēdum est de visione cuiuslibet alterius pedalitatis cōmunicātis. Addo hanc ꝓpōnem i philosophia exercitato notissimā.In quolibet corpore bipedali sunt infinitę pedalitates distinctæ cōmunicantes. Lector i figura i pariete vl̄ papyro si opus fuerit hoc tibi ostēdet ad oculum Illarum aūt notitię nō cōmunicant,& sunt æqualiter intensæ:hoc est quælibet est æqualiter intensa cum qualibet alia vnā pedalitatem repræsentante:ergo notitia ex his conflata est infinite intensa:qđ reſſabat ꝓbandū. Fortasse dicis.nō consituunt aliquam vnam formā.Contra hoc arguit quinto Metaphysicæ dicitur.Impossibile est plura accidentia solo numero differentia inhærere eidem.Et secundum rectiorem viam hoc intelligitur nisi vnam formā cōstituant:& nō sicut alij intelligunt secundum sonum verborum Aristotelis,q̄ nunq̄ duo accidētia eiusdem speciei possint eidem subiecto inhærere. erunt ergo plures gradus. Si dicas hoc esse verum in corporalibus & nō i spiritualibus:mihi viā aperis negādi q̄ scientia vel vlla qualitas mentis sit diuisibilis i plures partes vel gradus:ergo euadere neqs rationabiliter quit erit vna notitia infinite intensa,cōtra philosophum & communē scholam.Insup patet illud incōuenire.Nā intellectus est finitę capacitatis actuæ:& ad ei⁹ notitiā concurrit: ergo terminat ad certū gradū intēsiōis notitię exclusiue vel inclusiue. Experimur em̄ q̄ si intellect⁹ multum immergatur in vna notitia finita: nihil capit notitię alteri⁹ obiecti ob capacitatē actiuā finitā ipsi⁹ itellect⁹.Dicis.l; tota notitia sit ifinite itensa:itellect⁹ vl̄ sensus nō cōcurrit ad hāc notitiā i finite,sed finite. Licet em̄ sint infinita obiecta distinctis notitijs cognita:tñ illa obiecta cōicant.facilius aūt ē intēsam notitiā hr̄e circa idē obiectū q̄ circa varia.sensus em̄ vel intellect⁹ circa idē habet notitiam alicuius intensionis sicut octo gratia exēpli:q̄ notitia hēt ifinitas notitias iæquales non cōmunicantes: & tñ non potest habere tot notitias quātūcūq; remissas circa varia obiecta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Reſpõdetur.ſicut totum eſt ſuæ partes ſimul ſumptæ:ita viſio totius ex viſionibus ptiũ conflatur.incõueniens autem maius videtur cõcedere q̃ ſit aliqua viſio nunc infinite intenſa,q̃ cõcedere aliquod illatum ab aliqua ratione in oppoſitum. ¶Propterea deuenio ad rationes ad partem oppoſitam:quando ſic primo arguitur. Stat ſortem a remotis videre cumulũ granorũ diſtincte: & illa viſione nullũ granũ videre diſtincte:ergo viſio totius non componitur ex viſionibus partium. Reſpondetur. Cõſequẽtia eſt nulla:quia viſio toti⁹ cumuli componitur ex viſionibus partiũ. Licet igitur nullũ granũ diſtincte videatur in caſu argumenti:quodlibet tamen granum quo ad partem propinquam cumulum videnti videtur. Sed contra hoc arguitur.nullũ granum ſeorſum poteſt videri ad viginti pedes ergo nec ꝓducit ſpecies in toto multiplicatiuas ſui vltra viginti pedes:cum ſit agens naturale ęq̃liter producens ſiue extra totum ſiue in toto. Si hoc concedas de quolibet grano: ſed nõ de vna parte cumuli:Contra hoc argumentor.ſi nullum granum ꝓducat viſionẽ ſui vltra viginti pedes: nec duo grana ꝓducẽt viſionẽ ſui vltra vigiti pedes:& ſic de trib⁹ & conſequẽter aſcẽdẽdo:vel dabitur vna viſio totius & non viſio partis ſecundũ ſe vel aliquid ſui. Reſpondetur cõcedendo q̃ nullum granũ ſeorſum producit viſionẽ ſui vltra viginti pedes:ſecus ẽ in ſuo toto,i quo producit viſionẽ ſui vltra mille pedes cũ aliorũ granorũ ope.qđ in ſimili patet de paruis ptib⁹ ignis ſimul iunctis,vel de multis vocibus ſonũ ad maiorẽ diſtãtiã,ꝓducẽtib⁹ q̃ eẽt vox ſtẽtorea. ¶Ad ſecũdũ dicit q̃ notitia ſortis pro iſto ſtatu ſortẽ ꝑ accidẽs gr̃a albedinis vel ſoni repꝛſentat. ſecus eſt de aia ſepata vel pro ſtatu patriæ. Sed dico illã notitiã ex notitijs ptiũ ſortis cõponi. Et ſic de notitia termini collectiui ad placitũ ſignificantis dicatur. ¶Ad tertiũ dico q̃ argumẽtũ nihil aliud ꝓbat niſi q̃ illud poteſt defendi:qđ cõcedo. ſed tõnabili⁹ẽ dicere totũ eẽ ſuas ptes ſimł ſumptas.

¶Sed contra rationem in oppoſitum arguitur probando q̃ non incõueniat dare i finitam viſionem intẽſiue vel notitiam ſecundũ legem dei poſitam etiam in pura creatura: & per conſequens propter rationem illam nullo modo relinquenda eſt pars quã relinquim⁹. Antecedẽs patet:ſi angelus ſit in loco pedali & in qualibet ꝑte eius,habebit notitiam infinitã intenſiue.quod patet.in qualibet ꝑte ſui loci habebit notitiã ita intenſam ſicut in alio loco.ſed eſt in infinitis locis partialibus.nec iuuat dicere q̃ obiectum eſt ꝓpius angelo in vna parte ſui loci,q̃ i alia ꝑte ſui loci.quia ponat angelus ſimul eſſe cum obiecto intẽſo. ¶Reſpondeꝛ:cum obiectũ ſit idẽ numero:& intellectus idẽ: dato q̃ ſit in pluribus locis ptialibus:habetur ſolum vna notitia q̃ haberetur quando nõ eſſet in ꝓtibus loci,ſicut ẽ de notitia i anima ſortis q̃ ẽ in pluribus partibus corporis. nec vnum eſt magis ponderãdum q̃ aliud. ¶Secundo arguitur contra eandem rationẽ.Infinitæ ſunt partes proportionales non cõmunicantes i hac albedine pedali:quarum quælibet ſuperficialiter videtur:& cuiuſlibet ꝓtis viſio ẽ ita intẽſa ſicut alia:cum albedo ſit vniformiter intenſa:ergo tota viſio ẽ infinite intẽſa. ¶Forte dicis:& ſic dicẽdum eſt.viſio totius pedalitatis eſt intenſior q̃ viſio alicuius partis ꝓportionalis eius:quia cõponitur ex viſionibus partium. Cõtra.ergo tota albedo deberet apparere intenſior q̃ pars,cũ intẽſiore viſione videatur. Reſpondetur. non ſeq̃ẽ q̃ apparere debeat intenſior.Vnde hic q̃libet ꝑs albedinis ab alia diſtincta habet ſuam viſionem ſibi reſpõdentẽ:& ſic viſio totius eſt intenſior q̃cunq; viſione partis: ſed tota illa viſio non repꝛeſentat ſecundum ſe & quodlibet ſui totam illã albedinem:ſed vna pars viſionis repꝛæſentat vnã partem & alia aliam.Exemplum in ſimili.notitia ſortis ob Platonem ſupuenientem intendit⁹ a notitia Platonis.hoc eſt,vna notitia eſt intenſior q̃ videtur ſortes q̃ antea,ſed non intenſius cognoſcitur ſortes:cũ nõ per quãlibet ꝓtem illi⁹ notitiæ cognoſcatur Sortes.

¶Ecce quomodo verũ Chriſti corpus de Chriſtifera virgine natũ: qđ ꝓ nobis paſſum eſt,& aſcẽdit ad cælos,& ſedet ad dexteram patris:eſt in hoc Euchariſtiæ ſacramẽto: vt tam auctoritate euangeliſtarũ q̃ cõciliorum infallibiliũ iã patuit.Non tamen imagineris corpus Chriſti eſſe in concauitate hoſtiæ: ſed eſt vnitiue cum tota illa albedine tam ſecundum partes intrinſecas q̃ ſuperficiales. Euchariſtia tamen eſt circunſcriptiue in loco: & per conſequens aliter eſt Euchariſtia in aere vel in alio loco:q̃ corpus Chriſti in eodem.& non ſolum eſt corpus Chriſti in hoc ſacramẽto:ſed in qualibet eius ꝓte.poteſt tñ ptiũ eſſe talis partitio,ꝙ cũ eſſent inſenſibiles corpus Chriſti deſineret eẽ ſub eis:licet non detur minimũ intelligibile ab intellectu ꝓ ſtatu gloriæ: cũ angelus ſit intelligibilis ab eo intuitiue. Sic corpus quodlibet quantumcũq; puſillum licet ſit inferioris ſpeciei q̃ angelus:hic obicem præſtare non videtur:tamen fortaſſe eſt dabile aliquod inſenſibile vt aliquod non viſibile a ſenſu viſu etiam ipſi⁹ beati:& ſic de alijs ſenſibus. Senſus enim ſũt corporei:& determinata obiecta corporea habẽt. Dixi (fortaſſe) q̃a poſſet q̃s dicere.q̃ licet ſit ſtatus i ſenſibili ꝓ hoc ſtatu,ſicut Ariſtoteles dicit i

de ſenſu & ſenſato,in fine: non tamẽ erit ſtatus i patria.Et ſi hoc eſſet verum, conſequenter quis defendere poſſet:in quaſcũq; paruas partes Euchariſtia partiatur,ſub qualibet fore corp⁹ Chriſti.Notanter dico (defendere poſſet) quia adhuc non eſt cõſequẽs.quia eñ veroſimiliter Adę potẽtia terminabatur/quẽ inter viatores optime ſentim⁹ putamus:& Euchariſtia ſolis viatoribus tã q̃ viatꝛicum ſit danda,adhuc erit ſtatus. Et licet promiſcue de minimo ſenſibili vel maximo nõ ſenſibili loquut⁹ fuerim: potẽtia tñ ad maximũ non ſenſibile terminatur:quia illo ſenſibili dato quod minimum putas, ſi a tergo illius nonnihil auferatur:adhuc ipſum videbitur. vlterius dabitur vltimum inſtans eſſe completum viſionis/cõtra philoſophum octauo Phyſicorũ. Vtroq; tamen modo loquendi vtar quando non occurrit ſpecialis mẽtio. Si plura tamen inſenſibilia ſeorſum applicentur prope ſe in aliqua certa diſtantia:iuuant ſeinuicem ad productionem viſionis Verbi gratia. Si eſſet equus albus & parua tibia muſcæ inter me & equum:a remotis equũ viderem & non tibiã muſcæ.tot tamen tibiæ poſſent ſimul colligi & poni inter me & equum vt iudicarem equum nigrum.& hoc eſſet quia illæ tibię ꝓducerent viſionem nigredinis: nullam tamen tibiã, vel quæ ſint tibiæ/diſtincte videbo:quia neſcirem diſcernere hanc ab illa,virtute illius viſionis. Amplius diximus viſionem totius vel intellectionẽ a viſionibus vel intellectionibus partiũ produci, ſi obiectum habeat partes. Hoc propter notitiam angeli,animæ,& rerum impartibilium dicitur.

Diſtinctionis Decimæ.Quæſt.II.

SVperiore queſtione diximus corpus Chriſti realiter eſſe in ſacramento Euchariſtiæ. ſed cum ſit longũ ſeptem pedibus ſicut eſt in cælo & fuit in terra: non eſt facile captu quomodo eſt in Euchariſtia:& tamẽ theologi eſt illud cognoſcere,exemplo Pauli qui dicebat: ſapientibus & inſipientibus debitor ſum. Inſipientibus enim ſufficit dicere ita eſſe fide credendum: qui in talibus non fluctuant.Nam qui nihil ſcit, nihil dubitat.Ita facile eñ rudis aſſentitur huic articulo vel huic:deus eſt trin⁹ & vn⁹,ſicut huic,deus eſt. ſapienti autẽ appræhenſiones de modo poſſibilitatis occurrunt.& pro talibus in fide tenẽdis,& aliꝭ arguendis ſi aliter ſentiãt, poſſibilitatẽ oſtendere oportet.vnde dicit Paulus ad Titum. Sint potẽtes exhortari in doctrina ſana,& eos qui cõtradicunt arguere. Sapientes aũt hic varias vias imaginati ſunt,& non inſulſe.quia etſi de fide ſit q̃ corpus Chriſti in Euchariſtia contineat,ex q̃ſtione præcedenti:non tñ eſt de fide modus quo exiſtit:ſed opinabile. Et pro illo intelligendo ſcito,q̃ aliqui ponunt quantitatem a re quãta diſtingui:& dicunt corpus Chriſti eſſe in Euchariſtia ſine quãtitate ſua. Alij habent pro icõueniẽti q̃ corpus Chriſti careat aliquo accidente potiſſimũ abſoluto in Euchariſtia quod i cælo habet.& iſti inter ſe diſcordant.nã coꝝ aliqui dicũt:q̃ quãtitas corporis Chriſti realiter eſt cũ ſubſtãtia eⁱ⁹ in Euchariſtia:q̃a vbicũq; eſt ſubſtãtia aliqua, ibi etiã neceſſario ſũt oĩa accidẽtia abſoluta eidẽ ihę rentia,ſed illa quãtitate non extẽdit corpus Chriſti localiter in ſacramento.q̃a illic non eſt quãtitas modo ſuo quãtitatiuo/ſed modo ſubſtantiæ q̃ quãtũ eſt de ſe:eſt in loco idiuiſibiliter:vt patꝫ de aĩa itellectiua vel angelo. Et rõ ẽ ſcẽm eos/q̃a quãtitas Chriſti nõẽ ibi tãq̃ prim⁹ & ꝑ ſe termin⁹ conuerſionis,ſed cõcomitãter ad primũ terminũ Conuerſio eñ panis fit i ſubſtãtiã corporis Chriſti tanq̃ in primũ & ꝑ ſe terminũ: quã ſua accidẽtia concomitãtur:ergo quãtitas eſt illic non more ſuo,hoc eſt more quãtitatis,ſed more ſubſtantię.Et ſic dicere oportet q̃ corp⁹ Chriſti i Euchariſtia hẽt quãtitatẽ/& eſt quãtũ:nõ tñ modo quãtitatiuo:q̃a nõ hẽt ꝓtem extra ꝓtem,ſicut Sortes Iſte aũt mod⁹ vltim⁹ nõ placet.q̃a ſi natura quãtitatis continuæ eſt extẽdere corpus cui iheret,iꝑ extẽdit,ſiue ſit prim⁹ termin⁹ ſiue cõcomitãs,nihil refert. Si eñ ꝓduceret ſubſtãtia Sortis a deo ꝑ iſtãs vel tẽpus ante quãtitatẽ continuã eius,& poſtea quãtitas ꝓduceret i Sorte, Sortes nõ eẽt minus quãtus extẽſiue q̃ ſi fuiſſet cum Sorte, dato q̃ quantitas primo ꝓducta fuiſſet.

¶Duo aũt ſunt modi aliis oĩbus relictis defẽſabiles:& poſterior apparẽtior & cõiorquem imitari ꝓpono: vt i q̃ſtiõe ſequẽti patebit. Prior iſtorum modoꝝ eſt iſte.tenẽdo q̃ quãtitas continua eſt res quanta : quælibet pars corporis Chriſti ẽ cum qualibet alia penetratiue. Declarat poſſibilitas huius modi. Deus poteſt facere penetrationẽ variorũ corporũ iter ſe:ſicut eſt de materia & forma:vt diſtinctione.xlix.huius ampliꝰ patebit.ergo eodẽ modo poteſt facere penetrationẽ ptiũ eiuſdẽ corporis ita vt oĩes ſimul ſint/ & tũc eſt facile captu:quõ totum Chriſti corpus eſt in tota Euchariſtia & in qualibet eius ꝓte:ſed nõ ẽ illic ſub modo quãtitatiuo.mod⁹ aũt quantitatiuus nihil aliud ẽ q̃ habere partium extenſionem in ordine ad totum:& ad locum:& hocẽ facile/modo teneas quãtitatẽ eſſe rẽ quãtã.Et ſi teneat quantitas continua diſtincta a te quãta:põt

Universidad de Deusto
Biblioteca

defendi q̄ corpori Christi ihęreat: & ip̄m sit quā tum rōne quātitatis ei inhęrentis: sed non est sub modo quātitatiuo: quia nō est extēsio ptiū nec i ordine ad totū/nec i ordine ad locū: qđ est de ratione modi quantitatiui. non est aūt de rōne quā titatis continuæ corpus cui inhęret extēdere sim pliciter: sed de potētia naturæ. Tertio defendi potest q̄ in Eucharistia nulla est quātitas continua Sicut em̄ alij dicūt q̄ sunt multi respect⁹ corpo ri Christi inhærentes in Eucharistia, q̄ ei non ihę rent in cælo: sic dici p̄t de quantitate ⁊ continua. Primus istor⁹ modor⁹ est rationabilior: q̄libet aliorū tm̄ defensabilis. Hic modus a doctore sub tili & antiq̄s passim est reprobatus: a plerisq; tm̄ posteriorib⁹ defensatus. Suadet hic modus. corpus Christi est in sacramēto Eucharistiæ realiter & hoc potest sustineri cum hoc modo dicēdi: ergo hic modus ē ꝓbabilis. & hoc tripl̄r. elige quē ramū volueris. Et si contra alios modos sint apparentiores obiectiones q̄ contra hūc: iste est rationabilissimus.

¶Reliquū eſt videre an accidentia alia quātitati inhęreant. Poteſt hic bifariam dici. primo ꝙ nullum accidens eſt ſubiectum accidētis. dicit enim Ariſtote. in vltima ꝓprietate ſubſtantię. Maxime proprium ē ſubſtātię cū ſit vna & eadem numero, ꝙ ſit ſuſceptiua cōtrariorum. Ibi em̄ maxime capitur aduerbialiter: ita vt ei ſoli conueniat. Et ſi dicas. proprium eſt ſuperficiei primo colorari. quinto topicorū. Et in prædicamēto quātitatis dicit philoſophus. Quāta fuerit ſupficies tātū albū fore dices. Dico ſubſtantiam quo ad partem ſuperiorem eſſe ſuperficiem. & illud patet quarto Metaphyſicę ex philoſopho dicente. Accidens nō accidit accidēti: niſi quia ambo accidunt eidem ſubiecto. Si dicas: Ariſto. dicit octauo Phyſicorū textu cōmenti quinquagesimi. Quātitas primo ineſt: deinde alia accidētia. Et Auicēna ſecūdo Metaphyſicę dicit ꝙ vnum accidens eſt ſubiectum alterius. Reſpondetur Philoſophus intellexit ꝙ vnū accidens aliud ꝓſupponit: & præſuppoſitum reputatur ſubiectū alterius. ſic etiā intelligatur Auicēna. ſicut dicimus ꝙ priuilegium clericale fundatur in prima tonſura, vel corona. Et adhuc probatur qđ dicimus ratione ſuaſiua: quia plus videtur quātitas a ſubſtantia depēdere: q̄ qualitas a quātitate: cū ſubſtantia ſit baſis & prima cauſa reſpectu accidentium. ſeptimo Metaphyſicę. quātitas autem ſolum eſt diſpoſitio media: ergo ſi quantitas eſt ſine ſubiecto, idē erit de qualitate. Præterea. qualitas eſt perfectior quātitate. ergo ſi quantitati nō repugnat eē ſine ſubiecto: nec qualitati repugnabit. Perfectio qualitatis ſuper quātitatē ſic oſtenditur. qualitas eſt actiua actione reali: qua caret quantitas tenendo eius diſtinctionē a qualitate. vel ſecūdū aliam poſitionem, inquātū quātitas. Secundo. angelis & animabus ſubſtantijs nobilibus perfectis reſpondent qualitates, nō ſic quātitates: quia non oportet nobiliorē ſubſtātiā maiorem habere quantitatē. qđ patet de elementis quæ maiorem habent quantitatē: & tamen inter ſubſtantias ſunt infima. etiā per qualitates ſubſtantię perfectę ſuos fines attingūt: vt beati ſpiritus per viſionē & dilectionē dei: nō aūt ꝓ quātitatem. Item Magiſter abſolute in litera dicit accidentia eſſe extra ſubiectum: & eccleſia vtitur in feſto corporis Chriſti tali modo loquendi: ergo rationabilius eſt dicere hic omnia accidentia eſſe extra ſubiectum. Poteſt tamē defendi nō improbabiliter ꝙ reliqua accidentia quātitati inhęreāt. ¶Ex quo hę colligēdæ ſunt ꝓpoſitiones. Cum ſpecies panis & vini maneāt eędem poſt conſecrationē quę fuerunt ante conſecrationem (vt ꝓ experientiam ſenſuū cognoſcitur) & cum illa accidentia non inhęreant ſubſtantiæ panis & vini: quia nō ſunt: nec corpori Chriſti inhęrēt: vt Magiſter in litera dicit: & bene. quia dato oppoſito oportet qualitates contrarias inhęrere eidem ſubiecto primo etiam in ſummo. qđ inconuenit. ꝙ autem ſimul ſint in eodem loco, non eſt inconueniens. quia ſic oportet dicere de calore & frigore in corpore Chriſti ſecūdum recitata in diſtinctione decima. Nec iſta accidētia poſſunt poni in aere. qđ patet de accidentibus interioribus hoſtiæ. ergo neceſſarium eſt dicere ꝙ aliquod accidens illic eſt extra ſubiectum. ſcilicet quantitas in parte centrali hoſtiæ: vel prope centrum hoſtiæ. & cum ita ſit de aliquibus accidētibus: ſimiliter de omnibus dicendum eſt: & ſic qualitates coaſſiſtunt quantitati: & cum ipſa miſcentur: ſicut cū ſubſtātia ante miſcebātur. ſed ei nō inhęrēt ſecūdū vnū modū prælibatū. Secundū aliū aūt non improbabilē qualitates quātitati inhęrent: & ſola quantitas eſt extra ſubiectum.

¶Diſtinctionis Duodecimę Queſtio Tertia.



Am in quæſtione p̄cedenti loquuti ſumus de modo exiſtendi accidentiū in ſacramento Euchariſtię. reſtat vlterius loqui de eorū actione adinuicem: & in ordine ad alia accidentia: & ſubſtantias: tam quo ad generationē: q̄ ad corruptionem. & hoc manebit pro hac quæſtione Tertia. Ad quam diſſoluendam aliquot ponā ꝓpoſitiones ſiue cōcluſiones ad titulum q̄ſtionis reſpōſiuas. ¶Sit itaq; omniū dicendorū hęc prima & fundamentalis cōcluſio. Subſtātia ꝓducit accidens: & ipſum corrūpit. Secūda pars probatur. Nā aqua calefacta remota ab igne corrūpit calorem. Q đ patet. ab aliquo em̄ calor corrūpitur: & nō poteſt aſſignari cauſa corruptionis eius niſi forma ſubſtātialis aquæ (loquor de cauſis ſecūdis) nō aer qui circūſtat: quia ſtat aerem eſſe minus frigidū aqua: & minus frigidum nō ꝓducit magis frigidū: dato ꝙ paſſum ſit magis inclinatū ad frigus q̄ agēs. Si dicas & appareter: ꝙ glacies in aqua ꝓducit in hyeme ab aere frigido, & eſt maior frigiditas in glacie q̄ in aere: ſed quia aqua magis inclinatur ad frigus q̄ aer: nō incōuenit minus frigidū plus frigoris ꝓducere in magis diſpoſitū ad frigus q̄ habeat ipſe aer. Dico frigiditatē illā nō ꝓduci a ſolo aere frigido, ſed cū hoc ab influētijs frigefactiuis: quia nō ſemp in frigidiore tempore eſt glacies. Sed dices. totus aer frigidus ꝓducit hoc frigus in aquā, & plus ē de frigore in toto aere q̄ in hac parua aqua i fine motus: modo a maiore multitudine formę ꝓuenit maior actio: nō em̄ icōuenit corpus bipedale calidū vt quatuor, ꝓducere calorē vt octo in paſſum pedale æq̄liter dēſum cū agēte. Hoc nō elidit argumētū: ꝙa ſi nullū frigus eēt i aere ſed paruus calor, idē eēt. nā vidē⁹ aquā frigefieri: & illic nulla ē dāda cauſa alia a forma ſubſtātiali aq̄. Prior aūt cōcluſionis ps patet. Nā frigus illic ꝓducit vt experiētia docet: & nō dat alia cauſa ꝓductiua illius frigoris niſi forma aquę: ergo habeat tota cōcluſio. Idē fieret in igne ſi eēt ſuſcepti uus frigoris ab aqua. ſublata enim aqua frigus expelleret ignis & calorē ꝓduceret. ex ſuſceptiōe aūt caloris in aqua male aliq cōcludūt ſuſceptionē frigoris in igne. varias em̄ & repugnātes naturas habēt elemēta. nā aqua & duo alia elemēta ſunt infectibilia nō aūt ignis, qui aerē peſtilētē & ſordes oēs eliminat. ¶Secūda cōcluſio. accidens ꝓducit accidens & corrumpit accidēs. hoc patet per philoſophū ſecūdo de generatione loquentē de qualitatibus actiuis & paſſiuis. & patet experientia. Inſup ratione ſic arguitur. calor

Universidad de Deusto
Biblioteca

aquę calefacit piſces vel carnes & calorem ꝓducit in eas. Nec aſſertio aliorum ſufficit: ꝙ forma aquę concurrit ad illū calorē ꝓducendū in piſces vel carnes: quis em̄ ita foret, nō negatur actio a calore. Secūdo falſum eſt: ꝙ forma ſubſtātialis aquę aliquid faciat ad calefactionē: cum calor ei virtualiter cōtrarietur: quē corrūpit ex cōcluſiōe p̄cedēti. Cōſeruare aūt eſt cauſare, loquēdo de cōſeruatione naturali. ſed ſi nō pōt conſeruare calorē quē habet: nūq̄ ad caloris ꝓductionē concurret. Secus eſt de frigefactione: quia ad frigus naturaliter cōcurrit ſe ſola. ꝓpterea a frigefactione nō impeditur quādo ei frigus adiūgitur. ꝙ accidens corrūpat accidēs, patet. nā calor in aqua frigus p̄exiſtēs corrūpit. igit. ¶ Tertia concluſio. ſubſtātia ignis cōcurrit ad ꝓductionē caloris in paſſum extrinſecū in ſphæra ſuę actiuitatis applicatū. probat. ſubſtātia ignis vel aquę cōcurrit ad accidēs ſibi cōnaturale i ſe: vt patet ex prima cōcluſione de aqua: & ſi deus ꝓduceret ignem ſine calore, qđ eſt ei poſſibile: & relinqueret ignem ſuę nature cōcurrēdo cū ipſo ſua influētia generali, calorē in ſe ꝓduceret: et ſi frigus i ignē ꝓduceret, qđ ē deo poſſibile: forma ignis frigus corrūperet: niſi deus impediret. ergo cū hę ſubſtātię producāt accidētia in ſe: vero ſimile eſt ꝙ in oīa extrinſeca ſuſceptiua ꝓducāt. ſunt em̄ agētia naturalia q̄ appetūt oīa ſibi aſſimilare: ꝙa hāc naturam a deo acceperūt: ſicut & eſſentiā. de accidēte tam hoc patuit in ſecūda cōcluſione. Ex his ſequitur ꝙ fortior eſt actio frigefaciēdi in extrinſecū: q̄ in ipſam aquā: cęteris paribus. qđ ꝓbat. quia tam ſubſtātia q̄ accidēs cōcurrūt ad frigefactionē extrinſecā: & forma ſubſtātialis ad frigus intrinſecū. Dixi (cęteris paribus) quia ſtat paſſum aquę eſſe magis diſpoſitū ad ſuſceptionē frigoris q̄ paſſum extrinſecū. hoc eſt materiam aquæ quā dico ſuſceptiuā frigoris inhęſiue. ¶ Quarta cōcluſio. Subſtātia ꝓducit ſubſtantiā. probatur. lignū igni applicatū incenditur: & ꝓducit forma ignis: & nō a ſolo calore. qđ patet: quia ita p̄ſens eſt forma ignis ſicut calor. ergo ſi ob præſentiā vnius ad aliud, dicas calorē naturaliter cōcurrere ad productionē caloris vel ignis: ꝑ idē nō debes hoc ab igne negare. Præterea quādo nutrimētū in chilum vel chimū cōuertitur in animali, ꝓducitur forma alterius ſpeciei: qđ certū ē quādo cōuertitur ꝓpinque in ſubſtātiā aliti: & nō niſi a ſolo calore accedēte. quia quātūcūq; ſit ꝓportionatus calor in re inanimata, nō fit talis introductio formę ſubſtātialis. igitur. ¶ Quinta concluſio. problema ē: an accidens cōcurrat ad ꝓductionē ſubſtātię, vel eiꝰ corruptionē: nec ne, ꝓbatur. nec ratiōe efficaci nec experientia poſſumus vnā partem probare vel aliam. De experiēcia patet: quia nūq̄ eſt accidens ſeparatū a ſubſtātia niſi in Euchariſtia: in qua deus ſupplet actiuitatē cauſę ſecūdę, ſcilicet ſubſtātię ac ſi p̄ſens eſſet: ad occultandū ſecretū ſacramēti Euchariſtię ꝑ ſuo beneplacito & noſtro merito. ergo illic nō habebimus experientiā: nec in aliis experiri id potes. Itē videmus ad applicationē ligni ad ignem, produci ignem in ligno. nā calor ignis eſt ita p̄ſens igni generādo ſicut ſubſtātia ignis. ergo ſi ꝓpter continuā p̄ſentiā ignis ad lignū: dicis ignē ꝓducere ſubſtantiā: etiā dicere debebis calorem ignis ad illam ſubſtantiā generandā cōcurrere. Patet. nā ſicut ſubſtātia ignis eſt p̄ſens igni generādo: ſic eſt accidēs ignis. Sed dicis. tā ignis q̄ calor ignis producit calorē in ligno. ſed forma ſubſtātialis producitur de nouo a ſola ſubſtātia ignis. Video te hoc dicere: verū id nō probas, ſed ſolum id dicis. immo ſic ꝓbaretur: ꝙ nūq̄ imperfectius concurrit ad ꝓductionē perfectioris. accidēs autem eſt imperfectius ſubſtātia. hoc poſtea attingam. ¶ Sexta cōcluſio. Accidēs ſeparatū a ſubſtātia æqualiter agit ac ſubſtantię cōiūctū. Patet. quia eſt agēs naturale, & in ſua actione naturali a nullo alio dependēs, vt patuit de calore in aqua calefaciēte carnē: ad quā calefactionē aqua nō cōcurrebat. ergo calor ſeparatus a ſubſtātia: vt i vino cōſecrato æqualiter hoc faceret. ¶ Septima concluſio. probabilius ē oppoſito ꝙ accidēs cōcurrit ad ꝓductionē ſubſtātię ꝓtialiter. probatur hęc cōcluſio. ſi nō: hoc eſſet ꝓpterea ꝙa nūq̄ imperfectius cōcurrit ad ꝓductionem perfectioris. Sed hęc ratio ē nulla. probat. Nā ignis ꝓducit a motu locali. qđ patet in confricatione ſilicis & chalybis vel ferri cum lapide duro: ſed quolibet modo ignis ē p̄fectior motu locali: ergo. Sed hęc ratio ægre cōcluderet: dicerēt em̄ aduerſarij ꝙ motus ille ſolū diſponit ad ꝓductionē ignis: ſed forma lapidis & ferri ꝓducūt formā ſubſtātialē illiꝰ ignis: nō tñ ſine tali diſpoſitiōe p̄uia. & ſic oportet eos dicere, qui negāt motū localē eſſe mobile qđ mouet, quēadmodū pleriq; nominalū cōcedūt: cū ille motus & cōfricatio illa ſint ipſa mobilia: oportet iquā dicere ꝙ formę ſubſtātiarū motarū ꝓducūt ignem: quę igni p̄ſtāt in nobilitate. ¶ Secundo arguit ad idē. ponat cochlear plenū aqua in ſpecies totius vini dolij ſancti Bernardi cōſecrati. ſpecies iſtius vini accidētia aquę corrūpūt & formā ſubſtantialē eius: & ꝓducūt vinū in materiā q̄ fuit aquę. vel capiat magnus calor ſeparatus in ſpeciebus vini: ſic ꝙ ſpecies illę ebulliant calore: q̄bus iūgat cochlear plenū aqua. tūc ſic. calor iſte ſeparatꝰ corrūpit accidētia aquę ſine q̄bus aqua cōſeruari nō pōt: q̄bus corruptis corrūpit forma ſubſtātialis aquę, ꝙa forma ſubſtātialis nō manet i ſubiecto ſine q̄litatiua diſpoſitione p̄euia: & ꝓducit forma ſubſtātialis ignis. alioquin materia ſtabit ſine forma ſubſtātiali naturaliter. qđ eſt falſum. ergo accidēs cōcurrit ad productionem ſubſtātię. Forte hic dicis. forma aquæ determinat ſibi aliqua accidentia, puta aliquos gradus frigoris & humiditatis: & illos tollere nō poteſt ille calor ſeparatus ob reſiſtētiā formę ſubſtātialis aquę. Contra hoc arguitur. calor ſeparatus aliquos gradꝰ frigoris & humiditatis corrūpit: & poſtea minor erit reſiſtētia: & oēs gradus ſunt eiuſdē rationis iter ſe: ergo ille calor totum frigus corrūpit cū humiditate. Forte dicis. forma ſubſtātialis aquę cū ſuis accidētibus reſiſtit: & nullū accidēs eſt tāte actiuitatis in agendo quāte ſubſtātia in reſiſtēdo. vtrobiq; em̄ i actiuis perfectius eſt actiuius. qđ patet de igne, qui aliis elemētis eſt actiuior. Contra: q̄uis ita ſit: ſtat magis actiuū eſſe minoris reſiſtētię: vt calor ē frigore actiuior: ſed minꝰ reſiſtit. ergo dato ꝙ ſubſtātia aquę ſit actiuior & p̄fectior frigore: ſtat ꝙ minus reſiſtat. ergo poterit dari tātū caloris vt formā ſubſtātialē aquę corrūpat: corrūpēdo accidētia ſine q̄bus cōſeruari nequit naturaliter. ¶ Tertio ſic arguit. albedo effectiue cōcurrit ad productionē notitię intuituę: & tñ notitia intuitiua eſt perfectior albedine: ꝙa eſt qualitas ſpiritualis: & albedo corporalis. Idē patet de auditione & ſono q eſt ens ſucceſſiuū imꝑfectū: ergo illic habetur ꝙ cauſa æquiuoca partialis ē ſuo effectu ip fectior: licet totalis cauſa ſit p̄fectior: ſcilicet itellectus & albedo. Idē pōt oſtēdi de habitu reſpectu actus: qui efficiēter ad actū cōcurrit: & eſt cauſa æquiuoca eius & eo imꝑfectior. Q; ſi id forte neges: incidis in illud qđ euitare itēdis: videlicet ꝙ actus cōcurrat ad habitus ꝓductionē: & eſt habitu imꝑfectior p te. igit. ¶ Quarto arguit. aliqua eſt cauſa æquiuoca imꝑfectior ſuo effectu i ſubſtātia. nā ſol & bos ꝓducūt bouē. ſicut ſol & homo producunt hominem. ſecundo Phyſicoꝝ. & ſol eſt imꝑfectior boue ꝓducto. Sed dicis. Bos ꝓducēs & ſol ſimul iūcti ſunt perfectiores. Contra. dato ꝙ bos ꝓducēs eſſet mortuus, nō minus ꝓducit a bouis ſemine & ſole. Dicis. forma vaccę ad generationem vituli concurrit. Cōtra hoc arguitur de generatione crabronū: q in ſtercoribus animaliū generant in cāpis ſicut vides a ſole. & illic euadere nequis. quodlibet aūt viuēs eſt p̄fectius quolibet nō viuente. animalia ſunt iſta q̄ generātur generatione ſpontanea, & ſol nō eſt animatus, nec aliqua influētia cęleſtis. ergo illic nō eſt locus euadēdi, quin aliqua ſubſtātia imꝑfectior cōcurrat ad generationē ſubſtantię p̄fectioris. Illic oportet dicere ꝙ deus concurrit & ſol: & tota illa cauſa eſt p̄fectior. Ex hoc habetur ꝓpoſitū: ꝙ nō incōuenit calorē ſeparatum concurrere ad generationē ignis partialiter cum deo: qđ intēdimus. Cū em̄ crebro nobis ſufficiēter conſtet ꝙ datur vna cauſa certa partialis: ſuo effectu imꝑfectior: nec poſſit dari totalis cauſa æquiuoca creata ita p̄fecta ſicut effectus: nō erit argumētū ſufficiēs cōcludēdi. Si dicas. ſubſtantia imꝑfecta cōcurrit ad productionem ſubſtātię p̄fectioris ꝓtialiter. ſed nō eſt idē in accidēte reſpectu ſubſtātię: licet accidēs imꝑfectiꝰ poſſit ꝓtialiter ꝓducere accidēs p̄fectius. Hoc ſolū ē volūtarie dictū ſine ratiōe: cū ſufficiēter oſtēſum ſit rā accidēs imꝑfectius q̄ ſubſtātiā imꝑfectiorē poſſe ꝓducere effectū p̄fectiorē. ¶ Forte dicis cū doctore ſancto, ꝙ accidens cōcurrit ad ꝓductionē ſubſtātię: virtute ſubſtātię cui inhęrebāt. ¶ Cōtra. ſubſtātia panis vel vini nūc nō ē. ergo nihil facit ad ꝓductionē ſubſtātię. nā qđ non ē: nihil facit ad ꝓductionē. Secundo pono ꝙ deus creet vnū accidēs extra ſubiectū: qđ nulli ſubiecto vnq̄ inhęſit. tale accidēs aget. & de illo vertā quęſtionē. Inſup q̄remus quid poſſit accidēs facere ſuapte natura: an ad ꝓductionē ſubſtantiæ cōcurrat. ergo illa reſpōſio non valet. Dico ergo iſta adducta ſufficienter probare concluſionem pro qua militamus.

¶ Cōtra ſecūdā cōcluſionē arguit. Accidens producit accidens: ergo quādo aqua calefacta remouet calorē: & ꝓducit duos gradus frigoris: vel vnū: illud frigus concurrit ad aliud frigus. & ſic ſimile aget in ſimile: cū in ſe agat: cōtra Ariſtotelē primo de generatione. ¶ Reſpō detur, negādo ꝙ accidēs producat accidēs vllo modo in ſe vel intrinſecū ſibi, oīno ſimile: quia ſi ſimile agat in oīno ſimile in gradu & actiuitate aliquē gradū vltra ꝓducēdo: infinitū gradū naturaliter ꝓduceret. ꝙa ſi illic nō eſt ſtatus: nō aſſignabis rōnē ſtatus: ꝙa ſi paſſiuū ſit minus, actiuū aliqd ꝓducet quouſq; aliud ſit ſimile illi oīno: & nō amplius. et ſi ꝑtē paſſi ſibi ꝓpiquiorem iam aſſimilauerit: nō ꝓducet calorē in ꝑtē ei propinquā tēpore quo coadiuuat calefacere partē remotiorē minus calefactam.

¶ Contra ſextā concluſionē in qua dicit: ꝙ accidēs ſeparatū æqualiter agit vt ſubiecto cōiūctū: arguitur. captis duabus hoſtijs non cōſecratis a. & b. æqualiter grauibus, cōſecretur a. & nō b. iam a. poſt cōſecrationē æque velociter deſcēdit vt b. & tñ maior eſt grauitas in b. quia grauitas formę ſubſtātialis & grauitas accidētalis. igit. ¶ Reſpōdet. q̄uis ita eſſet ſicut argumētū aſſumit, nihil cōcluderet. Nā deus cū Euchariſtia ſupplet tātū ad deſcēſum, vel reſiſtit ad aſcēſum quantū facit forma ſubſtantialis corporis

Universidad de Deusto
Biblioteca

grauis. Secūdo dico q̄ illic tāgitur difficultas in philosophia: An grauitas & leuitas sint accidentia corpori grauī & leuī inhērētia. & licet sint illic opiniones: magis tñ placet pars affirmatiua. Manēte em̄ eadē forma substātiali: variatur grauitas & leuitas. qđ patet de fumo. quādo em̄ est bñ calidus leuitas est: & ascēdit sup aerē. interdū aūt descendit illa leuitate corrupta. Nec est vero simile q̄ ad ascēsum & descēsum forma substātialis cooperetur. Nā vapor aliqs aqueus q̄ est realiter aqua: leuificatus ab ardore solis, violenter ascēdit ad quem ascēsum forma substātialis aquę nullo modo coadiuuat: sed leuitas impssa a corporib⁹ vaporē violēte eleuat: qa vapor ille a sua forma se reducit ad grauitatē p quā descēdit. modo motus violētus non fit a principio intrinseco scđm Aristotelē tertio Ethicorū. Insup forma vaporis nō agit ad contraria. Sed hic est euasio. dices em̄ q̄ nō incōuenit agēs principale cōcurrere ad cōtraria mediātibus diuersis instrumētis. Nā forma aq̄ calefacit cū calore: & frigefacit cū frigore. Sed hāc euasionē nō iudico rationabilē quando instrumētū est cōtrariū agēti principali. quemad modū est calor respectu formę aquę. Et ꝓpterea vtrobiq; teneo q̄ forma aquę nō cōcurrit cū calore ad calefaciēdū. Apparētior aūt instātia pōt adduci de argumēto topico, qđ opinionē ꝓducit: & qđ cū pia affectiōe fidē ꝓducit: q̄ opinioni cōtrariat. ergo idē coagit ad contraria. Ista tñ instātia nō tollit ꝓpositū, quādo causa naturalis coagit cū agēte libero: quēadmodū de notitia contingit: q̄ ad volitionē & ad nolitionē cōcurrit cū voluntate. secus est inter formā aquę & calorē: qa inter illa est cōtrarietas virtualis. Ex his ꝓbabile habes: q̄ grauitas & leuitas sunt accidētia: & leuitas grauitati est cōtraria. modo substātia nulli est cōtraria. accidētia inquā corporū grauiū & leuiū, intēsibilia & remissibilia: a qualitatibus primis ꝓducibilia: a calore vel frigore scđm exigētiā passū. videre l; q̄ frigiditas & siccitas magnā grauitatē ꝓducūt: vt patet in terra. frigiditas aūt & humiditas minorē: vt videre est in aqua. & proportionabiliter in mixtis scđm ꝓticipationē elemēti ꝓdominātis. His dictis dicēdū est: q̄ si grauitas accidēs separet a terra de potētia dei: vel a pane: terra nō esset grauis: nec leuis nisi leuitas accidēs ei supadderetur. et si ponat i aere, nō descēderet nec ascēderet plus q̄ frustū cęli illic positū. & tñ accidentia oīa manent post cōsecrationē q̄ erāt in pane ante cōsecrationē: & p cōsequēs grauitas. Q uid ergo mirū si naturaliter a. hostia ita cito descēdat sicut b. hostia? quia tātū grauitatis habet vel inhęsiue inquātitate: vel coassistiue cū ea: reliqua accidētia & seipsam deorsum mouēs. quēadmodū grauitas ab omni alio accidente separata posita sursum descenderet & se moueret.

¶ Contra septimā conclusionē arguitur. ex ea datur tibi occasio tenendi q̄ musca possit ꝓducere equū & mūdū. cū em̄ impfectius per cōclusionē possit ꝓducere pfectius: nō habet ratio ad illud improbādū. ¶ Respōdet. nulla est apparētia causalitatis muscę in ꝓductionē equi: & in multis impfectis respectu perfectorū. in aliquibus tñ ratio vincit: vel multū suadet. ¶ Secūdo arguit. per me calor separatus cōcurrit ad corruptionē formę substātialis aquę paruę & ꝓductionē formę ignis. ponat igit q̄ deus nō concurrat: sequit q̄ a solo calore producitur forma ignis. ¶ Respōdet: deus cōcurrit ac si esset ignis prędens: qa vtrobiq; quādo natura deficit in faciendo: defectū supplet deus. & potissimū i hoc sacramēto coagit plerūq; sicut substātia istis accidentibus affecta coagit vt lateat virtus sacramēti (nisi interdū p speciali causa miraculū detegat) & agit cōformiter ad talē substantiā ꝓducē dā: qualē ꝓduceret substātia q̄ apparenter est hic fide secluſa. & si deus nō coageret: hic calor nihil produceret. ¶ Sed cōtra. ponat siccitas separata quę nulli subiecto inhęsit: vel calor separatus q̄ nulli subiecto inhęsit. siccitas illa ad nullius substātię ꝓductionē concurrit. non terrę: qa siccitas etiā igni cōuenit. ergo qua ratione cōcurrit ad ꝓductionē terrę, cōcurrit ad ꝓductionem ignis: & nō potest simul cōcurrere ad ꝓductionē illorum duorū: igit. ¶ Respōdet. siccitas cōcurrit ad corruptionē humiditatis suapte natura: & pōt cōcurrere partialiter ad ꝓducendā formā substātialem ignis vel terrę indifferenter: nō tñ pōt siccitas ꝓducere calorem q̄ requirit ad ignis ꝓductionem naturaliter. si vero ponat aliud agens potēs passum calefacere, dato q̄ esset aqua calida in summo. & daret passum multū desiccatum & calefactū: tā calor q̄ siccitas possunt cōcurrere ad ꝓductionem formę ignis cū causa prima. & si fuissent alia agentia apposita coadiuuātia ad ꝓductionē alioꝝ effectuū: sīliter ad hoc coadiuuāt. Et sic nō est maior difficultas de accidēte qđ nū q̄ fuit i subiecto: q̄ de illo qđ i subiecto fuit: nec de accidēte potē ad varios effectus cōcurrere: plus q̄ si ad vnū solū effectū concurreret.

¶ Iam habes q̄ accidētia æqualiter agūt separata actione reali sicut quando inhęrebāt subiecto. de actione em̄ intentionali non est dubiū. Ratio est: qa efficientiā nō habent a subiecto cui insunt: scilicet materia: quia illa nullius actionis realis est principiū: nec actionē a forma habent cū qua penetratiue sunt: qa tūc de se nō agerent. Vlterius diximus substātiā posse ꝓducere accidens: tam in se q̄ extra se. Per (in se) intelligo in materiā suā, secūdum illam viā ꝓbabilē. & si esset forma substātialis ignis vel aquę separata, qđ est deo possibile: nō posset calorē vel frigus in se ꝓducere: qa ipsa nō est susceptiua talis accidentis: sed materia eius. si em̄ esset susceptiua talis accidentis: reciperet ipm̄ qñ informat materiā: cuius oppositū patet: tenendo qđ credo verū: q̄ videlicet manēt accidētia corporalia in genito q̄ fuerūt in corrupto. & ꝓbabile est multū q̄ nō est ponēda forma corporeitatis: cōsequēter dicēdo accidentia hęc materię inhērere. Et ita vtrobiq; de accidētib⁹ nō vitalib⁹ dicēdū est. In vitalibus em̄ notitię volitiones & nolitiones aię inhērēt: & sensationes aggregato materię & aię: vt in. xvj. distinctiōe secūdi diximus. Sed hic de accidentibus non vitalibus loquor: & dico cōsequēter q̄ forma nō est susceptiua taliū. sed tales formę applicatę alicui extrinseco possunt calorē vel frigus ꝓducere in extrinsecū, ac si formę materias informarent. quādo autē informāt, citius in suam materiā ꝓducunt q̄ in extrinsecū: qa oē agēs naturale plus agit in ꝓpriū quum susceptiuū suę actiōis q̄ in extrinsecū. Vlterius diximus accidēs posse ptialiter substātiā corrūpere: & nouā generare: nō in virtute subiecti cui inhęsit, sed vigore proprio. nec incōuenit causam equocā partialē suo effectu eē impfectiorē. Amplius diximus q̄ simile in forma accidētali nō agit in oīno simile quo ad intensionē & actuitatē: hoc est multitudinē formę. qa stat aliqd esse ęqualiter intēsum cū alio & minus actuū: qa nō tātū habet de forma. vt si essent duo corpora: a. bipedale vniformiter calidū vt octo: & b. bipedale sic calidū: si a. cōdēset ad subduplū, iam a. habet plus de forma q̄ b. immo tātū in duplo. & cū sit actio a forma: vbi est plus de forma, erit maior actio. sed in hoc nūc nō insisto. Finaliter diximus q̄ grauitas & leuitas sunt accidētia corpori grauī & leuī inhērētia: quibus sublatis corpora nec sunt grauia nec leuia: sicut sublato calore corpus nō est calidum.

¶ Distinctionis Duodecimę Quęstio Quarta.

Vlso quomodo accidētia se habent quo ad existentiam extra subiectū: & quomodo ad actionem: restat quarto loco inqrere quomodo pati possint: & a quibus possint pati: semper loquendo pro tēpore quo sunt extra subiectum. Et pro illius intelligentia habenda mouetur talis titulus quæstionis. an cū omni alteratiōe accidentium in Eucharistia maneat corpus Christi. Hæc quęstio supponit illa accidētia posse alterari: & quęrit quę alteratio faciat corpus Christi desinere esse in Eucharistia: quę vero non. Propterea ponā circa hoc varias cōclusiones, tam supposito q̄ quęstioni responsuras. ¶ Prima cōclusio. accidētia in Eucharistia, ꝓprie loquēdo quę sunt Eucharistia, possūt mutari. ꝓbatur. videm⁹ in hyeme species vini frigidas in regionib⁹ frigidis. quapropter in hyeme apponit calefactoriū aliqd in altari: in ęstate vero calidas species videm⁹. sic de specieb⁹ panis ꝓpe ignem vel remote. ¶ Secūda cōclusio. si teneatur q̄ quātitas est subiectū cæterorū accidentiū: talis mutatio est naturalis: ac si essent qualitates in substantia. ita q̄ calor ignis naturaliter frigus hostiæ corrūpit: & naturaliter calorem producit. nam illic est actio naturalis ad quam sufficit cōtrarietas: & principiū actiuū & passiuum. ¶ Tertia conclusio. tenēdo q̄ accidentia sint oia extra subiectū: nulla creatura pōt illa destruere. probat. qa tūc annihilaret: qđ creaturę impossibile est ex prima quæstiōe distinctionis primę. & eodē modo nulla creatura potest aliquod accidens illic producere: quia tunc crearet. & sic dicendum est de quātitate secūdum omnē viam, qa est extra subiectū. ¶ Quarta cōclusio. deus tm̄ annihilat: & creat accidētia quę apparent in Eucharistia, tenēdo q̄ quantitas est res quāta: vel q̄ distinguit a re quāta: & nō est subiectum accidētiū: sed cū eis coassistit. ꝓbat. videm⁹ illic aliqua accidentia destrui: & aliqua produci: & nō a creatura vlla. ergo a deo. ¶ Quinta cōclusio. corpus Christi stat sub aliquibus accidētibus sub quibus nō cōsecrabatur: nec ꝓpter aliquorū accidentiū desitionē desinit illic esse cū alijs. Probatur hęc cōclusio quo ad priorē partē. hostia potest calefieri paululum vel frigefieri post cōsecrationē a deo vel creatura secūdum varias opiniones: & tamen adhuc manet illic corpus Christi. qđ probo. quia alioquin esset icertum q̄ diu esset ibi corpus Christi: cū per te desinat illic esse propter qđcūq; nouum accidens. Secunda pars patet. potest esse parua remissio albedinis, rubedinis, saporis, humiditatis vel siccitatis: & adhuc manebit corp⁹ Christi sub speciebus remanētibus. ꝓbatur vt supra. immo secūdū positionē Godefridi Fontani: quā Burleus de intensione formarū insequit: potest manere corpus Christi sub omnino alijs qualitatibus: oībus antiquis sub quibus erat consecratū, corruptis. patet. secundum illam viam nunq̄ manent duo gradus mutui in intēsione: ergo corrūpens vnum gradum albedinis: totā albedinē Eucharistię corrūpit. & sic de rubedine in speciebus vini: & eodē modo de siccitate, humiditate & sapore. de rotūditate autē loqui nō oportet: qa ipa nō distinguit a re rotūda: sicut nec vlla figura distinguit a re figurata. ¶ Sexta conclusio. aliqua pōt

Universidad de Deusto
Biblioteca

fieri alteratio circa Eucharistiam, ita vt sub ea nō
stet corpus Christi, ꝓbat. nō stat illic ꝓpetuo: ergo
per aliquā alterationē pōt desinere illic esse. Secun
do probatur idē: qñ eucharistia est incensa in igni
tunc nō est illic corpus Christi. qđ ꝓbo. si ꝑ paruū
tēpus est illic: ꝓpetuo erit illic: cū sit eadē ratio. sed
hoc est falsum. igitur. sed cū aliqua trāsmutatione
stat corpus Christi: & cū aliqua nō stat. Vt autē co
gnoscat sub qua & qua nō: ponit ¶ Septima cō
clusio. ꝑ nullā trāsmutattonē factam circa species
sacramentales desinit esse corpus Christi sub eis,
cū qua maneret substātia panis ac vini si nō fuis
set facta cōuersio: & qñcūq; fit transmutatio circa
species sacramētales ꝑ quā corrūperet substan
tia panis & vini, si hic esset corpus Christi, desine
ret esse sub illis specieb⁹ in illo instāti. Probat hec
regula. interdū desinit corpus Christi esse sub istis
specieb⁹: & nō pōt dari aliud ab illo de quo in cō
clusione. igit. Secūdo arguit ad idē. deus occultat
suū corp⁹ in Eucharistia: ac si nihil eēt illic nisi pa
nis & vinū: ita vt naturaliter nō possit oppositū dep
hendi ꝑ legē cōmunē qua vtit. licet interdū ꝓpter
incredulos, qñ sibi placet, oppositū faciat. sed fi
de cōstat ꝙ icipit corp⁹ eius esse sub illis specieb⁹
panis & vini: ergo qñ est existentia realis panis &
vini, corpus Christi nō amplius illic manet.

Circa hanc quęstionē mouen
tur dubitationes loco argumētorum.
Prima erit: per qđ instans desinat cor
pus Christi esse sub eucharistia. ¶ Se
cundo dubitat. an accidentia Eucharistiæ possint
nutrire. ¶ Tertio quid erit de mixtione aquæ vel
aliorū cū speciebus consecratis. ¶ Ad primū du
bium dicitur ꝙ corruptio potest esse ab extrinse
co, aere scilicet, igne, vel huiuscemodi sensim, ita
vt panis successiue corrūperet si hic esset. & eodē
modo sicut panis desineret esse, desinunt illę spe
cies esse sacramētū: & per simile instans: & sic cor
pus Christi. nec est maior difficultas in vno q̄ in
alio. & tūc deus creat in illo instanti nouā materiā
& formā: sicut agens concurrit ad introductionē
animę. Primū igit instans nō esse corporis Christi
sub hostia est primū instās substātię genitę de no
uo: siue substātia genita sit vermis, siue ignis, vel
aliud huiusmodi secūdum exigentiā causę corru
ptiuę specierū. De minimo sensibili vel maximo
nō sensibili dicas consequēter, vt in philosophia
intelligis. ¶ Ad secūdam dubitationē dicitur ꝙ
accidentia possunt alterare hominē vel virum ali
quē inebriando per species prope se multiplica
tas. quēadmodum ingrediens cellam vinariā ple
nam vino forti potissimū nouo: habebit tandem
caput perturbatū, potissimū si fuerit ad temulen
tiam dispositus. & hoc vult glo. primę ad Corin
thios. xj. sup illo verbo. Alius qui dē esurit: alius
autē ebrius est. Accidētia tamē nullo modo pos
sunt hominē nutrire vel augere. Nam ad nutritio
nem hominis & augmētationē requirit ꝙ substā
tia de nouo suscipiat in nutrito & augmētato. sed
cū accidētia Eucharistię suscipiunt in stomacho:
& panis alteraret si illic esset: in illo instāti quo cor
rūperetur panis vel vinū si illic esset: ꝓduceret no
ua substantia, similis illi quę in corruptione panis
& vini sequeret. & ex illa substantia nimirū homo
nutriretur vel augeret. talis tamen manet ieiunus
ieiunio naturę: cū nullum cibum per os assumpse
rit. Ex quo sequit ꝙ aliquis potest tota vita sua
viuere nullum cibū sumēdo alium ab hostijs con
secratis. patet: cū species sunt in stomacho altera
tę: sub illis desinit esse corpus Christi: & producit
talis substantia qualis producitur post alteratū pa
nem comestū, quę potest cōuerti in substantiā ali
ti. Secūdo sequit: ꝙ licet Eucharistia neminē nu
triat, tamē sumēs Eucharistiā nutritur. prior pars
patet ex dictis: qa nulla substātia ex accidente nu
tritur. Secūda pars patet. Nā sumpta Eucharistia
& speciebus sic alteratis: vt si panis & vinum illic
essent, corrūperent: generatur noua substātia: quę
succedit pani & vino. sed illa substātia nutriet rea
liter. igitur. quēadmodū si deus ordinaret ꝙ aliqs
nunq̄ comederet nisi accidentia, & accidētibus in
ore sumptis & in stomachū traiectis, ipsa in sub
stantiā nutritiuā mutaret. Tertio sequitur inerudi
te Thomā Argētinensem dicere ꝙ accidentia ho
minē nutriunt supnaturaliter. ¶ Ad tertiā dubita
tionē dicit ꝙ necessariū est ministro aquā infun
dere in vinū anteq̄ cōsecret. hoc est peccat si aquā
nō apponat. vt habet de cōsecra. distin. ij. c. j. & in
c. Sicut aqua fluxit de latere Christi. Et vero simi
le est ꝙ Christus & apostoli in cœna qñ primo cō
secrauit, vinū aqua diluerūt. tum ꝙ societas Chri
sti erat sobria. tum ꝙ vina regionū calidarū sunt
cęteris fortiora. modo Iudæa ē in quarto climate
magis meridionalis q̄ Hesperia orientalis vel occi
dētalis. Reuera tamē est cōsecratio sine aqua: sed
nō tenetur illud memoriale Christi. Et si vinum
est maioris actiuitatis q̄ aqua resistentię ad corrū
pendam aquā ante cōsecrationē: sic realiter est vi
num: sed debilius q̄ sine mixtione aquæ. si vero
nō poterit vinum aquā in se conuertere ante con
secrationē: aqua nō transubstantiatur: & sumens
species cū aqua frangit ieiunium naturæ: sed nō
peccat, quia est ei ignorantia inuincibilis. Propter
ea debet sacerdos parum aquæ in vinum immit
tere. quātūlibet eñ parum sufficit. & quāto vinū
est debilius: tanto minus aquę est imponendum.
potest eñ verum vinū esse ita euaporatū vt do
lium plenum vino vno cochleari aquę destruatur
qđ patet sensim imponēdo cochlearia aquę in vi

num. vel eñ vnq̄ destruetur vinū, vel nunq̄. secū
dum nō est dicendū. si primū: simus prope tēpus
in quo si cochlear plenū aqua imponatur: destrue
tur: qđ est ꝓbandū. Et debet vinū cū aqua misce
ri a principio sacrificij: qa vinū aquā in se cōuer
tit in magno tēpore: nō autē sic in breui tēpore.
Si vero fiat mixtio aquę post cōsecrationē: aqua
illa nunq̄ cōsecratur. & licet species vini destruant
accidentia aquę: & cōcurrant ad corruptionē for
mę substantialis aquę, & ad introductionem for
mę vini: illud tñ manebit vinū purū: nec totū erit
sacrū. Secus est de mixtione aquę bñdictę cū nō
benedicta quę simul miscētur. aqua aūt vel vinū
nō miscet cū sanguine Christi: sed solum cū spe
ciebus vini. nā sanguis Christi in calice est solum
in venis Christi: & in et⁹ corpore. nec aqua ꝑpositа
cū specieb⁹ plus cōiungetur sanguini Christi q̄ si
aqua caderet sup corpus hois: q̄ ꝓpterea nō iungi
tur sanguini eius. Q ñ autē est immediata mixtio
sacri cū nō sacro vt in aqua bñdicta: sacrū imme
diate iungit nō sacro: & totū cōstituitur sacrū: qa
sacrū tanq̄ dignio⁹ nō sacrū ad se trahit. Vinū etiā
vel aquā potes sic immiscere cū specieb⁹ vini, vt
sit mixtio mutua: sed sanguis Christi manebit
sub specieb⁹ vini, sub quib⁹ erat cōsecratus: & nul
lo modo in vino vel in alio liquore infuso. potes
tamē partiri species vini in impartibilia: & tūc nō
maneret sanguis Christi sub illis specieb⁹. ¶ Hac
tenus de actione & passiōe accidentiū sacramēta
lium inter se: & de mixtiōe aquę vel alteri⁹ liquo
ris ante consecrationē: & post eā: & ꝙ species vini
consecrati immissum liquorem nō trahunt ad se:
sicut sacrum nō sacrum ad se trahit.

¶ Distinctionis Duodecimæ Quæstio Quinta.

Via in vltimo ca
pite hui⁹ duodecimæ di
stinctiōis magister quæ
rit an pluries i die liceat
celebrare: iuxta hoc pe
to hūc quęstionis titulū
an pluries in die celebrā
dum sit. Pro solutione
quęstiōis notabis ꝙ du
plex est dies: scilicet naturalis: tēpus vigintiqua
tuor horarū. vt Genesis primo. Factūq; est vespe
& mane dies vnus. Et est reuolutio equinoctialis
circa terrā cū tanta parte quātam sol motu ꝓprio
describit in oppositū firmamenti. vel est tēporis
spatium a contactu solis in horizonte: vsq; ad
reditum solis in contactu horizontis. Ex quo se
quitur ꝙ si cētrum solis respondeat a. puncto pri
mi mobilis hodierno die mane in oriente: serius
cras in ortu solis redibit ad horizontē q̄ a. punctū
primi mobilis secum veniens ad horizontē ho
die. patet. ab a. puncto sol cōtinuo retrocedit mo
tu proprio contra motū primi mobilis, per tantū
spatium vel tempus quantum sol motu proprio
pertransit in. xxiiij. horis æquinoctialis. Alius est
dies artificialis qui variatur secūdum horizontes
nam in vltimis climatibus, & in postclimatibus
sole existēte in signis septētrionalibus est maior:
q̄ sub æquatore vel in primis climatibus: prout
signa recte vel oblique oriuntur: quia tam experi
mento q̄ ratione cōstat ꝙ idem dies numero, pu
ta sancti Barnabę vel alius: sole existente in can
cro, in Scotia ꝓtrahitur spatio. xviij. vel. xix. ho
rarum: Romæ vero. xv. dūtaxat: Parisijs. xvj. &
dicere oportet sub ęquatore. xij. ꝓcise: cum illic
dies artificialis semp nocti equetur. Dies artificia
lis definit sic. Dies est latio solis supra terrā. Si te
neatur ꝙ tēpus est res permanens potest poni eę
lum solis: vel corpus solis. & tunc illa constructio
transitiua loco vnius intransitiuę capietur: ita vt
latio solis sit sol latus. Et licet sit semper dies in
aliquo horizonte: quia nobis habētibus noctem,
antipodes & alij diem artificialem habent: opor
tet tamen aspicere ad nostrū horizontē in quo su
mus, ad nostra omnia dicenda.

¶ Istis paucis prenotatis pono cō
clusiones. Prima est. licet attentans consecrare in
quacūq; parte diei naturalis (ponamus in nocte)
vere cōsecret: nō tamē licet quacūq; nocte conse
crare nisi i nocte natiuitatis Christi. prior pars pa
tet: qa itētio, forma, materia, & minister sufficiūt:
quęcūq; hora fuerit. Secunda pars patet. quia ta
lis cōtrauenit ꝓcepto ecclesię: ergo in hoc peccat
& licet nesciat: nō excusatur: debet eñ scire ea quę
sunt sui officij. Q̄z sit contra ꝓceptū ecclesię: pa
tet de consecra. distin. j. Nocte sancta. &. c. Solent.
Hoc nāq; sacramentū ad tēpus gratię ptinet: qđ
per diem significatur, iuxta illud Apli ad Roma
nos. xiij. Nox ꝓcessit: dies autē appropiquabit.
nisi fuerit dispensatū per episcopū vel superiorē
super hoc. & cogēte necessitate. vtpote si sit ęgro
tans in periculo vitæ, & nō habeatur Eucharistia:
tunc licet celebrare ante diem: sicut frangere ieiu
nium sine dispensatione vlteriore in necessitate:
quando nō habetur copia superioris. ¶ Secunda
conclusio. nō licet cōmuniter celebrare pluries in
die nisi in festo natiuitatis Christi. illud patet de
consecra. distin. j. Sufficit sacerdoti vnā missam
die vna celebrare: quia Christus semel passus est,
& totum mundum redemit. Non modica res est
vnam missam facere: & valde felix est qui vnam
digne celebrare potest. Quare dixerim (cōmuni
ter) patet: quia statim sequitur. Quidā tamen pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

defunctis vnā faciunt: & alteram de die si necesse est,qui vero pro pecunijs & adulationibus sęcularium vna die prę sumunt plures facere missas:nō existimo euadere dānationem. Istud patet etiam de celebratione missarū.Consuluisti. & infra. Respōdemus q̄ excepto die natiuitatis domini:nisi causa necessitatis suadeat,sufficit sacerdoti semel in die missam solūmodo celebrare.Glossa ponderat illud verbum(sufficit) & dicit q̄ presbyter nō prohibetur pluries in die celebrare.sed illud cōtra uenit expresse illi capiti Sufficit.prenotato.In die autē natiuitatis Christi & in nocte tr̄ celebrat.primo in nocte: & illa missa designat tēpus ante legem.& ideo in illa missa dicitur. Populus gentiū qui ambulabat in tenebris. Secunda missa tēpus sub lege designat:& cantatur inter diem & noctē: & dicitur officiū Lux fulgebit hodie. Tertia dicitur in die,per quā designatur tēpus gratiæ. vnde dicitur officiū. Puer natus est nobis. Aliæ etiam possunt esse causæ ob quas presbytero bis liceat celebrare. Vna est ob dandam Eucharistiam ægroto. Alia est si post celebrationē venirent aliqui ad nuptias,cū nō sit moris sine missa nuptias celebrare: dicitur tūc secūdo licere celebrare. Tertio vbi est consuetudo habere duas missas in die: & alter presbyterorum ęgrotat,ne populus careat missa:licet secūdo celebrare. Alia causa est si quispiam vir prob⁹ assuetus quolibet die audire missam accedat tēplum:& nō possit reperire sacerdotem nisi eū qui prius celebrauit:qui tūc secūdo celebrare pōt. Itē si essent duę ecclesiæ vicinę: quarū neutra sufficit ministrū alere vel saltē altera. Aut si inopinato aliquis moriat. Sed in oībus his maneat ieiunus ieiunio naturę necesse est: nec capiendo aquā in lotione:nec vinum.

¶Contra priorem conclusionē arguit sic. Passim hora sexta mane celebratur i hyeme. sic em̄ in collegio montis Acuti facimus:& tunc est nobis nox in horizonte nostro: quia nō est nobis dies artificialis quoad superhorizontē nostrum sol conscenderit. ¶Respōdetur per propositiones sequentes. Prima est. nō est vere dies in aliquo loco philosophice loquendo: quousq; sol super horizontem ascenderit. patet. nō est ratio solis super nostrum horizontem: sed requiritur saltem q̄ cētrum solis sit supra horizontem. quando enim centrum solis est in contactu horizontis:nec est dies nec nox.Nox enim impedit a denominatiōe diei & cōtra.sicut est de scuto cuius vna medietas est alba & alia nigra. vel ponendo quatuor gradus albedinis & totidem nigredinis simul: tenendo q̄ qualitates contrariæ in gradibus remissis se compati possunt.Sed logicalibus relictis,Dico quādo centrum solis est in contactu horizontis est vltimū instans non esse diei: quia immediate post hoc erit dies absolute loquendo: & illud est primū instans non esse noctis: quia in instanti contactus centri solis cum horizonte verū est dicere:nūc nō est nox:& immediate ātē hoc erat nox. ¶Secūda ꝓpositio.ecclesia nō capit diē sic philosophice:sed vulgariter pro diluculo:hoc est pro tēpore separationis tenebrarū & lucis: hoc est pro aurora:quę diem vna hora,& amplius prę cedit:vnam autē horam quindecim gradus ęquinoctialis valent. & cum sol est sub horizonte ad xviij.gradus secūdum Ptolemæū,est dies vulgaris. ergo diluculum diem præcedit vna hora & quinta alterius.secundum alios per.xxx.gradus: sicut recitat Ioānes de Sacrobusco tertio cap.de sphæra. qui duas horas valent. ¶Ex quo sequitur q̄ citius homines celebrare possunt sine dispēsatione in æstate q̄ in hyeme:& citius apud regionem Sinarum q̄ apud Parthos:citius apud Parthos q̄ Edinburgēses:citius apud Edinburgēses q̄ Hibernos: & prius apud Hibernos, q̄ Lusitanos:cū eis sol citi⁹ oriatur & dies illucescat. ¶Secundo sequitur q̄ aliquis hora quarta post meridiem celebrat licite Edinburgi.hoc patet.hora vndecima existenti Edinburgi est hora quarta post meridiem in oriente. sed hoc est illicitū, dum est quarta in horizonte:in quo celebratur.Nam bene sequitur. nunc est hora quarta post meridiē apud Gymnosophistas : ergo nunc est hora quarta. ¶Cōtra hoc arguitur. Aliqui habēt.xxiij.horas pro die artificiali:vt sunt habentes zenith in circulo arctico:quādo sol est in primo puncto cancri: quia totus tropicus cancri est super eorū horizontem:nā ꝓ horizonte habēt lineā ecliptică.opposito aūt modo est eis tēpore nocturno sole existēte in primo puncto Capricorni. Item habitātes sub polo arctico habent dimidium annū pro die artificiali: & dimidiū annū pro nocte: cū eorū horizon sit æquator:qui zodiacum in duas partes secat. oportet em̄ q̄ super eorū horizontē sit vna medietas zodiaci.Et q̄diu sol mouetur per illam medietatem cōtinuo est dies:& quando per aliam medietatē mouetur:continuo est nox. Q; autem aliqui christiani illic habitēt:notum est ijs qui eos accedunt. nam Islandia est vltra circulum arcticū:quem Anglι nobis Scotis omnino meridionales in magna nauium quantitate,pro prendendis piscibus quotānis reuisunt.His certis suppositis,Arguit sic.Ex dictis sequitur q̄ isti possunt celebrare quocūq; tēpore vnius medietatis anni: immo quocūq; tēpore sine peccato:& sine dispensatione:cum liceat celebrare in diluculo anteq̄ sit dies artificialis per vnam horā:vel duas secundū alios. sol enim nunq̄ est istis sub horizonte vltra xxiij.gradus.Nubes etiā illic nō impediūt: quin

aliquid lucis habeant. quod probo.quādo astronomi dicunt q̄ possumus videre aliquid ante ortum solis ad.xviij. gradus vel.xxx. nō intelligūt solum sub ęquatore:sed in vltimo climate hoc habet verū & in postclimatibus:vt experimur in aliquibus locis septētrionalibus nostrę Scotię Britanię:vix em̄ habebis duas horas q̄bus nihil videt & sicut nostri referūt vix horā.& hoc noīa insularū apud nos importāt:scilicet skij & luyce: quę in nostro vulgari diluculum & lux,latine interpretādo vocantur. ¶Respōdeo.leges illæ maxime dātur istis qui sunt in climatibus,vel qui recedendo habent decē & octo horas vel viginti ꝓ longissimo die anni:vt apud Thylē. Cęteri aūt christiani possunt vti alijs regulis,quib⁹ nō est insistēdū.ista em̄ nō possunt seruare hāc cōstitutionē pontificiā in.c.Nocte sancta. superius recitatā. nec ad illam vllo modo obligant: aliquin toto dimidio anni quo est eis nox & hyems, celebrare non possent. Alij autē inter tropicū Capricorni & circulū antarcticū possunt seruare eadem quæ nos existētes inter tropicū Cācri & circulum arcticū:q̄a simules hyemes,estates,& tēpora nobiscū habēt oppositomodo.hoc est nostra ęstas est eis hyems:& ecōuerso:& ver nostrum est eis autūnale tps & cōtra. An vero illic aliq̄ morētur,vide.xvij.distin.ij.sententiarū.leges autē dātur de his quæ plurimū cōtingūt. ff.de legi.& senatusco.l.Nam ad ea.vbi iurisconsultus dicit.nā ad ea potius debet adaptari ius,quæ & frequēter & facile q̄ ad ea q̄ perraro eueniūt:q̄a quæ semel aut bis eueniunt (vt ait Theophrast⁹) contēnunt legislatores.

¶Contra secūdam conclusionē arguit.sequit ex ea q̄ quis septies in die posset celebrare licite.cōsequēs est inauditū: ergo antecedēs nō est audiēdū.cōsequētiā ꝓbo.sit sacerdos q̄ celebrauit mane:iam deferatur funus ad tēplū:secūdo celebrabit.dicta illa missa episcopus forte accedet,jam debet celebrare:q̄a occurrit alia rationabilis causa.postea occurrāt nuptię.eodem mō ponoquatuor pauperes pagos,vt cōtingit crebro in aliquib⁹ locis vbi distāt parochiani q̄nq; aut sex miliaribus ab ęcclesia: sequit ergo q̄ presbyter visitabit pagos istorū parochianorum& quater celebrabit.Insup sequit: q̄ eēt in facultate alicui⁹ dñi venire ad diuina vel nō. & p cōsequēs posset esse causa meę celebratiōis:& q̄ sumā corp⁹ dñi:& mihi cōferat gīa vittute oris opati. ¶Ad primū.nō satis lucidū est qd sit faciēdū in illo casu.videt q̄ sistendū sit in secūda celebratiōe, & nō ꝓcedendū vlteri⁹ ꝓpter cōsuetudinē: & sic erit status in secūda.sicut theologoꝝ sacra facultas Parisiensis dat baccalaureandis ratione cursus annū regētię:& tñ nō daret duos annos pro oībus cursibus Ioannis Buridani.Ad aliud cōceditur q̄ superueniens est causa occasionalis gratię quare mereor. & hoc patet de dante sex patuos albos ministro.

¶Vbitatur primo:quando qs teneat celebrare:& qñ nō.Respondetur in die parasceues presbyter nō debet celebrare:qa tūc apli latuerūt ꝓpter metū iudęorū.& qa missa instituta est ob memoriā passionis dñicæ: cuius illo die est specialis memoria. quælibet autē alia dies est cōueniens celebrationi. Celebrare igit missam est p̄ceptū affirmatiuū presbytero.& distinguēdū est de presbytero:qa vel beneficiū habet:& tūc est magis deuot⁹ celebrare: sicut em̄ seruiens altari de altari viuere debet: sic viuens de altari seruire debet eidē:& teneat celebrare p̄ loco & tēpore. Si vero nō habeat beneficiū, hoc potest esse multifariā:fortasse em̄ est paralyticus/cęcus/vel laborat alio morbo, ob quē nō pōt cōmode celebrare: vt morbo comitiali laborans. vel effectus est irregularis occidēdo hoiem:vel in alio casu in quo nō cōsueuit dispēsari: vel nō pōt adire dispensantē:aut rationabiliter præsumit q̄ secū nō dispensabit. vel est ei manus abscissa:tūc est excusatus.alioquin scādalū est aliorū & irrisio assumere sacerdotiū,& nūq̄ celebrare:si diu viuat si em̄ statim post sacerdotiū mortatur,nō obstat. pōt tñ cōtingere ob prędicationē quadragesimæ: vel lectionē vel ꝓ alio officio obeundo: q̄ homo diu abstineat a celebratione rōnabiliter. nō tñ auderem sacerdotē excusare a peccato:si nō celebret in p̄cipuis festis:nisi habeat legitimū impedimētum: vt in festo natalis domini, pentecoste, pascha,festo corporis Christi,omniū sanctorum, & assumptionis diuæ virginis.& illud potest roborari per maximū pontificē de celebra.missa.c.Dolentes.§.Sunt. Sunt (inquit pontifex) qui missarum solennia vix celebrant quater in anno.& hoc est ab eo reprehensum.

¶Dubitatur secūdo:quis possit celebrare:& eucharistiā laicis ministrare. Respōdeō. sol⁹ sacerdos cōsecrat.de summa trinita.& fide catholica.cap.j. siue degradat⁹, excōmunicatus,vel quocūq; genere vitij irretitus. Canones vero qui videntur sonare q̄ nō cōsecrant:intelligantur, nō ad suā salutē.hoc est peccant.vt.xxiij.quæstio.j.c.Audiuimus.& hoc si intendant facere qđ ecclesia intendit cū materia debita. hoc em̄ semp ecclesia tenuit. In hoc autē erat hęresis magistri sententiarū,& Vicleffi.Insup quādo degradatus ecclesię reconciliatur & excōmunicatus absoluitur,conficit & consecrat: & tamen nō reordinatur.Et sicut solis sacerdotibus datur potestas cōsecrandi corporis dominici:ita datur eis potestas corp⁹ Christi ministrandi aliis. Infimi em̄ secūdum Dionyi ij

Universidad de Deusto
Biblioteca

sium debēt reduci ad extremū per mediū. modo presbyteri mediant inter deū & laicos.

¶Distinctionis Duodecimę Quęstio Sexta.

¶Trum quilibet clericus quolibet die teneat dicere horas. Pro solutione quęstionis notabis q̄ quicunq; habet primā tonsuram clericus est. patet de ęta. & quali. ordi. prefici. c. Cū cōtigat. Et clericorum aliqui sunt in sacris: aliqui in minoribus: & aliqui bñficiati, vel religiosi: aliq; vero nō.

¶Istis distinctionib⁹ datis pono cōclusiones. Prima est. homines in sacris cōstituti, & beneficiati, siue in sacris siue nō: tenētur quolibet die dicere horas. & licet sit aliquibus consonū eas in respondentibus horis dicere: non tamen ita cōdecet omnibus. Prima pars patet: quia omnes tales sunt in sorte dñi: hi in sorte patrimonij crucifixi: illi in ordinibus. ex qua probatione sequitur idem de religiosis. Alia pars patet. nō ob aliud horæ institutæ sunt sub nomine primę, tertię, sextę, & nonę, nisi vt in respōdentibus horis ob memoriam passionis Christi celebrentur. & hoc ab eis q̄ nō sunt aliunde impediti nisi vt cultui diuino vacent: vel qui horas persoluunt in cōmuni: quēadmodum in ecclesijs cathedralibus collegiatis: & religiosis domibus fieri solet. Vltima pars patet q̄ ad hoc nō teneantur omnes. aliqui enī habent rationabilem causam hęc tępora pręueniendi: qui vesperi magnam partem horarum subsequentis diei absoluunt, vt liberius studio vel alicui honesto negocio incūbant. nec hoc est deo fęcem temporis & mundo medullam applicare: cum homo quicqd faciat, in gloriā dei facere debeat: sed prudenter tępus partitur, tępus antemeridianū specu lationi applicando: quia tunc melius est ad studiū dispositus. Insuper in profesto corporis Christi publice in ecclesia decantantur horę matutinę ipsius diei: vt homines non sint prępediti a solenni processione in ipso die. ergo licet prævenire tempus horas obeundi. Rursus presbyter ante meridiem dicit horas ad vesperas vsq; inclusiue, propter aliquod officium honestū cui incūbere habet vtpote ppter op⁹ agreste. casus ad hoc est expressus. de cele. missa. cap. j. ergo nō quilibet beneficiatus vel existens in sacris tenetur dicere horas canonicas, hoc est regulares, in temporibus respondentibus. Nec refert si vesperi post dictas horas bibat. ¶Secūda conclusio. de cōsilio est existenti solum in minoribus ordinibus dicere horas: nisi sit cōsuetudo in aliqua regione, reputata de prę cepto a sapientibus.

¶Contra priorem conclusionē arguitur sic. Sortes in sacris beneficiatus de nullo vsu tenetur dicere horas. non enim de vsu Romano: vt patet de beneficiato Britanno. nec de vsu Sarū: vt de bñficiato Gallo. ¶Scdo arguit. in nulla parte diei homo tenetur dicere horas: ergo homo non tenetur dicere horas illo die. consequentia tenet: quia si tenetur dicere horas in isto die: oportet dicat in aliqua parte diei. quēadmodum si Sortes est in toto templo, Sortes est in parte templi. ¶Ad primū respondetur cōcedendo q̄ de nullo vsu homo tenet dicere horas. sed necesse est vt homo euadat peccatū dicere horas de aliquo vsu: vt necesse cadat in totam conditionalem. & intelligo nisi sit de numero eorū qui rationabiliter excipiuntur. Congruū est autē vt beneficiatus dicat horas secundum consuetudinem beneficij cuius fructus colligit. & si plura habeat beneficia: nunc dicat de vno: nunc de alio. debet enim nunc vni, nunc alteri nō solum loco sed officio deseruire. Si vero nō sit beneficiatus, expedit dicere secūdum consuetudinē eorū cum quibus conuersatur, vsum addiscendo: potissimū si sit morā illic tracturus: vel addiscat vsum eorum apud quos domicilium eligere intendit. cū vero fuerit promotus titulo proprij patrimonij: nō video q̄ teneatur de quocūq; vsu sed potest quem voluerit eligere. potest etiā vsum Romanū assumere. nam Roma ē patria cōmunis. l. Romana. ff. ad munici. & in. c. Exposuit. de dila. & vnū patronum vel duos vsus romanus salua integritate tam vsus q̄ rubricarum admittit. Potest autem contingere q̄ homo habens vsum aliquem iam in habitu non debeat illum mutare pro beneficio adepto. non enim expedit illi relinquere lectionē: vel concionem ad populum vel aliud honestum spirituale officium in republica: vt addiscat ab inerudito sacerdote nouum vsum legendi horas: quia circa maiora est licite occupatus: quēadmodum Paulus nō reliquit verbum dei vt baptizaret. Regula autē generalis hic dari nequit: sed propter innumeros & varias circunstantias occurrentes, varianda est responsio. ¶Ad secundum dicitur. q̄ consequentia est nulla. quando enim homo inciperet in principio diei & lente legeret ad finem diei vsq; : satisfaceret præcepto legendarum horarum: & quando templum esset locus proprius sorti: non oporteret, si Sortes esset in toto templo, ipsum esse in parte eius. Propterea concedo q̄ in nulla parte diei Sortes tenetur dicere horas: sed necesse est, si peccati debeat esse expers, vt horas in aliqua parte vel partibus tēporis dicāt. Adieci (partibus) ppter eū qui interpolate legit. Sed forte rogas: qn Sortes omittit dicere horas? & qñ primo verū est dicere, Sortes omittit? Dico q̄ si potest dicere horas suas in duabus horis & nō in minori tempore: nō peccat omittēdo ante duas vltimas horas totius tēporis: sed quacūq; parte illarū duarū labente anteq̄ dicere incipiat, peccat: & magis ac magis secūdū magnitudinē tēporis. & dato vltimo instanti nō esse illarū duarū horarū, nunc nō omittit culpabiliter & imediate post hoc culpabiliter omittet: sed non tantū si in vltima hora incipiat dicere: quātum si vtraq; hora elapsa dicere iciptat. eodē mō de missa audiēda, vbi hō deobligat⁹ a p̄cepto de audienda missa audiēdo missam quā audire nō tenetur.

¶Tertio arguitur. sufficit cuilibet dicere medietatē horarū, audiendo aliam medietatem a suo consocio: ergo idem erit audiendo reliquam medietatē: sufficiet igitur audire duos dicētes horas nihil dicēdo. ¶Respondetur cōcedendo q̄ sufficit audire vnā medietatē ipso reliquam medietatem proferente: nō q̄ aduertat ad quodlibet verbū alterius: qa sic non potest aduertere ad quodlibet verbū proprīū: nec tenetur plus aduertere ad alium q̄ ad seipsum: sed duo iuuant se inuicem. secus est de tribus: primo primā lectionē psalmi proferente, secūdo secūdam: & tertio tertiam. & hoc patet ex consuetudine ad quam alludunt carmina. Si peregre pergas: nunq̄ te iunge duobus. Disparibus raro trahitur currus bene bobus. Si dicas: dicens cū alio nō dixit horas: ergo nō est deobligatus. consequentia est nulla. sufficit enī q̄ alter dimidiū suppleat. Dicebā (sufficit audire) quare surdus nō debet cū alio legere. Et licet sit vetitū legere cū excōmunicato: & excōmunicato magis vetitum sit legere cū nō excōmunicato: tamen horæ sunt persolutæ licet cum peccato dicantur. Sed cōtra istud arguit. ergo surdus nō pōt canere cū aliis in choro. cōsequēs est falsum. cōsequentia patet. qa non audit alios. Respondetur negando consequentiā: vix enī dabis ita surdum quin audiat cantātes. & licet male audiat. p̄ visum sociorū lateris sui & oppositi, apertionē oris p̄cipiet: & ex hoc intelliget qñ canere oportebit.

¶Quarto arguit. quādo homo decantat in choro cū aliis, iterdum prętermisso vno psalmo sufficienter dicit horas: ergo prior cōclusio falsa. Antecedens patet. si dato vltimo signo campanę ad horas canonicas disponat se clericus secundum modum consuetum adeundi horas, & hebdomadarius citius inchoauerit q̄ in alio die: itavt vnus psalmus sit absolutus ante ingressum canonici in chorū: tunc ipse cantando cū aliis ex vna parte chori satisfacit. Hoc idē probatur alia via. si ingrediatur templum ante primū psalmū: sed aliquis in causa necessaria eum alloquatur in naui ecclesiæ quousq; finiatur primus psalmus: vel aliquis eum alloquatur in choro: vel emittat sanguinē per nares vel habeat tussim vel aliquid huiusmodi: interea alijs cantantibus vnum psalmū vel duos: iam nō tenetur illos dicere seorsum tum propter consuetudinē: tum quia cantādo cū alijs nō tenetur quālibet lectionē recitare. ¶Respondetur: in casibus istis vel similibus homo sufficienter persoluit horas q̄us psalmū vnum vel duos nec in parte nec in toto dicat: nō propter vinculum charitatis in canonicis: stat enī q̄ quilibet eorū sit in peccato mortali: sed propter vinculum societatis in qua depromuntur dei laudes publice: quod est rationabile. & propterea nullo iure sunt obligati facere pręter cōmunē cursum hominibus contingentē. hic itaq; sufficit q̄ tota multitudo nihil omittat de officio: & q̄ nullus notabiliter deficiat in sua parte: modicū aūt defectū alij supplent. secūdū cōsilia ap̄li. Alter alterius onera portate. Sic mīti parui casus cōtingūt: vtpote illi recitati & similes, in q̄bus sapiens diceret istos nō obligari: quēadmodū qñ duo dicūt horas, & vn⁹ supplet vnā medietatē. hic autē vbi est maior numer⁹: magis omissū ab vno supplet a multitudine. & sic homo cū negligēter interdum audit vnā lectionē vel duas sui socij: adhuc sufficienter psoluit: quia nō oportet, vt dixim⁹, q̄ semp aduertat ad ppriā lectionē. Similiter surdus vel alio distractus decātans in choro cū cęteris, dūmodo scdm possibilitatē humanā rotundā faciat, hoc sufficit. Dixi (rotūdam) qa nō requirit q̄ clerici ita exacte faciant vt est eis possibile: sed consideranda est humana fragilitas in dicente. vbi tamen esset notabilis omissio vel cognita negligētia: canonicus deberet supplere omissum.

¶Quinto arguit: posito q̄ Sortes beneficiatus habeat dispensationē a Romano pōtifice ne dicat horas canonicas. sic Sortes nō tenetur dicere horas: & tamē habet beneficiū. ergo cōclusio falsa. ¶Respondetur. aliquid est hic positiuum humanū: aliud est diuinum & naturale. in primo pontifex dispensare potest. ius enī humanum est dicere de hoc vsu vel illo. Circa quēlibet autē vsum dispensare potest: sic etiā vt homo nō teneatur dicere de aliquo vsu in mūdo. Cōfirmo hoc dictum. potest diminuere partē horarū vsus sancti Bñdicti: ergo & cuiuslibet vsus. cōsequētia relinquo notā. Antecedēs patet. Nā. xv. psalmos matutinarū sancti Bñdicti diminuit ad numerū psalmor⁹ vsus Romani. hoc enī est iure decisum de celebra. missa. cap. secundo in cle. vbi datur facultas religiosis cardinalium cōtubernalibus dicę

Universidad de Deusto
Biblioteca

re ſecundum conſuetudinē cardinalium q̄diu cū eis ſunt. Et ſi poteſt romanus pontifex diſpenſare in parte horarū de hoc vſu: poteſt etiā de toto vſu. Iterū hoc confirmo. religioſus ad curam animarū ſecularū perpetuo aſſumptus poteſt dicere horas iuxta vſum illorū quib⁹ conuiuit. Pręterea ante omnē vſum celebrandi ab eccleſia inſtitutū nemo obligabatur dicere ſecūdum aliquē vſum ſuas horas: ergo vſus dicendi eſt ab eccleſia inſtitutus: & ab ea approbatus: ſed iſtam obligationē poſitiuam poteſt pontifex pro rationabili cauſa tollere. igitur. Forte rationabilis cauſa nō dicendi eſt ſtudium in iuuene ad literas apto, vt in eruditum virum euadat. Naturale autē & diuinum eſt aliud, ſcilicet deo ſeruire. Nā ſicut alligatus altari debet de eo viuere: ſic de eo viuens tenetur illi deſeruire: orādo ꝓ fundatore, & pro his quorū fructus recipit: qa eſt colligantia reciproca. ab iſta autem oratione nō pōt pontifex abſoluere beneficiatū. cū em̄ ſit de iure naturæ & diuino: ad illud eſt obligat⁹ ante omne humanū ius: & eo ſecluſo ꝓ diſpēſationē Romani pontificis, manet ad hoc obligatus: puta ad aliquas p̄ces: quas ad diſcretionē viri prudētis dicet: vel ad aliqd p̄cibus ęquiualens, vt eleemoſynā, ieiunīū, vel ſimile. Dicis. pōt pontifex diſpēſare cū iuuene ne dicat horas canonicas gr̄a ſtudij: ergo & cū ſacerdote erudito iam viro: vt fructus ſui ſtudij iam amplius in vulgus ꝓferat, & nō impediat in horis canonicis legēdis. Reſpondeō cōcedendo. nō tamen decet ſenem circa huiuſmodi diſpenſationē obtinēdam inſiſtere: eſt enim peritus in vſu dicendi: & in breui tēpore poteſt imponere finem dicendis horis. ſi tamen eſſet multū impeditus ꝓ re ſpirituali & vtili ſic vt nō poſſet commode dicere horas illi rei ſpirituali vacādo: ē a dicēdis horis canonicis relaxat⁹, ſicut a ieiunio quadrageſimę. ſed ſtrict⁹ hic obligat. ieiuniū em̄ totū eſt pure poſitiuum humanū vt caro ſit domita: & impedit virū interdum multū a ſtudio: quia per ipſum attenuātur vires corporis. ſecus eſt de horis dicendis.

¶ Sexto capto ſorte quí nō díxit horas canonicas ex ſua culpa iſto menſe: Arguitur ſic. Sortes nō teneō dicere horas omiſſas ſub pœna peccati. ſed ſi fuiſſet obligat⁹ eas dicere, ad eas teneretur. ſicut ſi debeā tibi cētū in paſcha, nō ſoluens ea in paſcha elapſo, adhuc centū ſoluere teneor: ergo concluſio falſa. ¶ Reſpōdetur. in argumento implicatur difficultas, cōmuniter ab oībus dicitur q̄ ſi qs horas culpabiliter omiſit: nō tenetur eas dicere: ſed ſufficit de negligētia pœnitere: & aliquā pœnitentiā aſſumere ꝓ horis omiſſis: vt puta ieiunīū, orationes, vel huiuſmodi. Et ꝓbatur hæc rn̄ſio: qa dato oppoſito, ſequit̄ q̄ in paſcha & in tēpore lętitiæ ego tenear dicere horas canonicas hebdomadę ſanctę, & triſtitię: qđ eſt inconueniens. Sed hęc ratio non vincit. Nam crebro dico Iam lucis orto ſydere. diu ante ortū lucis vel hora vndecima: ſed nō pro illo tpe: ſed ad ortū ſolis refero. ſic dicā in die paſchę horas mœſtitię omiſſas, ꝓ tpe triſtitię & nō lętitię. ¶ Sed contra hoc arguitur ſic. ſequitur q̄ teneor dicere ſecūdum extremū potentię meę in die paſchę horas omiſſas. conſequēs eſt inconueniens. igitur. ¶ Reſpōdetur. nec hęc ratio vincit. ſi em̄ debeā ſorti centum ſoluenda, teneor ei ſoluere ſecūdum bonam poſſibilitatem: tamē nō teneor facere extremā diligentiā mihi poſſibilem. ſic dicetur in propoſito. Secūdo arguitur ad idem. ſequeretur q̄ ille qui omiſit dicere horas ex culpa ſua ferme tota vita ſua, & nūc in ſenio ad cor redit: teneretur totū tempus vitæ tranſigere in dicēdis horis omiſſis. hoc ſtatim aduerſarius cōcederet. Tertio arguitur. omittens feſtum eccleſiæ pro certis diebus determinatis, non tenetur iterato illos dies ieiunare: ergo ſimiliter omittens dicere horas nō tenetur &c. ſed hic negato antecedente nihil colligeres. Quarto arguitur. omittens leges pure humanas culpabiliter, non tenetur eas pręteritas adimplere: quia ſolum obligant homines ſub pœna peccati vel pœnę vt ſeruentur, nō ad aliam impletionē. ¶ Concedo hanc ſuaſionem ſufficientem cū cōmuni modo dicendi & ęqtate. q̄ omittens culpabiliter dicere horas nō tenetur illas iterato dicere. & eodem modo de ieiunio. Secus eſt de centum ſcutis promiſſis, quę de iure naturæ debeo: licet adiectus ſit certus terminus poſitiuus: quo pręterniſſo ad illud quod eſt legis naturæ deuincior. Et proportionabiliter dicas de aliquibus precibus quas beneficiatus debet dicere de iure naturæ. ¶ Cōtra illud arguitur. ex ſolutione ſequitur q̄ omittens confiteri in paſcha non obligaretur confiteri in toto illo anno: quia poſitiuum humanū eſt confiteri pro illo tēpore. ¶ Reſpondeō: q̄is cōcederetur illatum: difficulter hoc impugnares. ſed nego ſequelā: qa nō eſt ſolum vnus determinat⁹ dies in quo homo tenetur cōfiteri: ſed in quolibet illorū dierū confitēdo ſufficienter adimplet pręceptum: videlicet in hebdomada ſancta, vel in octauis paſchalib⁹. q̄re nō eſt ſimile. ¶ Secūdo arguitur. ex dictis ſequitur: ſi ſortes ſciat ſe habere ſolum vnā dimidiā horam huius diei in qua teneatur dicere horas: cū non poſſit eas dicere, niſi in vna integra hora: q̄ ſufficiat ei dicere horas illa dimidia hora durante qua lapſa nō amplius teneat dicere horas: qđ eſt abſonū. Declaro exēplariter. Sortes habet dicere tertiā, ſextā, nonā, & veſpas cū cōpletorio, accedēte duodecia hora noctis iuxta horologiū ad amuſſim ęquū vt palatij: ſeq̄t q̄ q̄primū audierit duo

decimā non teneō ampli⁹ dicere: ſed librū pōt abijcere. Reſpōdeō cōcedendo q̄ nō teneō ampli⁹ dicere. Sed cōtra hoc arguit. ex hoc ſequit: ſi habere. Sed cōtra hoc arguit. ex hoc ſequit: ſi habeō dicere veſpas & aliqd de horis matutinarū, q̄ cō ſultius eſſet dicere veſperas vel cōpletoriū, & poſt ea tertiā, ſextam, cū nona ſi tēpus vacet: qa ſic nō peccabo nouo peccato. Reſpondeō. poteſt cōtingere q̄ dubiū ſit an tempus dicendarū horarum matutinarū ſit cōſumptū: & an poſſit cōplere horas, quas poteſt dicere ante finem temporis nōdū elapſi. tutius tunc exiſtimo incipere ab vltimis: & ſi tēpus reſtet, reliquum implere. ex quo non ſequitur q̄ quis importet lucrum ex ſua culpa.

¶ Septimo arguit̄. iuuenis qui nihil accipit ex beneficio: ſed parentes eius ſuſcipiunt fructus beneficij: & nutriuiſſent eū in ſtudio: q̄is nihil ex beneficio habuiſſet: non teneō dicere horas: cū nihil de altari capiat. ¶ Reſpōdeō negando q̄ non teneat dicere officiū canonicum q̄is nihil recipiat. nam ꝓ eum ſtat q̄ nihil recipiat etiam parentes nutriunt eum de bonis beneficij.

¶ Octauo arguitur. Sortes tenetur dicere horas ratione beneficij: ergo ſi habeat duo beneficia, bis teneō in eodem die dicere horas canonicas. conſequens eſt cōtra cōmunem praxim & q̄ ſequatur, patet ſic. Sortes teneō dicere horas ratiōe a. beneficij: & etiā ratione b. beneficij qđ habet: ergo bis tenetur dicere horas. ¶ Reſpondeō. Si habeat duo beneficia licite: concedo q̄ tenetur ad horas canonicas ratione vtriuſq̄: ſed non tenetur eas bis dicere. quēadmodum frater minor tenetur die veneris i prima hebdomada quadrageſimæ ieiunare triplici vinculo: quod duplex exuperat: videlicet ratione quadrageſimæ: ratiōe quatuor temporū: & ratione ſuæ regulæ: ſed non ſequitur q̄ ter vel bis teneatur ieiunare. ſic eſt i propoſito de dicendis horis. Si autem quis teneat duo beneficia præter rationem: res non eſt ita lucida. & dicit Petrus Paludanus q̄ in eodem die bis tenetur dicere horas. ratio eſt: quia impedit multitudinem ſeruorum dei: duorū fructus indebite colligēdo: debet ergo duplex ſeruitium. Si dicas. ex iſto ſequitur incertum eſſe. quis bis teneatur dicere horas. forte etiam eſt habentis incertum an ſit i ſtatu ſalutis tenēdo plura. Cum ſapientibus cōſulet: & ſe in certo ponat. Et licet alter duplicem fructum colligat: cū tñ licite teneat duo beneficia: labor eius æquiualet laboribus duorum: nec aliunde tenetur niſi ſemel dicere horas: ſed ratione vtriuſq̄. & vnico actu dicendi vtriq̄ pręcepto ſatisfacit: qa non obligat̄ ad aliud. vnus cī eſt: ſed cui⁹ opera in republica duorum labores valet. ſil'r nō plus in cibo & in veſtibus q̄ vnus conſumit, licet duos valeat.

¶ Nono arguitur. Sortes & Plato ꝓ beneficio litigant: & vterq̄ habet apparētem titulum ad illud beneficium: & ſic litigant triennio dolo & auaritia aduocatorum: vt pecuniam ad ſe trahant ex longa lite. Arguitur ſic. Sortes non tenetur ad dicendas horas: & tamen habet ius ꝓbabile in beneficio. quod patet: quia ſi teneat dicere horas: eodē modo Plato tenebit: & ſic vterq̄ iſtorum tenebitur dicere horas: & ex eorum lite foren ſi continuata augebuntur miniſtrorū p̄ces. ¶ Rn̄ detur. quoūq̄ alter recipiat fructus, non teneō dicere horas ſi aliunde dicere non teneat. & ſi dubiū ſit an is qui recipit, perditurus ſit beneficium i vltima appellatione: bonum eſt q̄ vterq̄ iſtorū horas canonicas dicat. tenetur tamen dicere aliquas preces medium horarum attingentes ratione probabilitatis apparentis futuræ, ſi non intendat facere æquiualens tempore quo beneficium habet.

¶ Decimo arguitur. ſupponam⁹ q̄ Sortes dixit medietatem horarū: arguit̄ ſic. Sortes non dixit horas nec teneō eas dicere: quia partes horarum non ſunt horæ vulgariter loquēdo: ergo concluſio falſa. ¶ Vndecimo arguitur. Sortes nō pōt dicere horas: & obligat̄ dicere horas p te: ergo qs obligat̄ ad ipoſſibile. Maior patet: qa nō pōt habere vnā de p̄ſenti verā: quocūq̄ em̄ inſtanti quo dicit horas demonſtrato, falſum ē dicere. Sortes dicit horas: ſi em̄ non continuet non dicit horas. ¶ Duodecimo arguitur. Sortes non peccat mortaliter omittendo vltimum verbū horarum, ſcilicet amen, vel deo gratias: & æqua ē ratio de quolibet alio verbo: ergo non peccat mortaliter omittendo omnia verba. Forte dicis & bene. non eſt idem de vno verbo & omnibus alijs. Contra: Sortes non peccat mortaliter omittendo vnum verbum: nec peccat mortaliter omittendo duo verba p̄ciſe: ergo nec peccat mortaliter oēs horas omittendo. ¶ Ad decimū dicit̄ q̄ tenetur dicere qđ remanet dicendū: & concedo hāc cōcluſionem: Sortes nō dixit horas nec tenetur dicere horas: nec eſt excuſatus aliunde: capiendo horas vulgariter. nam hora eſt totum vniuerſale reſpectu aliquarum partium: & integrale reſpectu aliquarum. Dicimus enim, ſeptem ſunt horæ canonicæ. ¶ Ad vndecimum negatur maior. & ad ꝓbationem nego q̄ nunq̄ habet de ineſſe veram: immo in tempore quo dixit horas: verū erat dicere: in hoc tempore Sortes dicit horas. ¶ Ad duodecimum: tranſeat q̄ non peccat mortaliter omittendo vltimum verbum: & ſic de quolibet vno verbo: non eſt tamē idem de multis verbis. quod in ſimili patet de percutiēte ſenſim aliquem multis ictibus quorum quilibet non notabilem iacturam infert percuſſo: ſed multi ictus notabilem lę-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sionem inferunt.& de auferēte vnum granum & multa grana.

¶Colligendo sparsim dicta dicim⁹ hominem quēlibet existētem in sacris vel beneficiatum ad dicendas horas deuinctū: nisi rationabilem causā nō dicendi habeat,vt inter arguēdū tergiminis:vel per egritudinem:vt si quis laboret morbo ob quē difficile sit loqui vel horas dicere: is nō obligatur ꝓtūc,nec aliquis ꝓ eo:nec alio tēpore pro seipo.quēadmodū non potens ieiunare in causa rationabili.Noluit enim ecclesia istū obligare in hoc casu:quēadmodum nec ad ieiunium: esto loquaē & audiat tocosa quæ pro sua sanitate cōducant: roget tamen deū mentaliter horarū loco:& hoc sufficiet. Si quis vero modicā dyscrasiā in morbo hēat,cui dicere nō ē difficile:is nō est de obligatus:sed potius debet excitari ad deuote dicendum q̄ sanus. ¶Amplius horas canonicas omittēs culpabiliter dicere in certo tempore magno vel paruo,non tenetur horas omissas dicere: sed sufficit dolere de illis omissionibus positiuis: assumēdo pœnitentiā quā discretus sacerdos imposuerit.& cum sit de sorte domini & teneatur ad plura q̄ ad hæc posittua : satisfaciat pro viribus. Nec est necessariū has horas in determinatis temporibus dicere. potest enim quis rationabiliter tēpus ꝓuentre: vt post cœnā studiosus homo dicit vsq; ad laudes matutinas vt postridie studio liberius vacet. Nec refert si vesperi post dictas biberit nec ne.cū ei iam rōnabiliter satisfecerit pro die subsequēte anteq̄ bibit:postea supueniente inopinata siti vel viro cui honestatis gratia est dandus potus:licite potum sumit. ¶Præterea dicēs cum alio & alium audiens quēadmodum seipsū,satisfacit:nō tamen sufficit dicere cum multis,sic scilicet vt Sortes dicat primā lectionem:Plato secundam:Cicero tertiam: Ioannes quartā: & sic deinceps.non enim est hominū cōsuetudo sic legere. Nec talibus nexibus aurē accōmodabis: dico cū Sorte audiēdo eum vnam lectionem ꝓnūciantē: ergo pari ratione tert⁹ poterit tertiam lectionem nobis omnibus audiētibus pronūciare. Sed rectent duo eandē lectionem:& vnus lectionē respōdentem quēadmodū inter duos fit.vel si sint quatuor habentes duos vel tres solum libros:dicant duo vnā lectionem:& duo aliam vicissim. Ita.n. fit in choro tam inter canonicos seculares/q̄ regulares:vt quādo vnus tussit:vel sāguinē per nares emittit/vel alloquitur vicinum paucis:vel egrediē chorū gratia releuādi spiritus post fatigationem. dūmodo enim non stet diu extra chorū in horarum fraudem:rediens ad chorum nō tenetur supplere quod omisit.Ratio est:qa in hac regula stādum est.Quando tota multitudo persoluit sufficienter & nihil omittit,& quilibet facit suas partes secūdum fragilitatem humanam:iam quilibet in valore dicit integras horas.Ex his sequit ꝙ quilibet canonicorum in choro quatuor vel quinq; lectiones omittens ad suum latus spectātes, etiam sciens,sufficienter dicit horas. Licet corollariū ex dictis sequaē:amplius ipsū detego.omittat Sortes vnam lectionem primi psalmi pro rationabili causa:alijs omnibus omnia complentibus:postea omittat Plato vnā lectionem:quā dicat Sortes & suppleat cum alijs:& sic ꝓ ordinem:iā patet corollarium.& ipsum declaro ꝓ simile.si multi trahant molarem,vel multi nautę ancoram vel nauem ad littus impellāt pro pecunia:& cōueniant ꝙ continuo trahent: supposito ꝙ tota multitudo secūdū partes sit in actu,& bene trahens:q̄q̄ Sortes interdum manū a tractu suspendit ꝓ occurrente causa:quis dicet Sortem non mereri stipendia? cum hic alter alterius onera portet.sic hic. Secundo patet bonum esse in multitudine horas canere. hoc sequitur ex dictis.& addo ꝙ melius est in multitudine canere,q̄ horas dicere seorsum. Nam primo sese mutuo accendunt ad promēdas det laudes:vt ignis vel faces sese incendunt. Tū secūdo alliciunt astantes ad deum orādum.& Tertio exēplo alios prouocant ad bonum.propterea canonici quanto sunt maiores in hominū æstimatione: tanto pl⁹ debēt interesse horis publicis:ob causas dictas.adde ꝙ tūc pudebit inferiores diuinis horis diurnis & nocturnis abesse. ¶Concludēdo dico ꝙ optima est inuentio dandarum distributionum eis qui horis intersunt. hoc enim non tollit meritum,& homines ad virtutem trahit,firmat & rapit,& potissimum tempore nocturno:vt homo non nimis dormiat:sed a malis quæ in lectis contingere solent,elongetur.tunc etiam sub noctis silētio homo est magis memor sui:& se erga deum melius recolligit.

¶Distinctionis Duodecimę Quęstio Septima.

SEptimo q̄rit̄ circa hāc duodecimā distinctionem. An ex inaduertentia dicēs horas vel distract⁹ satisfaciat precepto de dicendis horis. Pro solutiōe quę stionis præmitto ꝙ aliquis interdum legit aduertens ad lectionem:vel ad deum,vel ad petita, vel ad verba & sensum verborum quæ dicit. & hoc est habere attentionem actualem. nonnunq̄ ad nihil illorum aciem mētis dirigit:sed ex habitu horas dicit,castra (vt aiunt) imaginās in Hispania: ita vt nesciat in quo psalmo sit .Ista i nobis experimur. ¶Hoc ꝑmisso ad quæstionis titulū pono cōclusiones resonsiuas. quarum Prima est.requiritur actus volūtatis præuius ad sensum dicendum in quarta conclusione ad hoc vt quis satisfaciat præcepto de dicēdis horis.probaē.homo non satisfacit vlli precepto nisi per opus humanum:sed ad quodlibet tale præquirit̄ actus volūtatis & itellect⁹: qa sine actu itel lect⁹ nō pōt eē act⁹ volūtatis naturaliter. De scdo autem loquens alium intelligo:per volūtatem.n. homo differt a bruto. ex imaginatione autē quæ est nobis & brutis cōmunis,non sufficit dicere horas:quare intentio habitualis ad legēdum nō sufficit. ¶Secūda cōclusio.homo distractus satisfacit.probaē hęc cōclusio experimento.& experimē tum ratione probo.contingit virū dicere psalmū totum(Te deum laudamus)nec ad verba/nec ad deum cogitando.Probaē.intellectus est finitæ capacitatis actiuę:pariter & voluntas:sed stat intellectum ita esse intentum circa obiecta impertinentia alia a psalmo quem dicit & deo, vt tota intellectus capacitas actiua sit satiata & repleta:nec voluntas fertur in incognitum:ergo tunc nec volūtas nec intellectus potelt habere actum circa hoc quod dicit:immo q̄is ita esset ꝙ voluntas ferretur in incognitum: magna tamen intentio vnius potentiæ circa vnum obiectum,alias potentias a suis actibus impedit. ¶Tertia conclusio.non requiritur ꝙ homo semp aduertat,vel ꝙ habeat attentionem actualem tepore quo dicit horas. probatur.hoc nō est in facultate viri: impossibile enī est quin visis tāganur.In effectu arguitur sic.nemo obligatur ad impossibile : sed est impossibile viro secūdum legem cōmunē vię semper aduerte re ad illa quę dicit. qđ patet:quia occurrunt ei aliquę causæ naturales ipsi non imputabiles:animū per aliquod tempus ab animaduersione impedientes:vt pote notitiæ obiectorū aliquorū:vel a magno habitu in memoria:vel quia obiecta ipsa imopinate intellectui offerūtur:& stat talem adhuc dicere horas ex conclusione præcedenti. Sed fortas se dicis. cum homo inuenit se distractum tenetur inchoare ab illo versiculo in quo primū se distractum inuenit.Cōtra hoc arguit̄.sic non esset possibile imponere finem horis canonicis:cū nō possit semp aiaduertere ad dicēdas horas etiā in magno tempore. Sed quia aliquis diceret esse possibile secūdum legem cōmunem actualiter animaduertere:& ita quicquid tempore distractionis dicit teneret iterare, quatenus animaduertat: Secundo arguit̄ ad idem.noluit ecclesia nec dominus deus obligare ministrum ad opus heroicū & difficillimum creberrime habendum,sed horæ canonicæ sunt quotidianæ:& foret difficillimum eas dicere sine distractione. Dixi creberrime,quia stat virū debere pati mortem in casu ex præcepto dei. tale tamen opus est difficillimum & heroicum. Potest hæc conclusio probari per dicta in de baptismo,de illo qui lucrat⁹ fuisset equum nihil cogitādo nisi de deo,dicendo orationem dominicam.& hoc beato Bernardo attribuitur. ergo si deuotus ille vir & sanctus, hanc mentis euagationem in se expert⁹ est:quid erit de nobis indeuotis? ¶Quarta conclusio. virtualis attentio ad orationem esse satisfactoriā sufficit : q̄is homo postea distrahatur inuitus:hoc est non volūtarie.probatur hęc cōclusio.non sufficit habitualis intentio legendi,qa sic quis posset partem horarū dicere sine actu intellect⁹ vel voluntatis ꝑuto,scilicet ex imaginatione more Ciceronis fricantis barbā.& patet ex prima conclusione.nec requiritur attētio actualis ex præcedenti : & aliqua attentio sufficit:& non sunt plures q̄ istę.ergo conclusio vera. Virtualem autē attentionem voco quādo homo actualiter a principio intendit dicere:& non habet postea oppositum.declaro exemplariter. Sortes sol⁹ cogitat de dicendis horis:& vult eas dicere:aggreditur eas:illam volitionem nō amplius habēs. qđ magis est quando duo sunt dicturi horas:vnus dicit alteri: dicamus horas,vel dicamus sine addito(vt quando sunt assueti pariter dicere)intelligens horas.interdum eīn sic vnus ingredit conclaue meū assuetus mecum legere : & primo verbo post salutationem,libro in manu aperto mox dicit:Aue maria gratia plena:respondeo illi : & consequēter ad Domine labia:nullum actum voluntatis etiā habendo:habeo tamen actū intellectus:dico ꝙ hoc sufficit opinione mea:quia per suū actum voluntatis supplet meum:sicut in enūciatione vnius lectionis.si aūt haberem actum voluntatis,nulla esset difficultas.sed non auderem virum reprobare sic dicentem cū actu voluntatis alterius.nam velle in voluntate consocij vtriq; nostrum assuetorū simul dicere sufficit.Vltima pars conclusionis patet:quia cū est inuitus distractus tunc nō peccat:& satisfacit precepto de dicendis horis:quia facit illud ad quod tenetur. ¶Ex hac cōclusione sequitur quinta conclusio:si quis sciens se in principio cantici Te deum laudamus:mundando tunicam cubiculum vel vitrum,dicens reliquos psalmos laudum, & reperiens se in vltima lectione psalmi Laudate dominum de celis:cui tunc primū venit in mentem sua lectio:nescius an legerit psalmos intermedios nec ne:est tamen ei multum probabile ꝙ sic:dico ꝙ iam satisfecit precepto de dicendis illis psalmis : & per cōsequens eos nō tenetur repetere siue eos dixerit siue non:quia est ei ignorantia inuincibilis : optime enim nouit illos memoriter dicere : & iudicare potest ꝙ suus habitus poterat se impellere ad tot psalmos dicēdos

Universidad de Deusto
Biblioteca

se nō aīaduertente.hoc autem potest scire legēdo cum socio cum quo dicit tot psalmos etiam distractus,a socio non reprehensus nec perceptus:ergo non tenetur psalmos ex inaduertentia dictos vel non dictos iterare:immo imprudenter ageret illic conscientiam faciendo q̄ hos psalmos nō dixerit:& scrupulos inutiles in se gñabit quos euellere facile non poterit.Q d̄ patet.qa si in casu hoc teneatur iterare psalmos inaduertenter dictos:ad huc inter dicendum reperiet se distractum:& iterū per te cogetur iterare:& sic sine statu: & ita homo semper habebit conscientiā murmurantē q̄ non dixerit horas.Ex illo sequitur q̄ magnitudo temporis distractionis non arguit peccatum:& parui tas temporis non imminuit.Probaī: quia stat vi rum magno tpe distractū iuxtū distrahi: puta qa nō aduertit:& i breui tpe pōt ipe vel alī aduertere.

¶Cōtra primā cōclusionem arguitur.ecclesia nō obligat nisi ad actum exteriorem: actus eīn occulti non sunt de eius foro.ergo sufficit dicere horas has ex iure ecclesiæ positiuo instítutas sine actu voluntatis præuio.¶Respōdetur negando vtrāq; propositionem in argumento assumptam:quia sicut teneor confiteri peccata mea occulta in pascha ex præcepto ecclesiæ:sic in dicendis horis.item teneor colere diem dominicum:& tamen p mortale occultum violo sabbatum.Non valet ratio domini Gerson dicentis q̄ non potest ecclesia præcipere vel ꝓhibere actū cuius transgressorem non potest punire: sed pro occulto actu non potest punire. quia dico q̄ non est defect9 ex pte iurisdictionis ecclesiastice,sed ꝓbationis:& hoc non impedit.probatio eīn est clarissima de actu exteriori occulto quem nemo alius potest probare in foro ecclesiastico:& tñ cuilibet sapiēti notū est aliquē talem esse peccatum.

¶Contra secundā cōclusionē arguitur.si homo distractus satis faceret:hoc esset a solo habitu.sed solus habitus non sufficit ad ꝓducendū actū.q d̄ probo.quia si homo diceret omes suas horas ex habitu,semper diceret horas tam i somno q̄ in vigilia:potissimū si non ponat actū oppositum in voluntate.q d̄ est falsissimum. patet:habitus est agens pure naturale:ergo si ipe solus præsens sufficiat actum producere,semp producetur actus,contra experientiam.¶Respondetur.argumētū quærit aliquid cui est difficile respōdere sine replicatione in oppositum:videlicet per quid homo distractus moueatur.Verbi gratia.inter ambulādum homo proponit ire ad sacellum quando suum cubiculum egreditur :& tamen descendendo ex inaduertentia vadit ad scholas in quibus est assuetus legere. Similiter homo surgit in nocte:& ordinate procedens capit ensem: apit ostium,& hmōi act9 ordinate facit in somno.sic enim recitat Aristoteles in de somno et vigilia: & illud crebro expertum est. Simile est in casu nostro. homo nanq; distractus leuat calicem, & eū reponit:profert verba: tacet : & iterato profert. a quo tamen pricipio & causa effectiua huiuscemodi actus prodeant,non est facile dictu. ¶Pauca dicam de his quę in somno contingunt:et postea de his quæ in vigilia euenire solent.In primis cōtingit q̄ vir non perfecte dormiat:sed audiat vel videat debiliter & ad interrogata vtcunq; respondeat: & sic adhuc actus eius non sunt humani, & ei imputabiles. q̄ autem ita contingat, quisq; in se experitur:qui primo in somno perfecto habet somnium pulchrum vel fœdum:postea vtcunq; expergefactus & non perfecte,habet consensum in malum ex parte obiecti,in quod malum nūq̄ consentiret perfecte vigilans. hoc enim homo in se experitur vt opinor:postea excitatur perfecte. in illo igitur medio dubium est viro, an expergefactus fuerit, & an peccauerit. Et id iterum declaro exemplariter. cum excitator mane in collegio studentem somnolentum debiliter excitat : semi dormiens respondet surgam:alio tamen abeunte non excitatur, sed dormit:nec reminiscitur q̄ excitatus fuerit. Vides itaq; q̄ semidormiens audit & respondet:& per consequens non habet sensus exteriores clausos.per tales enim sensationes potest imperfecte dormiens se dirigere ad operādū: potissimum si habeat habitum magnum ad hoc operandum : sed longe imperfectius operatur q̄ perfecte vigilans. Præterea Ioannes Buridanus recitat in lib.de sōno & vigilia:se vidisse ancillam quę surrexit & iuit ad ignem:& incendit stramina: ita vt fere fuerit combusta.Item dicit se audiuisse a quodam qui sibi iuramento asseruit : q̄ socius suus dormiens erat assuetus ire ad capiendum baculum vel ensem ita determinate ac si vigilasset: & cum nocte caperet gladium,alter aufugit : quē dormiens insequutus in gradibus cecidit.Ex his duobus ab Ioāne recitatis patet q̄ multum imꝑfecte operātur:nam illa ancilla fere se combussit: & alter in gradibus cecidit ex celeri cursu post socium, a quo perfecte vigilans causset. ¶Secundo dico q̄ potest esse tam vehemens habitus & memoria habitualis ita fortis etiam in perfecte dormiente ex apprehensione nocturna in sensu vel intellectu, vt homo in somno clamet arguendo & respondendo : sed quia illæ causæ non omnes ponuntur propter impedimenta aliarum causarum vel habituum impeditorum : homo non semper exit in suum actum:sed interdum sic : interdum vero non.& licet sint causæ meræ naturales:tamen nō omnes illæ ponūtur:vel si ponātur nō ponūtur eo ordine quo sufficiūt ad positionē talis effect9.¶Prosequndo hāc materiā adhuc loq̄ opꝫ de aliis duob9 exēplis. Prīo de illo q̄ ꝓponit

adire sacellū in egressu cubiculi,sed inaduertenter adit scholas. hoc enim potest esse ex habitu magno & apprehensione actuali scholę:quę tunc sic fortuito ei venit in mentem:vel cathedræ in qua legere solet:quę duę causę sufficiunt membra corporis mouere vt transeat ad scholam si non ponatur impedimētum in voluntate:sicut de appetitu sensitiuo dici potest. Et sic imaginor q̄ habituatus iurare iurat sine peccato: quia in tali est motus primo primus:& naturaliter ꝓductus: solus enim habitus non sufficit qualitercunq; positus:quia sic semper habituatus iuraret:q d̄ est falsum.Illę enim causę sunt naturales:& semp ipsis positis in tali dispositione, sequitur talis actus.

¶De mouente autem se ad aliquem locum & nō cogitando de loco ꝓ quem transit : nec habendo volitionem incedendi:quomodo ille incessus caꝛetur:potest dici q̄ voluntas imprimit quandam qualitatem in membris motiuis per quam homo mouetur per aliquam distātiam:sed non quantūlibet magnam:nisi renouetur actus.sicut impetus impressus in mobile,ipsum mouet secūdum exigentiam impetus,sursum/deorsum/vel gyratiue/ & tādem remittitur impetus & euanescit/& mobile siſtit. Cum enim volūtas mouendo corpus separatum a se:imprimere possit impetum in ipsū: & angelus vel anima separata/corpus mouēs,motum localem in mobile causet per quem mouetur quare non poterit volūtas in membra motiua ꝓducere qualitatem motiuam membrorum per aliquod tempus & spatium? Sic dici potest q̄ volūtas volens aliquos psalmos dicere imprimit quādam qualitatem in linguā & labia : & alias partes requisitas ad loquendum: per quam partes illę loquelam cōtinuant:& potissimum adiutę ab habitu:quia sine habitu homo nequit hoc facere. Sed aliquid est discrimīnis in impetu: vnus enim impetus ex natura rei mouet sursū, & ad vnam differentiam positionis solum:alius aūt alterius speciei ab eo,pellit deorsum solum: & alius gyratiue vt in ludo trochi pueriles ad vnam differētiā positionis. hic autē impetus coadiuuat proportionabiliter ad habitum vel habitus cōtrarios. Hoc tamen non debet virum mouere vt hunc modum relinquat: quia simile putaī de aliquo agente nūc mouēte ad vnum cum vno instrumento:nunc sine illo vel cū alio ad oppositum.¶Vlterius secūdo dicere potes: q̄ soli habitus ad cōtraria geniti ex actibus ad cōtraria quando ponitur principiū introductiuum.sufficiūt actus producere sine vlteriore causa.sicut.n. corpus sphęricum in plano semel motum se cōtinuat per tempus:sic cum homo posuit se ad recitandā vnā lectionem:postea assuet9 statim post hoc dicere in secreto pater noster: & iterū post pī noster nō dicere in aperto aliā orationem.isti.n.habitus sunt oēs in potentijs:& si ponaī principium & ingressus ad hæc: habitus sufficit actus cōsequenter per tempus cōtinuare : qui hoc nō fecissent si non fuisset positum principium:sicut requirit̄ seta in calcifice ad introducēdum filum in foramen acus : quod alioquin ingressum nō fuisset.Et ex illo saluaī q̄ licet habit9 naturaliter moueatur:requiritur tamen aliquid eo adiuuās dispositiuū:vel cōcurrens.& sic habituatus iurare iurabit cū aliqua dispositione præuia : vtpote si quęratur,an velit tenere ꝓmissum : vel an velit tibi aliquid dare.apto enim et illo ingressu,mox ex habitu fertur in iuramētum:qui sine illa dispositione prēuia nō fuisset in huius modi tuꝛ iurādum latus. Non placet dicere q̄ erit actus in voluntate tales operationes continuo imperans: sed non erit perceptus:perceptio.n. actus est act9 reflexus: & crebro erit actus talis in voluntate sine perceptione. Sed non credo q̄ in talibus operationibus ponitur act9 remissus actualiter & imperceptus. De actu autē in appetitu sensitiuo est difficultas:quam ingredi nūc nolo:an sensualitas possit hominem ratione vtētem mouere. Ex his respondere potes ad formā argumenti secūdum imaginationes datas. Vlterius patet certū esse q̄ homo aliquā operationem factat distractus: licet causa talis operationis crebro sit occulta. ¶Contra tertiā cōclusionem argumētari potes per argumentum præcedens. homo tenet̄ dicere horas: & non potest dicere sine actuali actu voluntatis.q d̄ patet:quia habit9 solus nō sufficit,cū sit agēs naturale:si.n.sol9 habitus sufficeret ꝓducere actū exteriorē dicendi,semp illū actū ꝓduceret. Ad hoc argumētū rāiam respōdim9:sed ipsū fecim9 ad ostēdendū q̄ potest variis conclusionibus applicari.

¶Cōtra quartā cōclusionē arguit̄. Oratio in distracto inuito licet virtualis intētio p̄ cesserit,nō est meritoria:ergo nō est solutiua debiti.antecedens patet.quia nemo meretur sine actu voluntatis elicito: nūq̄ enim actus imperatus nō elicitus similis elicito est meritori9:immo additio eius non reddit habētem actum elicitum in materia merito:igitur. ¶Respōdetur cōcedēdo aīs & negādo cōsequentiā: quia ad hoc vt oratio sit solutiua debiti, sufficit q̄ ab intentione actuali processerit:& q̄ homo non distrahatur ex industria : licet præter intentionem suam: & cum percipit se distractum redeat ad considerationem actualem de deo:vel de illo quod dicit:vel quod petit:& tūc solvit debitum ad quod obligatur de dicēdis horis.nec tenetur repetere sic inconsiderate dictum vt superius dictū est.secus est si ex industria se distrahat vel apprehēdat se distractū,& nō redeat ad cōsiderationē:quia dictum in tali distractiōe tene

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur repetere:iste eñ contradicit præcepto ecclesiastico de dicēdis horis. ¶Ex illo patet q; vbi homo vult satisfacere pręcepto de dicēdis horis:debet cū inuenit se distractū considerare de pertinente ad suam orationem :puta de deo:de hoc qđ petit:de verbis quę profert vt illiteratus:vel re significata per verba vel huiusmodi. ¶Secūdo patet q; aliquis mūdando tunicā bene dicit horas: qm̄ tale officiū nō est incōpossibile attentioni actuali dicendarum horarum.quemadmodum nouitius habens a superiore præceptum de mundādo cœnobio,simul mūdat,& intuetur ingredientem.& patet de facētē iter vel equitante. ¶Tertio dico q; profunda speculatio mentis circa impertinens ōrationi facile distrahit hominē a dicēdis horis: quia non patit attentionem circa rem ad quā tenetur. & semper est sermo de horis præceptiue dicendis & nō ex consilio ꝓferēdis. ¶Iam habuimus quo nā pacto distract⁹ potest dicere horas:& q; distractio inuito incidēs ad quā homo non aduertit ꝓ tēpore magno vel paruo, non obligat ipsum ad sic probabiliter dictū tempore distractionis , siue ex libro legendo siue memoriter dicendo,ad repetitionem.& per consequēs vnus modus horas dicendi est solutiuus debiti in quo homo nō meretur:& non peccat nouo peccato omittendo:licet pro magna parte temporis sit distractus: & in distractione non mereatur. Distractio tamen voluntaria nō est solutiua debiti quo ad illud qđ illo tpe dicitur:sed tale etiā probabiliter dictum est repetēdum. potest enim homo aduertere inter legendū ad hoc quod petit: quando est oratio impetratoria:ad verba quæ dicit & ad eorum sensum: & sic debet doct⁹ q; facere.digerēdo eñ & ruminādo sensus scripturæ sanctę potest homo actem mentis in deum dirigere:& in his omnib⁹ est animaduersio.Quādo autem quis inter legendum cogitat profunde quomodo super lineam datam contingit triangulum æquilaterum collocare:vel quomodo caudatur tris:vel halo:is est distractus:quia circa impertinentia vel pertinētia repugnantia(de verbis enim non refert)est occupatus:relictis cōsiderationibus quas deuot⁹ habere debet inter legendum:debet iquā ad sensum prefatum de distractione voluntaria. Hic potes argumentari de illo qui vltro distractus dixit magnā partem horarum,& postea illas repetit animaduertendo: q; is non omittit:cum horas sufficienter dicat. Sed bonus actus negligentiā sequens non facit quin negligentia fuerit:licet possit abolere inesse negligentiæ.

¶Distinctionis Duodecimę Quęstio Octaua.

QVærauo ꝓ maiori huius materiæ complemento quęritur. An audiens missā & interea dicens horas satisfaciat vtriq; pręcepto. nō.n. loquor quādo vnū vel vtrū q; est de consilio. Hic respō det quidam sūmista Angelus in ver. Feria. q; nō satisfacit.hoc probat per.c.Ex literis.de proba.in vetsu Vices. ¶In huius conclusionis reprobatio nem ponitur conclusio contraria:hæc scilicet.Clericus obligatus dicere horas canonicas in die dominico:& etiam obligatus audire missam sicut re uera tenetur:vt patet per.c.Missas.de consecra.distinctione.j. simul vtriq; præcepto satisfacit.Probatur.audiat Sortes clericus missam in die dominico:& dicat horas interea:in fine sic argumentor vel Sortes satisfecit vtriq; præcepto : vel alteri trī:vel neutri. Si primum/habeo propositum : si secundum, rationem assertionis tuæ adducas. si tertium: ergo si adhuc secūdo & tertio audiat missam & legat semper horas interea:neutri pręcepto satisfacit : quod non videtur concedendum.

¶Secundo arguitur ad idem.si homo non satisfacit vtriq; præcepto : hoc erit quia tenetur habere distinctam notitiam verborum in missa recitatorum: & hoc est incompossibile horis dicendis : sed hoc non:quod probo dupliciter.Nam primo illud est falsum. Secundo q̄uis esset verum, non inualidatur conclusio.Primū probo.ex hoc sequitur q; surdus non posset satisfacere præcepto de audienda missa.Sed hic dices : q; necessitas non habet legem. Sequitur etiam q; nec existens in remotis locis templi posset satisfacere illi pręcepto.Vlterius sequitur,q; si presbyter ita submisse loqueretur vt vix aliquis posset ipsum audire:nemo satisfaceret præcepto de audienda missa pręcise assistendo illius missæ,quod non est dicendum.Insuper clarissime hoc patet de orationibus quas quis in secreto dicit. Patet etiam secundum:quia homo potest & audire missā & aduertere ad horarum lectionem. duo enim vel tres act⁹ possunt simul esse in intellectu:quemadmodum Cæsar tribus varia simul dictauit. ¶Tertio arguitur. Ius humanum consuetudo prudentū hominum interpretatur:sed ius humanū est hoc die audire missam : & dicere horas interea est consuetudo ferme omnium:ergo illud ius est ita limitandum. ¶Quarto arguitur. minus obligamur cessare ab opere seruili in die dominico q̄ cessare ab opere spirituali:quemadmodum est pronunciare horas tempore quo tenemur audire missam : sed multa sunt opera corporalia etiam de præcepto :

de hoc vide in simple. 5ª. .q. 3ª.

diem dominicum celebrādum:ergo nec lectio horarum impedit auditionem missę præceptę.

¶Contra hāc cōclusionē argumē tor.ex ea sequit si presbyter iungat mihi i pœnitētiā audire tres missas,q; possim simul satisfacere illis tribus pręceptis : tres missas in trib⁹ varijs altaribus audiendo:qđ non videtur dicendum. ¶Secundo arguit, non licet p eūdem actū duobus satisfacere pceptis:ergo homo nō satisfacit si mul vtriq; pręcepto. ¶Rñdetur. oportet videre intentione iniungentis mihi tres missas. Si.n.iungat eas incōpossibiliter : tunc nō est apparētia sequelæ : vtpote si iniūgeret tres missas in varijs diebus audiēdas:vel in varijs locis. si vero intendat qualitercūq; audiēdas eas iniūgere:cōcedo illatum:quia pręcepta illa sunt cōpossibilia:& si dubitem de intentione sacerdotis quęrā eius mentē. In alijs aūt vt in ꝓposito, mens legis colligitur a consuetudine hominum. ¶Ad secundum dico: q; argumētum peccat tam in forma q̄ i materia, antecedens.n. est falsum:nā frater minor satisfacit suę regulæ de ieiunio sextę ferię:& pręcepto ecclesię de ieiunio quadragesimę:& quatuor temporū,in die veneris primę hebdomadę integrę quadragesimę.Secūdo dico:q; cōsequentia nihil valet.homo enim duobus actibus satisfacit istis pręceptis,legēdo horas vel memoriter dicēdo: intuēdo leuationem corporis Christi:surgendo ad euāgelium & huiusmodi faciendo. ¶Tertio arguit. ex cōclusione sequit q; laicus ad tantū obligatur in die dñico quātū clericus beneficiatus.cōsequēs est incōueniens,& q; sequat patet sic. Laicus tenetur dicere preces audiēdo missā in die dominico & audire missā:q̄ simul facit.eodē aūt modo beneficiatus se absoluit.igit. ¶Respōdet. Laic⁹ tenet aliquas ꝑces dicere tpe quo missā audit: sed quas determiate dicere teneat:nō cadit sub arte tradita: bñficiatus autē nō tenet dicere horas tpe quo missā audit:pōt tñ satisfacere ꝑcepto de dicēdis horis tpe quo missā audit.& ita plurimū fit. ¶Quarto arguit. si Sortes clericus satisfacit simul vtriq; præcepto:sequitur q; plato socius eius dicens horas in cōclaui:& nihil dicēs tēpore missę:nec missā audiens propter distantiā, eodē modo satisfacit: cum tantū faciat quātum Sortes. ¶Rñdetur .nō sequit:qa ex cōsuetudine Sortes applicat se circa materiam missę:& dicit orationes tempore missæ non autē Plato:sed sedet tanq̄ vna statua nullam deuotionem habendo tempore missę:nec sufficit in conclaui habuisse similem deuotionem:nullam tempore rei diuinę habēdo. ¶Quinto arguitur. sequitur ex conclusione q; sacerdos potest iniungere pœnitenti opus pręcepti in pœnitentiam : cum per eundem actum possit duobus vel pluribus pręceptis satisfacere. ¶Respondetur.illud nullo modo ex conclusione sequitur.quia per varios actus homo his duobus pręceptis satisfacit. Secundo dico ad argumentum in se,negando q; possit:ratio est,quia opus satisfactorium debet esse illud ad qđ homo aliunde non obligatur : quia si opus pręcepti posset cōfessor iniungere pœnitēti pro vno peccato:pro omnibus peccatis posset opera pręcepti iniungere:quod non iudico concedendum. Sed hoc inferius in materia pœnitentię latius tangam:quare supersedeo.

ſenſu. Forte concedis conſequentiam, antecedēs & conſequens: ſed hanc negas. non requiritur cō tritio in gradu ad delendum peccatū. Contra. ante dictum eſt q̄ idem valet dicere: requritur contritio ad delendum peccatum: & contritio requiritur ad delendum peccatum: ergo illarum cōtradictoriæ æquiualent. ¶ Reſpondetur concedendo concluſionem in celarent: ſed hæc conditionalis eſt vera: ſi peccatū perpetratum deletur: opus eſt contritione: in ſenſu quo ante conceſſimus quæſtione præcedenti. ¶ Sed cōtra illud arguitur. ſequeretur q̄ quælibet cōtritio pœnā & culpam deleret: conſequens eſt falſū: ergo & antecedens. falſitatem cōſequentis probo. quia alioquin eccleſia ſupuacanee imponeret pœnitētiam, ſaltē nō eſſet aliquo modo neceſſe. ſed q̄ ſequatur, patet. capio contritionem intenſā vt quatuor vel vt duo: centeſima pars vnius gradus per te ſufficit ad delendum peccatum: ergo mutat pœnam eternam in temporalem: ſed ſupſunt viginti partes contritionis ſimiles: ergo illę poſſunt tantūdem facere: ſed minor eſt pœna debita poſt mutationem æternæ in temporalem, q̄ pœna ęterna quę per vnam partem contritionis tollitur. hoc eſt, minus eſt tollere pœnam q̄ culpam. ergo reliquę partes graduales contritionis ſufficiunt pro pœna. immo milleſies ꝑ ſimili pœna q̄uis duraret ad diem iudicij vſq; ergo ſuperuacanee iniungit pœnitentia. vel non quęlibet pars cōtritionis ſufficit ad delenda peccata, contra dicta. Aut dicatur ſic ſi velis. Vel cōtritio ſucceſſiue ꝓducitur: vel in inſtanti. Si ſecūdū. ſignetur intenſa vt duo. vna medietas eius peccatum tollit: ergo quælibet alia pars ſimiliter. ſed partes ſunt infinitę: ergo ab infinitis partibus tollitur peccatum. Si dicas, a totali contritione & non ab aliqua parte. Cōtra: medietas eius vel octaua ſi eſſet ſeorſum, tolleret illa peccata meritorie: hoc eſt deus per illā contritionem tolleret: & non eſt minoris valoris in tota q̄ ſeparati: ergo virtute vni⁹ partis tollitur peccatum. Si ſucceſſiue: apparentius argumentabor ſic. quacunq; cōtritione data ante illam peccatū eſt deletum: quia ante omne cōtritum eſſe, eſt contritū eſſe vbi eſt ſucceſſio: ſicut ante omne moueri eſt moueri. vj. Phyſico. ergo non datur cōtritio tollens peccatum. ¶ Reſpondetur negando cōſequentiam, q̄ ſcilicet quælibet cōtritio pœnam & culpam tolleret. Et ad ꝓbationem dicentem q̄ vna medietas tollit peccatum: dico q̄ culpa a tota cōtritione, & qualibet eius parte tollitur, quando in inſtanti producit. quia equalis eſt ratio in toto & in magna parte, & parua. Idem eſt iudicium quando ſucceſſiue elicitur: quia culpa remittetur ratione totius actus: & ratione partis precedentis. hoc eſt, inceptionē actꝰ verſus. licet ratione nullius partis proportionalis actus, finem verſus deleatur culpa. Si vero ponatur minimum naturale contritionis, homo poteſt aliter procedere: ſed non eſt neceſſe illud ponere. Nec ſequitur. vna pars cōtritionis totam culpam tollit: ergo & totam pœnam. In agentibus enim naturalibus non ſemper auferens maius: miⁿ⁹ aufert. Nā calor frigus corrumpit: non tñ humiditatem vel ſiccitatem. Illa aūt maxima tenet qñ effectus corrumpendi ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimę. ſi igit̄ ita eſt in agentibus naturalibus: multo magis in agentibus liberis. ſemp eñ contritio maioris peccati vt noſti, plus tollit de culpa, quia maiorem culpam. patet de mortali & veniali: & de duobus mortalibus maiore & minore. vbi eñ ſuperabundat delictum ſuperabundat miſericordia. & ſimiliter vnus actus meritorius mereꝫ maius p̄mium cōcomitans q̄ alter. hoc eſt remiſſionē pœnę: vt manifeſte videre licet in indulgentijs vbi pro certa ſumma eſt completa abſolutio pro peccatis imparib⁹. Deus igit̄ vt patet, plus remittit pro parua contritione qñ culpā remittit: q̄ qñ remittit pœnā ꝑactu cōtritiōis ęqualiter itenſo. ¶ Contra. ex iſto ſequitur q̄ æque intēſus dolor requiritur ad deletionem furti ſimplicis ac vxoricidij vel matricidij vel inceſtus. conſequens ē falſum: ergo & antecedēs. Et q̄ ſequatur perſpicuū eſt ex dictis. falſitas conſequentis patet. Nā pœnæ debent aggrauari ſecundū quātitatem delicti xxiiij. q. j. Non afferamus. modo cōtritio eſt pœna. & pro fornicatione cum religioſa magna pœna imponitur. ¶ Reſpōdetur. non ſequit̄ q̄ ęque intenſus dolor requiritur pro magno peccato & paruo: cum nullus requiraꝫ vt dictū ē. Sed qa cōditionaliter argumentum forte intelligit: ad rem reſpondendo diſtinguo. vel quo ad intenſionem gradualem: & ſic tranſeat. vel ſecundū ſpeciē eētialem: & ſic negatur. iſtę enim nolitiōes: nolo peccatum furti fuiſſe ꝑpetratum a me: nolo peccatū homicidij fuiſſe perpetratū a me: quæ realiter ſūt deteſtationes, ſpecie eſſentiali diſtinguuntur: & ſecunda nolitio diſtinguitur ſpecie a prima: qa habet aliud obiectum. iſtę aūt deteſtationes ſunt pœnę idētice, ſi loquaris de triſtitia quę eſt etiam pœna nolitionem naturaliter ſequens. ſed an ſit eiuſdem ſpeciei ſubium eſt. q̄ q̄ enim cauſę producti uæ ſpecie differant: non oportet effectus ſpecie differre. qđ patet de calore a ſole & igne ꝑducto. nec tamen oppoſitum poteſt oſtendi: puta q̄ ſint eiuſdem ſpeciei. nec eſt multum vtile inſiſtere ad hoc ſuadendum. ¶ Cum toto iſto dico q̄ peccator debet plus deteſtari peccatum maius q̄ miⁿ⁹ & maior pœna exterior eſt aſſumenda pro maiori peccato. iuxta illud Deutero. xxv. Pro menſura peccati erit & plagarum modus. & Apocalyp. xviij. Quantū gloriſicauit ſe & in delitijs fuit: tā

tum date illi tormētum & luctum. Et cū dolor ſit partialis pœna: poteſt rationabiliter plus dolere: ſed q̄ teneaꝫ intenſiue nō oportet: cū quilibet ſufficiat: & poteſt capere alias pœnas pro pœnitētia inflicta. Vel ſic. qs plus dolet appreciatiue de grā di delicto q̄ puſillo. quemadmodum viator plus appreciatiue deū diligit (licet non gradualiter) q̄ patrem: dolor tamen ſenſualis de amiſſione pris eſt maior q̄ de peccato perpetrato: ſed non rōnalis: qa vnūqđq; facilius mouetur a ꝓprio motore q̄ extraneo: cum vires ſenſitiuę moueāt a ꝓprijs obiectis ſenſibilibus: vt vulnere vel morte amici. etiam mouentur a proprijs motoribus, vt tactus a calore vel frigore. quādo aūt mouenꝫ ex redūdantia virium ſuperiorum: hoc eſt a volūtate ſenſualitatem mouente: mouentur ab extraneo motore. Sed rationalis dolor ē mator de peccato q̄ de patre. Nā qui plus amat patrē q̄ me, nō eſt me dignus. dicit Chriſtus. Flemus etiā & emittimus lachrymas experientia teſte interdum inuiti: interdum nolentes a. peccatū fuiſſe nō flemus. Inſup triſtitia poteſt eſſe ita magna vt deſiccet & fletum impediat: ſic vt homo flere non poſſit. aliqui aūt fœminei & molles carne, vel ex habitu ingenito facile flent. immo plerūq; poſt fœcūdos calices flet qui ante flere nequibat. Etiam ſtat dare lachrymationē in oculis vnius & non alterius qui equaliter mouenꝫ a motoribus extraneis: hoc eſt ſupiorib⁹ cauſis ſecūdis: puta a volūtate peccatū deteſtāte. Deus enim vni largius porrigit lachrymas q̄ alteri ne in via deficiat. ſicut pia mater filium tenellū domi nutrit: & alium magis dilectum in hyeme mittit ad campos. Qui aūt fletum in deteſtatione peccatorū habere poteſt continuet: is eñ ſuauius hortū aiæ irrorat q̄ Nilus ægyptū. & ſi nō habeat clamet cū ꝓpheta. Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lachrymarū? Hiere. ix. Roga dñm vt ſilicē cordis tui percutiat & fluāt aquę. nunq̄ tamen debet eſſe lachrymatio vel corporis caſtigatio ad corruptionem vel ad idiſpoſitionē ſubiecti. hic dicit Apl'us ad Roma. xij. Rationabile ſit obſequium veſtrū. Et licet Sortes fleat de patris morte & non de peccato ꝓpetrato: ſtat Sortem tñ plus nolle ſecūdum q̄ primum. & hoc cognoſcitur quando firmiter in aio ꝓponit vt ꝓponere debet. Si aūt deꝫ ei optio amittendi bona oīa creata: vel deū offendendi: primū eſt accipiēdum ſecūdo relicto. Et licet hoīes cuncta q̄ habēt, dent ꝓ ſua pelle: ſi occurrat ei in mentem, an vellet pati mortē potius q̄ cōmittere veniale: debet potius velle mortē ſubire. ſed ꝓpter horrorē & cōſciētiā remurmurantē non expedit talibus caſibus anci pitibus immorari: & potiſſimū in particulari: quia in particulari plus mouent terribilia q̄ in vniuerſali. citius enī homo aſſentit̄ ſe velle pati quācūq; pœnā in vniuerſali de nulla determinate cogitando, q̄ applicando ſe ad vnū particulare cruciatū terribile. plus eñ horremus dolium feruētis olei Ioānis: vl' craticulā Laurētij: vel decorationē Bartholomei i ꝑticulari q̄ pœnā in vl'i quātācūq;. ſicut hō plus moueꝫ cogitādo de luxu ꝑticulari cū hac formoſa muliere: q̄ de luxu cū multere in cōi. Proponat tñ vbi aliqđ tale occurrit gra dei fret⁹ i poſterū cauere ab omni peccato ſecūdū ſuā fragilitatē & proſit deus largietur. ¶ Forte dicis. Berta teneꝫ nolle hanc fornicationē fuiſſe: ergo tenetur nolle hūc filium fuiſſe, demōſtrando Magiſtrum Sententiarū vel Rolandū vel aliquē in adulterio vel fornicatione genitū, reipublicę admodū vtilē. cōſequēs icōuenit. patet cōſequētia qa ſine hac fornicatione nō fuiſſet hic genitus. ¶ Reſponde tur. conſequentia eſt nulla: quia nō oportet ad nolle cauſam nolle effectū. ſed Berta debet nolle eū eſſe hoc modo genitū per fornicationem. Odio hūtes modū faciēdi & pctm: diligam⁹ ſubſtātiā.

¶ Secūdo principaliter arguit̄. contritio & peccatum nūq̄ ſunt in eodē ſubiecto: ſiue contritio ſucceſſiue ſiue ſubito eliciatur: vt ex dictis liquet. ergo vnum nō tollit aliud. ¶ Rñdetur. conſequentia eſt nulla: quia ſciētia actus, opinionē actum ſibi oppoſitū e medio tollit: & tñ nō ſe compatiuntur in quibuſcunq; gradibus in eodem paſſo. ſic in ꝓpoſito. licet nō ſit omnino idē: cum in vno ſit corruptio & generatio naturalis: in alio non imputabilis ampli⁹ ad culpā ratione cōtritiōis. ¶ Tertio arguit̄: aliqđ eſt peccatum mortale qđ non poteſt deleri ꝑ pœnitentiā ſacramentū, nec ꝑ cōtritionē: ergo male dictū eſt. conſequētia claret. aſſumptū probaꝫ de finali impœnitētia illud eñ pctm non poteſt deleri per pœnitentiā. qđ probaꝫ: quia dato oppoſito q̄ deleatur, iā nō eſt finalis impœnitētia cōtra hypotheſim: quia capio finalem impœnitentiā vnius reprobi. ſi doleat, non das finalem impœnitētiā. igitur. ¶ Pręterea peccatum mortale rationabiliter fit: ergo nō deleꝫ ꝑ deteſtationē. cōſequētia eſt bona. aſſumptum probaꝫ. bene ſequit̄. Sortes pœnitet: ergo Sortes peccauit. ſed antecedens eſt rationabiliter volitū a Sorte: ergo & cōſequēs. Fortaſſe dicis: & ita dicēdum eſt. cōſequētia eſt nulla. quēadmodū nō ſequit̄. hęc cōſequētia ē bona: & añs eſt ſcitū: ergo & cōſequēs: ſed oportet addere: & ſcio conſequētiā eſſe bonā. Contra. illo dato habeo propoſitum. Nā oportet dicere q̄ hęc cōſequentia eſt a me volita eſſe bona. modo pono q̄ Sortes velit hāc cōſequētiā valere. Sortes pœnitet: ergo Sortes peccauit. ¶ Rñdet̄ ad primū ꝑ ꝓpoſitōes. Prima eſt. de pctō finalis ipœnitētię Sortes pōt pœnitere. ¶ Scđa eſt. impoſſibile eſt Sortē pœnitere

Universidad de Deusto
Biblioteca

de pctō finalis ipœnitētiæ. ¶ Tertia. Sortes non pōt pœnitere de pctō finalis impœnitentię. Voco aūt pctm finalis impœnitentię qm homo decedit in mortali pronūc. quia ille est vn⁹ modus loquēdi. de hoc dictū est in secundo. ¶ Prima propositio ꝓbaī. capio hanc volitionē. volo finaliter decedere in mortali peccato. arguīt sic. Hoc peccatū possum detestari: hoc peccatū est vel pōt esse peccatū finalis impœnitētię: igīt de peccato finalis ipœnitētiæ possum pœnitere. cōsequēlia tenet ex positorie: & antecedēs claret: ergo cōsequēs non debet esse dubium. Secūda ꝓpositio ꝓbaī. qa data eius oppositа vel saltē repugnāte: possibile est pœnitere de peccato finalis ipœnitentię: cū illa sit modalis cōpositа: oportet partes dicti conuenire inter se ꝓ eodē tēpore adęquato: vel q eis non repugnet. loquor lege stāte. modo hoc ē falsum. ex prima nāq cōclusione patet: q q̄ primū hō pœnitet, non est peccatum: ergo non est pctm finalis impœnitētię. a superiore ad inferius negatiue cum distributione superioris. Tertia ꝓpositio nō est eadem cū secūda. nā prima est modalis diuisa: saltē loco illi⁹ vulgo capīt: & p hoc differt a secunda: sed qa qđ ponīt a pte subiecti i prima, ponīt a pte p̄dicati in tertia: ꝓpterea est alia appellatio. & ei⁹ de inesse est hęc: Sortes pœnitet de peccato finalis impœnitētię: quæ implicat lege stāte. nam qn pœnitet: nō est pctm finalis impœnitentię: nec vnq erat pctm finalis impœnitētię. secus est de inesse istius. de pctō finalis impœnitentiæ Sortes potest pœnitere. Ex his potes argumētū in forma soluere. ¶ Ad aliud nego q pctm mortale rationabiliter fit. Et ad illā cōsequētiā. Sortes pœnitet. ergo peccauit. concedo q sequitur capiēdo pctm sicut accipimus: & q antecedens rationabiliter fit: sed non oportet q consequens rationabiliter fiat nisi cōsequētia sit rōnabiliter volita: qđ est falsum, esto bonitas cōsequentię sit volita.

¶ Quarto arguitur ꝓbando q pec
catum nō possit deleri per pœnitētiam: & hoc tripliciter. Primo non possū pœnitere de peccato. q̄ primum enim pœniteo de aliquo peccato: puta a. vel. b. ipsum deletur coram deo. ergo non est dabile instans in quo habeam veram pœnitētiam respectu peccati. nā bene sequitur. ego habeo pœnitentiam de peccato meo: ergo peccatum meum est. alioquin das mihi modum sustinendi q possim pœnitere de chimęra: quod diceret nemo.
¶ Secūdo. peccatū meū non fuisse est ipossibile. Nā. vj. ethi. laudat Aristo. hoc dictū Agathonis. Hoc solo priuat de⁹ ingenita facere q̄ facta sunt. nemo aūt tenet ad impossibile vel ad illud cuius oppositū est necessarium. sed sic est de quolibet p̄terito vero ex futuro cōtingēte nō dependente, si ne distributione. igīt. ¶ Pręterea tertio. pœnitētia habet pctm ꝓ obiecto. ergo nō est actus bonus: nec per eā deletur peccatū. Hinc quarto ethi. dicit philosophus q verecūdia nō est virtus: qa est circa turpe. ¶ Rndet ad primū cōcedendo q q̄ primū habeo pœnitentiā de peccato: ipsum tam nō est pctm. nam pœnitet ampliat & importat actū volūtatis. sicut hęc est concedēda. vellem habere cētū scuta: q̄uis nulla essent. sic liberalitas plerūq; inclinat me ad dādū denariū siue sit in bursa siue nō. nec sequit q possim pœnitere de chimęra. Etiā actus qui erat pctm potest esse in volūtate, & nō esse peccatum. ¶ Ad aliud, dubiū est quomodo doleo de peccato tenendo q ad pręteritum nulla est potentia. vindicare em̄ peccatū cōmissum nō est impossibile. sed de detestatione peccati est difficultas: scilicet nolle peccasse. Nā ista. a. peccatum meū fuit, est necessaria ꝓ accidens: quia ꝓpositio de p̄terito vera nō dependēs ex vna de futuro cōtingēti sine distributiōe: ergo sua cōtradictoria est i possibilis saltem per accidēs. quō igīt obligor ad velle a. peccatū meū nō fuisse, vel ad nolle a. fuisse. Probabile est q non possum vllo mō habere volitionē categoricā prosequutiuā respectu ipossibilis cogniti talis: licet possim habere quoddam velle desideratiuū: volēdo illud esse possibile: vel velle optatiuū categoricum. & opinor Aristotelē Tertio Ethicorū ita sensisse: cum dixit. Voluntas est impossibilium: electio aūt non. Ex primo mēbro cū vno noto sequit q nō possum velle cōditionaliter notū mihi ipossibile. volitio em̄ cōditionalis nō tenet nisi extāte cōditione vt in materia de matrimonio sępiuscule dicit. modo homo nō vult cōditionē impossibilē poni loquendo de volitione prosequutiua. Istud alibi lati⁹ deducere ꝓpono. sed quātū attinet ad hoc argumētū, concedo q quis obligetur ad impossibile per accidens, & deus hoiem ad hoc obliget: vt in casu argumēti. nūq̄ tn̄ ad impossibile simpliciter. Scđo homo potest illud nolle si sit possibile. ¶ Ad tertium respondet negādo q habeat peccatum pro obiecto. q̄primū enim est pœnitētia: actus desinit esse peccatum. & q̄uis duraret p tempus (vt aliqui existimant) distinguo q peccatū sit obiectū pœnitētię: vel ipm nolēdo: & sic cōcedo. & talis actus est bonus ac meritorius. & sufficienter eluitur litera Aristotelis de verecūdia. fruitio em̄ iterdū habet pctm ꝓ obiecto partiali: vt huius nolitionis: nolo peccatū ꝓpter deū, de⁹ & peccatū sunt obiectum & ista nolitio est fruitio respectu dei, licet vsus respectu peccati. & data oppositа opinione, peccatum meritorie est obiectum totale nolitionis. Vel ipsum volendo. & sic nego: immo esset peccatū. non tamen negandum est quin cum habitu pœnitentiæ stet peccatum mortale. Sed de actu intelligenda sunt hæc quæ diximus.

Vbitat sub qua virtute cōti
neat pœnitētia. Respondeo. pœnitētia virtus nō est species specialissima: sed subalterna satis excelsa in arbore. aliqua em̄ ē calstitas: aliqua iustitia. exemplum primi. nolo me luxuria diffluxisse. nolitio em̄ qua quis nō vult luxuriari, est castitas: sicut volitio qua quis vult seruare suā castitatē. exemplum secundi. quando homo tenetur pœnitere. volo pœnitere propter pręceptū supioris de peccato meo. Semper aūt velle bonū & nolle malū ad eādē virtutē spectant dūmodo sit idem obiectū propinquū: vt in exēplis datis circa iustitiam & castitatē. Nec obstat q iustitia sit ad alterū: qa ego me habeo ac si alī⁹ esse ad inflictionem pœnę: & accidit q punīā me ipsum. quilibet enim potest licite punire peccatum, cui deus commisit officium: modo cuilibet deū offendēti cōcessum est illud peccatum detestari, & ipsum peccantem punire cōformiter ad dictamē prudentiale. Si dicas. pœnitentia virtus est habitus bonus & virtus: ergo Christo attribuenda. cōsequentia est nulla. qđ patet de fide & spe in materia tertij: mīto magis de hac virtute. Vn̄ nec Christo: nec beatæ virgini pœnitentia virtus vel eius actus infuit. licet enim sint boni actus: tamen dicunt statum impfectum: scilicet hominē corruisse. Quis aūt Christus doluit de peccatis alienis, non sequitur propterea q pœnitentiam habuerit de qua loquit Dauid petēs. Ab alienis parce seruo tuo. intellexit enim de peccatis cōtractis a prima sodalitate & de suo ꝓprio. Non certo an angeli possint tales actus elicere: si peccassem detestarer propter deum: & an esset pœnitētiæ act⁹. cum enim nomina significent ad placitum: potest dici requiri vt homo deliquerit.

¶ Dubitat secūdo. an pœnitētia sit
iterabilis. Et tertio an qs possit satisfacere deo ꝓ peccato. ¶ Ad primū istorū dicitur q sic. patet. Dauid peccauit cognoscendo Bersabeā. ij. Regū xj. Idem patet de homicidio Vriæ: & testante propheta Nathan dimissum est ei peccatū. postea tn̄ peccauit in numeratione populi. Idem patet de i numeris alijs. Cōstat autem q cōtrariū asserere ē hęresis sine apparentia. Dicit em̄ Lucę. vj. Estote misericordes sicut pater vester misericors est. sed nobis imponitur modus misericordię ad ꝓximū vt ei peccatum remittamus nō solum septies sed septuagesies septies. Matthęi. xviij. vbi ponīt numerus determinatus pro numero indeterminato. Patet etiam illud Ezechielis. xviij. In quacūq; hora &c. Si dicas. facilitas veniæ est causa delinquēdi. hoc est verū. sed semper pro quolibet peccato exigitur pœna. Nec valet aliorū consequētia. non legitur q Christus vnum ægrotū bis curauit corporaliter: ergo nec spiritualiter. prout dicit de pœnitentia distinctione tertia. Item frequenter dominus liberauit multos a simili ægritudine. Nā plures cæcos illuminauit: leprosos plures mundauit. ergo figuratur q Christus ab eodem morbo frequenter curauit. Item locus ab auctoritate negatiue non valet vt est hic: cum hoc verbum legitur negatur. Et licet forte ita sit: q non curauit eūdē pluries: cum tamen ægrotum curauit: eum ad latitudinem bonæ complexionis reduxit. Argumēta etiam metaphorica parum roboris habent. Hic autem de pœnitentia interiori loquutus sum. Daiud enim non tenebatur vocaliter confiteri. Sed solēnis pœnitentia non debet iterari quę datur ꝓ peccatis totam rempublicam commouentibus. quæ aūt sit illa, patet. l. distin. c. In capite quadragesimę. sed illa iā abijt ab vsu. aliqua enim cōgruit pro vno tempore, q̄ non quadrant pro alio. Nec laudanda est pœnitentia publica quam aliqui sacerdotes imponunt parentibus quorum filij iterdum occiduntur ex culpa occulta parentum. forte est leuis culpa: & interdum sine eorum culpa domi moriuntur: vt si presbyteri faciant parentes i camisia circuire ecclesiam. quod non est approbādum. ¶ Ad tertium dico q ista æqualitas potest dupliciter attendi: vel considerando valorem absolutum rei ad rem. & hæc est æqualitas ꝓprie dicta: vel secundum acceptationem diuinam: hoc est secundum legem ordinatam, reddendo qđ est nobis possibile & requisitum a deo. Primo modo non possumus satisfacere: nec dare æquiualens: cum crimen crescat a magnitudine obiecti offensi. v. ethi. vbi Aristoteles Pythagoricos reprobat propter legem contrapassi. Item parentibus, dijs & magistris nemo potest referre gratiam ad condignum. viij. ethico. homo enim accipit a deo esse corporale & spirituale: & ab ipso dimittitur nobis culpa. in quorum beneficiorum nullo potest homo reddere deo æquiualens. Nec valet absolute currere ad passionem Christi. licet em̄ Christus non passus fuisset: fuissent dimissa peccata. nō tamē nego quin de lege passio Christi deo ꝓ obla ta, sit partialis causa & meriti & veniæ nobis de culpis collatæ. Et licet omnia quæ habemus dei sint. j. Paralipo. xxix. Tua sunt omnia domine: & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. & Apostolus dicit. Quid habes quod nō accepisti? tamen actus aliquos nostros accipit ad impletionem præceptorum: & opera consilij ad remissiones offensarum ex sua benignitate & lege iā posita. Licet ergo reddere nequeamus valorem rei ad rem: possumus tamen secundum acceptationem diuinam satisfacere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Distinctionis Decimequinte Questio Prima.

IN ista decimaquinta distinctione queritur nonulla. Prio, vtrum quis possit satisfacere existendo in peto mortali. Secundo, an opus satisfactorium sit eq meritorium ac non satisfactorium. Pro prima questionis elucidatione: declarabitur ratio termini (satisfactio), postea ad titulum questionis respondebit. Satisfactio sic definit. ¶ Satisfactio est volitio efficax reddendi equalens pro expiatione peccati alioquin indebitum. Volitio ponit loco generis. reliqua aut particulæ ponuntur loco differentie. Dicit (efficax) quia si no fuerit imperativa operationis exterioris: non est sufficiens sed inefficax: dumodo non sit impedimentu. Dicit (reddedi equivalens) quia si min⁹: no est satisfactio. si magis eroget: tam dat equivalens: licet non precise. sed non capit equivalens secundum strictu rigorem: quia si sic: deo nemo pro offensa posset reddere equivalens, loquimur ergo secundum legem statutam. Dicit (alioquin indebitu) quia peccator est alicuius debitor cuius non est innocens: & satisfacere non potest peccator per opus ad qd alioquin teneat secluso peccato: vt paulo inferius amplius patebit. Etia hec definitio restitutioni conuenit. nam si abs te abstuli centu: teneor tibi reddere aliquid puta centu, que alioquin redderе non tenebar. ¶ Ex hac definitione corollaria infero. Primum est. satisfactio impnitiaru non capitur actiue neq passiue: sed abstractiue. actiue en est homo satisfaciens: passiue aut pena vel res per qua est satisfactio. Secudu corollarium. qui abstulit oes diuitias Croesi regis Lydoru, nihil habens dumodo habeat volitione sufficiente, satisfacit. patet per definitione. Tertio sequit. q⁹ frequenter adimplens penitetia iuncta no satisfacit in toto per pena debita. hoc patet: quia stat q⁹ non det equivalens secundum lege dei ordinatam: pter errore clauis. Quartu corollarium. oratio, eleemosyna, & opera exteriora, vt peregrinari, percutere pectus per peccato, non sunt satisfactiones nisi equiuoce, prout sunt actus imperati ab illa volitione intrinseca. ¶ Explicata ratione nominis satisfactionis: ostendetur in quo sensu procedat questio

Et propterea notabis q⁹ licet titulus quæstionis, quia in ea ponit gerundiu, possit exponi p du, si, vel quia: de hoc in non est mihi cure. Sed theologice loquedo titulus qstionis potest habere duos intellectus. Vnus est: an qs manes in mortali possit reconciliari deo de alio mortali: vel alijs. & ille intellectus non est dubius in vno sensu. sed peccatum in sensu composito: pars negatiua est nota secundu legem dei statutam. Probat per illud vulgare Augustini. Impiu est a deo dimidia sperare venia. Aegre nat⁹ ho remittit tibi vna offensam contra se factam, te pseuerate & manente in alia. sed de homine no refert. nec de absoluto ab vna excomunicatione: & alia ligato: de quo patebit in distinctione. xviij. Aliter per Christ⁹ curauit mutum & surdum: eiecit septe demonia de Magdalena nullum relinquens: & legione demonu a demoniaco expulit. & apertius patet hic. Iniquitate si aspexi in corde meo no exaudiet dns. psal. lxv. Istud aut non prouenit ob conexionem peccatoru inter se: quia potest quis incurrere vnu vel duo non incurrendo alia: sed est voluntas dei no purgantis vnu petin, peccatore manete in alijs. De veniali aut non est idem. homo enim potest dolere de veniali vno manedo in alijs: quia veniale nec gratiam diminuit: nec ei cotrariatur secudu lege. Alius intellectus est vt ponam⁹ in terminis. Sortes comisit dece mortalia: quæ sufficiter detestatur: & est de illis contritus. presbyter Titius iniungit ei ieiuniu decem dierum pro diluenda pena debita. Sortes bene ieiunat prio die: secudo mortaliter peccat, & in mortali manet ad finem decimi diei vsq; iclusiue, & ieiunat. iam qstio est an satisfecerit pro penitetia iuncta: sic vt non sit puniendus in inferno vel purgatorio per illo ieiunio plus q si ieiunasset in gratia. No loquimur de merito. costat en q⁹ ieiunando in gratia merit⁹ fuisset, & penam absoluisset. sed loquimur pcise de satisfactione penitentiæ iunctæ.

¶ Aperto ergo titulo quæstionis in hoc sensu: duæ sunt opiniones famate ad qstionem. quarum vtraq; defensores habet. Prior tenet beatus Tho. & multi sequuntur. Oppositam doctor Subtilis tenet. cuius opinio mihi cotra alios in hac parte placet. licet respsiones alique dari possint ad rationes contra priore positione adducedas. ¶ Arguit sic coterraneus. prior positio est nimis dura & occasio maioris obstinationis. Preterea arguitur contra illam opinione. vel peccatum est huic contrito dimissum: & pena eterna mutata in tepale: vel no. primu oportet dare: alioquin peccata dimissa redirent. si ergo iniugat ipsi ieiuniu octo dieru & illud impleat: satisfacit pro penitetia iuncta: quia nisi sic, si decedat in

peccato tertij diei: no patietur infinitam penam in inferno extense p illo peccato: cu sit comutata in eternalem. vel oportet dicere q⁹ pot satisfacere p peccato in peto existendo. ¶ Respondet hec opinio primo argumeto: q⁹ no est occasio maioris obstinatiois sed melioris vite & maioris cautele ad pseruadum hoiem sine culpa. Ad aliu argumetu diceret q⁹ qn homo detestatur suu peccatu, est ei deletu quo ad pena conditionaliter, si adimpleat penitentiam sibi iniunctam in gratia & si non sit in gratia: non satisfacit: quia actualiter remanet inimicus dei. Analogia est. si iudex comutaret pena debitam offensæ Platonis i valde mitem ea lege vt Plato satisfaciat infra certu tempus: interea temporis iudicem no offendedo: que si offendat ante implettone illius: imputabit tota pena culpæ debitam. sic in ppositio facit de⁹ respectu pene peccato debite. ¶ Sed cotra istud replicatur. peccatum deletur q primu ho dolet, categorice, per dictu Ezechiel'. xviij. ergo pena æterna q debebat actui comutat in tepale. Amplius si peccaret medio tempore penitentiæ & statim post peccatum decederet: pro peccato coffeso no pateretur infinitam penam extensiue: quia sentetia m quam dedit deus in dimissione: nunq reuocabit. ¶ Item per hunc modum si quis detestetur suum peccatu, & peccet anteq aliquid de penitetia adimpleat: equaliter punietur ac alius qui non detestatus est suum peccatu cæteris paribus. hoc autem non apparet rationabile. Dixi inter arguedum (anteq aliquid de penitentia adimpleat) qa si Titio iniungatur tempus octo dieru ad ieunadum: & in fine quarti diei frangat ieiuniu vel peccet: & postea ieiunet alijs quatuor diebus in peccato manes: in subduplo minus punietur q si nihil penitentie adimpleuisset, & causa est quia adimpleuit dimidium penitentiæ in gratia. ¶ Replicatio illa est soluta. qn enim homo detestatur suum peccatum, pena æterna non comutatur in temporalem categorice vt dictum est: sed dat de⁹ peccatori duplex forum absoluendi se a peccato videlicet in gratia hic: vel alibi in inferno. & si declinet a foro initi in presenti: in forum rigidius incidet in inferis. sicut ex culpa priuilegiu clericale amittens, in forum laicale acerbius incidet. ¶ Ad aliud quod est ponderandum secundum eorum modum: mirabile est concedere sicut aliqui eoru concedunt, si sint duo cu æqualibus peccatis Sortes & Plato: Sortes conteratur & acceptet penitetiam quam adimplet integre: & Plato non conteratur sed vno peccato æquali peccet cu Sorte: q⁹ isti duo æqualiter puntentur in inferno actualiter: & Sorti contritio tunc erit inutilis. Nihil est hoc dicere. est bona de se: tamen non prodest habenti. Sic non soluerem tenendo positionem illam. Immo quælibet contritio quantumlibet remissa sufficit tollere culpam: & non est possibile habere cotritionem quin habeat partes: aliqua aut pars contritionis tollit partem pene debite, & in omni cotritione est opus supererogationis, sicut in dilectione dei, nec laboro frustra segregare partem consilij a parte debita: ergo saltem minus intense punietur. ¶ Insup si Sortes ieiunans octo diebus in peccato mortali non satisfecit: tenetur iteru ieiunare & aliam penam subire. & sic iterum dubitabit an copleuerit penitentiam iniunctam sine mortali & non habebit finem. Preterea ex hac via sequit q⁹ sacerdos pot ei imponere vt copleat penitetia in gratia. Dices: qn pbabiliter existimat se impleuisse penitetia iunctam in gratia, licet in mortali: absoluit in foro eccie & cosciete, sic vt no peccet nouo peccato, sicut existes in mortali sumes Eucharistia qn probabiliter credit se esse in gratia, secundu multos no peccat: tamen si sic decedat, puniet ac si nihil fecisset. sed si sciter penitentia in mortali adimpleuit: tenet penitetia iterato facere in gratia. Nec etia hec cosequetia valet: homo no scit se penitetia iunctam copleuisse in gratia. ergo dubitat se sufficiter ipleuisse penitetia. vt patet de accedete ad Eucharistia q no habet certitudine euidetie q⁹ sit i gratia: & tn no dubitat an sit i peccato: sed habet certitudine morale q⁹ sit in gra. sic in ppositio dicet. Aliqui aut istoru dicit q⁹ aliqua sut opera extra charitate facta q relinquut effect⁹ penales post se: vt eleemosyna: elargitio pecuniaru: ieiuniu: corporis attenuatio: & talia opa extra charitatem facta, no oportet omino iterare. si en postea penitеat & perseueret: hæc valebunt virtute operis operati ex approbatione sacerdotis & ratihabitioe. sicut character baptismalis habet suum effectum recedente fictione. Alia sunt q non relinquunt aliqua pena: vt oratio: ieiuniu: &c. quæ oportet iterare: & satisfactio per illa in mortali nullo modo est satisfactoria. Istud nihil est. Na eleemosyna data forte affert voluptatem. & aliqui post ieiunium sunt robustiores. aliqui habent genua indurata orando: & ita incertum erit quando penitentia sit iteranda & qn non. Semper redit quæstio: an facta in mortali sufficiant. Insup sacramenta iterabilia sumpta in mortali, post penitentiam non valent ad gratiam. alioquin q sumit Eucharistia i mortali, recedete mortali habebit gratiam. qd no est dicedu. Ite ho satisfacit hoi laborado in mortali vt agricola & vinitor. & honorans parentes in mortali non est trasgressor illius præcepti. igitur homo potest satisfacere deo manens in mortali. Preterea argumentor: ponendo q⁹ Sorti iniungatur ieiunium huius diei: qui peccet in meridie manendo in aliqua parte eiusde diei in peccato: iam adimplet penitentia

{ hoc e qd dicit gabiel in ca. ponies de penis inter indistincta et in 2 distin celebrate. }

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam in peccato.igitur. Similiter pono q̄ iniungatur ei dicere psalterū:& in vltimo verbo icidat in mortale:iam nō punietur ęternaliter in inferno Hic pōt quis dicere ad primū q̄ adimplet dimidiam pœnitētiā sufficienter,& in subduplo minus punietur:& si hora vndecima pomeridiana incidat in mortale ea ꝓportione qua suū tēpus se habet ad viginti quatuor:minus punietur. Sic ad aliud dicā. Nihil occurrit aliud dicendum cui hō nō possit vtcunq; respondere.sed hoc nō sufficit. ¶Teneo ergo positionē contradictoriam cū doctore subtili:quā etiā beat⁹ Tho. distin. xxij. quarti quęstione prima in solutione ad quintū iterdū tenuit.in hac aūt distinctione tenuit oppositū.sed nō refert. Dico ergo q̄ licet act⁹ facti in peccato mortali nō sufficiāt ad vitā ętern̄ā : valent tn̄ quo ad satisfactionē pœnę mortali peccato debitę.

¶Contra hāc positionē arguit̄ sic. ex ea sequit̄ q̄ nō solū in pctō homo possit satisfacere ꝑ pctō:sed etiā ꝑ peccatū.cōsequens est in conueniens.& q̄ sequat̄ patet.per hāc viā hō potest satisfacere pœnitentiæ iniunctę:& erit satisfactio placans:licet non fuerit placās & recōciliās.ergo si quis ieiunet ob inanem glorią,dūmodo ieiunet,satisfacit. ¶Rndet̄.hoc argumētū nullo mō hanc viam oppugnat:& est mihi & aduersarijs cōmune.liber sum cōcedere vel negare qđ assumis. Sed quo ad difficultatem ipsam in se:dico q̄ interdum per peccatū hō satisfacit præcepto dei:ad hūc sensum q̄ amplⁱ⁹ ad illud nō tenet̄. qđ patet de volente baptizari fine indebito & ꝓpter inanē gloriā vel circūstātiā aliā mortalē.sed is ꝓprie nō satisfacit tali præcepto:cū oporteat eū pœnitere de tali actu interiori . fateor tn̄ eū esse deobligatū a susceptione baptismi.& ratio est quia illud sacramentum est initerabile.& ipse posuit omnia essentialia illi sacramēto sumēdo:licet posuerit aliqua mala sacramento sumēdo nō repugnātia. Nō tn̄ hoc in proposito cōcedo.quia homo nō meretur remissionē pœnę peccatis debitę a deo nisi ꝑ actū bonū moraliter vt opinor:etiā licet esset idifferēs: talem actū ponendo.per pctm̄ eīm homo nō meretur remissionē alicuius pœnę:immo nec aliā tēporale p̄miū a deo. Nec obstetrices ægyptiorum Exodi primo p mendaciū domos subterraneas meritæ sunt a deo:sed ꝑ actus bonos & pios peccatis tūctos.sicut̄ casu nostro ꝑ actus bonos naturaliter hō mereť remissionē pœnę peccatis debitę. Et sic intelligat̄ Augusti.in quinto de ciuita.dei. cap.xij.&.xv.dicēs q̄ Romani iustitia & strenuis actibus promeruerunt imperiū.quos actus exercuerunt ob inanem gloriā & laudē humanā:quia fecerunt multos actus moraliter bonos:ꝑ quib⁹ imperium eis dedit.pro malis aūt permisit p̄miū temporale.sicut de hypocritis legim⁹. Receperūt mercedem suam.

¶Secūdo arguit̄.non maioris valoris debet esse pecunia qua quis soluit debitum,q̄ pecunia qua quis emit domum vel agrum.sed ꝑ nullum opus non meritorium potest quis emere regnum cęlorum:ergo per nullum opus nō meritorium pōt quis satisfacere pœnę peccato debitę.¶Rndet̄ concedēdo de emptione ꝓprie dicta & in foro humano.modo regnum cęlorum solū metaphorice emitur. Propterea illa cōparatio nō est omnino similis.Melior autem est hęc.soluens debitum pecuniarum in mortali æque soluit ac existens in gratia.

¶Tertio arguit̄. ex hoc modo dicē di sequitur:si presbyter iniungat Sorti ieiunium quatuor dierum:& Sortes primum diem ieiunet in gratia, & tres alios dies in peccato mortali : q̄ satisfacit pœnitentiæ peccatis debitæ suppositio q̄ clauis non errauerit iniungendo pœnitētiam. consequēs est falsum: quia vnus actus factus in gratia præstat mille actibus factis in mortali. sed ille actus factus in gratia non liberat nisi a quarta parte pœnę:ergo omnes alij actus non meritorij non liberant a tribus quartis pœnæ. ¶Respō detur concedendo sequelam:& ad improbationē q̄ actus in gratia factus præstat mille actibus in mortali factis:distinguitur.vel quo ad vitā æternam,concedo:immo alij ad vitam æternam nihil valēt.vel q̄ præstat ad liberationem a pœna,& ad satisfaciendum præcepto iniuncto a sacerdote:& sic nego.nā dicens horas in mortali peccato,ęque satisfacit præcepto de dicendis horis vt non peccet nouo peccato:ac dicēs horas in gratia.sed hic meretur vitam æternam, non ille. & soluens creditori in mortali : tam soluit q̄ soluens in gratia, & tantum pecuniarum dat.

Vbitatur circa hāc materiā cum vulgo dicatur q̄ opera in mortali peccato sunt mortua: & nō valent ad vitam æternam:& tamen liberant a pœna,& solutione debiti per me:ad quid ergo valēt? Animaduerte q̄ multum interest inter opera mortua : & mortificata.Opera in naturalibus vocantur viua quia habent in se principium viuēdi: & cum hoc possunt exire in suas operationes debitas:vt quādo oculus exit in actum videndi. Aliquid autem vocatur mortuum quando vixit & mortuum est vel aptum natum erat viuere : licet non vixerit. sic eīm solemus dicere, fœtum in vtero mortuū: cum materia esset in propinqua dispositione ad habendam vitam.Mortificatum vero mēbrū vocat̄ hoc qđ in se habet vitā:sed nō potest exire in

suas opatiōes debitas vt mēbrū paralyticū vel in frigidatū.quādo autē tale curatur vel miraculose vel naturaliter vt in suas operationes prodeat: dicimus eē mēbrū viuificatū. Pari forma est distinctio magistralis respōdens. Nā aliquod opus est viuum qđ elicitur a charitate,quę est vita spūalis animę. aliqđ mortificatū,vt actus bonus a gratia elicitus:infrigidatus a mortali supueniente.aliqđ mortuū:vt actus bonus elicitus in mortali peccato.Actus autē viuificatus est operatio mortificata resuscitata.cōtritio eīm & gratia supueniens tollit impedimentū & curat paralysim: & reddit reliquos actus aliquādo mortuos nunc meritorios. Ex his liquet q̄ peccatū nō est opus mortuū: cū nō sit aptū natū viuere de lege.bn̄ eīm aliqđ pctm̄ est aptū natū viuere in potētia remota:qa pōt esse nō peccatū mutando legē positiuam.

¶Hoc prælibato punctim ad dubitationem dico bona opera in mortali facta nō parum vtilitatis afferre facienti vel alteri ꝑ quo fiunt Primo ad satisfaciēdū pœnitentię iniunctę ꝑ peccatis dimissis.vt tā ex dictis patuit. ¶Secūdo,ad ipletionē præcepti ne delinquat̄ nouo peccato.vt ego q̄ teneor ieiunare hodie vel dicere horas canonicas & sum i peccato:nō pecco nō frāgendo ieiuniū:sed nō mereor. ¶Prēterea tertio. illo tpe mīti boni habitus generant̄ q̄ inclināt in bonos actus & meritorios aduenięte gīa: & q̄ multū prosunt. quare nō parū prodest petulantē iuuenē verberibus etiā inuitum ad bonū cogere.& licet tunc nō mereatur: tamen assuescet vt sit ꝓpensus cū adoleuerit bn̄ agere: vbi alter torpens in malis habitibus præceps ruit in illecebras. ¶Quarto.deus ꝓpter bonos actus citius eleuat mentē hois a peccatis. ¶Quinto.qa fortassis illo tēpore quo actū bonū de genere elicio:essem alioquin actum malum ꝓducturus. Abyssus eīm abyssum inuocat. psal.xlj. Et sic diminuit̄ pœna quę fortassis ifuisset:& nō vt aliqui putarūt: pœna realiter peccatis debita:quia si pœna sit diminuta:sequit̄ p calculationē q̄ aliquis posset decedere in multis mortalibus & nullam pœnā pferre.Nō valet currere ad diminutionē Geometricā & nō Arithmeticā:dicēdo q̄ si primus actus tollit aliquā de pœna:secūdus actus tollit medietatē illius: & sic ꝓportionabiliter.hoc inquā nō valet:cū actus sint æquales, Nec insup valet dicere qđ aliqui dicunt, q̄ essentialis pœna nō diminuitur:sed lętius suffertur illa pœna a patiente.q̄q̄ apparens dari potest analogia sic. Si Sortes portet vnū pondus Rothomago Parisios:& in magno calore detur ei potus vel post quietem in itinere:melius & alacrius pondus feret:licet ipsum pondus nō diminuatur intrinsece. Sed hac via dabis aliquē qui nō sentiet pœnā in inferno. & sic in voluptate viuēt dānati. qđ est falsum. ¶Sexto habetur lętitia mētis.experimur eīm q̄ post actus bonos & studiū lętamur:& tēpore mutiliter transacto dolemus. sicut deuotus primū est iucūdus, & dulcedinem mentis acquirit. iuxta illū psalmographi. In vta testimonioꝝ tuo rū delectatus sum.peccator autē tristis est:& conscientiā more sentis mordentē habet.& si quā lęti tiam mōmętaneā habeat:ea est inepta:& extrema illius gaudij luctus occupat. ¶Septimo opa bona etiā meretur bona tēporalia:& dilationē pœnę protinus alioquin infligendæ. Hinc dns dixit ad Heliam de rege Achab.iij.Regū.xxj.Nōne vidisti Achab humiliatū corā me? quia humiliatus est mei causa nō inducā malum in diebus eius. Pro peccatis aūt,vt nuperrime dixi,nulla datur remuneratio : sed pœna quæ nocet . deus enim sinit peccatores habere malum in pœnam vlteriorem peccati.quēadmodū de hypocritis Matthęi.v.dicitur. Amē dico vobis:receperūt mercedē suam. ¶Vides plurimū valere bona opera etiā in mortali facta:sed nullo modo opera bona diminuunt de pœna mortalibus debita:quia oppositio dato ostendimus q̄ aliquis mole peccatorum stipatus descēderet ad inferos nullo modo punitus. Secūdo nō faciunt descendentē tolerabilius molem illius pœnę ferre.qa adhuc oppositio dato nō torquebitur:nec pœnam pcipiet.qđ est incōueniens: quia hoc est magnā partē pœnę diminuere.sicut patiēs minus torquet̄ a vulnere illato vel febri,q̄ impatiēs:& dormiens q̄ vigilans.

¶Secūdo dubitatur:an quis possit cū cōtritione habere peccatū mortale.& dubitationis ratio est:qa pars negatiua ex distinctione precedenti patet. Ad affirmatiuā argumētor de cōtinuatione naturali actus:ponēdo q̄ sortes habeat vnū actum malū moraliter quē elicuit subito vel successiue: hūc de necessitate cōtinuabit ꝑ tps:sit centesima pars vnius horę.cū illo actu malo pōt nolle illum actum esse & fuisse ꝓpter deū.& sic ei infundetur gratia.nulla eīm est repugnantia q̄ homo alienū velit rapere: nolens illum actum esse: qa potest habere actum directū & reflexionē sup illum actū. ¶Respōdetur.quicqđ sit nō sequit̄ q̄ peccatū mortale & gratia simul sint: quia iam ille actus necessitate naturali cōtinuatus(cū res pmanēs nō habeat vltimū instans sui esse cōpletum) nō imputatur ad mortale: cū nō spōte continuet̄. ¶Sūmatim dicta colligēs dico.licet defendi possit q̄ pœnitētia iniuncta in mortali cōpleta,nō satisfaciat:illud tn̄ nō est verosimile: qa ex hoc videt̄ q̄ peccata dimissa redeant,cōtra oēs.cū eīm semel dimissa sint ꝑ cōtritionē nunq̄ redeūt. Si aūt nulla pœnitētia imponat̄,nec adimpleat̄:peccator pa

Universidad de Deusto
Biblioteca

tietur pœnā debitā in purgatorio. sed si pœnitētiā in mortali cōpleat:illa pœnitētia est pœnę liberatiua:nō tñ placans & recōcilians in amicitiā dei. Vlterius dico.q licet de⁹ nō dimittat vnū mortale vel originale alijs mortalib⁹ nō dimissis quo ad culpā:vt magister.c.vltimo huⁱ⁹ distinctiōis sanctorū auctoritatib⁹ & scripturę bñ deducit:tñ pōt vnā pœnam dimittere alia manēte.quēadmodū episcopus pōt absoluere ab vna sinia excōicationis:nō absoluēdo ab alia. Et tota ratio est voluntas dei nolētis mortalia segregare:licet nullā cōnexionē naturaliter iter se habeāt. homines eñ nihil habēt agere de remissiōe culpę:qa hoc est solius dei:sed pœnā ciuilem culparū possunt remittere: nō autē pœnā in foro dei. Post culpas autē dimissas pōt qs satisfacere p vno pctō in hoc mundo:nō autē p alio vel alijs. Amplius vtilitates operū bonorū moraliter in mortali factorū recitauim⁹. Ex qbus oībus sequit̄ q nullū est bonū non remuneratū a deo:premio etiā maiore q̄ opus sit bonū. Vltimo sequit̄ q licet opus in mortali factū possit facere ad accelerationē gl'ię:nō tñ ad augmētū gl'iæ: qa ratione talis actus nō dabitur plus glorię.

¶Distinctiōis Decimęquintę Quæstio Secūda.

IN superiore quęstione vidimus q quis pōt in mortali satisfacere de peccatis cōtritis:licet postea i peccatū lapsus fuerit.nūc secūdo materiā satisfactiōis ipse quendo Quęrit.an opus satisfactoriū sit eque meritorū, ac nō satisfactoriū. Verbi gratia. imponitur sorti in pœnitētiā dicere septē psalmos. Plato etiā dicit septē psalmos per opus precepti,qa est in sacris:& tenetur ex cōsuetudine hodie dicere: vel per opus cōsilij: nō refert habent equales conatus dicendi: & cætera omnia sunt paria:hoc dempto q vnus dicit adimplēdo pœnitētiā iunctam:alter vero nō.quęstio est an equaliter mereantur. ¶Ad quæstionē respōdetur per duas cōclusiones.quarū Prior est. Opus satisfactoriū est meritoriū. ¶Secūda cōclusio. Opus satisfactoriū nō est minus meritoriū q̄ si nō esset satisfactoriū. ¶Prior conclusio probatur. Omne opus procedens ex charitate est meritoriū: opus satisfactoriū est huiusmodi.igitur. cōsequētia est nota ex tertio primę. probatur minor: quia opus satisfactoriū est opus moraliter bonū in illo q habet gratiā. maior patet. aliquod opus procedens ex charitate est meritoriū:& eadē est ratio in quolibet opere procedente ex charitate.igitur. ¶Secunda cōclusio probat.quia dato oppositō sequitur hæc cōclusio.incōsulte facit ecclesia pœnitentias iniungendo:& etiā inconsulte facit pœnitens pœnitentias iunctas accipiendo.qđ est incōueniens. q sequatur patet. qa minus merebitur de premio essentiali adimplens opus satisfactoriū,q̄ opus nō satisfactoriū p te:& parū pœnę debitę ei dimittitur p illum actum:qđ nō equipollet carētię illius ppetuę beatitudinis.igit̄. Confirmat hęc ratio. Plato p oppositū cōclusionis meretur premiū vt quatuor:& sortes minus meretur per te.ponat gratia exēpli q mereatur vt duo. & dimittitur ei pœna solum tēporalis peccatis debita rōne actus satisfactorij:loco duorū graduū perpetuę beatitudinis quos habebit Plato i ppetuū.ergo totū premiū Platonis exupat totū premiū sortis. qđ nō est dicendū. ¶Ex illo sequit̄ q libenter homo debet adimplere pœnitētiā: qa habebit duo bona p ad impletionē pœnitētiæ:scilicet tantū beatitudinis quātū alter habebit p opus nō satisfactoriū. & cū hoc habebit remissionem pœnę culpę debitę.

¶Contra secūdam cōclusionē arguitur.ex ea sequit̄ q̄ equaliter merētes inęqualiter premiabunt. cōsequēs est incōueniens in eodē foro. sed q sequat patet.totū premiū sortis præmiū platonis exuperat:cū equales btitudines habeant:& cū hoc sorti remittitur pœna.& tñ equaliter merētur ex hypothesi.igitur. ¶Respōdetur negando q nō habebūt equalia præmia essentialia.de præmio eñ cōcomitanti scilicet remissione pœnę nō est incōueniens.patet in alio casu: Sortes vult cōsequi indulgētias:& eas cōsequitur: qa dat secūdum quotam in indulgentijs positā:Plato etiā vult indulgētias cōsequi:sed impedit̄:quia nō habet pecuniā: vel est aliud impedimentū: isti duo p duos actus equales & æqualiter meritorios merentur equale premiū essentiale:sed inęqualiter merentur remissionē pœnę.

¶Secūdo arguitur.ille qui agit sua sponte,alacrius & hilarius facit suum opus q̄ alter cui pœnitētia est iniuncta:qui opus tale nō ad impleret nisi esset ei iniunctū. ergo prior melius facit.Hilarē eñ datorē diligit deus. ¶Respondetur.si cętera sint imparia,nihil ad a. Secūdo dico. q stat vnū plus mereri p opus melius,& nō plus satisfacere.qa nō oportet semp opus magis meritorū esse magis satisfactorū. vt patet in indulgētijs,quas vnus intenso actu voluntatis acquirit & alter remisso. prior eñ plus meretur quo ad vitā ęternam:nō autē quo ad remissionē pœnę. sic potest esse q duo dicant septē psalmos equaliter satisfactorie: & tñ vnus plus mereat. Hilarē eñ datorem diligit deus.hoc est,actum sponte factum diligit deus:siue actū eliciens sit iucundus & sanguine⁹ siue subtristis & melancholicus. & nō tātū

diligit actum ab inuitō quodāmodo ꝓductū,vel cū murmure. ¶Ex toto patet q aliquis actus est satisfactor⁹ & meritorius.hoc patet ex quęstione hac. Aliquis actus est satisfactorius q nō est meritor⁹.vt patet ex quęstiōe p̄cedēti. Aliqs est etiā meritor⁹ qui nō est satisfactor⁹. vt actus nō pœnalis elicit⁹ a gra. Eodē modo stat actū eē magis satisfactoriū alio & min⁹meritoriū:& ecōuerso.

¶Dubitatur: an opus precepti possit iniūgi i pœnitētiā.& nō intelligo de ope præcepti qđ pœnitēs assumit a cōfessore suo,& p cōsequēs iplere tenet̄ sed de aliunde præcepto p aliquā legē diuinā vel humanā. ¶Respondet̄. Neutra pars est totaliter certa:sed iudico partē negatiuā veram: scilicet q homo nō potest satisfacere pœnę debitę peccatis per opus precepti. Probat hęc cōclusio: qa oppositō dato sequitur q cōfessor licite pōt imponere clerico vel beneficiato in pœnitētiā & in expiationē peccatorū vt dicat horas canonicas toto isto mense,anno, vel vita,& q alter hoc faciēs,p suis peccatis satisfacit sic dicendo horas canonicas,eodem modo de ieiunio quadragesimę. & p consequens inutile est alia in pœnitētiā iniungere. imo securius istę pœnitētię iniungi debent:qa vero si milius est q seruabuntur. Insup peccator ratione sui peccati tenetur ad aliquid ad qđ nō tenet̄ innocens.sed innocēs tenet̄ ad ieiuniū quadragesimę, & ad dicendas horas.ergo ad aliud tenetur pœnitens. Tertio arguitur ad idē.qa oppositō dato sequitur:si sortes debeat platoni centū scuta:q̄ possim licite iniungere ei solutionē illorū centū scutorum:& ipse satisfaciens, soluendo erit absolutus: & ad aliud nō tenetur p te:ergo imprudēs est tam ipse q̄ cōfessor aliam pœnitētiā iniungēs. Quarto arguitur:si frangā tibi tibiā,& debeā tibi cētū, nō satisfacio tibi dando precise centū quę debeo. ergo si alio iure sum obligatus ieiunare quadragesimā,nō satisfacio per illud ieiunium ratione peccatorum a me cōmissorū. Quinto arguitur. si sorti qui cōmisit centum peccata : iniungam ratione vnius peccati dicere psalmū Miserere mei deus, sequitur q ratiōe cuiuslibet peccati possum iniūgere ei eūdem psalmū: & sic per cūdem psalmū potertt satisfacere toti pœnitētię iniungendę:hoc dato q psalmus iste sufficeret precise p vno peccato. nā sortes tenet̄ ex hypothesi rōne a. pcti dicere hunc psalmū:& nō obstat preceptū p te quin ego possim iniungere p alio:ergo iniungam pro alio peccato:& sic p quolibet distincte:& ex cōsequēti p oībus.& eodem modo argumentabor q semel dicere orationem dominicā pro omnibus sufficit. ¶Propter has rationes teneo partem negatiuam dubij. Ex qua responsione infero hanc propositionem. Si presbyter iniungat alicui quatuor dierum ieiunium: & vigilia Ioannis Baptistę occurrat inter illos dies: tenetur pœnitens aliū diem capere.patet.quia dies ille est ei de precepto. nō tamē nego qn per idem ieiunium quis potest satisfacere tribus preceptis quādo inseparabiliter secūdum aliquā legē statutā occurrūt: qđ constat de die veneris in prima integra hebdomada quadragesimę:in qua satisfacit frater minor suę regulæ & duobus preceptis ecclesię.

¶Sed cōtra hanc responsionē arguitur aliquot argumētis. Primo sequeretur ex solutione: si iniungerē forti in pœnitētiā dare eleemosynā,& ipse eam extreme pauperi daret:q̄ nō satisfaceret pœnitētię iniunctę. qđ durum vidētur. quia si illam nō extreme pauperi dedisset,pœnitētiæ satisfecisset.sequela est lucida: quia talis datio est opus precepti. ¶Respōdetur cōcedendo illatum tanq̄ corollarie sequens. & ita in vltima lectione concessi,& concedo,q dando nō extreme pauperi satisfacit pœnitētię iniunctę: nō autē extreme pauperi.sed male agit dando non extreme pauperi: altero prętermisso. debet eñ preceptum dei adimpleri differendo preceptū humanū impositum: dato etiā q amplius nō habeat quo satisfaciat. ¶Secūdo arguitur.possum iniungere platoni dicere horas capite discooperto, vel genibus flexis.& tūc adimplebit pœnitētiā. Similiter ieiunium quadragesimę in pane & aqua. ¶Tertio arguitur. possum iniungere platoni diligere deū p tēpore quo tenetur eū diligere:& adimplebit pœnitentiā. ¶Ad secūdum concedo: quia illa sunt opera cōsilij. Eodem modo respōdetur ad tertiū. nō eñ est possibile implere istud præceptum sine opere consilij. ¶Quarto arguitur. habens carnē petulantem qui tenetur ieiunare in Augusto potest capere in pœnitentiā ieiunium Augusti.ergo nō incōuenit capere opus precepti in pœnitentiā. ¶Respōdetur:nō video p domāda carne requiri ieiunium ecclesię: comedendo semel in die & cibos ab ecclesia admissos. Potest eñ talis bis vel ter comedere tenuiter vel carnes: & carnem demacerare. Debes ergo probare q cōfessor possit iniungere ei hoc determinatū in pœnitētiam ad qđ alioquin tenetur. ¶Quinto arguitur.ieiuniū quadragesimę institutū est ad satisfaciēdū pro culpis cōmissis & ad macerādā carnem: vt patet in præfatione quadragesimę,saltē secūdum vsum Romanū.vbi ecclesia canit. Aeterne deus qui corporali ieiunio vitia comprimis : mentem eleuas &c. ¶Respondeo.hoc dictū nō intendit q possit ieiunium quadragesimæ iniungi in pœnitentiam pro peccatis cōmissis:sed q ieiunium institutum sit ad cōprimēdos insultus passionū ne peccem⁹.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quinctiã si homo nõ peccet a triennio: adhuc tenetur ieiunare quadragesimam.

¶ Secũdo dubitatur: an ꝑ sola opa pœnalia debeat fieri satisfactio. ¶ Respondet. in satisfactione oportet auferre ab illo q̃ plus iusto aliquid ab alio subtraxit: vt sit ęqualitas & cõpensatio. qđ quinto ethicorũ declarat philosophus de linea maiore & minore. reducẽdo eã ad ęqualitatẽ oportet tollere aliquẽ excessum lineę maioris & addere minori: quousq; sit æqualitas. Sic quia in peccato peccator honorẽ subtraxit deo debitũ: & deũ offendit: oportet restituat ęquualens deo secũdum legẽ dei statutã. Sed opus voluptuosum nihil a peccatore subtrahit: sed illi rem gratã facit. debet igitur esse pœnale. Et cũ sit triplex bonum honestum/vtile,& delectabile, octauo Ethicorũ: ꝑ subtractionẽ boni honesti nõ cõpẽsatur deus: sed offenditur. quare debet esse cõpensatio ꝑ subtractionẽ boni vtilis vel delectabilis: vtriusq; enim subtractio est homini pœnalis. & respiciendũ est ad pœnalitatẽ q̃ ꝑ'mũ fit ex pte rei opatę, & nõ ad pœnalitatẽ ipsius operãtis. interdum eñ operans ląta fronte opus iniunctũ exequit. ¶ Hactenus de opere satisfactorio qđ nõ minus est meritorũ q̃ nõ satisfactorũ. qđ debet esse pœnale ex parte obiecti operati: & ita plurimũ est. licet eñ in oratione sit mẽtis serenitas: est tamen afflictio carnis. & licet alicui sit iucundum in maio proficisci peregre: talis tñ pegrinatio corpori sæpissime est pœnalis. Itẽ si vnus ꝑ alio satisfaciat, est pœnale opus satisfacientis: & aliquid est pœnę, scilicet tristitia ipsi pro quo fit: quæ tamen non sufficienter tollit totam pœnam nisi magna fuerit: propter sui imperceptibilitatem tamen non imponitur in pœnitentiã. Amplius diximus: opus ad qđ quis est aliunde obnoxius vi pręcepti: nõ sufficere pro opere satisfactorio.

¶ Distinctiõis Decimęquintę Quæstio Tertia.

Superiore quęstione de satisfactiõe in cõmune loquuti sumus. Reliquum est de aliquibus operibus satisfactorijs in speciali loq. Magister eñ in. xtiij. dist. huiꝰ loquitur de eleemosyna. & qa multi hic de ieiunio etiã loquuntur: qđ est opus satisfactorij: & est cõmune in ecclesia: de eo loquar: circa ipsum ꝓponendo quatuor quæstiones. Prima erit. An nõ ieiunãtes peccẽt. Secũda erit. an ieiunij quadragesimę sit de ture diumo obseruãdũ. Et ꝓpter aliquos sinistre opinãtes, tangam in illa quęstione: an lex pure humana obliget sub pœna peccati. Et qa cõsuetudo regionũ multũ facit ad ieiuniũ, quęrã de robore cõsuetudinis: & quomodo ipa sit obligatoria. Quarto. an tertio comedẽs in die quo est ieiunãdum, peccet peccato fractuo ieiunij. ¶ Pro solutiõe primę quęstiõis nota: q̃ pro eo ieiunij maiores nostri vsi sũt vigilia: q̃ noctes ducebãt insomnes in sanctorũ professis ad carnis castigationẽ. Sed qa successu tẽporũ cõpertũ est hoc vigilantibus obfuisse: & occasionẽ impudicitę/cantibus lasciuis/luxui/furto/rixę/& homicidio præbuisse: in nocte eñ rarũ est lumen: & qui male agit odit lucẽ. Ioan. iij. Propterea ieiunio rationabiliter vigilia cessit: licet cõsuetudo loquẽdi adhuc maneat: sed nõ res ipsa. Terminꝰ autẽ ieiuniũ bifariã accipit: vno modo laxato vocabulo ꝓ oĩ abstinentia a peccatis. vt Esaię. lviij. Nõne hoc est ieiunium qđ elegi? & Matthęi. xvij. sup illa ꝓpositiõe. Hoc genus dęmoniorũ nõ ejcit nisi i oratiõe & ieiunio. glos. interlinea. dicit. Generale est nõ tm̃ ab escis, sed etiã ab oĩbus iniquitatibus abstinere. & illud patet de cõsecra. dist. v. Ieiuniũ. Secũdo modo capit strictius & vsitatius vt est circa cibum & potũ. Et istud est triplex: scilicet ieiunũ naturę: ieiuniũ virtus: & ieiuniũ eccl'ię. Ieiuniũ naturæ dicit oĩmodam abstinentiã a cibo & potu. vt distin. tx. huius dixim⁹. hoc aũt modo interdum dicit purã priuationẽ cibi & potꝰ: & nullũ actũ ponit. nõnũq̃ denotat eandẽ cũ positione actus eliciti. Ieiunium virtus est species tẽperantię. Tẽperantia eñ vt est virtus cardinalis: circa venerea habet castitatẽ: circa potũ sobrietatẽ: & circa cibũ abstinentiã: cuius species est ieiuniũ. Vna autẽ species est circa sensũ tactus. Alia tã circa gustũ: q̃ tactũ: licet magis dicta tactũ. qđ ingeniose colorat Aristoteles ꝑ Philoxenũ quẽdam pultuoracẽ: qui precatus est deos quatinus collum gruis haberet, ꝓpter voluptatẽ quam in collo experiebatur. de lingua enim precatus est nihil. Tertiũ ieiuniũ vocat ieiuniũ eccl'ię. ¶ Sed hic occurrit difficultas. Videtur enim ieiunium ecclesiæ si non sit actus bonus, non esse satisfactorium præcepto ecclesiæ. vtpote si quis propter inanẽ gloriã solum ieiunet, nõ videtur q̃ ieiunet: secũdum dicta in quæstione prima huius distinctionis. Et idem ꝓbabiliter videtur si sciẽter ꝑ intẽperantiã peccet ꝑ actum quo solo adimplere satagit ieiuniũ: puta ꝑ talem actum: nolo comedere hodie. vbi ratio dictat q̃ comedere tenetur. videtur inquã q̃ nõ satisfacit pręcepto de ieiunio ecclesię: dato etiã q̃ sit peccatum solum veniale. licet hic dari possit discrimen: cũ nõ ponatur malus finis vel obiectũ malum. Durũ autẽ videt q̃ dicẽs horas mane ꝓpter diabolũ & hoc cõfitendo nõ solum habeat peccatũ detestari: sed etiã horas repetere cũ adhuc tẽpus supereſt. si q̃s eñ habeat actum moraliter bonum quo intẽdat implere pręceptum ecclesię: licet peccet interea mortaliter: nulli dubium est quin satisfaciat pręcepto ecclesię q̃tum ad substantiã actus: sic scilicet vt non peccet omittẽdo ieiuniũ ecclesię. secus est per actũ malũ. Non tamen nego quin homo satisfaciat homini per peccatum: lucrando eius stipẽdia: vt fodiens in horto vel pugnans in bello ob inanem gloriã. & idẽ etiã opinor de celebrãte in mortali ꝑ sex paruis albis. Scio tamen nõ esse facile cõuincere volentem dicere oppositum: q̃ scilicet nõ incõuenit implere vnũ pręceptũ ecclesię ꝑ transgressionẽ alterius. illud eñ est apparens. Iudico tamẽ cũ benigna venia oppositũ ꝓbabilius. Dicis mihi: sufficit substãtia actus: licet nõ intẽtio pręcipientis ad satisfaciendum pręcepto. Dico. si nõ ponat actus bonus moraliter: nõ ponitur substantia actus. Et ex cõsequẽtt sequit: si q̃s dixit horas ob inanẽ gloriã: & i fine pœniteat de malo ꝓposito: oportet dicat horas a nouo ꝓposito suo bono: quia dicere a malo actu emergens, nõ erat satisfactorium.

¶ His pręsuppositis pono definitionem ieiunij ecclesię. quę est talis. Ieiunium ecclesię est volitio qua quis nõ vult comedere pluries q̃ semel. etiã si comedat: nõ vult comedere nisi ab ecclesia admissa comedi, & tẽpore debito. Merita autẽ actus boni quẽadmodũ debet esse ieiunium & mala, sunt actus voluntatis. Diximus (pluries q̃ semel) qa nõ est de ratiõe ieiunij: vt quis comedat in die quo est ieiunãdum. potest eñ aliquis sanus stare vltra diem naturalẽ nihil comedẽdo: etiã cui ad corporis valitudinẽ cõducit cibos admissos dũtaxat comedere. comedendo autẽ carnes in die ieiunij solum semel in die: frangitur ieiunium. ¶ Secũdo sequitur. Licet oua nõ frangãt ieiuniũ extra quadragesimã: ouorũ tñ comestio in quadragesima sine dispensatione frangit ieiunium. ¶ Tertio sequit̃ q̃ oua comedens semel in die ieiunij etiã in quadragesima cũ dispẽsatione, nõ frãgit ieiuniũ. patet. comedens butyrũ & caseum cũ dispẽsatione nõ frangit ieiunium: vbi caseum cũ coagulo cõpositum comedens in quadragesima sine dispẽsatione frangit ieiunium. Nullum autẽ ieiunium ecclesię adhuc carniũ comestionẽ admisit. Frater Minimus etiam comedẽs oua in die ieiunij extra quadragesimã, licet peccet cõtra suã regulam: nõ tñ frangit ieiunium. ratio est: quia nõ comedit cibos ab ecclesia ꝓhibitos in die ieiunij. ¶ Quarto sequit̃ q̃ ex cõmuni comestione & reputata licita apud oẽs: homo comedit carnes in quadragesima bene ieiunãdo. Patet comedendo fabas & pisa, quę bestiolas solent in se includere: sed ignorantia inuincibilis facit q̃ homo nõ peccet tales bestiolas mortuas comedendo. nec oportet pręter modũ cõmunẽ comedendi, fabas frangere venãdo has bestiolas: sed sufficit more aliorum comedere. Alia tñ ratione ductus a talium comestiõe abstinuit Pythagoras Samius, vt memorię proditum est: ne scilicet illarum bestiolarũ animæ in suum corpus transirent. vt est apud Nasonem. xv. metamorphoseos. vel vt alijs placet, ꝓpter ventositatẽ cauebat a talium comestiõe ne ad libidinem incẽderetur. Si quis tamen comedat carnes in specie carnium cõmuniũ ꝑ ignorãtiam inuincibilem, frangit ecclesię ieiunij, sed nõ peccat. De fibro Ponuco semper tenente caudam & posteriores partes in aqua: & anteriorẽ extra aquã potes posteriorẽ partẽ sine fractione ieiunij comedere: & nõ anteriorẽ. pisces eñ a carne hoc modo secernitur. Pisces naturaliter nõ potest diu viuere extra aquã. sed partẽ posteriorẽ illiꝰ bestiolę oportet crebro aqua humectari dum est in aere: & non anteriorẽ vt perhibent. Sed est obiectio physica contra istum fibrũ. qa ex dictis videtur q̃ partes specie distinguantur: & per consequens ex eis nõ constituitur aliq̃d vnum. sed illud nõ cõcludit. dato nanq; nõ esse aliquid vnum, simile est de virga cuius vna pars est arida & alia viua. Ex hoc sequitur q̃ ranũculi aliqui sunt pisces: alij autẽ non sunt pisces. Patet. aliqui in aquis solis degunt: alij autẽ ꝑ notabile tẽpus extra aquã, etiã qui nõ bene viuunt in aqua. & ex hoc sequitur q̃ limax non est pisces. Cũ his tamen dictis stat q̃ quis in quadragesima scienter comedet carnes licite qui tenetur ieiunare. ꝓbat. in hoc tpe, demõstrãdo pascha, sortes licite & scienter comedet carnes. hoc tẽpus est vel erit quadragesima: ergo in quadragesima sortes licite & scienter comedet carnes. ¶ Quinta ꝓpositio ex definitione sequens est hęc: q̃ nõ habens actum latum sup diem ieiunij, non ieiunat. probatur. qa actus eius nõ est humanꝰ. q̃ nõ meretur. notum est: quia sine actu voluntatis nemo meretur. imo cũ hoc nõ satisfacit p̃cepto ecclesię: sed est eius transgressor, nisi ꝑ ignorantiã inuincibilem excusẽt. Simile superius deduximꝰ in. xtj. distinctione de dicente horas. Non tamẽ requirit̃ q̃ actum ieiunãdi habeat die quo ieiunat, sed sufficit actus in die p̃cedenti habitus. si etiã sortes haberet talem actum in die ieiunij mane: volo dormire toto die ne ieiuniũ infringã: nullũ aliũ actũ circa ieiuniũ habẽdo: ille sufficiẽter satisfaceret p̃cepto ieiunij. ¶ Quo ad tẽpus prãdendi dicit̃ q̃ est hora. xij. in quadragesima: ita vt sit peccatũ illam horã notabiliter pręuenire sine rõnabili causa. Rationabilis causa eẽ põt qa hõ habet vertiginẽ capitis: mẽbrorũ tremorẽ, vel aliũ defectũ stomachi ante potũ: is potest pręuenire horã. Potus eñ ante meridiem si quis magnã sitim patiatur, nullo modo ieiuniũ frangit. Hinc Aristote. dicit in problematibus, & experientia est ad hoc: q̃ diffici

Universidad de Deusto
Biblioteca

lius est sitim tolerare q̄ famē.morbi etiam ad hoc sequi possunt. Propterea potū ante meridiem vel post meridiē non prohibuit ecclesia nisi in fraudē ieunij fiat. Nec respiciendum est ad aliquod ius positiuum humanū: vt est cap. Solent. de consecra.distin.j. q; differendum sit ieiunium quadragesimę ad tertiā vel secundam. Nam cōsuetudo in oppositum omnia talia iura aboleuit. Prēterea dico: q; sufficit rudi Minerua horas deprehēdere vbi nō est horologium,de tempore cōmestionis. Quādo autem quis est in prandio quo ad tēpus nō potest dari vna regula. vnus ēn voraciter more lupi comedit: & in breui tēpore: licet istud stomacho noceat,cū nō faciat i ore digestionē.iste in minori tpe cibum sufficientem capit q̄ alter lente cibum assumens. ¶ Ex parte quātitatis cibi dūmodo homo nō comedat intēperāter: nullo modo frangit ieiunium: vnicā refectionem in cibo permisso sumendo. est aūt tēperantia: quādo nec est in iacturam corporis nec animę,& comedit cibum licitū. Ex quo sequitur q; licet fortes comedat tantū in die ieunij quantum in alio die: non propterea frangit ieiunium. patet istud de illo qui quolibet die semel tm̄ comedit. Secūdo patet idē de assueto bis comedere in die. stat ēn q; vtriusq; tēporis refectio nō noceat ei,quia est abstinentia a vice tēporū,licet nō a magnitudine vel multitudine cibi. Vlterius patet hominē posse lautius cœnare & plus comedere in cœna prędcēti diē ieunij sine peccato. patet,qa tēperanter comedit,& magis q̄ comederet alio die: vt ieiunū seruet. Et ex eodē fonte sequit q; in die sequenti diē ieunij potest tēpestiuius rētari.& splēdidius solito: quia nō transcēdit limites tēperantię. Hinc aliqui ineruditę dicūt hoīes p vno ieunio ter peccare: vtpote lautius cœnādo in cœna ieiunū prędcēte: in meridie q̄n ieiunatur:& in tentaculo subsequētis diei. oia ēn ista sunt licita: vt ex dictis patet.& p consequens nō peccatur in aliqua istarum comestionū. Non impugnas istud p hoc q; debet pati maiorē famē in ieiunio q̄ extra ieiunū: qđ hic nō contingit. Assumptū ēn est falsum: vt liquet de obeso & quolibet die assueto ieiunare. imo nec ē de essentia ieiunij (qđ maius est) vt caro ieiunātis domet licet ēn eccl'ia hoc intēdat: nō tn̄ ad hoc obligat. Patet hoc. Nā aliqui pisces æque carnē ad libidinem prouocant, ac caro melancholica/bouina/& anatis. sed quia caro a tota specie plus mouet, q̄ pisces: vnū est vetitū,& aliud nō. Insup vinū ꝓuocat ad insultū sensualitatis sicut hęc caro vel illa:& tamē ip̄m nō est vetitū: cuius ratio est, quia pp'o difficilē est nō bibere vinū q̄ abstinere ab esu carnū: q̄re noluit ecclesia hoc ꝓhibere. Nec oportet hic q̄rere ꝓfundas ratiōes quare ecclesia hoc fecerit:& nō illud. nā in positiuo iure sufficit apparentia pro vna parte: esto nonnihil sit apparentiæ in oppositum: immo interdum tantundem.

¶ Hoc prēmisso ponitur hęc cōclusio. Quilibet frangēs ieiunū sine rationabili causa peccat. Probat cōclusio quo ad ambas partes per varia capi.de consecra.dist.v.& totū vsum ecclesię. Prēterea prētermittēs prēcepta ecclesiæ sine causa,peccat: nō ieiunans sine rationabili causa est huiusmodi. igit̄. ¶ Rationabilis causa tn̄ excusat quēpiā ne ieiunet.& multę sunt tales causę: videlicet ętas: quare iuuenis & senio cōfectus nō tenētur ieiunare. si ēn iuuenes ieiunarent, impediret eorū cremētum. noluit ergo ecclesia eos obligare. Vix autē potest dari certa regula quādo iuuenes teneā tur ad ieiunū totius quadragesimæ. Nam aliqui sunt debiliores & teneriores q̄ alij. Porro ante.xx. annū videtur iuuenis nō obligatus ieiunare totā quadragesimā: sed solum paucos dies secūdum suas vires. q; ēn aliqui prēfigant.xxj.annum: est voluntariū. Consulant iuuenes isti, sapientes qui robur & conditiones eorū nouerunt: & potissimū suos confessores qui peccata eorum occulta optime nouerunt. si ēn iuuenis insultus habeat magnos ad sensualitatem: inducatur ad ieiunium ecclesię. abstinētia ēn a cibo & potu est ei de prēcepto diuino. quia secūdum Comicū, Sine Cerere & Baccho friget Venus. & licet ieiunare more ecclesię sit positiuum ius: non tamen potest melius abstinētia ei intungi. & sic p ius positiuū humanū seruabit illud quod est de iure diuino. Habeat autem confessor oculos ad iuuenem. aliqui ēn multum crescūt ante.xvij. vel.xviij.annū, & parum postea. & habent hoc a sua gente. quibus potest ieiunium tēpestiuius iniungi. alij sunt delicati qui lente crescunt. Senes item habētes alterū pedē in fouea pro se ip̄is cōsultēt. ¶ Secundo infirmi nō tenentur ad ieiunū vllum: siue infirmitatē ex culpa mortali acq̄siuerint siue nō. Ratio est. ipso infirmo posito iter duo p̄cepta scilicet humanū ex vna parte de seruando ieiunium: & diuinum ex altera parte de seruanda vita: vel ea nō notabiliter abbreuianda saltē hoc tēpore & modo: prēcepto diuino prēceptū humanū cedit,& desinit esse prēceptū vel consilium. stat etiā q; nec possit vti cibis prēcise quadragesimalibus: nec teneatur ad tēpus. nec oculum vllum habebit ad quadragesimam. quemadmodum in necessitate obsessus in arce, in qua nihil habet quod comedat nisi carnes in quadragesima: carnes comedit nullō scrupulum habendo: immo male ageret non comedendo. ¶ Tertio excusatur laborans opere multum decoctiuo, pro se vel sua familia: qui non potest aliter commode se & suos alere ieiunando. ratio est: quia corpus eius labore affligitur.

modo afflicto nō est danda afflictio. Si vero habeat vnde egregie se & suos alere possit: nō est excusandus. nō tamen requirit̄ q; habeat prēcise ad succurrēdū indigentię extremę. Dixi (in ope multū decoctiuo) quēadmodū sunt lapidū incisores: fabri ferrarij: lapides pro extruendis domibus ferentes: frumentū flagello percutiētes,& huiusmodi. Sutor autem, sartor,& architectus, latomus vel alius faber parum laborans: a ieiunio quadragesimę nō est excusat⁹. ¶ Quarta causa excusans est mendicitas. mendicus ēn nō potest simul habere cibum vt vnicā faciat refectionē. Forte ēn constrictus fame cogitur comedere sibi datū in prōptu.& q̄q̄ nō cōstringitur ad hoc: nō potest seruare suum cibum vt sibi valeat diutius cōseruatus: quia forte est offa calida vel cibus alius qui notabiliter minus valet cōseruatus. breuiter iste laborat, more laborantis in horto. plerūq; etiā est debilis: qui infimo ęquiparat. Mulieres insuper fœtus habētes in vtero vel lactantes excusant a ieiunio q̄n nutrimentū paruulo in vtero ministrant: etiā extra vterū. lac ēn est sanguis dealbat⁹. q̄re opus est eis maiore cibo. Prędicator quoq; verbi diuini in quadragesima est excusatus a ieiunio quadragesimæ: modo nō possit vtriq; officio incūbere: maius ēn officiū vtilitati reipublicę christianę prębet q̄ sit suum ieiunū: licet prędicare sit solum de consilio: qa nō incōuenit vnū grāde opus cōsilij tollere de medio vnū opus prēcepti. vt patet de latomo. Simile patet etiā in materia de martyrio: vt distinctiōe.xlix. huius videbit̄ de multis q; se cruciatib⁹ martyrij tēpore cōsilij exposuerūt. ¶ Martinus magister dicit regētes in artib⁹ esse a ieiunio quadragesimę excusatos. Sed istud indistincte dictum nō placet. sed opinor esse verū vbi regēs est iuuenis non potēs auditorib⁹ satisfacere sine ipro bo labore,quē nō potest ferre cū ieiunio. cōtinuo ēn in honesto officio affligitur tam in corpore q̄ in aia surgēdo mane,& sero petēdo quietē: ac animo sollicitus est ad domādos insultus passionū suorū scholasticorū, & p eis recte & honeste moderādis & manutenendis: astrictis aliis in magnis reparationib⁹ respōdere, & ipsos impugnare. Idē intelligo in simili casu de regente in grāmatica. & ꝓpter illud ne videar regētib⁹ (de quorū numero licet indign⁹ fuerim) fauere: hoc sic declaro. Agricola, vinitor & latomus excusant̄ a ieiunio quadragesimæ: q̄uis nec ipsi: nec sui paruuli sint in extrema necessitate: sed acquirendo denario p se & suis mediocriter sustentādis intenti. ergo tunc talis labor est eis de cōsilio. sed regens, de quo locutus sum, habet simile excusationē, & nō habet pecuniam vt altiorem gradum in alia scientia adipiscatur: semp autē in artibus regendo marcesceret. ergo potest legere causa lucri obtinendi: etiā pro doctrina spirituali quā seminat, more declamatoris in templo: qui in fine quadragesimæ etiā capit pecuniam oblatam: & sub illius spe ad dei verbū seminandum ducitur etiā sine culpa. pecunia ēn est motiuum minus principale. vt in.xxv. distinctione huius dicem⁹ in materia de Simonia. Oēs autē isti causas excusatorias habētes caueāt vespi comedere corā iuuenibus, similes causas nō habētibus: qa facile scandalizant̄ accipiētes argumētū a superiorib⁹, hoc sibi licere.

¶ Contra conclusionē arguitur, famuli dominorū nō peccant: & tamē frangunt ieiunū. igitur cōclusio falsa. minor patet. Nā inter vndecimā & duodecimā comedunt parū: postea domino manēte in mēsa ad tertiā forte inclusiue, famulus incipit comedere. & sic ꝓtrahitur comestio famuli ad tertiā vel quartā horā: ergo nō ieiunat. maior patet. qa quilibet iudicat eos nō peccare. Idē potest fieri de lectore in mensa inter religiosos. & de famulis examinātibus cibos dominoꝝ. ¶ Respōdetur negādo minorē. parū ēn sumunt a principio p̄ sui recreatiōe: qa nō possunt comestionē ad secūdam horam vel tertiā differre: & sumunt illum cibū p modū medicinæ præseruatiuę nō ad nutriendū. inter tertiā autē & quartā prandium faciunt. Si etiā magnū cibū sumerent ante meridiē. nec bene dīis seruirēt: nec eis cōduceret. Primū est notū. nemo ēn plenus cibo & potu ita vigilanter seruit, vt nō plenus. Item esset seruus in iacturā: qa post magnū cibū assūptū onerosum est incidere,& potissimū celeriter: qđ tamē oportet facere famulos. Etiā esset indecorum q; famulus ante dīm prandēret. nō ēn est discipulus sup magistrū: sed sufficit ministro q; sit sicut dīs suus: immo q; eū sequat̄. Sed dicis, famulus ille potest viuere sine seruitio istius domini in ꝓpria domo: & si esset in propria domo ieiunare posset. ponat̄ mediocriter diues. igit̄. Hoc aliter patet. si latom⁹ habet vnde se & suos alat nō debet frangere ieiunū sed viuere de ꝓprio:& min⁹ in domo laborare seruando ieiunū. Cōcedo vtrāq; prēmissarū:& nego cōsequntiā. qa magnus dīs frequēter habet famulū potentē viuere de bonis parētum. & hoc est licitū. quādo autē primo cōducitur nō est mentio de seruitio mensæ in die ieiunij: sed hoc in seruitium incidit. aut si hoc seruitium exciperet, non conduceretur. Nec est simile de latomo in die determinato conducto. Etiā mediocriter diues latomus ieiunū frangit laborādo, sine peccato: licet opes mediocres habeat: qa forte in morbum incidet:& tūc pecunia quā collegit ei nō sufficiet. Sed melius est dicere q; essentiam ieiunij seruent q̄ q; excusentur a ieiunio more pauperū: qa latum est discrimē. pauperes ēn non possunt ieiunare: isti

Universidad de Deusto
Biblioteca

autē possunt. Contra hoc arguit. famuli nō abstinent a cibo p maius tēpus, incipiētes hora secunda, q̄ domini sui hora. xij. incipientes: ergo nihil dictū est. antecedēs patet. prādeat famulus ad tertiā, vel ad tertiā cū dimidia: & dīs eius ad primā cū dimidia: iam sicut dīs in die sequenti incipit p horā cū dimidia añ famulū: ita famul⁹ prāsus est tāto tpe post dīm. Respōdetur. illud est verū: & si cętera essent parta famulū nō excusarē plus q̄ dimidiū abstinentē a cibo. xxiij. horis. sed q̄a plures habet labores & sudores currēdo hincinde: nō pōt ita diu abstinere: quapropter tales serui sunt excusati, & qui escas examināt quos oportet prius gustare ne toxicū dño ponatur in disco: vel vt dīs hoc nō formidans habeat cibum bene apparatū.

¶ Secūdo arguitur. fortes comedēs ab hora. xij. ad dimidiā primę & desinēs comedere vna dimidia hora vel ampli⁹: postea rursus incipiēs comedere per tēpus vnius quartæ partis horæ frangit ieiuniū. & tñ nō peccat. ꝓbat ponēdo q̄ plato incipiat cū ipso comedere in eodē tpe: & comedat illo toto tpe quo fortes desinit comedere, & comedat actualiter qñ fortes comedit. ¶ Respondetur cōcedendo maiorē: sed negatur minor. & ad ꝓbationē cōcedo q̄ plato nō peccat: sed ieiunat. q̄a in vno est interruptio ieiuniū frangēs: nō aūt in alio. Cōsule prudētes quāta iterruptio sufficiat ieiuniū rūpere. Nolo tamē dicere iuuenē in mensa comedentem accedētē domū vicini ꝑ vino nihil comedentē, frāgere ieiuniū. Maior autē interruptio vni est rationabilis causa: sic vt nō frangat ieiunium: vbi minor interruptio frangeret sine simili causa. vt si nō sit vinū in domo vicina sed opus sit domū remotiorē adire: vel lōga est dilatio pro habēdo vino, & cito non potest se expedire: tunc opus est longiore mora. & sic magna interruptio in isto nō frangit ieiunium. Nec opus est ei pane in ore ꝓter aliorū consuetudinē quatenus seruet ieiunium. ¶ Tertio arguit. ad Ephesios quinto scribitur. nemo vnq̄ carnē suā odio habuit. ergo caro est fouēda: & nō est macerāda ieiunio. ¶ Quarto arguitur. p illud qđ scribitur Lucę. vj. Diligite inimicos vestros & benefacite his q̄ oderūt vos. sed caro est nobis inimica, vt dicitur ad Galathas v. Tres ēm ab oībus reputātur hostes: Mundus/ dęmon/ & caro. imo est hostis cæteris deterior q̄a hostis domesticus datus in exercitium. ¶ Respō detur ad tertiū q̄ substātia carnis est fouēda: sed eius insultus ad illicitum tendens est refrenādus.

¶ Ad quartum dicit q̄ illic est sermo de inimicis ratione vtentibus. sed quo ad omnē inimicū nos ducentē in malum & captiuantē in peccatū: ab illo discedendō est eo modo quo possum⁹. hoc est euitemus malū qđ prouenit ex eius inimicitia. si ēm caro nostra sit effrenis: in chamo & freno maxillas eius constringemus: ieiunio, vigilia, sollicitudine, & labore corporali. Si nāq̄ carnem plus ęquo foueris: viperā in sinu fouebis: quę cōtinuū toxicū tibi parabit. Et quāto delicati⁹ eā nutrieris: tāto magis spiritui reluctabit, & peior efficiet, secūdum illud Alani. Pessimus est hostis qui cū bñfeceris illi Fortius iusurgit bella mouēdo tibi.

¶ Quinto arguit. nihil qđ in os intrat coinquinat animā. Matthęi. xv. ergo cibus nullo tpe assumptus facit peccatū. ¶ Respondetur. illic est sermo cōtra phariseos qui apostolos reprobāt q̄ illotis manibus comederēt. volebat ēm Saluator dicere q̄ assumptio talis cibi nō est peccatū. sed ad propositū nostrū, qđ intrat in os licite: nō arguit peccatū in volūtate nec in ore, sicut erat de comestione apostolorū quos Christus excusat. ¶ Sexto arguit. corporalis exercitatio ad modicū vtilis est. pietas ad oīa valet. primæ ad Timotheū quarto. ¶ Rndet. superflua subtrahere a corpore vt ipm reddatur subiectū rationi: est multū spirituale: nō tamē est corpus penitus eneruandū cū sit instrumentū bene agendi. nō cīn est bonus politicus q̄ occidit ciuē sine quo nō potest viuere. modo anima nō potest viuere in hoc statu merendi aut demerēdi sine corpore. Sed cū poeta optandū est vt sit mens sana in corpore sano. ¶ Ecce quomodo triplex est ieiunium. scilicet ieiuniū ecclesiæ: ieiunium virtus: & ieiunium naturę. & q̄ ipsum institutum est pro domandis hominū effrenis insultibus passionum: cum pisces minus fœdas passiones nutriant q̄ carnes. qđ argumento patet. aliquin Carthusienses & Benedictini & multi alij religiosi in regulis nō abstinerent ab esu carnium. Et licet ieiunium ecclesiæ vniuersaliter pronūcietur: aliquę tamē personę nō obligantur ad ipsum sed aliquos lex naturę: & hominū cōmunis cōsuetudo viuendi excipit. Et cum causa est euidens: dispensatione nō opus est. De absolutione autē a ieiunio in casu ancipiti, petatur facultas a superiore, episcopo: vel eius locum tenente in hoc: scilicet pœnitētiario si facile haberi potest. sin minus: habeatur curatus vel alius vir probus vice eius. Quo ad horam comedendi seruetur consuetudo hominū cum quibus viuitur: neglecto posituo iure scripto de nō comedendo ante secundam pomeridianam. Licet autē ius scriptum nullum ieiunium de professis nostrę dominę instituerit dempto professo assumptionis: cōsuetudo tamen est apud Britannos & forte apud alios, quodlibet antiquum professū eius ieiunare. & tales obligantur ex iure nō scripto. Quare si velis iudicare de aliquo ieiunio in aliqua regiōe, nō sufficit tibi videre pręcepta Romanorū pontificū: sed cū hoc inquirere oportet cōsuetudinē loci. Ieiuniū ēm ecclesię est pręceptū solum humanū: qđ interpretat̄ hominum consuetudo. Transmutat etiā pontifex ieiunium vnius diei in alium in quo non est ieiuniū pro causa: vt professū Omniū sanctorū apđ sanctum Quintinum, qđ in die sancti Quintini incidit.

Distinctionis Decimæquintæ Quęstio Quarta.

Ecūdo circa hāc materiam quęritur: an ieiunium quadragesimæ sit de iure diuino. Pro solutione quæstionis notabis q̄ aliqui voluerunt dicere nullū pręceptum pure humanū obligare sub pœna peccati. Ex quo aliq̄ ꝑdicarunt q̄ fractio ieiunij quadragesimalis nō sit peccatum: cum hoc ieiunium quadragesimæ sit solum de iure humano. Aliqui vero non audebant illud asserere: sed dixerunt nullum esse pręceptum nisi diuinum. ¶ Circa hæc duo & circa quæsitum pono tres conclusiones. quarum Prima est. Aliquod est pręceptum pure humanum. ¶ Secunda conclusio. Aliquod est præceptum pure humanum quod ad sui obseruātiam obligat sub pœna peccati. ¶ Tertia cōclusio respondet ad titulum quæstionis. Ieiunium quadragesimę est pure de iure humano: & per consequens quodlibet aliud ieiunium. ¶ Prima conclusio ꝑbatur. ita est de iure pontificio & Cæsareo: & illd est notum apud omnes bene loquentes. Secundo probatur idem per illud quod scribitur Matthæi. xv. vbi Pharisæi arguebant apostolos q̄ illotis manibus comederent, & q̄ transgredērētur leges seniorum: & cum Scribæ & Pharisæi dicerēt Christo. Quare discipuli tui transgrediūtur traditiones seniorum? Non ēm lauāt man⁹ suas cum manducant. respondit Christ⁹. Quare & vos trāsgredimini mandatum dei propter traditionem hominum? vbi aperte aliud ostēdit ius diuinum, & hominum traditiones, quæ dicunt leges humanę. Tertio, quid absurdius q̄ q̄ statutum hominis agricolæ impositum famulis debeat de iure diuino obligare? Quarto probatur. ius diuinum est immutabile: & cōtra ipsum nulla consuetudo præscribit: ius tamen humanum abrogat consuetudo & ei derogat, & ipsum interpretatur. ergo aliud est ius humanum & diuinū. ¶ Secunda conclusio probatur: quia dato oppositio huius sequuntur absona plurima. Primo q̄ fortes qui multis mortalibus est innodatus non teneatur cōfiteri semel i anno. Item q̄ Plato existens in sacris & beneficiatus in a. loco, nullas horas teneatur dicere. Et q̄a fortasse i dialectica me stare putares sic infero. sequitur non esse necesse (vt peccatum euitet) dicere horas de aliquo vsu. Tertio sequitur q̄ laicus non peccat non soluendo quotam denariam vbi est consuetudo approbata soluendi. Quarto sequitur q̄ nullus peccat comedēdo carnes in die veneris etiam in hebdomada sancta. Patet. quia hæc omnia sunt de iure pure humano. nemo tamen audet hæc concedere. Si dicas. verum est, in occulto carnes comedendo: nō autem in publico propter scandalū. hoc non valet. Pudebit enim te illud concedere i occulto. Quinto sequitur q̄ nemo peccat nō audiendo missam in die dominico. Sexto sequitur q̄ nemo peccat nō soluēdo regi vectigalia quātumcunq̄ iuste imposita: contra illud Apostoli ad Romanos. xiij. Reddite ergo oib⁹ debita: cui tributū tributū: cui vectigal vectigal. Nec valet dicere, esse de iure naturæ colere deū: alere presbyterum: & dare regi necessaria. hoc inquā non valet. & ratio est: q̄a illud positiuū nō est de iure naturæ: licet implēdo illud positiuū, ius naturæ impleatur: & pro impletione legis naturæ illud positiuū ponitur. alioquin ius naturæ trāsgrederemur nec sciremus quādo ipleretur: & quando non. ꝓterea homines prudēter hæc statuerūt. Probat etiā hæc cōclusio per illud qđ ad Romanos. xiij. scribitur. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. & paulo post ad propositū dicit. Ideo q̄ necessitate subditi estote nō solum propter irā sed etiam propter cōscientiā. Ideo ēm & tributa p̄statis. & Matthæi. xxiij. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. Oia ergo q̄cūq̄ dixerit vobis seruate & facite. Et primę Petri secdo. Subiecti estote oi hūanæ creaturę propter deū, sive regi quasi p̄cellenti, sive ducib⁹ tāq̄ ab eo missis ad vindictā malefactorū, laudē vero bonorū. Et Aug. ad Bonifaciū comitem dicit. Qui legibus imperatorū quæ pro dei voluntate feruntur obtēperare non vult: acquirit grande supplicium. Et primi Regū. xiij. originaliter scribitur, & trāsgressiue habetur de mato. & obe. ca. ij. Qui nō obedit principi morte moriat. Similiter faciens contra decretū episcopi est excōmunicandus: vt patet, in eodē cap. & nemo est excommunicand⁹ nisi ꝑ trāsgressiōe peccati mortalis. igit. Præterea inhabilitatio ecclesiæ in secundo vel tertio gradu consanguinitatis facit peccatū esse incestū: q̄ nō esset incestus illa prohibitiōe secluſa. ergo lex humana obligat sub pœna peccati. ¶ Tertia cōclusio probatur. ex nullo loco sacrę scripturæ cōstat ieiuniū quadragesimę esse de iure diuino: ergo ipsum nō ē asserēdum esse de iure diuino. Sed dicis. licet non sit in gradu indubitato iuris diuini, tamen est in aliquo alio gradu. Contra hoc argu

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentor.nec hoc cōmuni cōcessione sapientū vni formiter tentum est esse de iure diuino:ergo nullo modo est de iure diuino. Secūdo arguit ad idē quia si est de iure diuino ꝓpter ieiunium Christi, tenemur ieiunare quadraginta diebus naturalibus nihil comedendo: quia ita fecit ipse. Matthæi.iiij.nos autē sic nō facim⁹ nec facere possumus.ergo propter factum eius nō concluditur. Tertio arguitur ad idē.omne ius diuinū æqualiter obligat omnes. sed ieiuniū quadrageſimale non æqualiter obligat oēs. ergo ieiuniū quadrageſimale non est de iure diuino. Cōsequentia tenet i Baroco.& maior ē nota.ꝓbatur minor. Mediolanenses non ieiunāt quatuor primos dies q̄drageſimę:qui tamē non reprobantur. Similiter in aliqbus regionibus homines faciūt pinguiores & largiores collationes q̄ in alijs:quitū videntur excusati seruātes consuetudinē regionis etiā in quadrageſima.sed istud non sufficeret si ieiuniū quadrageſimæ eēt,de iure diuino.igit.Quarto arguit.legitur q⁹ Teleſphorus papa ieiunium quadrageſimale instituit:licet aliq hoc beato Petro attribuant.sed siue sic siue non:semper erit ieiuniū quadrageſimę de iure humano: igitur.licet hic possit quis dicere: si Petrus instituit fuit solū promulgator & deus institutor.Quicqd sit,opinor conclusionē præfatam veram.

¶Contra primā conclusionē argui tur per illud quod ad Romanos. xiij. scribitur. Non est enim potestas nisi a deo.& paulo post sequitur.Itaq; qui resistit potestati: ordinationi dei resistit.& illic per te loquitur de lege humana. ergo qui legi humanæ resistit,legi dei contradicit. ¶Respōdetur.nulla est lex humana nisi legi dei conformis. Si ēm sit contra eam,non est lex.nec illi parendum est, vt dicit glos.margina. Augu. in illo.c. Si iubeat q̄d non licet', hic sane contemne potestatem timendo potestatem maiorē.ergo si aliud imperator:aliud deus iubeat, contempto illo obtemperandum est deo. Possunt tamē dari duæ leges oppositæ in varijs locis,vel in eodem loco varijs tēporibus:quarū neutra legi dei repugnet.sed vtrāq; lex dei cōpatiatur.vt q⁹ fœmina in Hispania & Britannia in regno succedat:non autem in Gallia. & qui talem legem humanam non seruat cōtrauenit præcepto diuino præcipienti parere superioribus,& eorum seruare leges. ¶Secundo arguitur per illud quod scribitur Lucæ.x.Qui vos audit me audit,qui vos spernit,me spernit.ergo contraueniens legi humanæ,legi dei contradicit. ¶Respondetur concedendo antecedens q⁹ deus dat præceptum parendi superioribus rationabiliter præcipientibus sed eorum præceptis contraueniens non contra- uenit iuri diuino,sed soli iuri humano. Ad hoc enim vt aliqua ꝓpositio sit de iure diuino:oportet ipsam sequi ex iure diuino: vel ipsam esse reuelatam in forma sine addito ꝓpositionis de iure humano.Hoc ēm modo cognoscitur adulteriū & fornicationem ee vetita de iure diuino. Sed cōtra hoc arguitur.huic propositiōi.Obedite superioribus,vestris.quæ sine addito est de iure diuino vel aliqs potest contrauenire sine addito:vel nō Si primum,habetur intentum. Si secūdū,dabis vnum præceptū cui homo contrauenire non pōt sine addito:quod nō videtur dicendum.Respōdetur.non possum transgredi illud præceptum sine adiectione. Ratio est:quia in illo dicitur.ego obediam superioribus meis.modo præceptū superiorum non obligat quousq; de illo constet.ergo illud præceptum non obligat. ¶Tertio arguitur. Si rex daret Sorti facultatem condēdi leges volens approbare omnes rationabiles leges a sorte latas:& volens eas publicari in populo suo:leges illę a sorte latę non dicerētur leges sortis:sed regis:vt est de legib⁹ Cæsareis.ergo leges ab hominib⁹ latæ approbatæ a domino deo quas ispe vult publicari i toto populo,debēt vocari leges dei:& nō leges hoim. ¶Rndet.istæ leges a sorte latæ cū gnali approbatiōe regis adhuc erūt leges ipsius sortis:& leges sortis vocabunt.sicut si rex conderet aliquas leges per se & aliquas p famulū suum tāq̄ leges regis:aliquæ istarū legum capiēdo collectiue vel diuisiue,leges regis dicerentur: & aliæ famuli.& si rex vellet suas leges esse indiſpensabiles & impręscriptibiles,non autem leges sortis:notū ē q⁹ vna lex hret plus roboris q̄ alia & deberet gratia distinctionis habendæ vocari altiore nomine:scilicet sub nomine regis:& alia sub nomine sortis. Et licet eodem nomine vocarent & male,cōfundēdo vocabula:nō eēt tñ idē in re.

¶Contra secundam conclusionem arguit. Vel q̄libet transgressio legis humanæ est peccatum:vel non. secundū non ē dicēdum.qa æqualis est ratio in oib⁹.Nec primū:qa tūc legū humanarum transgressio esset fugum itolerabile subiectis. ¶Cōcedo distinctiuā p scda pte.de aliqua ēm certū ē q⁹ est pctm̄ mortale:& de aliqua sciri potest q⁹ est venialis.& de aliqua sciri potest q⁹ nō est peccatum.sed tñ punitur legē trāsgredi ens.quēadmodū est in trāsgressionib⁹ religiosorum.vt in distinctione.xxxviij. huius dicemus. De aliqbus aūt trāsgressionib⁹ dubiū est an sint pctā:sup qbus cōsulēdi sunt sapiētes.vtpote an peccet mercator non fideliter soluēs regi octauā pintā vini de vino venali.vel nō soluēdo pecuniam,transeūdo in itinere,pro reparandis plateis & in multis alijs.de qb⁹ vna regula dari nō pōt.

nec refert siue aliqs cōditor peccatum intēdebat siue non:dummodo peccatum non excipiat. ¶Secundo arguitur.Peccatum secundum beatum Augustinum contra Faustum, est dictum factū vel cōcupitū contra legē dei. ¶Respōdet ipse definit peccatū in lege diuina.Peccatum aūt simpliciter debet definiri p esse cōtra aliquā legē ad oppositū obligantē. ¶Tertio arguitur.secm Augustin.in libro de vera religione. & habet.iiij. dist.cap.In istis.in.§.Leges. Leges instituunt,cum promulgantur:firmantur cū moribus vtentiū approbantur. ergo superior nō imponit legem:sed populi consensus. ¶Respondet.quis ita esset: populus ē homines:nec euitat cōclusio. Secūdo dico,q⁹ beatus Augustinus sic itellexit. Lex nō ligat quousq; est promulgata: & durabilitatē nō accipit donec sit moribus vtētiū approbata. sed toto populo dissentiente superior non debet nec potest legē imponere.Neq; ēm rex est super totū regnū,capiendo omnes alios ab eo.nec Romanus pontifex sup oēs alios in ecclesia a se:prout i concusse in hoc gymnasio tenetur.sed nō obstāte q⁹ multi contradicant:superioris lex ligat.

¶Contra tertiā conclusionē arguit per sermonē quēdam beati Ambrosij de quadrageſima:& per beatum Augustinum in quodam etiam sermone quē ad vsum Romanum in prima dominica quadrageſimę recitam⁹:cui⁹ initiū est, Sanctæ quadrageſimę rationem cuius hodie initium celebramus.q videntur dicere ieiuniū q̄drageſimæ esse de iure diuino. ¶Respondetur isti sancti nolunt aliud dicere nisi q⁹ sunt quædā congruentiæ quare hic sacer numerus sit impositus nobis. quia ēm Christus.xl.diebus ieiunauit nihil comedendo,& non possumus nos illud pagere:in illius rei memoriam,& in corporū nostrorum afflictionem ecclesia ad imitationē Christi, nobis hoc ieiunū imposuit. Si aūt ꝓprie & laxato vocabulo vocet de iure diuino,nihil periculi est. ¶Scdo arguit.quadrageſima sine.iiij.diebus puta trigintasex dies,est decima pars anni. sed tenemur soluere decimas de iure diuino.ergo tenemur ieiunare q̄dragīta dies,vel saltē.xxxvj. de iure diuino.Hanc rationē tāgit beatus Greg. in Homilia quadā.& recitat de cōsecratione distinctione q̄nta.c.Quadrageſima.& i fine.c.dicit.Iubemur aūt & ab oipotēti deo oim bonoꝝ nostrorū decimas dare. ¶Respondetur.soluere decias quo ad quotam denariā nō est de iure diuino in lege gratię. Secundo:q̄ eēt de iure diuino quo ad quotā vt erat i lege Mosaica,nō sequitur q⁹ ieiunādū sit de iure diuino tot dieb⁹.Patet,qa hoc nō seruabat i lege Mosaica:licet lex decimarū de bonis dareť.Q d aūt dicit btūs Greg. cōgruitas q̄dā est. ¶Iam vidimus ieiuniū quadrageſimæ esse de iure humano:& a fortiori q̄libet aliud ieiuniū ecclesiasticū:qa iter omnia ieiunia ecclesiæ quadrageſima & antiquitate & veneratione p̄cedit.& licet sit de iure humano,nihil refert qn obliget sub pœna pcti.& gra illius ad hoc ꝓbandū paululū insistimus,qa & alijs materijs sicut ieiunio deseruit.Idem dicēdū de multis alijs legibus hūanis.vt patet ex ꝓbatione secūdæ cōclusiōis.

¶Dubitatur an petēs cœnam cui non deť cibus comedendus in die ieiunij,frāgat ieiuniū. Scdo dubitať an caupones ministrātes i die ieiunij vesperi,hoibus cibum comedendum peccent. ¶Ad priorē dubitationē dicitur q⁹ vbi efficaciter facit qđ i se est ad cœnādū,peccat peccato fractiuo ieiunij:sed recuperari potest ieiuniū licet facere neq̄at q̄n ante peccauerit. ¶Ad secūdam dubitationē dicitur q⁹ caupōes vel alij qcūq; fuerint patres familias domorū, respectu liberorū vel famulorꝝ,ministrantes cibos ꝓ quos sciunt,vel vehemēter dubitant alios peccare comedendo: peccant.ratio est, quia cooperantur aliorum peccatis.et licet alij mentaliter ante peccauerint volentes cœnare:& ad illud peccatum isti de qbus ē quæstio,nō cooperantur:tamen cooperātur continuationi liberæ actus mali:scilicet comestioni exteriori:quę esse non potest sine actu interiori malo.Ex quo sequitur q⁹ caupones q̄rentes a facientibus collationem in die ieiunij in hospitio,an velint pisces comedere quos paratos habent vel protinus parabunt, peccant.ratio ē:qa alliciunt alios & instigant ad peccādū:& dant eis causam propter quā peccant.eodē modo si tales cibos ponant ante eos. Signanter dicebam (sciunt vel vehementer dubitant alios peccare) alio quin ministrantes eis cibum non peccant:vtpote collationem secundum consuetudinem regionis.quia hoc licet alijs accipere. vel si alij habeāt probabilem causam comedendi licite:licite ministratur eis cibus. Declaro hoc exemplariter. probus vir vel talis reputat⁹, eques, aut pedes,ex cāpis veniens ingreditur hospitium in vespere ieiunij cupiens cœnare.cui dices. Domine est ieiunium in hoc loco. si dicat se non esse pransum vel male prāsum:vel magnos passum illo die labores:habebis ei fidem & cœnam ei facies. Tantæ etiam probitatis vel reputatæ probitatis esse potest:vt nullo modo tenearis reddere eū certiorem de ieiunio:quia melius te nouit.sed ipso cœnam petente mox parabisei.

Distinctionis Decimæquintæ
Quæstio Quinta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TErtio intendo inquirere an cōsuetudo patrię sufficiat pro obseruatione tam ieiunij q̄dragesimalis, q̄ cuiuscunq; alterius ieiunij. & grā illius obiter attingere conabor: quam vim legis cōsuetudo in communi habeat. Et vt materiam cōsuetudinis aggrediar: Arguitur probando q; non peccat quis non seruando ieiunium ecclesiæ: vbi ieiunium cōsuetudine est abrogatum. & sic argumentor. Galli solum ieiunant apostolorum profesta quæ glossa numerat in cap. Cōsilium. de obseruatione ieiunii. his versiculis comprehensa. Petrus & Andreas Paulus cum Simone Iudas Vt ieiunem⁹ nos admonet atq; Mathæus. & tamen Innocētius tertius dicit q; omnium apostolorum vigiliæ habent ieiunia in cap. præfato, præter vigilias Philippi & Iacobi quæ incidūt inter pentecosten & pascha: quo tēpore nullum est ieiuniū necessitatis. lxxvj. distin. ¶. Non aūt. nisi in vigilia pentecostes ex cōsuetudine. & præter vigiliam Ioannis euangelistæ, quia occurrit inter festa natalia. & tamen non est dicendū q; Galli in hoc peccent: cum non dicat eis: & hoc tandiu obseruauerint. Respondeō. cōsuetudo Gallos excusat ne peccent. ¶ Sed contra hoc arguitur. primi Galli hęc ieiunia frangentes non peccabant: & tamen tunc non erat cōsuetudo: ergo nō sola cōsuetudine deobligant Galli a ieiunio istorū apostolorū. Probatur maior: qa dato oppositio sequtur q; Gallorū patres comederunt vuam acerbam: & filiorū dentes non obstupuerunt. & sic per consequēs ex patrū neqtia lucrū cōsequēter. Præterea ex multis malis non redditur vnum bonum. ergo ex multis actibus fractuis ieiunij culpabiliter, nūq̄ dabitur fractio ieiunii inculpabilis. ¶ Respondetur negando maiorem. & ad probationem concedo q; successu tēporum filii nō peccabāt. Ad secūdū concedo q; malorū congeries est malum: sed post multa mala tandem succedit bonum. sicut post multā pluuiam succedit serena dies. Primi enim contrauenientes præcepto scito tali peccarunt: pari forma & secundo anno sequenti: & sic cōsequenter quousq; consuetudo fuit introducta more præscriptionis. sicut toto denario annorum detinere alienum est peccatum: & in fine illius decennii non est alienum: saltem cum possessione bonæ fidei nisi teneatur more legum Cæsarearum q; possessor malæ fidei præscribit. Habes analogiam. In aliquibus autem non est opus tanta mora: vt patet in beneficiorum collationibus. & casus est expressus in cap. Cum olim. de causa possessi. & proprie. Sed contra istud arguitur. Cum Sortes gallus adultus primo anno fregit ieiuniū: ille primꝰ actus genuit malū habitū: iterū actus secūdꝰ malus genuit similem habitū malum, priorem intendentem. & sic tandem habebis q; ex decē actibꝰ malis generabitur habitus malus q; inclinabit in fractionē ieiunii. xi. anni. & illa fractio est bona prīe: & p cōsequēs habitꝰ malꝰ & vitiosus iclinabit in actꝰ bonos & laudabiles. Q; fracto i. xi. anno sit vel esse possit laudabilis: non ē opus suadere. q; habitꝰ ille ē malꝰ, clarū est, quia semper ex actibus malis habitū vllum generantibꝰ malus habitꝰ gñatur. Et vlteriꝰ actꝰ. xi. anni erit bonꝰ pariter & duodecimi: ergo generabit habitū bonū, q; qdē habitꝰ bonꝰ intēdit priorē malū. & ꝛ ponas eos differre i specie moris vel malitiæ: sūt tñ eiusdē speciei specialissimę entitatiue: qđ ad itēsionē formę sufficit: cū sint i eodē subiecto prio. sed qa horum argumentorū solutiones ex tertio dependent: & illic ad ea respondemus, transeo.

¶Secūda cōclusio. Quilibet nō extreme pauper tenetur sub pœna peccati dare eleemosynā extreme pauperi. Probat conclusio per Ambrosiū li.de offi. Pasce fame morientē:quis quis em̄ pascendo hominē seruare poteris, si nō paueris,fame occidisti. Et citatur. lxxxvj.dist.c. Pasce. Pręterea quilibet tenet suū proximū seruare a morte vbi hoc potest:seruādo ppriā vitā: si em̄ non pauisti,occidisti.sed sic est in ppōsito. Tertio pbat. Qui nō extrahit vel extrahere coadiuuat equū vicini sui in puteo iacentē, sed permittit eū illic mori,mortaliter peccat.ergo a fortiori i ppōsito. Propterea beat⁹ Martinus honestate militari neglecta chlamydē pauperi ptitus est in porta Ambianorū: quē extreme indigere censebat.scām carmina. Martinus chlamydē cū paupere dimidiauit: Vt faciamus idē nobis exēplificauit. Pręterea:in extrema necessitate homo pōt capere vndecūq; quia iam omnia sunt ei cōmunia.de cōsecratiōe dist.v. Discipulos.xlij.di, ca.j. Et debuit credere dominū id permissurum. Insti.de obli.quę ex delicto nascuntur. &si licitū est extreme pauperi vbilibet capere pro sua inopia releuāda:dns tenetur ei succurrere in dādo: ergo conclusio vera.

¶Tertia conclusio. Præceptum est tibi dare eleemosynam ei qui verosimiliter est in extremā necessitatē casurus,nisi ei succurras:vel est i tali calamitate positus vt defectu cibi anxie vitā sit acturus:nisi ignorātia inuincibilis te excusset. Prior pars huius cōclusionis patet. qa si tali nō succurrat protinus i extremā necessitatē cadet:a qua nō poterit resurgere.si nō des ei eleemosynā ante extremā necessitatē actualem:redibit fabula Aesopi inter manus & pedes: & vētrem. Incusant auidi pes & manus ocia ventris. Oīa solus habes lucra,labore carens, & q̄ sequūtur. Et cū vētrē auare in extremā necessitatē labi permisissent, egre ipm releuare potuerūt.sic i ppositō. Scdo arguit ad idē. Ille est extreme paup tā actu i sua causa.ergo eodē mō iudicādū est de eo ac si in effectu esset extreme pauper. Tertio ꝓbatur idē: qa teneor dare Sorti cibū in itinere lōgo qđ trāsire habet octo diebus sequētib⁹:vt i deserto Arabię si nō habeat pecuniā: vel eū reuocare ab itinere:si null⁹ alius ad succurrendū inueniat. ¶Scda ps istius cōclusionis ē,q̄ anxie viā peraget:nisi ei succurras:licet aliq doctores in hac p te cōtradicere videant:aliqbus dicētib⁹ q̄ nemo tenetur dare eleemosynā: nisi extreme pauperi. alijs asserētibus,imo de p̄cepto eē dare eleemosynā nō extreme pauperi. Sed pōt vnus vocare aliquē extreme pauperē,quē alter nō vocaret sic: vt sit disputatio verbalis: a qua semp abstinere, quātū possum, elaborabo. Propterea ppius accedēdo:qd dicere velim:paucis aperiā. & quia ista crebro occurrūt:more canonistarū loq̄ndo,sic figurat casus. Titius vicinus me⁹ quōdā honest⁹ in inopiā magnā incidit,siue ex culpa sua,siue sine culpa:ad eleemosynā dādam nihil refert:licet magis inclinemur dare his q̄ sine culpa in hāc calamitatē inciderūt. mēdicare erubescit ne rubore suffundat:attenuat in corpore: & hoc iudico ex defectu cibi & potus:video eū macilentū & subtristē:ita vt vita ei⁹ notabiliter abbreuiet defectu cibi,nisi ei succurrat.neminē alium a me video hoc cōsiderātē:sum ei vicinior: vel casum meli⁹ alijs dep̄hēdo:vel video vicinos hoc ap̄hēdentes me opulētiores nō charitatiuos:& habeo superflua p natura:& forte superflua p statu meo. q̄stio est an sub pœna peccati debeam isti succurrere. Scds casus esto. Magna ē caritas in patria mea: vt i hoc anno p̄senti ē i lingua Hoccitana i vrbe Lemonicensi,ita vt plerique pauperes fame moriātur.habeo superflua naturę mihi & familię meę quo ad nostras substātias cōseruādas. venit Sortes mēdicus in cui⁹ facie legit casus calamitosus penurię quā patit defectu cibi. video multos meos vicinos nō charitatiuos:vl nō tātū i opi⁹ habētes quātū ego: cū hoc iudico q̄ iste Sortes p̄babiliter viuet quousq; granū nouū habeat colle ctū i horreo:sed cū grādi penuria:& iā magnā fa

mē patitur:in cuius ore offa holerum, vel panis hordeaceus, vel fabarū esset dulcior q̄ perdix in ore abbatis. Quęstio est,an teneor illi sub pœna peccati succurrere stātibus his iudicijs in intellectu. Respōdetur affirmatiue.probatur ex verbis Christi.Matth.xxv. Esuiui/& nō dedistis mihi māducare.sitiui/& nō dedistis mihi potū.hospes erā/& nō collegistis me. nudus/& nō cooperuistis me. Infirmus & in carcere/& non visitastis me:& postea inferet. Ite maledicti in ignē æternū. Propterea diues epulo qui nō dedit micas panis Lazaro,sepultus est in inferno. Lucę.xvj. Accede tert⁹ testis o beate Ioānes Euāgelista.dic ad hos duos casus quid sentis? ait beat⁹ Ioānes. Quid me interrogas? nōne legisti primę epistolę Canonicę cap.iij. Qui habuerit substātiā hui⁹ mūdi:& viderit fratrē suū necesse habere: & clauserit viscera sua ab eo:quo mō charitas dei manet in eo? quasi dicat: mihi inopinabile est q̄ charitas dei maneat in illo. Non credo Aristotelē aliter fuisse dicturum.

¶Contra secundā conclusionē argumētor.quādo do Sorti extreme pauperi duo denū:do ei qđ suū est:& teneor ei dare. ergo non facio eleemosynā. tenet cōsēqntia. quia eleemosyna ē opus misericordię:& nō p̄cepti. ¶Respō det negādo q̄ dem ei qđ suū est. immo est solū ei debitū:& pecco mortaliter nō dādo:sed nō dādo,dīniū manet penes me,nec teneor illud hęredibus illi⁹ extreme pauperis post suā mortē dare. Vltertius illa cōsēqntia est nulla.teneor ei eleemosynā dare:ergo nō est opus misericordię:imo magnę misericordię.aliqđ em̄ opus misericordię est opus liberalitatis:& aliqđ opus misericordiæ est opus iustitię,vt cuilibet itelligēti liquet.& ampli⁹ hoc patet p̄ glos. iterlinearē. Matthæi.vj. sup illo verbo:Cū ergo facis eleemosynā. q̄ dicit. Eleemosyna ē ps iustitię. ¶Scdo arguit. Aliq dicūt se extreme pauperes,& tñ nō dādo eis eleemosynā nō pecco:ergo cōclusio falsa. Respōdet cōcedēdo totū ancedēs:& negādo cōsequētiā. nec est cōtra cōclusionē. Nō est idē Platonē dicere se extreme indigētē:& esse extreme indigētem. nā q̄n nulli fame moriūtur:nec est incōsueta notabilis caritas in regione aliqua:non teneor credere hoc dicēti,& potissimū assueto mendicare. Iā em̄ habet frontē attritā petēdo:& vocib⁹ inexplebilib⁹ aerē implet. pręsumēdū est q̄ vulgus flectere & circūuenire nouit ad eleemosynā etiā supfluam habēdā. Oculatus aūt vir & prudens debet studere potius succurrere egētib⁹ mēdicare nescijs: quatenus illoꝝ necessitati succurrat:& eos a tali turpi q̄stu in ocio mēdicādi vbi nō debent,arcēte aut p̄seruare.necessitas tñ nō habet legē:quare aliquibus impotētibus necessariū est mēdicare. ¶Tertio arguit. Si dare eleemosynā eēt p̄ceptū cū nō sit negatiuū vt constat,oportet q̄ sit affirmatiuū:& reducatur ad vnū decem pręceptorū decalogi.sed hoc nō: vt patet tā p p̄cepta primę tabulę q̄ secūdę. Hoc argumētū feci nō tāq̄ difficultatē habēs: sed qa Middiltonus & aliq alij frustra in hoc insistūt de reductione oīm p̄ceptorū i decē p̄cepta decalogi. ¶Propterea respōdet cōcedēdo q̄ est p̄ceptū affirmatiuū solū p loco & tpe obligans:& cū constat de aliquo extreme paupere:tūc est locus & tēpus:nō solū si habeā bona supflua:sed etiam sufficiētia p natura mea & meoꝝ sustētāda.nec oportet more multorū inaniter se fatigare ad reducēda cętera p̄cepta ad p̄cepta decalogi.multa em̄ sunt alia p̄cepta ad illa decē nō reducibilia:licet p argumēto in ppōsito nō oporteat ita dicere,qa dico q̄ reducit ad illā p̄ceptū scdę tabulę de nō occidendo.nā.lxxxvj. dist.ca. Pasce, scribit. Quisqs pascēdo hominē seruare poteris si nō paueris, fame occidisti. vt i cōclusione quā oppugnamus,allegatū est.

¶Cōtra tertiā cōclusionē argumētabor quo ad secūdā ptē:quia de prima pte idē est ac si eēt tam extrema necessitas. nemo debet dicere aliquā transgressionē esse peccatū de qua nō constat auctoritate scripturę vel ratione q̄ sit peccatū.sed hoc nō est ostensum in ppōsito. Secūdo ex hac via innumeri pauperibus non succurrētes damnarētur:qđ nō videt dicendū. Istæ duę rationes sunt Gabrielis istius cōtēporanei nostri. ¶Respondet,minor est falsa: vt patet ex p̄batione cōclusionis. Ad secūdū dico. nō est dubiū quin multi auari diuites damnentur, nō solū pauperes opprimētes:sed nō succurrētes fratribus suis. Secūdo dico.nō tot quot ipse putat. nā adieci circūstātias varias: & separaui cōfusionē:vt pūctū difficultatis attingerē. nec credo q̄ doctores quos p se allegat, aliter in radice sentiret q̄ in illa cōclusione dicebā. sed quicquid ipse vel alij opinati sint:mea nō refert.credo cōclusionē esse verā:& stātib⁹ his q̄ ponebā, iudicarē me ipm multū delinquere si nō succurrerē. Talis tñ vir non tātū peccat huic nō succurrēdo:quātū si constaret q̄ pauper esset in extrema necessitate, quia tūc agitur de vita viri subito protegenda. hic autem de ea conseruanda in notabiliori tempore. ¶Tertio arguitur.ex illa parte cōclusionis sequit q̄ si sciam vicinū meum inopia cōstrictū sic vt paret se ad perpetrāda varia scelera, videlicet ad spoliādos viatores & ad eos occidendos, vel ad furtū vt suę inopię succurrat:ei nō succurrēdo peccarē. cōsēqns videt durū:qa sic diuitijs teneremur euocare malefactores a spolijs suis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Respondeť cōcedēdo illatū.si eñ nō dē bona fortunę mcæ vt succurrā vicino meo quatenus illū a peccato p̄seruē:peruerto ordinē charitatis. & hoc si iudicē eū sola inopia ad hoc inductū & reducibilē a malo p hoc q̄ illi suffragor:& pauci tate cōtētū fore.Hinc beatus Nicolaus vt cōseruaret filias tres vicini sui a prostibulo: dedit eis dotes.visa eñ aliorū negligentia ad nō succurrē dū eis suis opibus:ad hoc tenebať : licet non ad tantā molē pecunię dandā filiabus . Q̄d fortius est,beatus Vitalis pater Geruasij & Prothasij vt Vrsinū iam ad martyriū vocatū cōseruaret in fide:vt non negaret Christum in agone:exposuit propriā vitā discrimini:& occisus est. Redeūdo ad argumētū:potius q̄ rapiat & spoliet transeuntes:debeo ei dare de meo:quaten⁹ desistat, & etiā ne furetur.Et licet sit apparentia in oppositū q̄ nō furetur:sed capiat sibi debitum & licite faciat adhuc illā nō sufficit,licet ita sit:sed nō occideť a prudente iudice si capiat solū p releuāda inopia: tamē aperitur ei via perpetrādi mala: & plura capiendi q̄ oporteat:& ascēsus datur ad rapinā & homicidiū:& ad infamiā & tandē ad periculū occisionis. ¶Ecce quid est Eleemosyna:quæ est p̄ ceptum affirmatiuū pro loco & tēpore obligans ad dandū pauperi in extrema necessitate constituto:siue defectu cibi,siue potus,vestiū,hospitij medicinæ,& similiū hoc eueniat. Amplius dixi idē esse:quādo si nō succurratur viro:in extremā labetur inopiā. Rursus dixi, nō solū dandā esse eleemosynā i extrema necessitate: sed quādo est in arcta & magna penuria citra extremā necessitatem. hoc ex industria prolixius exēplariter declarau.& illud puto esse verū quādo homo habet supflua naturę suę & suorū quos alere habet: nec ob dationē eleemosynę est vero simile q̄ ipe vel sui in similē necessitatē incidēt.ergo a fortiori qui habet supflua naturæ & status,teneť talib⁹ extreme indigentibus succurrere. nā illud est de lege naturę a Christo in euāgelio tactū Matthei vij.Hoc fac alijs q̄d tibi fieri vis.¶Citra hāc notabilem necessitatem reor non esse præceptū dare eleemosynam: sed interdum consilium: interdum vero non.

¶Vt autē clare videas quæ dixi & dicere velim:pono ꝓpositiones sequētes. Prima est. Præceptū est dare existenti in extrema necessitate tātū eleemosynę quantū sufficit eū releuare: vel saltē dare ei mutuo.& si est vero simile q̄ nō erit soluēdo:debeo et absolute dare:vel si ē cib⁹ vel res modici momenti nō debeo expectare solutionē.¶Secūda ꝓpositio. Præceptū est dare illi qui nō est in extrema necessitate eleemosynam: qui vero similiter protinus labetur in extremam necessitatem nisi detur ei eleemosyna.¶Tertia ꝓpositio quā opinor verā (dicant alij vt voluerint) præceptū est dare eleemosynā illi qui est in notabili & magna necessitate citra extremam necessitatē nisi ignorantia inuincibilis excuset. Tetigi exēpla duo in ꝓbatione illius partis cōclusionis.nec tot ꝓpterea laici damnātur vt alij putāt. nō eñ existimo vllū prudentē laicum nolle manus adiutrices porrigere sic egēti: cū multi eorū dent alijs q̄bus danda est eleemosyna solū de cōsilio. Et comestio apostolorū spicas euellentium hoc cōfirmat:qui nō erāt in extrema necessitate: sed bene vt opinor,in notabili inedia. Ttiā de laicis loquutus sum:quia beneficiatorū superflua danda sunt pauperibus:q̄uis nō sint in necessitate de qua loquuti sumus i tertia cōclusione. Hic dist.lxxxvj.ca. Fratrē nostrū. dicitur de quodā episcopo. Largā manū habeat:necessitatē patiētibus occurrat: alienā inopiā suā credat : quia si hoc nō habet vacuū nomē episcopi tenet. In casu aūt dubio quādo pauper est in magna & vrgente necessitate,ob securitatē detur ei de superfluo.non dare eñ potest esse peccatū : sed nullo modo dare est peccatū.tutior aūt via est in materia morū tenēda.Et si fueris inter multos diuites cōsule eis saltē in portione aliqua succurrere extreme pauperi.q̄ si agere noluerint:teneris in solidū ei succurrere. quēadmodum si Sortes velit Platonē occidere quē quatuor astantes possunt & debent seruare nō occisum:si alij nō succurrāt: tu succurrere teneris si potes sine vitę apparētissimo periculo.Vlterius dico potius eleemosynā dandā esse pauperi vicino honeste viuenti non mendicāti q̄ facilē attritā habēti iam in mēdicitate.quē si videas panē habentē in mantica:cēseas nō esse in extrema necessitate. Insup interdū teneris inquirere de aliquo probo viro morbo laborante:an habeat necessaria vitę:q̄ fortasse laborauit i vinea dñi vtiliter & laborabit adhuc si sibi succurrať. qui forte fuit negligēs in accumulandis bonis fortunę, vel (vt rectius loquar)pitū dēs in nō congregandis opibus: sed applicuit se studio:exhortās ad virtutes alios:cōfidēs in domino,& in bonis, vt sibi in necessitate succurrerent.Et eque aut potius seculari q̄ religioso subuenire debes: quia religiosi habent cōfratres qui pro laborāte morbo prouisionē faciūt. iste autē erubescit mediate vel immediate petere. Preterea si tibi diuiti fuerit vicinus calcifex,faber aliq̄s vel alius artifex:ob debitū creditori non potens satisfacere:& rigidus creditor p manus iustitiæ instrumēta artificij auferat: vt laborare nequeat: quē cū suis mendicare oporteat vel petora exercere:cōsule timentes deū quid opus sit facto.& forte necessariū inuenies pecuniā ei dandam per

modum eleemosynę vel saltē mutuo: esto nunq̄ totā pecuniā soluat.¶Cōcludēdo dico meminisse oportere pauperes esse Christi mēbra.nam ipse de eis dixit Matthei. xxv. Q̄d vni istorū feciſtis mihi feciſtis,bona eñ fortunę ordinanť p hominū sustentatione:& fortasse magis cōducit tam saluti corporis q̄ animæ tuorū liberorū: mediocria solū habere bona.quinimo forte deuinctus es restituere mlta bona icerta q̄ penes te adhuc sūt.Et si eleemosynā dare noluer⁹,saltē noli cū murmure & ꝓbro pauperē contēnere:sed deū preceris quatenus sit ei auxilio.& sic omni petēti tribues vel fortunę bona:vel benignā responsionē:quę pauperē a paupertatis onere quodammodo leuabit. Et si importune quęrat:noli irasci. nescis heu nescis in qua necessitate constitutus sit.tu si hic esses, fortasse importunius quereres.

¶Distinctionis Decimęquintę Questio Octaua.

Secundo circa materiam eleemosynæ quęritur: an eleemosyna sit opus magnę perfectionis : & an quilibet de quolibet bono q̄d habet possit licite facere eleemosynā.¶Respōdeť p cōclusiōes.Prima est.Eleemosyna ē opus deo multum acceptū & gratum.ꝓbatur. Lucę.xj.scribitur Date eleemosynā:& ecce oia munda sunt vobis. Item orationes & eleemosynæ Cornelij ascēderūt in conspectu dei. Actuū.x. Preterea multū placet deo redemptio peccatorū:sed hęc fit p eleemosynam.igitur. Probať minor per illud Danielis.iiij. Peccata tua eleemosynis redime. Insup Augustinus in sermone. xlvj.ad Eremitas dicit. Fratres mei charissimi nūq̄ recordor me legisse mala morte perisse illum qui libēter opera pietatis & charitatis voluit exercere. Rursus ad hoc inuitant nos scripturę.vt Matthæi.x. Quicūq̄ potum dederit vni ex minimis istis calicē aquę frigidę tm̄ in nomine discipuli,Amē dico vobis nō perdet mercedem suam. Et Esaię.lviij. Frange esurienti panē tuum:& egenos vagosq̄ induc in domū tuam. Vide quomodo Abrahā sedebat in ostio domus suę in cōualle Mābre: vt inuitaret transeuntes ad hospitiū & cibū. quomodo Loth excepit hospites:quomō mortuos Thobias sepeliuit.Quid Iohanni eleemosynario contigerit,lege in vitis patrū. Quid de sancto Osbaldo Anglo⁹ rege post eleemosynā cōmunē pauperibus datam:cū diceretur illi q̄ erat multitudo pauperū adhuc expectans: quę nihil eleemosynę acceperat:Rex zelo dei ductus lancem argenteā in qua comedebat,fregit & pauperibus iussit erogari.cui pater Aidan.precor deum inquit,nunq̄ arescat hęc manus. q̄d & effectum habuit,vt Beda recitat in historia ecclesię gētis Anglorū.libro.iij.¶Ex his patet q̄ stulti sint illi qui eleemosynā in vita nō dant:ꝓponētes magnam vel mediocrē relinquere dandam pauperibus post mortē.licet eñ hęc volitio sit bona:& in vita:tamē nō est circa difficile:quare est parui meriti.das eñ effectualiter quādo retinere nō potes. Forte quibus relinquis non dabunt pauperibus. Itē pro illa datione exteriori nō mereberis: q̄a nō es viator:sed pro actu quolibet meritorio in vita elicito mereris vitam ętернā.¶Secundo sequitur multo imprudētiores esse prędictis:bona supflua colligētes & accumulātes liberis:q̄ ea fortasse dissipabunt:vel erūt eis occasio maioris peccati & ruinę:nec dabūt i eleemosynas.¶Ex quo tertio sequitur q̄ multo stultiores sunt illi qui circa bona fortunę mhiant: nec habent liberos,patrē,nec fratres & nō liberaliter dant eleemosynā & in pios vsus: q̄d attestatur Salomon Ecclesiastis.iiij.dicēs.Cōsiderans reperi aliam vanitatē sub sole. vnus est & secūdum nō habet: nō filiū,nō fratrē:& tm̄ labore nō cessat:nec satiantur oculi eius diuitijs:nec recogitat dicens: Cui laboro & fraudo animam meam bonis.

¶Secūda cōclusio.quilibet habens bona supflua ꝓ se potest dare eleemosynā nō extreme pauperi nec in notabili arctitudine posito: est eñ opus consilij & magni meriti & nō præcepti.Hęc sequitur ex probatione conclusionis precedentis:cū dictis in quęstiōe precedenti. Seruus autē dans eleemosynā de rebus dñi sui cōtra eius voluntatē,furtum facit.& sic facit vxor de rebus viri:nisi in certis casibus:caput enim mulieris est vir.Si tamen famulus vel vxor habet voluntatē patrisfamilias expressam vel pręsumptā de danda eleemosyna: non est peccatū:sed bene actum. consensus eñ mariti sufficit vxori: qui cōstat ex cōsuetudine aliarū mulierū vel virorū cōuicaneorum.solent nāq̄ mulieres panē,potū,& huiusmodi minuta dare pauperibus secundum facultates suas.Si autē habeat multos liberos quib⁹ vix habeat panē:male agit dando alijs ꝓprijs neglectis. In certis casibus tamē pōt dare marito nō cōsentiēte:vtpote si sit extreme paup:iā eñ ille ē priuilegiat⁹ & oib⁹ ꝓponēdus:cui famul⁹ cōtradicente dño,& religios⁹ cōtradicēte supiore pōt eleemosynā dare:imo teneť:ergo a fortiori vxor: si vir est stultus,aut demēs,nec dat⁹ est ei director alt⁹ prēter vxorē,potest prudens mulier dare eleemosynā vel aliq̄d donū ne maritus vel familia iacturā incurrat. Sic eñ fecit Abigail.j.Regū.xxv. Si et mulier habeat paraphernа:hoc est res ꝓprias p̄ter

Universidad de Deusto
Biblioteca

dotem:potest de illis eleemosynam dare.

¶ Tertia conclusio.non de quolibet bono fortunæ qđ est in nostra possessione,possumus eleemosynā facere.Probat̃.Nā aliqua habemus quæ tenemur veris dñis quos nouimus vel noscere debem⁹,restituere:quēadmodū sunt acqsita furto:rapina,aut vsura.hoc patet p Augu.in libro de verbis dñi.sermone.xxxv. Si sit aliquid inuentū & nesciat cuius sit,post sufficientē ꝑclamationē detur in eleemosyna p aia illi⁹: q̄ est dñs rei in illa eñ datiōe est cōsensus dñi interpretatiuus. Vel potest ascribere sibijpsi: orando pro illo si sit vere paup: sed caueat ne sit sibijpsi ꝓpitius putādo se pauperiorem q̄ sit,in illo casu retētionis. Si vero sit pecunia turpiter acqsita & nō inique vel iniuste,vt a meretrice quę pecuniā capit p sui corporis fœda locatione:& licet ipsa peccet in capienda pecunia: tñ dominiū pecuniæ acquirit: si alter transferre in talem vsum poterat:& q̄uis turpiter factat:non tamen turpiter accepit.ff.de condi.obtur.cau.l.iiij.ipsa pōt eleemosymā de tali pecunia facere:qa sua est:sed illa pecunia ī publicū vsum tēpli vel altaris in sacrificio ob scandalū nō est applicāda: secūdum illud Deuteronomij.xxiiij. Nō offeres mercedem prostibuli in domo dñi dei tui. Q đ nō est in lege noua neglgēdū:quatenus inf a mes pſonę a peccatis fœdis retrahātur. Idē est iudiciū in meretrice nō publica nec notoria. Ratio est.quia si ipsa acqrit dñium rei datę,in cētesimo actu ęque acquirit in decimo/octauo/secundo/ & primo.Talia tñ nō sunt multū prędicāda:sed mulieres absoluēdę sunt cū ad cōfessionē & pœnitentiam venerint.cuiusmodi sunt filię dei conuersæ nūc Parisijs. ¶ Hactenus vidim⁹ eleemosynā in opere consilij esse magni meriti:ergo a fortiori in opere p̄cepti.& quō id qđ tenemur restituere veris dñis si cognoscanť: nō est in eleemosyna dandum:sed vero dño restituendum. De ordine autē dandę eleemosynę sic ꝓcedas. Primo eleemosyna magis cōiunctis est dāda si egeāt. scđm Augu.j. de Doctrina christiana.obseruando semp q⁹ magis reddendū sit debitū q̄ dandū būficiū.secūdū Philosophū.ix.Ethicorū.Extreme paup est oīb⁹ pręponēdus:& post eū existēs in notabili necessitatis arctitudine.de q bus q̄stione p̄cedēti locupletius loquuti sumus. Danda est autē eleemosyna: sed nō semp ordinate ascēdendo a nihil habētib⁹ stat eñ dare duos paupes:quorū minus paup sit in eleemosyna postponēdus. Ratio est:quia dare quibuscūq; eleemosynā indifferēter est opus cōsilij.& potest accidere casus ratiōe cuius potius vni danda sit eleemosyna q̄ alteri:vtpote qa est reipublicę vtilior:vt iam existēs p̄dicator vel verisimiliter futurus:& bonus studens nō habens vnde alatur.Multi eñ vadunt ad Carthusiā quotidie p̄ grossō panē & offa,& seruiunt vt panē habeāt,q tandē improbo labore in p̄claros viros & reipublicę vtiles euadunt. Tamē vt plurimū nō oportet facere magnā discretionē in danda eleemosyna.ꝓbat hoc Ioannes Chrysostomus sup epistolam ad Hebręos,exēplo Loth,& Abrahæ: q oēs indifferenter recipiebant:& aliter angelos nō recepissent nisi oēs passim & indiscriminatim recepissent:imo & fortasse angelos repulissent. Et ꝓpterea addit Chrysostomus.Q uiescamus ab hac surda ac diabolica & perēptoria curiositate,scilicet discernēdi inter pauperē & pauperē. Tñ vbi constat nobis de alicui⁹ idigētia mēdicare erubescētis & nō de alijs promiscue mēdicantibus: debemus potius eleemosynā illi cōferre. Dicit aūt Ioannes Chrysostomus illud ne aliquos fame cōfectos & squalidos relinquamus defectu eleemosynę.

¶ Distinctiōis Decimęquintę Quæstio Nona.

TErtio & vltimo circa hanc materiā eleemosynæ ꝓ euacuāda difficultate quę fieri potest in eleemosyna danda extreme pauperi, Q uęrit an quilibet nō extreme paup teneať pauperi extreme eleemosynā impēdere. ¶ Respondeť affirmatiue.vt patet ex quęstiōe prima hui⁹ materię. Et hoc ipm adhuc ostendiť p bruta. Gallina eñ nutrit alienos fœtus.& sic facit catus,cū fœtus nesciunt sibi ꝓuidere.simile aliq̄d de Romulo,& Remo legim⁹, & Cyro. Necessitas eñ nō habet legē & excusat.l. Aliquādo.de offi.ꝓcō.& .v.Metaphysicę. Necessitas est excusabilis. Non alia ratione excusatus est Dauid comedens panes ꝓpositionis. primi Regum.xxj.quibus vetitū erat laicis vesci. Non aliter item apostoli erant excusati euellentes spicas. Lucę.xij. Sed dicis. Apostoli nō erāt in extrema necessitate:sed bñ in notabili:vt est verosimile:ergo habeť argumentū q⁹ pręceptū est dare eleemosynam illi q est in valde notabili necessitate citra extremam.Hoc est pro dictis in quęstione prima huius materię. Aliud etiā erat:q⁹ tpe legis poterat homo intrare vineā vel agros vicini sui & comedere,nihil auferendo de loco.textus ad hoc est clarus. Deutero.xxiij. Ingressus vineam ꝓximi tui comede vuas quātum tibi placuerit:foras autem ne efferas tecū. Si intrauerit segetē amici tui frange spicas & manu cōteres: falce autem nō metes. Prēterea frater minor nō potens habere necessaria vitę,labore:mēdicitate,vel aliorū oblatiōe,excusať ne pecc̄et capiēdo necessaria. vt habet cap.

Exijt qui seminat.de verbo.signi.lib.vj.ergo q̄libet alius excusať.tenet cōsequētia: qa nemo amplius a se abdicat bona fortunę q̄ frater minor.

¶ Contra cōclusionē arguitur:vno supposito q⁹ sim ego in campo & sint quatuor in extrema necessitate:& habeā vnū panē qui vnius indigentiā solum sufficit releuare. isto supposito sic argumētor. nulli istorum teneor illum panem dare:quilibet illorū est in extrema necessitate:ergo non teneor dare eleemosynā existenti in extrema necessitate.consequentia tenet cū minore. Probatur maior p ascensum.nec isti istorum teneor dare panem:sorte demonstrato:nec illi illo⁹ demonstrando Platonē:& sic de vtroq; aliorū. igit̄ nulli. probatur vna singularis assumpta: quia idem est iudicū de alijs. nō dādo sorti nō pecco.qđ patet: qa possum illum panē dare Platoni sorte neglecto:& tūc nō peccarem.ergo nō teneor sub pœna pēti dare illū panē sorti:supposito q⁹ nō plus obliger vni q̄ alteri: & q⁹ sit mihi licitū dare panē cui velim. Non valet dicere.panis ille est partiendus. hoc inquā non valet.parum eñ panis appetitum famelici ad comedendum amplius irritat:& famē nō extinguit. Itē aliqua est portio panis minima quę vni sufficit,vel maxima quę nō sufficit vni:q̄ si diminueretur:nulli sufficeret:& sic oēs morerentur.si ergo panē frangerē: dando cuilibet parum, qđ nulli sufficeret:nulli succurrerē: & p cōsequens peccarē.ergo teneor dare illum panē vni. Ampli⁹ ponantur centum vel mille:quorū quilibet est in extrema necessitate: iam notū est q⁹ hic panis parvus nō sufficit omnibus:& tunc nulli illorū teneor dare illum panē.igitur. ¶ Ad istud argumentū respōdebo mixtim logice & theologice. Logice ad huc dupliciter,vno modo vtēdo logica antiquorum sophistarum:de teneor & obligor:q⁹ confundant terminū sequētem imobiliter:ponendo ꝓpositiones sequentes.Prima est.Teneor de necessitate salutis dare alicui istorū quatuor illum panem. probatur:qa si nō dedero,pecco ex cōclusiōe. Secunda propositio.Nulli istorū teneor illum panē dare.hoc patuit inter arguendum per ascensum. quare illæ nō contradicunt. teneor alicui istorum quatuor dare hunc panem:& nulli istorū quatuor teneor dare hunc panem.hoc ex logica notum relinquo .Tertia propositio.teneor dare alicui istorum panē cui non teneor dare panē.Q uarta propositio.Dādo panem illi cui nō teneor dare: sum deobligatus a pręcepto.patet:quia per hoc sufficienter pręceptum adimpleo. Exēplum in simili. teneor diligere deum: & eliciendo actum dilectionis dei quē elicere nō teneor: satisfacio prącepto: sicut satisfacimus prącepto legis naturę & diuino per adimpletionē vnius prącepti humani positiui.Q uinta propositio. Si nulli istorum do prędictum panem:sum homicida. ¶ Secundo modo respondeo & melius:tenēdo q⁹ ęquiualent: teneor dare vni istorum hunc panē: & hunc panē teneor dare vni istorum.& q⁹ vtraq; est falsa nisi capiatur loco istius.Necesse est si debeam esse expers peccati,dare hunc panem vni istorū:vt necesse cadat in totā conditionalē.& lege stante:si nulli istorum hunc panē do,sum vnius homicida. Et si petas a me.cuius sum homicida? Respondetur.frequenter homo est certus de indefinita:dubitando de qualibet singulari illius indefinitæ. vt hæc est scita a me:Aliquis homo est in templo nostrę dominę Parisiensi:& quęlibet singularis est mihi dubia. Deus tamen nouit. ¶ Sed contra istud arguitur. Nullius istorū imputabiliter sum homicida. nō sortis:quia pari ratione sum imputabiliter homicida vitæ Platonis:Ciceronis,& Ioannis: nec sum imputabiliter homicida istorū quatuor:quia nō possum satisfacere istis quatuor:& nō obligor seruare vitas istorum quatuor: quia hoc est mihi impossibile:ad qđ nullus obligatur. ¶ Respōdetur:sum cuilibet istorum homicida imputabiliter sub disiunctione: quia cuilibet istorum seruare vitam possum:sed deus acceptat meā omissionē si nulli istorū panem dem ad occisionem vnius tñ:siue pro sorte:siue pro platone:in idem redit:cū sint omnes in equali necessitate:& equaliter cuilibet istorum obliger. ¶ Contra totū istud argumentor:veniat sortes ad me:& petat a me panem:habeā nolle dandi panis ipsi sorti:illud nolle nō est mortale peccatū immo nō est peccatū. veniat Plato & petat panē:habeā etiā nolle dandi panis Platoni.& sic de alijs duob⁹. Arguitur sic:nulla istarū nolitionū est peccatū: & nō habeo plures actus voluntatis q̄ illos.ergo in casu isto nō pecco.& per cōsequens cōclusio falsa. ¶ Respondetur ad hoc argumentū dupliciter. Vno modo euadendo vtcūq; dico q⁹ nolitio qua nolo dare sorti panem nō est mortalis:imo est actus licitus & bonus:& sic de duabus nolitionibus sequētibus:sed quarta est mortalis. Coloratur quare hoc concedatur: sum obligatus a deo dare hunc panē vni istorum:& nō tribus primis: immo illis rationabiliter panem negaui:oportet ergo dare panem quarto: quia hoc sequitur ex obligato:cū oppositis trium bene negatorum. sicut in obligatiōibus analogia dari potest. Des tuipse memoriter in duobus verbis librū legendo:pudet eñ logicū tale in theologia inferere. Sed contra hoc arguitur. Suppositō q⁹ omnes quatuor peterent illum panem simul vel successiue: & ego elicerem quatuor nolitiones particulares simul:puta nolo dare sorti panem:nolo dare Platoni panē &c. Hic euadere nequis. Si dicas me nō posse habere quatuor actus

Universidad de Deusto
Biblioteca

distinctos voluntatis simul, accipe duos vel tres actus ponendo totidem homines, & redit vis argumenti. tunc sic. vna istarū nolitionū est bona te: & eadem est ratio de qualibet alia: ergo quęlibet illarum est bona. ergo cōclusio falsa. Restat ergo aliter respondere ad argumentum concedendo q̄ quęlibet illarum nolitionum est bonus actus: nec per tales actus habens panem peccat, sed per vnā omissionem: qua omittit dare panem vni illorū: & per consequens peccat.

¶ Secundo arguitur. ex cōclusione sequitur q̄ si nemo det eleemosynā extreme pauperi: potest ipse eleemosynā quoquouersum auferre a quolibet ad succurrēdum suæ indigentiæ. Probatur. alius tenetur ei panē dare: ergo potest illum capere, si nō detur ei. sed probo q̄ nō. capiat sortes extreme pauper panem platonis: & interea incidat plato in extremā necessitatē: tunc sortes tenetur platoni suum panem duplici iure dare. Primo ratione extremę necessitatis. Tum secūdo: qa ille panis est suus: & nunq̄ a dominio illius panis cecidit. ergo cōclusio falsa. ¶ Respondetur. consequētia est nulla: qđ ostēdit in alijs materijs variis. Teneor dare pdigo pecuniā suā quā habeo in custodia: q̄ tamē nō tenetur capere. Similiter vxor tenetur viro in casu reddere debitū, qui nō tenetur petere: immo tenetur nō petere. Sed stando in nostra materia: nego cōsequentiā. ad hoc autē vt valeat: oportet amplius addere in antecedente: q̄ scilicet nolim ei eleemosynam dare, nec mutuo dare necessaria. Vnde si sit iuuenis cui vestis est necessaria ad ptegendū eū cōtra frigus: & sit verosimile q̄ lucrabitur postea pecuniā, qua mihi satisfacere poterit: nō teneor illi dare tunicā: sed sufficit q̄ vēdam ei vestē expectando pecuniā: vel dem ei mutuo. Quod patet: quia si filius diuitis mercatoris nō habēs vestē vel victū me accedat, nō teneor ei dare victum & amictū: sed sufficit indigentię eius succurrere ne moriatur: & ipe obligabit se mihi soluturum. qđ si facere noluerit: nihil ad me: sed ipsi soli imputabitur sua mors. Exēplū in simili. accedit ad cauponē separatū ab oi loco in quo habet cibus & nō alibi ad magnā distantiā, vir opulentus peram plenā pecunia habēs: q̄ magna laborat inedia: vult gratis habere cibū nō dādo pecuniā: caupo nō est obligatus ei dare cibum sine pecunia in promptu quā in pera habet. ergo similiter homo non est obligatus dare vestem illi qui est extreme nudus: sed sufficit ei vēdere expectando pecuniā quousq̄ alter habuerit: vel vsum dando gratis. sed si nūq̄ habere possit pecuniā, soluere nō obligatur. ¶ Addatur alia ppositio. extrema patiens nō potest ad libitū rem alterius capere nisi in casu quo alter tenetur rem illam in ipsum trāsferre. vt si alter velit ei rem vendere ad succurrēdū suę necessitati expectando pecuniā si nullam habeat: nō potest rem illam capere p modū eleemosynę vel liberalis doni: sed solum emptione: qua sic dns licite transfert rem suā in extrema patientē. q̄ si dns rei vēdere noluerit expectando pecuniam quā ille egens nō habet prsentē: potest rem ipsam etiam violente auferre a vero dño nō extrema patiente sufficit nāq̄ q̄ cōsentire tenetur in translationē illius rei licet nō consentiat: & hoc intelligēdo si nō dederit vestē mutuo, vel locauerit eam. ¶ Sed si ver⁹ dns ęque cito in extremā necessitatē incidat: est difficultas nō satis discussa. In primis est color q̄ nō debet res ab illo capi anteq̄ cecidit a vero dño: & duplici iure ad eū spectat. Vt autē clare loquar: sit iste casus. sortes & ego ingredimur nemus: habet sortes vnū panē vni soli sufficiētē: ponatur panis in medio q̄ vni nostrū sufficit: & ego nō sum vtilior reipu. q̄ ipse sortes: videt q̄ ego male agā capiēdo panē suū: cū duplici iure ad eū spectet: vt inter arguendū diximus: scilicet positiuo iure: p qđ huius panis habet pprietatē: & p ius naturę cōcedentis ei vsum panis in necessitate. In oppositū tn est crassa scintilla ratiōis: qm̄ ego mihi plus teneor q̄ ei: qđ iuri positiuo equiualere videtur: & ius naturę p vtrq; nostrū equaliter militat: nec ipse magis habet panem in possessione q̄ ego. ergo licet nō tenear panē illi capere simplr: possum saltē illū capere p sustinēda vita mea. Potest homo si velit dicere me licite posse hūc panē cape: & nego q̄ capio alienū: sed mihi debitū vel licitū duplici iure: & dico nullū cē ius obligās me ad nō capiēdū panē. Ius em̄ naturę illi⁹ sopitū est per ius naturę meū ei incōpossibile. pinde ac si cēt vnus panis q̄ nunq̄ fuit eius: positus inter me & eū: & positiuū ius humanū de dnio vel possessiōe rerū nō manet. Ius inquā me arctās: cū plus mihi tenear q̄ alteri. Oppositū est etiā probabile.

¶ Tertio arguit. Capiens in necessitate p sustētanda sua vita: teneť de ablato pœnitere: ergo peccat releuamē capiēdo. cōsequētia ē nota. Probať antecedēs in. c. Si qs. de fur. vbi dicit. Si qs ppter necessitatē famis aut nuditatis furat⁹ fuerit cibaria/vestē/vel pecus: pœniteat hebdomadas tres. ¶ Respōdeť distinguēdo antecedēs: vel iste est in extrema necessitate: & sic nego q̄ teneať pœnitere: qa nō peccat vllo modo: vel in aliqua necessitate alia: & sic cōcedo. capi. aūt illud itelligit de tali necessitate. vt dicit glosa. Et licet dives teneat dare eleemosynā illi q̄ est in notabili necessitate citra extremā, vt supius i hac materia dixim⁹ nō tn est cōsequns vllo modo: illū aliū posse alienū subtrahere: imo furtū cōmittit. xiiij. q. v. c. Forte. frequenter em̄ homo teneť alicui aliquid dare qđ alter nō pōt capere ppria auctoritate: vt si teneor tibi soluere debitū: tu nō potes a me tibi debitum subtrahere: vbi p vtā iuris cōseq̄ potes debitū. oppositio cīn dato politia humana confunderet. Et licet tibi teneat restituere debitum: nō tn teneor cōfitere: vt tu ppria auctoritate hoc capias. Secūdo dicit vt dicit Panor. in. d. c. q̄ intelligit ca. hoc in casu quo rapiens fuit in extrema necessitate & noluit restituere postea. talis em̄ peccat ęque ac ille q̄ furtū cōmisit primo: & postea incidit in necessitatē: sed iste cessante necessitate teneť rē ablatā restituere scđm oēs. sic hic: licet homo auferat aliq̄d in extrema necessitate, primo nō peccat auferēdo si mutuo vel alia vta habere nō pōt: sed cū venerit ad pinguiorē fortunā: teneť ablatū restituere. ꝓbat hoc Panor. p. l. Neusen⁹. ff. de neg. gest. nā subtracto pōt eē in necessitate: sed cessante causa cessat effectus. sicut dicim⁹ in eo q̄ tpe necessitatis ꝓbet alimēta, & ptestať de repēdēdo. vt not. in dicta. l. Neusen⁹. & l. Per alimēta. ff. de neg. gest. & xij. q. ij. ca. Sacrorū. & c. Sicut. ¶ Quarto arguit. Jonathas cepit fauum mellis in extrema necessitate: vt patet. j. Reg. xiiij. & tn peccauit. qđ patet: qa post comestione ei⁹ nō dabať respōsum ad pśequēdos Philisteos: & sors sup eū cecidit. ¶ Respondeť negādo q̄ deliq̄rit: tū ꝓpter causam cōclusionis: tū q̄ erat ignarus inuincibiliter ignorātia purę negationis ꝓhibitiōis paterne: de⁹ aūt libere dat respōsum qn̄ vult: & ipsum sine peccato tollit. etiā multi Philisteі erant miraculose occisi.

¶ Vbitatur circa hanc qęstionē: si diues fingat se esse extreme pauperē: ita vt iudicē eū esse extreme pauperē: an tenear ei dare eleemosynā. ¶ Respōdetur q̄ sic. Ratio est qa. siue sit vere pauper siue apparenter: nō possum scire nisi p apparētiā: & cū iudicē eū esse talem: teneor dare ei eleemosynā: & bene ago. Preterea sint duo: sortes & Plato: sortes Hypocrita diues: putatus extreme paup: Plato reuera pauper. hoc supposito sic argumētor. teneor dare Platoni eleemosynā sub pœna peccati: tāta em̄ est apparētta extremę pauptatis sortis vt Platonis: ergo etiā teneor dare eleemosynā sorti sub pœna peccati. ¶ Ex isto sequuntur hæ propositiones. Prima. Diuiti teneor dare eleemosynam sub pœna peccati. ꝓbatur. Sorti teneor dare eleemosynā sub pœna peccati: sortes est diues: ergo diuiti teneor dare eleemosynā sub pœna peccati. ¶ Secunda propositio. diuiti scienter teneor dare eleemosynā. ꝓbatio. sorti scienter teneor dare eleemosynā. sortes est diues. igit. ¶ Tertia ꝓpositio. Non teneor dare scienter diuiti eleemosynā. & si extreme paup apperet nō talis: tunc nō tenerer dare extreme pauperi eleemosynam.

¶ Cōtra duas priores ꝓpositiones & responsionē ad dubium, arguitur sic. Quilibet actus voluntatis moraliter bonus, debet esse regulatus a prudentia actuali inhętente. vt dicit sexto Ethicorū. sed in ꝓposito nō est prudentia: qa hic actus intellectus, huic diuiti danda est eleemosyna: non est actus prudentialis: cum sit erroneus. ¶ Respondet Martinus magister de ebrietate ad vnum simile de illo qui ex ignorantia inuincibili cognoscit nō suam, dicens q̄ nunq̄ actus volūtatis conformis ignorātię inuincibili est bon⁹ moraliter: imo est malus moral'r: licet nō imputeť ad pœnā: ita vt ignorantia nō excuset a malitia morali: sed solū ab imputabilitate. Dicit insup q̄ iste ignorans habet duo iudicia: vnū vniuersale scilicet istud. cognoscenda est a me mea: & illum iudicium est verum: & volitio illi conformis est bona moraliter. habet aliud iudiciū particulare: puta hęc est mea: & hoc iudiciū est falsum: & volitio illi cōformis nō est bona: scilicet ista, cognoscenda est a me hęc mulier. Istud nō valet: nam stat q̄ nō habeā nisi vnicū actū volūtatis, & iudiciū particulare vnicum intellectus: videlicet volo cognoscere hanc: q̄ est actus redditiuus debiti vxori petēti: & a iudicio inuincibili intellectus regulatur. qđ iudicium homo nō pōt auferre (ponatur ita esse) vel nō teneť auferre. nō reddere ergo stāte tali iudicio est peccatū: cū sit cōtra cōscięntiā. fortes ergo teneť vitare peccatū: scilicet nō reddere debitū: qđ vitare nō pōt nisi debitū reddēdo: qa nō pōt vitari pluatio nisi ponēdo habitū: ergo teneť debitū reddere. ergo absurdū est dicere q̄ ille actus nō ē bon⁹ moraliter. Eodē modo in ꝓposito nostro: habeat intellect⁹ hoc iudiciū practicū. dāda est huic eleemosyna. volitio illi cōformis est bona moral'r: qđ patet: qa est bona meritorie in habēte gratiā. ergo est bona moral'r. Absurdū aūt est oppositū cōsequēs cū añcedēte admittere. ¶ Rndeť itaq; ad' & apparēti⁹: cōcedēdo maiorē argumēti negata minore: vc3 q̄ iudiciū hoc sit erroneū: huic dāda est eleemosyna: imo est ver3. Sil'r si ex ignorātia iuincibili qs cognoscat alienā loco suę vxoris: hoc iudiciū est verū, hęc ē a me cognoscēda. vocať autē ignorātia iuincibilis: qa iplicat vnā ꝓpositionē falsam. vt pt3 sic arguēdo. Cuilibet paupi dāda est eleemosyna: hic ē paup: ergo huic dāda ē eleemosyna. minor ē falsa. sed cōclusio ē vera. Nō em̄ est incōuenięs q̄ ex falso seq̄t verū. Sed istud i radice & vtrobiq; nō soluit argumētū. nā habeā hoc iudiciū in itellectu. huic paupi dāda est eleemosyna. qđ iudiciū regulat hūc actum voluntatis, volo huic pauperi dare eleemosynā, adhuc ille actus voluntatis est bon⁹. qđ ꝓbo. habeā ego hūc syllogismū practicū, cuilibet extreme paupi dāda est

Universidad de Deusto
Biblioteca

eleemosyna:hic est extreme paup:ergo huic dãda est eleemosyna (licet ẽ minor sit simpliciter speculatiua:maior tñ & cõclusio sunt practicę,quę to tũ syllogismũ talẽ denominã.)Maior est vera:nec iudicũ minoris vllo modo mihi imputabitur:cũ nõ tenear vincere illam ignorantiã:& stat q̃ in die naturali nõ possim illum errorem vincere.q̃ autẽ conclusio sit falsa,notum est ex logica:cũ vnum extremũ illius affirmatiuę propositionis nõ supponat vltra cõmunes casus dabiles:q̃ nos indecorum esset in theologia recitare quãtũlibet etiã breuiter. ¶ Dico ergo ad argumẽtũ aliter:& vtrobiq; valebit responsio:negando maiorẽ,q̃ sit de ratione actus boni voluntatis vt reguletur a prudẽtia: qa satis est q̃ regulet ab ignorãtia inuincibili vel a prudentia:sed ferme semp regulat a prudentia: vt patet in duob⁹ exẽplis datis.Potest tñ dari exẽplum vbi cõclusio erit dictamẽ practicũ falsum: & p cõsequẽs assensus eius erit ignorantia prauæ dispositionis inuincibiliter falsus. Potes si volueris dicere ipsum dictamen cõclusionis esse verum veritate practica: & moraliter: licet falsum logice loquendo.hoc est dicere.cõformãs se illi dictamini cõclusionis facit bonã praxim:& facit actũ bonum:licet dictamẽ sit ꝓpositio falsa.Nõ iuuat dicere q̃ intellectus habet duo iudicia, quorũ vnũ est:huic pauperi danda est eleemosyna. aliud iudicium est,huic danda est eleemosyna:& actus regulatur a secũdo iudicio:a quo suam bonitatem capit:& nõ a priore. Hoc ẽm nõ soluit argumẽtũ: quia secludatur posterius iudicium stante priore: tam stringit argumentũ. Dico ergo q̃ prudentia vel error inuincibilis sufficiẽter regulat actum voluntatis. ¶ Sed quo ad diuitem in se si capiat eleemosynã,an sit domin⁹ illius eleemosynę acceptę: alia est difficultas.Et dico q̃ nõ:sed tenetur diues hanc eleemosynã dare alijs pauperib⁹: & nõ priori dño. Ratio est:q̃ dominus a se abdicat dominium illius eleemosynæ datæ: & suum meritum tam in dattione eleemosynę cõsequutus est,intendens & volens eleemosynam dare vni pauperi & precise tali:cũ ergo iste diues simulans se esse pauperem nõ sit talis:nõ est intentio dantis:ei eleemosynã conferre.causa data,causa nõ sequuta. Si tñ pauptatẽ preferẽs fingat se deuotũ,vel morbo laborantẽ vt eleemosynã hẽat: eleemosynã habitã nõ tenetur restituere.cũ ẽm nõ sit verosimile diuiti accipienti q̃ intentio dantis erat dare soli huic accipienti:quem putabat pauperem: non est necesse vt ei restituat: vel de hoc conscientiam faciat:nisi hoc aliunde constet: quia sic tenetur restituere vero domino:vel eius voluntatem in hoc indagare. Sed dicis.cũ iudicium intellectus faciat ad obligationem voluntatis de dattione eleemosynæ: sequitur q̃ per aliquid mere naturale qđ nõ est in potestate nostra, merebimur: vel demerebimus.contra Aristotelem tertio Ethicorũ dicẽtem Propter illa quę nobis a natura insunt nec laudamur nec vituperamur. sed q̃ illud sequatur sæpiuscule, in ꝓposito patet.Nã primo habẽs ignorantiam inuincibilem de paupertate notabili fortis: nõ pecco nõ dãdo ei eleemosynã.postea vero habens iudicium certum siue euidens siue ineuidens naturaliter acquisitum: non dando pecco:& hoc per aliquod mere naturale. ¶ Respondetur cõcedendo q̃ iudicium intellectus multũ facit ad peccatũ vel meritũ. si ẽm habeam assensum vel ignorantiam vincibilem de magna inopia istius pauperis:nõ succurrendo illi pecco:& si ignorantiam inuincibilem habeã nõ pecco.sed nõ mereor nec demereor per aliquod mere naturale: sed per aliquod liberum, scilicet per actum voluntatis libere elicitum vel omissionem illius.iudicium ẽm intellectus mere naturaliter aduenies ministrans lumen voluntati est prerequisita causa illius meriti vel demeriti liberi. Aristoteles autẽ loquitur de illo qđ nullo modo est situm in facultate nostra. ꝓpterea dicit.Cęco quis impropabit?modo actus voluntatis nostrę est totaliter liber:sed imputabilitas vel meritum eius a iudicio intellectus dependet,sicut & eius gubernatio.

¶ Distinctionis Decimequinte Questio Decima.

Hactenus de satisfactione in generali & aliquibus satisfactionibus in particulari loquuti sum⁹:vtpote in generali,an manens in mortali possit satisfacer pœnitentię iniunctę: & an opus satisfactorũ sit ęque meritoriũ, ac nõ satisfactoriũ.postea de duabus satisfactionib⁹ in particulari loquuti sum⁹:vtpote de ieiunio & eleemosyna, alias de oratiõe loquuturi.Nũc restitutionẽ attẽtabimus in q̃ plurimũ est piculi. Tũ q̃ difficile est discernere inter casus ambiguos.Tum q̃ post recte dictatũ plerũq; restituere nolentes dãnãtur. Et qa hęc restitutio dependet ex cõtractibus licitis & illicitis:in primis de rerũ dominio iusto loquẽdũ erit:quonã pacto dominia rerũ iuste acquirantur, quia vt dicit primo de Aia,rectũ est iudex obliq. cũ nõ cognoscat alienũ nisi proprio vel ꝓprietate cognita. ¶ Quero igitur hũc quęstionis titulum, an rerũ dominia iure naturę, diuino,an humano partita sint. ¶ Pro solutiõe q̃stionis aliqua notabilia premittã:postea cõclusiue respõsurus ad titulum quęstionis cũ alijs occurrẽtibus quę quęstionẽ elucidabũt.Nominales insecãdo dicere oportebit: q̃ dominiũ rei,vel est res ipsa vel rẽ ipsam possidens.& vtrũq; nõ insulse dici põt. Et sic ista ꝓpositio:ego habeo dominiũ huius equi: valebit hãc:ego sum dñs huius equi,& illud est magis ꝓprie dictũ q̃ dicere equũ eẽ ꝓprietatẽ meã vel dominiũ. Eodẽ modo de vsuario & usufructuario dicat. Ex quo sequit q̃ dñium directũ alicui⁹ rei est dominiũ vtile alteri⁹. Secũdo sequit q̃ usufructus est usus:similiter usus rei est ꝓprietas eiusdẽ. quæ ꝓpositiones facile deduci possunt expositorie:vt sorte demonstrato: hic est proprietas huius equi:& hic est usus huius horti. cõclusio inferẽda ex illis ꝑmissis hanc infert.usus est ꝓprietas. Sed relictis difficultatib⁹ metaphysicis: loquẽdum est vt plures disputãdo has materias. ¶ Secũdo notabis q̃ creaturarũ rationaliũ octuplex est dominiũ,scilicet beatificũ:dominiũ dãnatorũ:dominiũ originale:dominiũ gratuitũ:dominiũ euangelicũ: dominiũ canonicũ: dominiũ ciuile,siue politicũ: & dominiũ naturale. Dixi (creaturarũ rationaliũ) quia & bruta suos reges & dños habẽt vt apes in alueario: vt videre est apud Maronẽ.iiij. Georgico.vbi dicit.Pręterea regẽ nõ sic Aegyptus,& magens Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes Obseruant.rege incolumi mens oibus vna est Amisso rupere fidem. & quę sequuntur. Idem patet de gruibus.alijs nanq; dormientibus dux facit excubias:reliquas volatu precedit:& ergens se in altũ aera,reliquas sua vociferatione appellat. Dominiũ beatificũ est dominiũ cõueniens beato secũdũ legẽ gl'ię: oi btõ cõueniens ex equo inabdicabile stante lege.vt penetrare corp⁹ nõ beati vel beati si expediat:subito localiter mutari:toto quo esse in intellectiõe dei clare visi.hoc ẽm dominiũ in btitudine fundat. Dñium autẽ in aliquo fundari est ipm prẽsupponere. Dñium dãnatorũ est dñium qđ habet vn⁹ dãnatus sup aliũ:vt torquere ꝑpetuo cũ tristitia decedẽtes i peccatis mortalibus, vel tẽporarie rõne pœnarũ quarũ mortalia sunt hic deleta.idẽ de venialib⁹ cẽseo. Licet autẽ tristitia,ira,& inuidia torqueantur:hoc nõ obstãte habẽt ordinẽ & hoies tentãdi & dãnatos torquẽdi:quẽadmodũ inter malos hoies interdum videmus:inter quos tenetur bonus ordo in pugna vt alios vincant. Dominiũ originale est dominiũ qđ habebant protoparentes stante iustitia originali. hoc ẽm dominũ fuit Adę concessum Geneseos secũdo.cũ deus dixit ei. Ex omni ligno paradisi comede: De ligno autem scientię boni & mali ne comedas.Nã pmisit eos de⁹ habitare in paradiso terrestri:incedere in nuditate:cũ prudentia, & sine rubore. Anteq̃ ẽm deũ offenderãt:nõ puduit eos suę nuditatis:sed delectabat.post peccatũ vero fecerunt sibi pertzomata.Dixi(cũ prudentia) ꝓpter paruulos & iertes aliquos barbaros. Vocare item ad nutum bruta hoibus nõ nocentia. & intelligo vniuersaliter,quacũq; familiaritate data:sicut Hieronymo leo paruit, & multis sanctis imanissimæ beluę. Cũ vero primus parens deũ offendit:concessa est lex ipsis brutis in pœnã peccati,hominẽ offendere posse.Hoc dominiũ fundatur in iustitia originali:qua amissa,periculosa est leonis vel serpentis familiaritas.secũdum illud Aesopi.Frigida sopito blanditur sylua leoni:Cursus & in colubrũ turbida,sequit hyems.& quę sequũtur. Dñium gratificũ est dominiũ secũdum leges gratię gratificãtis cõcessum: vt habere beatitudinẽ si sic decedatur: & esse dei amicũ & deo gratum. Dominiũ euangelicũ est dominiũ secũdum leges euangelicas cõcessum:vt summus pontificatus & reliquæ dignitates spirituales inferiores. de quibus apud euangelistas mentionẽ habes. Dominiũ canonicũ est dominiũ secũdum ordinationes canonũ institutum:vt dignitas eccl'iastica via spiritus sancti: via scrutinij, vel cõpromissi acquisita. Dominiũ naturale est illud qđ homo capere põt licite ꝓ sui sustentatione.& fundatur hoc dominiũ in necessitate.Dominiũ ciuile siue politicũ est dominiũ occasione peccati introductum,secũdum leges ciuiles acquisitum:retinibile & abdicabile:seruata vel nõ seruata charitate. Hęreticũ ẽm est dicere q̃ homo suarũ rerum ob mortale peccatum dominiũ amittat: quia sic incertissima essent rerum dominia. Hinc in sacris historijs bibliarũ malos idolatras,reges legim⁹.hoc ẽm notũ est de regib⁹ Syrię,Babylonis,& Aegypti,ex libris Regũ:& ex ꝓphetis.Item de aliquib⁹ malis regib⁹ Iudę:vt furcifero illo Achas qui spreto vero deo,Assyriorũ deos coluit.Idem de pessimis regibus Israel videre licet. Et ex illo trahitur bonum argumentũ q̃ Romanus pontifex propter hæresim,potissimũ occultam,nõ desinit esse caput ecclesię: quia alioquin eius primatus esset incertus.& licet nõ vniatur mẽbris ecclesię in fide vel charitate:vnitur tamen in signo fidei in charactere baptismali.de sexu autẽ masculino:& baptismo nõ est tanta incertitudo.Dixi(occasiõe peccati introductum) quia si primi parẽtes nõ peccassent:verosimilius est q̃ dominia rerũ nõ fuissent separata. Dico (verosimilius est) aliqui ẽm potuissent res appropriare si voluissent:quas alijs cũ ratio expostulasset,cõmunicassent. Horum autẽ dominiorũ sufficientia sic potest accipi. Dominiorũ quoddã est conueniens cõprehensori: & illud est beatificũ.quoddã cõpetens dãnato:& illud est dãnatorũ.qđdã cõueniens viatori: & illud est duplex: quoddã ꝓ statu innocentię.& illud est originale.qđdã ꝓ statu naturę lapsę.& illud ẽ duplex:vel fundat in charitate:& sic est gratificũ. vel nõ fundat in charitate: & hoc est tripliciter: vel conuenit alicui ex concessione legis

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuinę: & sic est dominiū euangelicū: vel ex concessione legis hūanę canonicę:& sic est dñium canonicū:vel legis humanę ciuilis:& sic est dominiū ciuile.& istud est potissimū dñium de quo impſentiarū loqui ꝓponimus. Si vero vtriq; statui viatoris indifferēter cōueniat:est dominiū naturale.

¶His dominiorū diuisionibus prę libatis:pono aliquot cōclusiones. Prima est.cōueniens est ꝙ rerū dominia in statu innocētiæ fuissent cōmunia. ¶Secunda cōclusio.rerū dominia esse cōmunia in statu naturę lapsę est pręter naturā. ¶Tertia cōclusio.rerū dominia in particulari: iure humano sunt introducta. ¶Prima cōclusio probat: quia in illo statu homines vixissent secūdum dictamē rectę rationis: & quilibet accepisset solum sibi debitū,& nō nocuisset alteri. Insup habere omnia in cōmuni est signū maioris amicitiæ & trāquillitatis, q̄ habere bona partita,si cōmode fieri potest:sed hoc fieri poterat:& in illo statu facile cauere poterant ab incōuenientibus inductis in probatione secundę cōclusionis.habuissent enī victum & vestitū nullo vel pauco labore: nec curassent de bonis supfluis ad pompā:vt in hoc statu calamitoso:quo ad vestitum nudi incessissent: quo ad victum humus ministrasset eis arbores & herbas.& quia herbæ & arbores nutrimentū ꝑ radices sumunt a terra:suffecisset terrā pinguem loco sterilis ponere. quare tunc nō fuissent merces: nō oppida:nō catenę aureę:nō vinū:nō triticū.ergo in vanū laborassent ꝑ bonis ad pōpam inutilibus. Pręterea tunc terra sua sponte ministrasset eis necessaria victui:quia comedissent solum herbas & fructus. Nam Geneseos primo scribitur. Ecce dedi vobis omnē herbā afferentē semen super terram,& vniuersa ligna quę habent in semet ipsis semētē generis sui vt sint vobis in escam & cunctis animantibus terræ. Et licet sit vero similius ꝙ esus carnium aliquibus animalibus erat cōcessus:vt Augu. ait primo contra Manicheos:vt leonibus,nisis:& animalibus rapacibus:tamē carnium & piscium vsus ante diluuiū nō erat permissus hominibus. vnde Geneseos nono dicit. Oēs pisces maris manui vestrę traditi sunt: & oīne qđ mouetur & viuit: erit vobis in cibum: & hoc erat post diluuiū. Tunc reuera erat aurea ætas:de qua poetę fabulantur vmbratice. Forte enī audiuerāt aliquid loqui de supnaturalibus & magnalib⁹ dei. Hinc Homerus Mantuanus primo Georgicorū. Ante Iouem nulli subigebāt arua coloni.Nec signare quidē aut partiri limite campū Fas erat: in mediū quęrebāt:ipsaq; tellus Omnia liberius nullo poscente ferebat. Et primo Metamorphoseos Ouidius. Aurea prima sata est ętas: quæ vindice nullo Sponte sua sine lege fidem rectūq; colebat. Insuper hac perfectione status primitiua ecclesia incrementū accepit.Nam vt Actuū.iiij.scribitur. Multitudinis credentiū erat cor vnum & anima vna.& omnia habebant in cōmuni, vt in religionibus.ergo hoc cōueniens erat pro statu innocentiæ. ¶Secunda conclusio probat. quia dato eius oppositio:terra reddetur inculta. homines enī minus curant de cōmunibus q̄ de rebus proprijs:& sic omnia manerent inculta: & plerique segnitie torperent:esset fructuum penuria,& multi fame perirent.hoc enī sequitur ad primū. Prętera robustiores & fontes, innocētes & debiliores opprimerēt: & spoliarent eos rebus suis.vt Genesis. x. de Nēbroth scribitur:qui erat robustus venator coram domino:hoc est hominū oppressor. secūdum fabulam Aesopi de fœdere inter leonem/ouem/capram/& iuuencam,dicentis.Vt ratione pari fortunę munera sumant: Sumunt fœdus ouis/capra/iuuenca/leo.& quę sequūtur. Vlterius,secundo Politicorū Aristotel. vtrāq; rēpublicam,Socratis & Platonis impugnat de possessione bonorū in cōmuni:& loquitur Aristoteles pro statu naturæ lapsæ in quo ipse erat : quia nullū alium cognouit. de vxoribus enī nulla est in oppositū apparētia. Et nō intelligo de his quę iure naturali debēt esse cōmunia vel publica. vnde institu.de re. diui.§.j. dicitur. Quędam enī naturali iure cōmunia sunt omniū:quędā publica:quędā vniuersitatis &c. Et sequitur in.§.sequēti.Et quidē naturali iure cōmunia sunt omniū hęc:aer:aqua profluēs (hoc est de cęlo cadēs)& mare: & ꝑ hoc littora maris. Et in.§. sequēte. Flumina autē oīa:& portus publica sunt. Ideoq; ius piscandi omnibus cōmune est in portu fluminibusq;. Est autē littus maris quatenus hibernus fluctus maximus excurrit.Quasi diceret. quātūcūq; mare aliquo tēpore plus extēditur in hyeme vel ęstate:tantū est littus eius.Et in.§.sequente.Riparū quoq; vsus publicus iuris gentiū est sicut ipsius fluminis.Itaq; naues ad eas applicare: funes arboribꝰ ibi natis religare: onus aliqđ in his reponere,cuilibet liberū est:sicut ꝑ ipm fluмē nauigare. Sed ꝓprietas earū(scilicet riparum) illorū est quorū prędijs adhęrent:qua de causa arbores in eisdem(ripis scilicet) natę eorūdem sunt. Et in.§.sequente. Littorū quoq; vsus publicus & iuris gētiū est,sicut & ipsius maris.& ob id quibus libet liberū est casam ibi imponere in qua se recipiāt,sicut retia siccare,& ex mari deducere. Multa sunt etiā vniuersitatis:de qbus in.§.sequente. De his autem vt dixi, non intelligo conclusionem. ¶Tertia conclusio probatur auctoritate Augu. Homilia.vj.super Ioannem. & auctoritas est canonizata.viij.distinctio.ca. Quo iure.vbi dicitur Quo iure defendis villas ecclesiæ,diuino an humano? Et paulopost sequitur.Iure ergo humano

dicit.hęc villa est mea.hic seruus est meus.hęc domus mea est. Iura aūt hūana,iura impatorū sunt &c.Idē dicit.xij.q.j.ca.Dilectissimis.& M. Tullꝰ primo officiorū. Sunt aūt (inqt) priuata natura nulla:sed aut veteri occupatione,vt qui quondā in vacua venerūt:aut victoria, vt qui bello potiti sunt:aut lege:aut pactione:cōdictione:forte. Ex quo fit vt ager Arpinas Arpinatiū dicat: Tusculanus Tusculanorum. Prętera vel facta sunt dominia rerū iure naturæ:iure diuino:vel iure humano.non duo prima:ergo vltimum. consequentia tenet a tota disiunctiua cū destructione vniꝰ ptis principalis ad positionē alterius. Probat minor: qa non iure naturali.vt recitat Gra.in ca.Differt. viij.dist.vbi dicit.Nam iure naturali omnia sunt communia oīnibus.Item patet ratione.nā ius naturale est principiū practicum euidens ex terminis,vel cōclusio inde euidēter deducta. sed ex his nescis ꝓbare ꝙ hic liber est meus:& ille equus est tuus.Eodē modo ꝓbat ꝙ non iure diuino : quia nescis locum iuris diuini ad hoc introducere.& dicit in ca.prefato.Quo iure.ex Augustino.

¶Cōtra primā cōclusionē & eiꝰ ꝓbationē arguit.scribit Geneseos primo.Faciamꝰ hoiem ad imaginē & similitudinē nostrā:& pręsit piscibus maris & volatilibꝰ cæli, & bestijs,vniuersęq; terrę:omniq; reptili qđ mouet i terra. Et paulo post scribit in eodē.Dominamini piscibꝰ maris:& volatilibus cęli,& vniuersis animantibꝰ quę mouent super terram. Ex his format argumētū. deus ꝑ statu naturę hominis instituti dedit ꝓtoparēti dominium sup oīa animalia.ergo hō potuerat vti omnibus aialibꝰ pro illo statu. ¶Cōfirmatur hęc rō.si nō licuisset vesci aialibꝰ ꝑ illo statu, inania fuissent.ad qd enī deseruit ouis nisi ꝑ vestibꝰ:& cibo? perdix,lupus:solea,nisi vt ijs nutriatur homo? ¶Ad primū.concedo ꝙ Adā habuit dominiū sup omnia aialia tā in tēpore naturę istitutę q̄ ꝑ tēpore naturę destitutę.aliud tn & aliud: quia magis obediebāt ei ante pctm̄ q̄ ipso peccāte & post pctm̄.sed quia imperfectiora ꝓpter perfectiora fiunt:vt hęrbæ ꝓpter bruta:bruta ꝓpter homines:homo cęterorum aiantiū est dñs.nos enim sumus quodam modo finis oīm.ij.physicorū.& omnia subiecisti sub pedibus eius oues & boues vniuersas insup & pecora campi.& q̄ sequuntur. Psal.viij.Et concedo ꝙ pro statu innocentiæ habuit dominiū cęterarū rerum:& poterat eis ꝑ honesta voluptate vti secundum leges sibi cōcessas a deo. ¶Ad cōfirmationē.nego ꝙ supflua fuissent alia aialia.Idē tā ꝓbabis de serpētibꝰ,leonibꝰ, vrsis,miluis & huiusmodi.Hęc enī aialia fuissent ad decorē vniuersi & ad voluptatem hoīs:& sicut nūc nobiles falconibꝰ insequuntur aues:& canibꝰ lepores:ita fecissent homines in statu innocētiæ. nō tn fuisset necessarium vehi equo:quia habuissent corpora agilia:sed si aliqs voluisset vti equo solatij gratia:vsus nō fuisset ei interdictus . Nec loquendū est de ęgritudine seu infirmitate illiꝰ status:vel debilitate ex senectute prouenięte: nullus cīn fuisset ęgrotus vel senio attenuatꝰ: qa tēpera te comedissent : & lignum vitę oīa restaurasset:& fuissent tandē translati viui in paradisum cęlestē. Quia enī vt scribit Apostolus ad Romanos.v. Per vnum hominē pctm̄ intrauit in mundū:& ꝑ pctm̄ mors.si nō peccassent:ꝑ locum a contrario sensu non mortui fuissent. Et nego ꝙ poterant comedere ouem vel perdicem. Talia enī fuerunt interdicta sicut aialia in lege non ruminātia & nō habentia fissam vngulā:vel sicut carnes nunc ꝓhibent i quadragesima. Poterat aūt Adā cognoscere per ouem,eius naturam & ad quid valeret si opus esset.quēadmodū p̄fectus belli aut alꝰ habet vnū equū velocissimum si opus sit aufugere ab hostibus:quo tn nunq̄ vehit.Eadē via probares reliquas plagas terrę fuisse supfluas.qđ nō est dicēdū.Itē supfluum est indecorum.modo deus & natura nihil tale faciūt.primo de Cęlo & Mundo.Etiam i tāta aialiū multitudine hō habuit materiā laudandi dei:quia inter hęc oīa homo tenuit p̄minētiam.Nec sequitur ꝙ homines nūc delicatius nutriantur q̄ tunc:q̄ q̄ caro plus symboli habet cum carne: quia fructus paradisiaci fuissent optimi:& temperatus melius pascit,licet non latius,q̄ non tēperatus:& ægroto aliqua concedūtur vt comedere carnes i quadragesima,quę sano non ꝓmittuntur.mauis enim tu sanitatē cū mediocri cibo & bono q̄ ægritudinem cū ꝑdice vel solea. Statū innocentię sanū reputes:nos reliquos ęgrotos & infirmos. ¶Secundo arguit.duo poterant v entre comesturi eundē fructum simul:ergo vnus impediuisset alium:& fuisset causa dissensiōis. ¶Tertio.vel a.equus fuisset cuiuslibet: & sic vnusquisq; fuisset ꝓprietarius:vel omnium collectiue & non distributiue: & tūc Sortes vtens hoc equo vsus fuisset alieno qa nō ꝓprio. ¶Ad secūdū respondet.ꝙ paradisus terrestris vbicūq; locorū sit,est locus amplissimus:quia debebat cōtinere magnum populum sine p̄ssura:& fuissent arbores in abundantia:& quilibet habuisset sufficiētes fructus & varios ad voluptatē honestam. ¶Ad tertium dico.ꝙ omnia bona fuissent oīm collectiue:& quilibet potuisset vti re sibi necessaria:in qua dominium naturale habuisset.Insuper diximus ꝙ habere proprietatē.si voluissent,non fuisset in eis peccatum.secus i religiosis. ¶Quarto arguitur.absonū est dicere ꝙ tūc vxores fuissent communes:ergo non omnia fuissent communia. ¶Ad quartum. Socrates & Plato nega

Universidad de Deusto
Biblioteca

rent illud esse absonum:sed quicqd sit,opinione mea vxores fuissent particulares sicut nunc sunt & non communes:quilibet enim habuisset suam quam non cognouisset nisi gratia sobolis generā dæ:quia tunc nō dabatur matrimonium in remedium sicut nunc:sed solum in officium.

¶Cōtra secūdā cōclusionē arguit sic.Religiosi habēt oia in cōmuni:& tñ sunt i statu naturę lapsę.ergo conclusio falsa.¶dē patet de cōuersis ad fidē in principio nascētis ecclesiæ:vt ex Actuū cap.quarto citauimus.vbi scribit.Nec quis q̄ eorum q̄ possidebat aliquid suū esse dicebat:sed erant illis omnia cōmunia. ¶Præterea rū dñia ante pc̄m erant cōmunia de lege naturę. ergo post peccatū separatio est cōtra legē naturę. tenet cōsequentia.qa ius naturę est immobile: vt dicit Augu.in libro cōfessionum.ij.¶Ad primū concedo añs & consequēs de vna parua multitudine:cuius quilibet abrenūciat bonis fortunæ i ꝓprio:cōtētus deo seruire & habere necessaria victꝰ & vestitus:q̄ quidē multitudo habet pastorem vigilantē & curantē vtilitatē totiꝰ gregis vt alij cōtemplationi liberius vacent. Secus est in magna vel tota multitudine.Nec insisto in quoto numero ponendus sit limes:frequenter em̄ de limite cō stat:sed de hoc limite vel illo dubiū est.Insup vbi esset bonus paterfamilias non religiosus habens duos vel tres filios matrimonio coniugatos secū in domo:nepotes & ꝓnepotes:non esset alienum aut ꝓhibitum eis habere oia bona in cōmuni: qa adhuc cū ista parua multitudine stat cura & sollicitudo circa vtilitatē cōmunē.sicut fit in aliquibꝰ domibus adhuc in Gallia & in alijs oris. Hic aūt non incōuenit habere aliquid in proprio:& alia in cōmuni.Modus tamē iste viuendi est rarus:& forte nō syncere seruatus.¶Ad secundum argumētum dico:ꝙ proprie capiendo legē naturæ nunq̄ fuit de iure naturę habere oīnia in cōi:quia sic ius naturæ est principium practicū euidens ex terminis,vel cōclusio euidēter inde deducta: vel voluntas cōformis:sic scilicet vt oppositum sit ieuidēs. modo partiri bona in lege naturę non est malum ergo sic capiēdo:oppositū nō est de lege naturæ. Sc̄do nego cōsequētiā:qa reddere depositū,vi'iter ē de iure naturę:& tñ si depositor fuerit amēs: restituere non est de lege naturę. Similiter senē & sanū bibere vinū est conforme iuri naturæ:nō autem febricitantē:& tñ in vi'i non est de lege naturę:sicut ꝙ aliqs homicida puniat est de lege naturę:ꝙ aliꝰ nō puniat,est de lege naturę:nō tñ in cōmuni est de lege naturę sine modificatiōe.¶Tertio arguit.Heluetij & Veneti hñt magnas cōitates & olim Romani rerū domini habebāt cōitatem maximā totū ferme orbē.ergo non incōuenit ꝓ statu naturę lapsę maximā gentē habere oia i cōi.¶Respondet.hoc argumētū nō est cōtra intentionē conclusionis:quia in multitudinibus istis acceptis quilibet habet in particulari:& multa sunt ordinata ꝓ vtilitate reipu.hoc vidit Aristo.de Athenīsibus:Lacedæmonijs,& multis alijs rebuspublicis.¶Quarto arguitur argumento Socratis & Platonis.melius est habere illud ꝓ qđ pax,amicitia,& tranquillitas cōseruarī in republica: q̄ vtia qua ista non contingunt:sed hoc fit, vxores & bona fortunę habendo in cōmuni:quia oēs iuuenes in eadem vrbe suspicabunt se esse fratres ex eodē patre:suppositoꝙ mulieres sint omnibꝰ viris eiusdem ciuitatis cōs:sic reuerebunt seniores tanq̄ patres:modo cōsanguinitas putata magnam amicitiam & concordiā in ciuitate affert.& euitarent isti ꝓcessus interminabiles pro ptitione bonorum & ad eorūdem diminutionē:sc̄dm illd Sallustianū in Iugurtha. Cōcordia paruę res crescunt:discordia magnæ dilabunt.¶Ad quartū conceditur mator negata minore.parua em̄ esset illa amicitia q̄ esset inter sic putatos ftatres:& inter mulieres multę lites & iurgia cōtingerent. Hic error Nicolaitarum non modo est a beato Ioanne in Apocalypsi reprobatꝰ:sed & contra legē naturæ.& sicut dicit Aristo.ij.Politicorū.tj.esset cā magnæ intemperantię viris dare aditū semper nouarum mulierū:& sic tolleret tēperantia.tolleretur etiam liberalitas:vt illic dicit Aristo.cū em̄ hō nō habet aliquid suū:non potest liberaliter dare. Itē vt dicit phūs:aliquæ mulieres parerent filios genitoribus simillimos:quales dicit esse in Libya supiore:in qua vxores erant cōmunes:& patet de illa equa cui nomen erat Iusta. Insup est contra legem naturæ:nec potest vllo pacto fieri sine dispēsatione dei ꝙ vir cognoscat ꝓpriam sororē. Addo ꝙ vbi vir repiret mulierē formosam sibi placentem,studeret eā sibi appropriare:& displiceret ei ꝙ ipsa adiret alios.& sic iterum contingerent i mensæ lites & rixæ. Non solū aūt respiciendū est ad pauca inconuenientia a q̄bus cauet politia Socratica:sed ad deteriora q̄ ex illa euenirent.Pōderanda enim est lex vel statutū.& si videat tollere aliqua inconuenientia de rerū natura & inuoluere plura:statutum est irrationabile.¶Quinto arguitur.xij.q.j.ca.Dilectissimis.scribit ex.iiij.epla Clementis.Per iniquitatē alius hoc dixit esse suū,& aliꝰ istud.sed qđ ꝓ iniqtatē fit,illicite fit.Respōdetur.ipse dicit ꝙ iniquitas est causa partitionis rerū:& hoc est verum:si enim non fuisset preuaricatio Adæ,non fuisset rerum diuisio.

¶Cōtra tertiā cōclusionē arguitur sic.terra promissionis data est diuinitꝰ filijs Israel. similiter deus dedit filijs Israel dñia rerū quas pe-

tebāt ab Aegyptijs in exitu ab Aegypto.vt patet Exo.xij.¶Rñdet.licet tota terra sit data oīnibus tribubus diuinitus:tñ iure humano quælibet acquisiuit possessionē suā.Iosue nāq; & Eleazar partiti sunt eis terram Chanaan. Sed qa in partitione tribuum aliquid diuinū accidit, concedatur illud ꝑticulare in gente illa:mator em̄ tribus maiorem terram vel fertiliorē in sortē habuit: & hostis fortiori pugnator tribꝰ ꝓxima locata est.Sic dicāt de vasis Aegyptiorū.dominiū em̄ illarū rerū dēꝰ cōcessit Hebræis.ipse ei cuiuslibet rei est dñs principalis:& trāsfert solus qñ vult:sicut supplet causalitatē causarū secundarū ad nutū: & ꝓmittit plerūq; ꝑticulares dños trāsferre dñia rerū:& cū illis transfert.¶Secūdo arguit.de iure naturæ oia sunt cōia in necessitate:put dictū est in conclusione ꝑcedēte.ergo adhuc ē partitio aliquarū rerū de iure naturę.Pręterea.xxiij.q.vij.ca.j.dicit.q; iure diuino aliquid possidet. ¶Rñdet.nolumꝰ negare quin aliqua adhuc cōcedant de iure naturę:vt i casu tacto.Etā qđ in nullius ptāte est:id occupāti concedit. Insti.de re.diui.§. Singulorū.&.ff.de acq.re.do.l.Adeo.§.Cū quos. Ad aliđ:extendit illic ius diuinū ad ius canonicū:vt dicit Apparatꝰ.

Circa ista dubitat an dñium seruitutis sit rationabiliter introductū. Sc̄do dubitat qua via reges & alij habuerit sua regna & terras:& an habeāt ita plenum dominium in regno vt ego in bibla mea. ¶Ad primū respōdet:ꝙ nō oēs in statu innocētię fuissent equaliter sapiētes.aliqui em̄ alijs fuissent ingeniosiores,laboriosiores,& exercitatiores: & plura ꝓ senium cognouissent experiētia q̄ iuuenes : illi ergo direxissent iuuenes non ꝓpter vtilitatem dirigēntium sicut nunc frequēter fit inter dñm & seruum:& sic non fuisset talis seruitus in statu innocētię.Hinc Augst.xix.de ciui.dei.ca.xv. Rōnabile factū ad imaginem suam voluit nisi rationibus dominari non hominē homini sed hominē pecori.Inde primi pastores pecorum magis q̄ reges hominum sunt cōstituti. Ad idem est glossa Genesis.ix.sup illo verbo.Timor actremor.Nec tales fuissent tricæ & q̄stiones interminabiles,quales inter causidicos & aduocatos iā reperiunt:nec hę dissensiones pro augendis imperijs,quas inter reges videmus:nec vnus alium inuasisset.Ad qđ alludit Ouidius primo Metamor.inquiens. Pœna metusq; aberant:nec verba minantia fixo Aere ligabantur:nec supplex turba timebat Iudicis ora sui:sed erant sine iudice tuti. At pro statu naturæ lapsæ opus erat seruis saltem mercennarijs: alioquin periret ordo subiectionis ad superiores. oportet nāq; vnum ꝑcipere & alīū parere.instrumenta enim non mouentur:sicut Homerus dicit de Tripodibus Dædali aut Vulcani qui sua spōte operabantur:vt videre est primo Politicorum apud philosophum.¶Sed de seruis legalibꝰ maior est difficultas:qui a domino possidentur more pecudis:& quicquid lucrantur domino acqrūt. Nam ꝙ aliqui sint domini naturales & serui naturales:patet primi Poli.tij.pollentes enim ingenio & potentes alios imprudentes dirigere naturaliter sunt domini rudium. econuerso rudes sunt serui naturales. Sed loquendo de seruitute legali dicit ꝙ ipsa potest admitti:licet sit onerosa:vt qñ quis seipsum vendit vt sit particeps lucri: & leges inodium illius vēdentis non succurrunt suæ libertati:quomodo erat de seruis Hebręorum.Vnde dicit Exo.xxj.ꝙ seruū qui noluit decedere anno sc̄ptimo de seruitute:debebat dominus offerre dijs, & applicare eum ad ostium & postes:perforando aurem eius subula:& debebat manere seruus in sęculum. Cuiꝰ causa ē quia noluit vti libertate sua. Exquo patet ꝙ seruitus legalis pōt admitti sine peccato.Nam in principio eiusdem cap.dicit. Si emeris seruum hebrēū:lex annis seruiet tibi:in sc̄ptimo egredietꝰ liber gratis.ergo per locum a contrario sensu si emeris seruum nō Hebrēum,potes eum ꝑpetuo tenere.Item aliquis cōstrictus paupertate poterat vændere seipsum. Leuitici.xxv.vbi dicitur. Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus:non eum opprimes seruitute famulorum:sed quasi mercennarius & colonus erit. Et paulopost. Seruus & ancilla sint vobis de nationibus q̄ in circuitu vestro sunt:& de aduenis qui peregrinantur apud vos: vel qui ex his nati fuerint in terra vestra,hos habebitis famulos & hæreditario iure trāsmittetis ad posteros ac possidebitis in æternum. Hoc etiam patet de Gabaonitis qui erāt serui multitudinis.Iosue.ix.& Insti.de iure pso.§.Serui aūt.vbi dicit diuꝰ impator. Serui fiunt cum homo liber maior.xx.annis ad ꝓcium participandum sese vēundari passus est.Ex quibus omnibus habetur ꝙ seruitus legalis est rōnabilis quando quis vendit seipsum.¶Sc̄do serui tus potest esse rationabilis quando homo libertate sua abutitur:& sua libertas est reipublicę inutilis.¶Tertio quādo quis capitur in bello iusto:& tñ seruat incolumis:melius em̄ est illi cōseruari i esse:q̄ occidi:melꝰ est etiam victori & toti reipublicæ:& ꝓpterea dicunt serui a seruando.& istud patet Insti.de iure pso.§.Serui.vbi dicitur. Serui autem ex eo appellati sunt ꝙ imperatores captiuos vendere iubent:ac per hoc seruare,nec occidere solent:qui etiam mācipia dicti sunt:eo ꝙ ab hostibus manu capiuntur. Et sic patet ꝙ seruus dicitur a seruando & non a seruiendo saltem seruus legalis.Et immediate sequitur in.§.proximo Serui autem aut nascuntur aut fiunt. nascuntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex ancillis nostris: fiunt autem iure gẽtium, id est ex captiuitate: aut iure ciuili cum homo liber maior viginti annis ad p̃cium participãdũ sese vẽnũdari passus est. Hinc est q̃ in iure Cæsareo multi sunt tituli de ingenuis / libertinis: & de seruorũ manumissione. ¶ Ex omnibus his patet: q̃ legalis seruitus non est dãnanda quando est conformiter ad leges. Præterea infert q̃ hæc cõsequentia ẽ nulla: Sortes non habet dominium sup membrũ sui corporis, sic scilicet vt possit ipsum sine pctõ ad placitum rescindere: ergo non habet dominiũ sup corpus vt possit ipsum alienare. secundũ erĩ in casu est licitũ & a deo ei cõcessum: non aũt primum: nisi in casu in quo ꝑ corporis salute oportet illud membrum abijcere. Alia pars est q̃ hæc seruitus est onerosa: q̃ scilicet homo rõnale aial cui deꝰ os sublime dedit: celũq̃ videre Iussit: & erectos ad sydera tollere vultus: vendatur more pecudis in ppetuũ. In hoc laudo Britãnorũ morem in vtroq̃ enim Britanniæ regno hęc seruitus hactenus nõ est admissa. sit nec i Gallia ferme tota.

¶ Cõtra hanc conclusionẽ arguit sic: seruitus hęc austera & dura est cõtra ius naturę. ergo ipsa est irrationabilis. Assumptum patet Insti. de iure natu. gen. & ciui. §. Ius autem. vbi dicit impator ad propositum. Bella etenĩ orta sunt: & captiuitates sequutę & seruitutes: quæ sunt naturali iuri contrariæ. Iure enĩ naturali omnes homines ab initio liberi nascebant. & Insti. de iure p so. §. Seruitus. dicit impator. Seruitus autem est constitutio iuris gentiũ qua quis dominio alieno contra naturam subijcitur. & Insti. de libertinis. §. j. dicit. Q uę res a iure gẽtiũ originẽ assumpsit: vt puta cũ iure naturali oẽs hoies liberi nascerẽt: nec esset nota manumissio cũ seruitus esset icognita. ergo seruitus est contra ius naturę. Ad has leges & similes dicat. q̃ Iustinianus quia erat fidelis: audiuerat loqui de statu innocẽtię in quo oẽs erant liberi. & hoc patet ex hac dubitatione in varijs locis. Dicitur summatim q̃ seruitus est cõtra legẽ naturę hoc est contra legẽ hominis primo instituti: quia qui nascũt ex ancillis nostris, licet patrem liberũ habeãt: fiũt serui. & sic aliqui nascuntur serui. partus enĩ insequitur matrem. ¶ Secundo arguit. iniquum est vt seruus naturalis dño naturali ꝑsit. vt vult Aristo. ij. Poli. Et ostendit ratione. sit Titius rudis pugnator i bello: tales enĩ pugnatores solẽt esse. capiat Meuium dñm naturalem, hoc est optime natum. hoc supposito: est præterationem q̃ Titius imprudens nihil vel parũ cognoscens de agendis imperet Meuio. Sapiẽtis ei est dirigere. j. metaphy. ¶ Respondet. in illo casu Titius dñs ciuilis & seruus naturalis: debet vti cõsilio Meuij si non habeat alium cõsulẽtem: & sic Meuius erit motor & mobile. Et Titius si humanus fuerit: debet eum manumittere & nõ vacuũ. Sic si quis habeat seruum optime istitutum: stat q̃ multum peccet tenẽdo eum etiam in subiectione legali. leges enim dãtur de his quæ plurimum contingunt. modo nos loquimur de seruo ciuili optime nato: & hoc volebat forte Aristo. & sic inter eum & leges nulla est contrarietas. ¶ Tertio arguitur. est contra vtilitatem serui q̃ sic vẽdatur. ergo male facit. ¶ Respondetur. licet consequẽs sit verum q̃ ipse male faciat se vẽndendo: & sit contra vtilitatem suam priuatam: non est tamen contra vtilitatem publicam. magis enim est habendus oculus ad vtilitatem communem q̃ ad vtilitatem vnius indiuidui. Secundo antecedens non est vtrobiq; verum. Interdum nãq; expedit viro vẽdere se: quẽadmodum Paulinus Nolanus episcopus vẽndidit se pie pro redimendo filio viduę. Immo si quis videret seipsum valde ꝑpensum ad hoc vt male vteretur libertate sua præstaret illi vẽndere se alicui prudenti qui eum dirigere posset. ¶ Q uarto arguitur. seruus Hebręus poterat redimere se. similiter consanguineꝰ vel affinis eius: vt patet Leuitici. xxv. contradicente domino. ergo idem erit de oĩbus seruis. ¶ Rñ detur. consequentia est nulla. dominus enim exercituum speciale dominium tam in terra Iudæa q̃ in populo, sibi pro tempore seruauit: hoc est pro tempore legis Mosaicæ: vnde dicit in fine illius cap. Mei enim sunt serui filij Israel quos eduxt de terra Aegypti. Ex isto patet honestas libertatis & inhonestas seruitutis: quia populum suũ noluit deus hac turpi seruitute premi.

¶ Ad secundam dubitationẽ respõdetur: q̃ ad rerum dominia diuidenda sufficit lex iusta. scilicet auctoritas & prudẽtia in legislatore vel in suis. hoc modo Adam habuit dominium respectu filiorum suorum post lapsum: & Noe respectu filiorum & nepotum. potestas enim patria patris ad filium est de lege naturæ vbicũq; habitent. j. Politicorum. Alia est potestas politica: & illa conuenit homini ex eorũ consensu sup quos habet talem potestatem, siue ab eo descẽderint siue non: dũmodo simul cohabitent in eius iurisdictione. Q uare licet Adam & Noe sicut cæteri patres in suis filijs habuerint potestatem naturalẽ: poterant etiam habere potestatem politicã a suis liberis concessam. (Ille enim duæ potestates non repugnant in eodem suppposito) quia poterant rogasse patrem vt sibi varias portiones terræ partiretur secundum suam prudentiam: & ipse viua voce ipsis potuit obtemperare. Relicto primo parente cuius tota posteritas in diluuio submersa est, demptis octo: ad Noe veniamus.

Et verosimile est q̃ Noe vniuersum orbem suis filijs partitus fuerit. sic cũ Hieronymus in libro Hebraicarum q̃stionum opinat. ad qđ Geneseos x. caput alludit. Illic nanq; scribit. Hę sunt gẽnationes filiorũ Noe. Sem, Cham, & Iaphet. vbi glossa Alcuini. Sem Asiam: Cham Aphricam: & Iaphet Europã accepit: licet aliquid i Asia obtinuit. s. ab Imao & Tauro mõtibus ad Tanaim fluuium: quia filij Iaphet septẽtrionalẽ illã partem tenuerunt a Tauro & Imao mõtibus Cilicię & Syrię. Et seq̃t i eodẽ x. capite. Filij Iaphet Gomar, & Magog. Madai, Ianam & Tubal & Mosoch & Thiras. vbi glossę & margĩales & iterlineares exmẽte Hieronymi. Gomar. hoc ẽ Galathæ: hoc ẽ, Gallogręci dicunt: & est prouincia Asię minoris. Magog. hoc est Scythę: q̃ & Massagetę. de quibꝰ Lucanꝰ att. Massagetes quo fugit equo volucres q̃ Geloni. Madai. hoc est Medi. Ianã, Iones: q̃ & gręci: a quibꝰ Ionium mare dicit. & quarta ligua gręcorũ Ionica dicit. Tubal: Iberes vel Hispani. Mosoch: Cappadoces. Thiras: a quo Thraces. Hęc oĩa in sentẽtia ponit Iosephus. j. lib. Antiquitatũ ca. xj. Ex quo patet q̃ immediate filij Iaphet partũ ceperũt in Europa. qđ erĩ in nullius potestate est: id occupanti concedit: quare poterãt capere terras non possessas. De filijs Sem & Cham vide idem caput Geneseos: qđ relinquimus: ne in impertinẽs labi videamur. Sed hęc ex idustria de nostrę gentis capite scilicet Iaphet paucis pstringere volui. Poterant aũt homines ex cõmuni cõsensu alicui terræ ꝑpinqui inter se cõuenire de illa terra nõ possessa partẽda. sicut Abrahã & Loth. Genẽ. xiij. Abraham dixit ad Loth. Ecce vniuersa terra corã te est: si ad sinistrã ieris ego dextrã tenebo. si tu dextrã elegeris: ego ad sinistrã pgã. Et sic adhuc posset fieri: vt si mille adinuenirẽt vnã insulã de nouo: possent inter se constituere vnum caput, & in regia politia viuere, dãdo ei potestatẽ insulã diuidẽdi: vel ipsi inter se partiri possent. ¶ Q uo ad superiores: aliq volebãt regi a paucis nobilib⁹ in moribus & aristocratice. alijs democratice viuere fuit cordi. Alij aũt volebãt vnũ ꝑsse reipublicę. & hoc multifariã. Q uidã electione ꝑ sua vita, & non heredibus: sed noua fieret electio in eiꝰ morte. Alij vt Taprobanẽses eligunt senẽ sine liberis quẽ taliter seruant. Alijs vnũ caput qđ ꝑsset. i loco eminẽtiori cõstituere placuit: qđ nihil posset facere in republica sine aliorũ cõsilio. vt cõsul Romę. dux apud Venetos. Sed quo ad Politiã regalẽ erãt primi aliqui q̃ tyrãnide & violẽtia regimen & dominiũ ceperunt: vt Nembroth. Geneseos. x. primꝰ hoim qui politiã regalẽ tentauit: & imperij amplissimi pariter & longissimi Assyriorum iecit fundamenta. ante eum enim patres familias præerant in suis familijs. Aliqui autem reges & pluri mi, vt opinor, introducti sunt cõsensu populi: & siue violentia siue aliter: non poterant iuste tenere regimen sine populi consensu. vidẽs enim populus pro statu naturæ lapsæ: si non punirentur sontes, non posse politiam durare: cõsensit in aliquo prudenti viro quem volebat habere curam super toto populo cum omni potestate legitima ad puniendos malefactores: constituens ei certa vectigalia, & prouentus, & custodes: alioquin malefactores eum tollerent de medio. & hæc politia inter reliquas omnes est præcipua & diuturnissima. A principio ergo reges habuerũt bonum principiũ. & adhuc si bene regant paterno more: a populo diligentur. Indicium est boni regiminis i rege qñ sub manibus eius & suorum regnum conseruat seu manutenet in religione quo ad deum: iustitia: viribus: & bonis fortunę iusto medio acquisitis. Ex quo patet q̃ reges instituũtur pro bono populi tanq̃ principale membrum totius. & nõ ecõuerso. Nõ loquor de regibus Iudęę & Israelis qui aliter initium habuere. Secundo sequitur q̃ totꝰ populus est supra regem: & in aliquo euentu potest eum exauthorare: quẽadmodũ Romani Tarquinium Superbum imperio exuerũt. sed nõ potest de iure sine maxima & euidentissima cã: quia alioquin nouissimus error esset peior priore. Ista quæ diximus de politijs: alias diffusius deduximus. ¶ Sine probatione multa pertrãseo: ponẽs aliquas propositiones quas arbitror apud sapientes non egere magna probatione. Q uarum vna est. Rex non potest transferre ius regni sui & politiam regalẽ in quẽcũq; velit. illa enim facultas nõ est ei concessa a populo: sed apud populum liberum manet. Nam dato oppositio sequeret q̃ malus rex qui haberet populum suũ inuisum posset trãsferre sceptrũ regni sui in quẽlibet hostẽ, tyrannũ, famulũ, ignobilẽ, vel in infidelẽ. qđ nõ est audiẽdũ. Istud est exꝑssum. de iure iuran. ca. Intellecto. de rege Hũgarię. & in ca. Licet. de voto: de ducatu. propterea in dicto ca. Intellecto. infert & bñ Panor. q̃ rex nõ est merus dominus iurũ regni: sed potius præpositus & administrator. Vlterius sequitur q̃ rex vnus non potest ꝑtendere ius i regnũ alterius hoc solo q̃ alter rex sine consensu populi contulit: consensu inquam exꝑsso vel prę sumpto. ¶ Alia propositio. his non obstantibus donatio Cõstãtini Syluestro papæ facta quo ad terras ecclesię fuit licita: & illarum terrarum dñiũ manet penes ecclesiã: quicquid Accursi⁹ & multi legistæ dixerint: & nouissime Laurẽti⁹ Valla. non tñ qa restituerit ecclesię qđ suũ erat, & q̃ Rõanus pontifex sit caput imediatũ regũ in tpalibus. illđ enĩ nullo pacto est mihi ꝑbabile quicquid alij dicant. ¶ Ex isto patet trñsio ad dubitationẽ q̃ rex nõ habet ita liberũ dñiũ in regno vt ego in biblia

Universidad de Deusto
Biblioteca

mea.rex enim nō potest conferre regnum alteri q̄ vero hæredi proximo: & ille non est propter ea rex:sed cōsensu populi interdū reges eligētis: frequētius tñ & melī⁹ ius vni & toti posterritati dā tis.Ego aūt possum meā bibliā dare cui volo,& data est.Vltimo sequit̄ q; debet rex oculū conuertere in subditos vtilitatē:& nō ad ꝓpriū cōmodū particulare:ne pulchrā politiā regalē in tyrannidē cōuertat.Et licet eū alteri⁹ speciei (ꝑ modū loquēdi) vulg⁹ existimet:se tñ putet habere solū honorificētissimū officiū i republica:& ꝑ cōsequēs magis deuinctum ꝓcurare totius reipublicę vtilitatē ad quam ordinatur:quod si negligat: coram deo rationem dabit.

¶Tertio circa hāc q̄stionē dubitat quō ferarū acquirat dñiū.Rñsio.solū iure hūano positiuo.& de aliquib⁹ loquit̄ Impator.institu.de re.diui.§.Singulorū.& sequētib⁹.Vñ in.§.Ferę.dicit.Q d eñ ante nullius est,id naturali rōne occupanti concedit̄.Ex quo sequit̄ q; ingredies i alienum fundū gratia aucupādi aut venādi:siue dñs ꝓhibeat siue non: q cq d in alieno fundo capit̄:capietis efficit̄:nec dñs debet auferre.ff.de acqui.re.domi.l.iij.& insti.de re.diui.§.Apium.glossa aūt q̄ tenet cōtrariū nihil valet.sed ꝓhibēte dño ingredies:teneberis iniuriarū.Et ex illo rōnabiliter seqūtur q; si captas certū,aprum,vel aliā ferā in lacō alteri⁹,siue alter vulnerauerit ferā siue nō,hæc fera tua est.& hoc ipm patet Insti.de re.diui.§.Illd q̄si tū.quia sicut illic dicit̄: multa accidere potuissent ne eā cepisses.nā insptcim⁹ qd euenire pōt q̄n res est ad aliud naturaliter destinata. Venatores tñ cū sit lex positiua possunt huic legi ꝑiudicare ꝑ consuetudinē oppositā.sed vbi non est cōsuetudo:in casu ancipiti ad hāc legē rationabilē recurrēdū ē. Et ex isto patet q; apes vel volucres i arbore tua a me captę efficiunt̄ meę:q̄is eñ in horto tuo nidificēt:vel in arbore tua consederint:nō sunt tuæ quousq; eas ceperis.& ideo q cunq; illas feras ceperit non tenebit̄ furti:nec alia actiōe.§.Apium. Bene semp tenebitur tibi iiurtarum si anteq̄ itra ret campū tuū vel ascenderet arborem tuā,prohibuisti.tñ captū ab eo post ꝓhibitionē: suū efficit̄. Non loquor de apib⁹ in aluearibus tuis reclusis q̄ abeunt & redeūt:nec de feris vt pauonib⁹,columbis,vel ceruis.q̄ hñt consuetudinē eūdi & redeundi:qa tn his est regula iperatoria & rationabilis.§. Pauonū.q̄ diu hñt animū eūdi & redeundi : sunt ipsius possidentis.sed si ista animalia non reuertant duabus vicibus,horis vel diebus consuetis: iam præsumitur q; deposuerunt animum reuertendi:& fiunt occupantis.vt dicit glos.in.l. De q bus.ff.de leg. Animalia tamen naturaliter mansueta quātūcūq; fugerint cōspectū antiqui dñi,& alio se trāsferāt:manēt antiqui dñi:& ea capiēs cā lucrandi lanā,pēnas,aut oua eorū,cōmittit furtū.

¶Vltimo dubitatur:quia in huius quæstionis fronte diximus q; dominium rei est vsus vel ius ipsius rei metaphysice loquēdo:quō illud sit verū:cū vsuarius habeat ius i re: similiter fructuarius:& tñ nō habet illius rei dominiū secūdum vulgo loquentes. ¶Respondet̄.sequendo principia realium in metaphysica,dicendum esset q; ius fundamentaliter est res possessa. Formaliter autem est habitudo & relatio ipsius possidentis ad rem possessam. Sed nominales sectādo & has relationes negando siue reales siue rationis, aliter dicēdum est q; non oportet inniti in his materijs difficultatibus talibus: sed loqui secundum materiam subiectam.Nam æque difficile est alijs immo multo difficilius applicare materiā de qua loquimur suis positionibus: q̄ nominalibus.propterea talia paucis secundum materiam occurrentem tangam.Præsupponens illas regulas metaphysicas alibi determinatas,dico ad rem partim cū metaphysica.Q uicunq; habet ius in aliqua re potest dici dominus illius rei vel in absoluto sermone vel secundum quid.vt vsuarius habet dominium vsus: & vsufructuarius habet dominiū vsufructus.quod patet a signo.si ab vsuario rem auferam,dicor facere furtum,& iniuriam furti.ergo tollo alienum inuito domino.ergo aliquo modo vocatur dominus extēso vocabulo.Alio modo capitur dominium proprie & stricte: & sic addit quandam præminentiam.& sic omne dominium est ius:sed non contra.subditus enim habet ius in dominum,& filius habet ius in patrem vt alantur:& vxor in virum: nō autem dominium. Et sic describitur.Dominū est ius habēdi,possidendi.& vtendi aliqua re pro libito si non fuerit limitatio aliunde per legem positiuam ex quadā superioritate prouenies.De iure proprio & non alieno loquor.procurator enim vel famulus vtitur & fruitur licite rebus domini sui:sed non iure proprio:quia nō pōt vendere/vel donare simpliciter rem:hoc autē potest fructuarius. (Si nō fuerit limitatio)potest enim lex ordinare q; non liceat nobilibus vendere terras nisi in casu vel nō nisi consanguineis vel ad certum tempus. vt Hebreis.Leuitici.xxv.præceptum erat. Vsufructus autem est dominium imperfectum:& habet dominium solum vtile:quēadmodum habet vasallus vel emphiteota.qa realiter ista duo vltima dominia non distinguuntur a dominio vsufruct⁹: nisi penes aliqua accidētalia quę plerūq; cōtigūt: vtpote fructuarius nō potest ipm ius vēdere:hoc aūt potest emphiteota & vasallus.& dominia hęc sunt diuturniora ꝓut plurimū fiūt,q̄ vsufructus.

dominiū vtile qd habet vasallus nihil iuris addit vltra vsufructū.& vl'iter quātū habeo de potesta te licita in aliqua re:tātū habeo iuris in re ipsa.Est sophisma materiæ quam tractamus:insistere i talibus an sequat̄. Sortes habet dominium vtile in hac re:ergo habet dominū simpliciter in hac re. Potestas,potētia licita,ius,dominū,extēso vocabulo coincidūt. Sed tā restitutionē aggrediamur.

¶Distinctionis Decimęquitæ Quęstio Vndecima.

Prima igit̄ de restitutione quęstio erit hęc.Vtrum homo teneat̄ restituere illa q̄ acq siuit ꝑ præscriptionē vel vsucaptonem. Primo q̄stionis terminos explicabimus: postea cōclusiue respondebimus. Termini explicādi sūt p̄scriptio & vsucapio.& licet iterdū illi termini cōfundant̄ sic vt vnus sumat̄ ꝓ altero:ꝓprie tamen discrimen habent:vt p̄scriptio in immobilib⁹ : & vsucapio in mobilibus sumat̄.Nec capit̄ mobile sicut in philosophia,quia sic quęlibet res creata ē mobilis.centrū eñ terrę & tota sphera terrę est de se mobilis.Sed capimus immobile vulgariter ꝓ agris,ędificijs,& huiusmodi q̄ non solent moueri nec se mouent. Oppositio modo mobile capit̄ ꝓ animalibus se mouentibus:veste,pecunia, & alijs rebus q̄ palām mouent̄. ¶Prescriptio aūt sic definit̄.Prescriptio est quoddā ius tpe cōtinuo & auctoritate legis vim captēs:alicui dās dominium i mobiliū in odiū negligentū,& ad dirimēdas lites finaliter ordinatū.Eodē modo definiat̄ Vsucapio hoc dēpto q; ponat̄(mobiliū).Decē aūt anni cōtinui requirunt̄ ad p̄scribēdū inter p̄sentes:vigīti inter absentes:& duo anni absentię ꝓ vno p̄sentię reputant̄.Dixi (cōtinui).si qs cī aliquos agros quinquēnio possederit:& postea p totidē nō possideat:sed p alios quinq; postea possideat: is nō p̄scribit.sed si quis vēdat agros in fine quinquēnij cōditionaliter:si deficiente cōditione cōditio resoluatur:illa tēpora cōtinuant̄.Presentes sunt in eadē ꝓuincia degentes,& absentes in alia.C.de præscrip.lō.tem.l.fi.Vsucapio aūt fit in triēnio.Nulla est ratio nisi voluntas legislatoris stare i hoc anno rū curriculo pluſ q̄ alio. Sed isti anni non seruantur in qualibet præscriptione:sed sunt iuris Cęsarei & cōmunes.Nam contra ecclesiā Romanā nō currit minor q̄ centenaria in his q̄ spectāt pricipaliter ad ipsam.vt patet per glos.in ca.Ad audientiam.in eo.nisi i casu ca.secūdi eiusdem libro.vi. vbi catholici præscribunt contra ecclesiam Romanam bona hæreticorum qui ignorabantur in vita esse hereticiſi per.xl.annos bona fide ea possederunt.Contra alias autem ecclesias requiritur xl.anni.vt patet in cap.De quarta.huius rubricę. Sed res patrimoniales clericorum non gaudent isto priuilegio quadragenario:sed communi spatio præscribuntur sicut aliæ laicorū:vt tenet glos sa in ca.Possessiones.xvj.quęst.iij. Sed hospitale & alia pia loca requirunt.xl.annos ad p̄scribendum more ecclesiæ. ¶Ad præscribendum autē tria requiruntur:scilicet iustus titulus : vt dicitur in cap.Si diligenti.eo.non eñ requiritur legitim⁹ titulus:sed sufficit erroneus,putatus verus:vt patet.ff.pro socio.l.fi.quia si requireretur legitimus titulus,nunq̄ dominiū conferret præscriptio. Tēpus de cuius initio memoria non est , habet vim tituli. Secundo istud intelligitur q̄n res non est p̄scriptibilis a tali:vtpote spiritualia & spiritualib⁹ annexa a laico.quare si laic⁹ colligat decimas, primitias:oblationes:& ius patronatus conferat:eligat episcopos,& huiusmodi,toto tempore sufficiente ad præscribendum:minime præscribit:qa illius iuris non est capax. ¶Secundū requisitum ad præscribendum est bona fides.& capitur pro iudicio vel conscientia: sicut capimus in communi modo loquendi.hoc est q; durante toto tēpore præscriptionis homo credat rem esse suam ęq ualenter.hoc est,a principio hoc credidit:nec potest ea habuit oppositum . possessor enim malę fidei nullo tempore præscribit.in eodem titu.cap.Vigilanti.& per capitu.Possessor.de regulis iuris.libro sexto.& si quis tēpore præscriptionis habuerit conscientiam læsam ex causa legitima:interrupta est p̄scriptio:& incipit præscriptio cū cōscientiam læsam reformauit. Ad hoc est argumētum in capitu. De quarta.in eodem titu. Si tamē ex levi causa conscientia fuit læsa:quam tamen reformauit sufficientibus motiuis:non interrumpitur præscriptio.Eodem modo si quis habuerit ꝓbabile dubium,non præscribit illo tempore.nō eñ sufficit malam fidem abesse.& hoc videtur tuti⁹ in foro animæ.Dubitatio tamen vacillans & momentanea reformata per sufficiētia iudicia:nō impedit.sicut non omnis dubitās est hæreticus: sed fixe & deliberate dubitans. ¶Tertiū requisitū est q; proprio nomine possideat:quia si alieno nomine vt precario:vel si coloni fuerint: non p̄scribitur. Aliqua etiam sunt quæ non possunt præscribi vtpote res vitiosa:quare res furtiua vel vi possessa nō potest præscribi in sensu compositio: nō solum a fure & raptore quia est malę fidei possessor:sed nec etiam ab alio:quousq; vitium purgetur.Istud patet insti.tu.de vsucap.§.Furtiuæ.vbi dicitur.Furtiuæ quoq; res & quę vi possessæ sūt: nec si p̄dicto longo tempore bona fide possessæ fuerint:vsucapi possunt.Nam furtiuarum re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Contra primā conclusionē argumentor probando q; non liceat bellare. ꝰcribitur Matth. v. Si quis te percusserit in dexterā maxillā

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuā prębe illi & alterā.& Matth.xxvj.Christꝰ dicit Petro.Cōuerte gladiū tuū i vaginā.& Matth.xj. Si vos persequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.exēplo ipsius Christi qui fugit ab Herode.Matth.ij.cū resistere poterat.& Io.xviij.respōdit Pilato.Regnū meū nō est de hoc mūdo. Multę quoq; similes auctoritates itroduci possunt: pariter & gesta martyrū:qui resistere poterāt tyrānis mediate vel immediate: qui hoc minime fecerūt.

¶ Respondeť. circūstantię scripturarū & gesta probatiū timorū virorū illumināt intellectū. Ipse nāq; Christus nō impleuit ista:nec apostoli,secūdum sonum verborū. ꝓpterea negatur q; primū sit de pręcepto. vult cm̄ Christus ꝓ illud suadere patientiā interiorē animi.vt Augu.dicit in sermone de puero Cēturionis.& expresse.xij.cōtra Faustum.cap.lxxvj.Nā dum pcuteretur Christus Io.xviij.respondit. Si male loquutus sum: testimoniū perhibe de malo:si aūt bene quid me cędis?ergo nō prębuit alterā maxillā.Possumus itaq; hoc exēplo cognoscere q; nō est de pręcepto nō repercutere.Beatus Paulus Actuū.xxij.Percussus respondit principi sacerdotū. Percutiet te deus paries dealbate.Et tu sedens iudicas me secūdum legem: & contra legem iubes me pcuti. Illud autē Matth.xxvj.Oēs qui acceperint gladiū.debet intelligi extra auctoritatē legis.Ad illud Matth.xj. q; fugiendū est de vna ciuitate in aliam.distinguo si cm̄ sit persequutio ꝑsonalis:conceditur exēplo beati Pauli. Actuū.ix.fugientis Damasco. tunc autē est persequutio ꝑsonalis qn̄ quæritur qa hęc persona nō qa fidelis. Si sit pśequutio qa fidelis: iterum distinguo.vel videtur fore vtile ecclesię q; expectet:& q; aliqui cōuertent ad fidē: & tunc nō est fugiēdum: sed intrepide mors toleranda: exēplo Heroicoꝝ martyrū q manserūt.vel est verosimile q; erit solū dertsio fidei & nullus ꝓfectus ecclesię:& tūc dandus est locus fręficut nūc cōtingere pōt interdum inter Mahumetanos:nō em̄ sunt proijciendę margaritę iter porcos.Matth.vij.

¶ Secūdo principaliter argumētor. homo in acie belli iusti videns se esse occidēdum si maneat erit causa suę mortis. ergo tunc bellare nō est meritoriū:cū homo teneatur succurrere suę vitę. ¶ Insup fortitudo militaris est solum fortitudo simulata, & vitiū.secūdum Aristo.iij..Ethi. & tamen est habitus genitus ex inuasione & expectatione in bello. ergo fortitudo non est virtus.

¶ Ad primū istorum dico.vel homo in acie belli existimat q; ad suā fugam peribit respublica, & reliqui exercitus erūt trepidi & territi:& verosimile est q; relinquent pugnā in pernicię reipublicæ: & tunc secūdum Aristo.iij.Ethi.expectādum est:& peccat grauiter aufugiendo.quare recte dixit Aeneas.ij.Aeneidos.Pulchrūq; mori succurrit in armis. & meticulosis addit poeta epitheton (turpe) inquiens.Pars ingentē formidine turpi Scādunt rursus equum.Per carētiā nāq; timoris Dido sorori Annę probare nisa est Aeneā esse de genere deorū,dicens.Degeneres animos timor arguit.& alibi dicit.Audaces fortuna iuuat.Nā crebro audacia ꝑ fortitudine vsurpat.& xij. Aeneid. Turnus dixit Iuturnę.Terga dabo.& Turnū fugientem hęc terra videbit?Vsqueadeo ne mori miserū est? Et primo Officiorū Marcus Tullius sic scribit.Vnicuiq; nostrū chari sunt parētes, chari liberi, ꝓpinqui, familiares:sed oēs oīm charitates patria vna cōplexa est: pro qua quis bonus dubitet mortē oppetere si ei sit profuturus?Hinc Marcus Regulus obiectauit caput suum periculis Pœnorū in primo bello punico:ratū habens q; atrocia supplicia nō euaderet.& in hoc nō temere egit:vt Mar.Tullius.iij.offi.ostēdit. Nam octo milia Romanorū improbe captorū ab Hānibale noluit se natus redimere:teste eodem:vt insitum esset militibus Romanis aut vincere aut emori. Phileni duo fratres Carthaginenses ꝓ ampliandis finibus reipublicę:se vivos sepeliri permiserūt. Timor nāq; viri fortis turbat totā aciē.Quocirca Lucanus excusat senatū q; reliquerit Romā formidine Cęsaris:ob timorem scilicet Pompeij Magni. vnde primo Pharsalię sic ait.Danda tamē venia est tātorū danda pauorū:Pōpeio fugiente timent. Stimulus aūt ꝓ augēda gloria patrię nō est exiguus. Nō me fugit quin multi in hoc exuperēt:sed hoc nihil turpitudinis habet respectu ꝓditionis patrię. In solo em̄ lumine naturali loquēdo expectandū est ꝓ defensione reipublicę.multo itaq; magis secundum veritatē nobis a deo reuelatā:cū ponenda sit vita post hanc vitā. Talis autē sic moriens est causa sed non imputabilis suę mortis: prestat enim belle mori q; turpiter viuere: & cū ingloria est quotidiana mors,aufugere vbi expectandum est.Et licet bellare propter honorē vel ad fugiendam turpitudinē nō sit actus fortitudinis bellicę: sed potius magnanimitatis:tamen nō videtur vitium sed virtus. Hinc vt Aristo.iij. Ethi. ex Homero allegat. Hector ne esset inglorius aufugere noluit.Nec Diomedes.iij. Ethi.viij. dicit cm̄ Hector. nam me Polydamas ante omnes reprehendit. & Diomedes dicit. Troianos optimus Hector Tytides metuens puppis confugit ad altas. Si vero homo videat q; cōmode recedere possit ab acie belli: & nihil mali continget exercitui:nolo dicere q; perperam agit abeundo. Vbi autem nulla esset spes victorię:vt quia vnus exercitus in multitudine icōparabili & apparatu bellico alium exuperet:illic stare est demētis: lues & ignominia reipublicę.hostis em̄ sic fit vincendo animosior.

¶ Ad cōfirmationē de fortitudine militari. Fortitudo militaris potest bifariā accipi. Vno modo ꝓ habitu quē habet miles pugnādi in bello iusto: & talis habitus est vera fortitudo. Aristo.tñ sic non capit. Alio modo capitur fortitudo militaris pro habitu quē qs habet potiēdi victoria:& nō ꝓpter finē honestū sed solū quando credit se potiturū victoria: & sic capit phūs vbi dicit. Expectant q; alios lędere nouerūt:sed mcrebrescētę periculo milites primo fugā corripiūt. qđ declarat ꝓ expectationē ciuiū in Hereuo & fugam militum.

¶ Tertio argumentor,finitimi Britanni sine consensu regū deprędantur tam die q; noctu:& nō restituunt:& tamē tale bellum est inusitum:nec est dicendum q; .xx.vel.xxx.milia hominū sic numero tam magno dānentur:cū raro restituant. ¶ Respondetur.interdum immo plerūq; qñ tñ est inter vtrūq; Britannorū regnū pax & concordia,finitimi plurimi subtrahūt clanculū a se inuicem hostiliter noctu: immo a suis si cōmodius possint q; ab hostib⁹. tales qa fures sunt & grauiter peccant:& raro restituunt immo rarissime:cōcedo a multis pręteritis annis viuere in statu dānationis.Hoc nāq; inter eos ita cōmune est: vt maiores & animosiores prędones putentur valentiores viri:& in bona fama extollātur. & sic ad latrocinia animantur. Reges vero in hoc ambo omittunt: & locū tenētes principes multo magis: quibus reges dant talium rerū curam:sed suis nimis indulgent: putant em̄ manutenere ꝓ hoc cor datos viros:quia si eos tępore pacis e medio tollerent,deficerent viri tępore belli.Quāobrē in punittone istorū finitimorū principum,reges conuenire deberent.Cū autē est bellum indictum a regibus: vtraq; pars habet consensum virtualem regum ad sua repetenda:quę alia via haberi nō possunt. Sed vnum illic est summopere notandum: q; scilicet dñs finitimus primo frangens fœdera pacis multū delinquit:& est causa longi belli futuri,ꝓpterea debet puniri:vt cęteris cedat in exēplū: & habeatur pax in republica:forte em̄ vnus finitimus potens occasione parua data ab aduersarijs vel quia nō contētus de suo rege:patriā vicinam oppositā ingreditur:aliquos vicos hostiliter spolians:& nobiles oppositi ablata recuperare studentes simile faciunt.Ecce quomodo plerūq; violatur pax:& cum isti nō puniuntur a superioribus: crebro hęc attentāt in bonorū virorum iacturam. ita vt plurimi finitimi pace relicta & agrorum cultu:accingant se ad arma.hinc furta,rapine,homicidia.& multa mala ob negligentiā regū & locorū tenentium proueniunt.

¶ Quarto arguiť. ex dictis bellum esset iustum vbi homo occidit inuasorē ꝓ defensione sui corporis q; aliter euadere nō potest.cōsequens est falsum:qa occidens est irregularis saltē si fuga potest sibi succurrere:& irregularitas nō infligitur nisi ꝓ peccato. ¶ Pro solutione argumēti notabis.q; licet aliqui tenuerint neminī licere occidere inuasorē ꝓ tuitione suę vitę,vt Hugo: hoc tamē nō est rationabile. Alij tenēt q; nō licet ecclesiastico vel religioso. Neutrū placet: quia vim vi repellere licet cū moderamine inculpatę tutelæ.ff. de iusti.& iur.l.Vt vim.vbi dicit impator:vt vim atq; iniuriam ꝓpulsemus.nam iure hoc euenit vt qđ quisq; ob tutelam corporis sui fecerit: iure fecisse existimeť. Non valet glossa Accursij dicētis hoc esse verū iure fori:sed nō iure poli. Dico & iure fori & iure poli.probat.rationabilius est vt vita innocentis saluetur q; nocentis qui inuadit. & ordo charitatis suffragatur quæ incipit ab habente. Hoc idem patet ad leg. Aquiliā. Sed & si quicūq; Idem est ob tutelam rerū suarū. C. vnde.vi.l.j.Itē nisi sic,:dabitur occasio maleuolis bonos & innoxios perimendi. & si aliter euadere non possit nullam irregularitatem incurrit, vt patet de homicidio. Si furiosus.in Clemē.Ab isto autē iure naturali nulla lex positiua nisi esset specialiter diuina excipit: & propterea hoc licitum est in ecclesia dato q; polluereturquod est falsum:cum ecclesia possit reconciliari:homo autē occisus naturaliter nō potest restitui. Q; illud sit falsum patet.ad hoc vt polluatur requiritur effusio sanguinis iniuriosi:vt notatur in capi. vnico.de cōsecra. eccle.lib.vj. Et istud est licitum celebrāti si inuadatur: & aliter euadere nō possit. ratio est. quia propter impedimentum corporale superueniens:officium dimittitur inexpletum. vij.q.j. Illud.& ca. Nihil.sed hic est grande impedimētum celebranti: immo mortis periculum. ergo licitū est prętermittere officiū & liberare se a periculo occurrente. & inuadente occiso potest reassumere officiū,cōtinuando vbi reliquit:quia nec peccauit nec irregularitatem incurrit:vt dicit illa Clemētina Si furiosus.Moderamen autē vocat inculpatę tutelę quādo homo sic suum corpus tuetur vt in eius tuitione nō peccet:quia si excederet esset culpata tutela: nec esset moderamē.Et patet hoc amplius:sit aliquis me inuasurus de quo probabiliter multum iudico q; me occidet iniuste si expectem: sed preuenio ictum eius forte eum occidendo: si iudicarem eū daturū mihi solam alapam:non debeo eū occidere ad seruandum me ab illa alapa: quia illa tutela est culpata.nisi sit verosimile q; sit ita robustus & ego ita debilis vt eius alapa me occidat: tunc enim ferro possum pręuenire ictum.ratio est possum seruare meū corpus omni modo mihi licito:suppono me non posse id facere sine ferro. suppono semp q; recte iudicē vel inuincibiliť q;

Universidad de Deusto
Biblioteca

me occidet nisi hac via resistã.alioquin mihi non licebit.postq̃ autẽ me percussit nõ debeo repcutere: quia hoc nõ est pro corporis tuitione: sed pro vindicta inferẽda:nisi sit verosimile q̃ me percutiet secũdo:iam eñ debeo facere illud ratione cui⁹ tuear corpus.& hoc est qđ legistę dicunt:q̃ tutela debet esse incõtinẽti.Et ex isto patet q̃ si iudicem periculosius mihi fore repercutere sic:& alteri resistere nõ possim si semel irritatus fuerit: nõ debeo repercutere:quia melius est vel minꝰ malum est habere paruum ictum vel vulnus q̃ occidi.Secũ do patet q̃ si pcutiã timidũ & verbosũ ꝓpter verba minatoria,excẽdo seruando meũ corp⁹:qa nõ est probabile q̃ me occidet si quiescam. Prẽterea patet q̃ licite pcutiã aliquẽ ferro qui percutit me baculo:vel pugno. & licet nõ debeat ꝓcussus suũ percussorẽ insequi exquo nõ vult amplius percutere. vt patet in.l. Si ex plagis.§.Tabernarius.ff. ad leg.aquil.tuncta glos.tamẽ si insequat percutiẽtem & eũ vulneret:nõ debet puniri vt dolosus sed vt culpabilis:quia inconsultus calor vitio calũnię caret:vt dicit in.l.j.ff.ad Turpil.&.tj.q.iij.§.Notandum.& in.l. Si adultertũ.§.Impatores.ff.de adulte.¶ Sed si homo possit aufugere & sibi succurrere celeritate pedum:an teneatur aufugere:est dubium.Distinguo:aut est vir quẽ nõ decet fugere: ita vt fuga sit ipsi maximę verecũdię: & tũc dicit q̃ non tenetur aufugere:quia fuga est iniuria ei.l. Apud Labeonẽ.ff.de iniurijs.quare licitũ est pcutere ad hanc iniuriã propulsandam. Prẽterea dare tur iniusori materia sup̃biendi:& fugiẽtis amicis occasio male loquẽdi & male suspicãdi de eius timiditate:& qa priuaretur bonis quib⁹ antea iudicabatur dignus:ita q̃ esset ei & suæ familię continua tristitia.Iste tamen bene esset irregularis:quia irregularitas crebro incurritur sine peccato.Barth. indistincte tenet istud de quolibet in dicta.l.mihi tamen sic indistincte nõ placet: vtpote si iniusus sit homo ecclesiastic⁹:vel aliquis philosophus cui fugere nõ est turpe.militi eñ in casu fugere nõ est turpe:ergo nec istis genenbus hoim vbilibet:vel si fuerit vir cognitus animosus:quem inuadit vir cuius animositas nõ est cognita,multo prẽstãtior in sanguine: vel si esset ei superior cõsanguineus vel aliqua magna charitate coniunctus,vel reipublicę multo vtilior.in hoc eñ euentu militi aufugere nõ est turpe.Et eodem modo licitũ est percutere ad defensionẽ alterius:siue alteri patienti iniuriam prẽstare opem.Ratio est. quia licitũ est alteri prẽstare auxiliũ circa conseruationẽ vel recuperationẽ rerũ: vt patet in.l.Furũ.ff.de fica.& glossa notabili.xxiij.q.iij.§.primo. & ad hoc facit capi. Olim.de resti.spoli. qa nõ est verosile q̃ eps fuerit hic solus in expulsiõe istorũ fratrũ. Nec sequit ex isto q̃ indistincte iuasus põt occidere inuadentem.vt arguit Bar.a rebus ad corpus:sed circa res ablatas altas captas.incõtinenti eñ vim vi repellere licet:quia in ablatione rerũ intelligit̃ q̃ fiat q̃ primũ potest collectis amicis.ff.de acqui.possess.l. Qz mee.§.fi.&.l.Clam possidere.§.Qui ad nũdinas.eo.ti.hoc est.licitũ est insistere cũ amicis ad recuperationẽ rei iuasę.vt cũ potẽs quispiã expulit Titium ab arce sua : mẽsis vnus labitur aut duo anteq̃ colligat amicos & fautores ad expellẽdum potentẽ illum.hoc eñ est incontinenti fieri q̃primum poterit,nõ diuertendo se ad aliena negocia: quia si tempore intermedio ꝓposuisset nõ prosequ res ablatas: postea nõ deberet laborare ad colligendos amicos pro expulsione prefatt potentis. ¶ Sed dicis.non licet occidere pro ablatione rerũ quemplam.probatur.quia debeo diligere sortem plus q̃ res meas: ergo debeo dare ei res meas in nemore potius q̃ eum occidam: quia si eum occidam:magis diligo res meas q̃ ipsum contra ordinem charitatis.¶ Respondetur. diligo sortem plus q̃ res meas:hoc est volo vt habeat vitam eternam ad quam eũ expediam si me non relinquat cum rebus meis. & nolo res meas habere vitam æternam: quia ad hoc sunt ineptæ. Secundo dico.q̃ plus diligo me q̃ sortem:quia res mee sunt mihi & meis necessariæ. Tertio dico & plus facit ad solutionem argumenti.diligo plus salutem reipublicæ,q̃ corpus Sortis esse in iactu reipublicæ. si enim sineremus tales odiosos turpiter bona aliorum : multis daretur occasio similia perpetrandi:& ficret mihi iniuria,& contra meam famam: etiam si essem presbyter in isto casu.secus esset vbi nihil de rebus meis vel ecclesiæ perderem,mihi succurrẽdo celeritate pedum. ¶ Epilogando ex hoc pregnanti argumento habetur q̃ vim vi repellere licet incõtinenti. & patuit quõ hoc sit intelligendum tam in personis q̃ in rebus. Et ex dictis patet q̃ discipulus potest resistere magistro, & seruus domino : filius patri: monachus abbati: marito vxor: vbi nisi resistant occidentur: vel grandem iacturam corpoream patientur: quã resistendo propulsare possunt. Si sit verosimile q̃ petus eis continget resistendo:tam nõ est moderamen inculpatæ tutelæ. Si mulier videlicet vel scholasticus occidetur nisi occidat:nec est alia euasio: potest occidere inuasorem. ista eñ sunt cõformia legi nature & ex mẽte legis cęsareę nõ tamen prædicanda:ne malis & temerarijs aperiatur licentia atrociter nimis resistendi. Sed hæc pro conscientia probabilia reor.

¶ Sed hic est dubium:an homo teneat occidere inuasorẽ vbi põt:& nõ patet ei alia via fugę. Ad partem affirmatiuã est color. debet eñ homo plus cauere peccatũ in se q̃ in quocũq̃

sub deo.propterea doctor subtilis tam in Quarto q̃ in Tertio,dicit q̃ plus debet viator cauere peccatum in se q̃ in humanitate Christi. & secũdum ordinem charitatis debet plus homo se diligere q̃ quãcũq̃ mortalem nũc creaturã: vt notum est.ergo potius debet sibi ipsi velle bonũ tam in bonis fortunę q̃ corporis:q̃ cuicunq̃ alteri:& potissimũ animę ad merendũ:& vt matorẽ habeat beatitudinem.sed mereri nõ potest nisi in corpore mortali: quia corpore sublato anima separata non est viatrix nec in statu merendi: ergo debet homo eniti seruare suum corpus ne occidatur ab inuadente iniuste: & potissimũ si corpore in hac mortali vita bene vti proponit.¶ In oppositũ arguit.inuasus potissimũ ꝓbabiliter existimãs se esse in gratia cõ mittetur iniuste inuadentis quẽ mortaliter delinquere potuit in illo actu inuadendi & volendi peri mere inuasum:cũ secundũ Psalmographũ Mors peccatorũ pessima.nec resistit repercutiendo q̃uis nullus sit alius modus q̃ repercutiẽdo sui corporis seruandi.Durũ certe videtur q̃ iste peccet potissimũ vbi ita in intellectu iudicat:& illum reipublicę opinatur futurũ vtilẽ.¶ Propterea pronuncreor talem passiue se habẽdo nullatenus delinquere:q̃uis in oppositũ sit color replicę.& cũ hoc tenẽdo(qđ probabilius censeo)si sint duo in extrema necessitate quorũ vtriq̃ eleemosyna sit danda de precepto:quorum vnum nouit mortaliter malum & alterũ bonũ:& habeã solũ quo vni succurrã:potius danda est eleemosyna bono q̃ malo.¶ Hoc iacto fundamẽto probabili supaddo:mitius agẽdum esse cũ amico q̃ cũ extraneo:& cũ bñfactore q̃ cũ alio. Nã raro est q̃ benefactor licet excedat in pcutiendo occidat vel enormiter mutilet: licet sup̃iores nõnunq̃ excedant in pcutiendo.Hęc dico ne locũ demus inferiorib⁹ in sup̃iores insurgendi. ꝓpterea oẽs isti habere debẽt rationẽ p̃minentiæ seu superioritatis. & dato q̃ effugere nequeant: nõ debent iudicare suos bñfactores velle se occidere.q̃ si ita iudicẽt, fortasse satius est pati mortẽ. ¶ Secũdo patet q̃ q̃libet debet iuuare vicinũ ne occidatur si põt sine suo piculo,etiã cũ ali quali corporis tactura:quẽadmodũ in casu debeo sustinere magnã inediã ne frater moriat fame.qa est in extrema necessitate. & istud etiã patet.xxiij. q.tij.Nõ inferẽda.&.lxxxiij.di. Error. etiã licet sit ꝓbabile q̃ aliquã paruã tacturã habebit in corpore si iudicet q̃ alter aliter euadere nõ põt.Nã si eẽt in domo cõburẽdus:possum & debeo ei succurrere si possim salua vita cũ aliquali corporis periculo.vnde Ambros⁹.i.lib.de offi. Qui eñ nõ repellit a socio iniuriã si põt:tam est in vitio q̃ ille q̃ facit.Ad hoc introducit factũ Moysi iuuãtis fratrẽ cõtra Aegyptiũ.Exodi.ij.& Prouer.xxiij.ait Salomon.Eripe eũ q̃ ducit ad mortẽ. & hoc si iniuste ducatur. ¶ Tertio sequit.si homo defendẽdo seipsum cũ moderamine inculpatę tutelę se mutilet vel occidat:vitat pœnã irregularitatis:nõ autẽ si alterum defenderet:etiã patrem vel matrẽ.vt dicit glos.sup cap. Si furiosus.de homi.i cle. Sed istis pœnis canonicis nõ est insistẽdum.& causa est:qa ego possum occidere inuadẽtẽ me cũ moderamine inculpatæ tutelæ in quocũq̃ loco vel quocũq̃ tẽpore:qa si nõ impediret a me:me occideret iudicio prudentũ:& me occiso ei debetur vltimũ supplicium secundum leges a legislatore publico latas.suppono q̃ nõ possim vitam meã tueri eum tenendo,vel anima ab eo capiẽdo:quia si hoc possim: male ago occidendo eum: cũ aliter vitam & quidẽ honeste tueri possim. & cũ nõ adsit legislator nec aliquis alius ad ministrandã mihi iustitiã: ratio naturalis cõmittit mihi vices iudicis vt me tuear.reo eñ nunq̃ denegat defensio etiã excõicato:secus est de actore. Nã cũ alter me inuadit,pso nã actoris etiã atrocitate quadã inuadit.Etiã ratio nabile est q̃ nocentũ peccata de medio tollant:innocentibus cõseruatis:potius q̃ cõtra.modo reus est innocẽs:saltẽ est innocẽs ne hoc modo perimatur.¶ Quarto patet q̃ peruersus est mos alicubi seruat⁹:vt Parisijs:duob⁹ pugnãtibus,vicinos se nõ interponere ad eos separãdos: etiã vbi possint sine discrimine vitę.¶ Quinto sequit q̃ homo põt & debet dulci eloquio inuasorẽ mulcere ne se inuadat:nisi fuerit talis cui⁹ eloquiũ ꝓm loquẽtẽ timoris & infamię notaret. qđ est perrarũ: quia cũ suaui eloquio stat virũ itrepidũ in cõspectu videntiũ assistere:ita vt iudicẽt alio & prudẽtior & aiosior. vel põt addere verba p q̃ sua fama non denigret quãtũcũq̃ nobilis fuerit:vt dicẽdo.frater mi,si in te peccaueri vel in tuos:ꝓborũ snię parat⁹ sũ accęscere:nec expedit mihi minari:qa famã vitę pferro:& alteri⁹ nim vita iaciet in alea:qđ nec tibi nec mihi vellẽ.¶ Vltimo fero.q̃ mod⁹ ille fugiẽdi est null⁹ q̃ in Britãnia ẽ satis cõis.dũ.s.ecclesiastic⁹ laicũ inuadit:ad triũ pedũ interuallũ laic⁹ retrocedit trahẽs lineã ex trãsuerso ense vel baculo:ꝓhibẽs ecclesiastico ne appropinquet sub pœna q̃ sequet.

¶ Quinto arguitur. sequitur ex dictis q̃ si sortes Hispan⁹ bona Platonis Galli abstulit: Plato Hispaniã ingrediens bona Ciceronis Hispani licite tollit: vt plerũq̃ in regionibus fit. sed probo q̃ male agit:quia Cicero non nocuit ei nec cooperatus est sorti ad ablationẽ bonorũ Platonis.ergo iniuste Plato tollit ei⁹ bona.¶ Respõdetur.cũ oẽs finitimi Hispani iuuent se mutuo:& Plato nõ possit hẽ sua bõa a sorte:tollit ea a cooperãtib⁹ vere vel p̃sumptiue.nec est siste:si tu fraudas me vno scuto sophistico q̃ ego possim illud scutum ponere in manus alterius innocentis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Contra tertiã cõclusionẽ cũ parte quartę arguitur sic.ex illis duabus conclusionibus sequit̃ q̃ aliqđ bellum est in parte iustum & in parte iniustum:cũ ex parte superior̃ sit iniustũ & ex parte inferiorũ iustum.cõsequens est incõueniens:qa qbus bellũ est iustum vel tale putatum, nõ tenẽtur restituere ablatũ: alij autẽ tenẽtur ablatum restituere.& idem potest esse ex parte oppositorum. ¶Respondẽt cõcedendo illatum:& potest esse ex parte duorũ exercituũ oppositorũ probabilis ignorantia:interdum quo ad superiores & inferiores: interdum quo ad subditos tm̃. vt Lucanus de bello inter Cæsarẽ, & Pompeiũ dicere videtur primo Pharsalię.Quis iustius induat arma Scire nefas:magno se iudice quisq; tuetur. & ij quibus est ignorantia probabilis,nõ tenẽtur restituere:alij autem restituere deuinciuntur.

¶Ecce quid est bellum:& quod iustum:& qđ iniustum: & q̃ laicis pugnare in bello iusto est honestum:nõ autẽ clericis propter prohibitionem positiuã humanã & rationabilem: quia eiꝰ sunt mancipati cultui diuino specialiter:& dei filius in noua lege incarnatus tanq̃ ouis ad occisionem sine resistentia ductus est: rationabile est vt ab hoc genere belli se cõtineant. Et cũ in bello ex parte alterius iniusto rapiens nõ acquirat rei captę dominiũ:tenetur ad restitutionẽ rerũ quas rapuit. Sed si aliquis laicus clerico dono dederit rẽ acquisitã in bello iusto ex parte laici:hanc rem licite possidet clericus. Et ex illo patet q̃ sacerdotes Britãni potissimũ nostrates & in aliquib⁹ diœcesibus Anglię peccant pugiones ferentes:etiam vbicũq; maneant: vix tm̃ vnus inter viginti non fert. dãda est venia q̃ inter equitãdum ensem cũ clypeo ferant. nam opus est armis defensorijs p tẽpore & loco.Memorię mãdabis q̃ in ablatione bonorũ nõ debet tolli vltra ablata & expensas eorum quibus illa bona recuperantur: quia si quispiam debeat mihi centum, & ego exponã decem pro acquisitione eorũ:tenetur in foro conscientię mihi restituere decem vltra centum. Amplius diximus parcendum esse ecclesiasticis: pauperibus pueris & mulierib⁹ :nec vlla vis eis inferenda est. Hinc dicitur de treug.& pa.capi.secũdo.Innouamus vt presbyteri, monachi,conuersi,peregrini, mercatores,rustici:euntes vel redeũtes,vel in agricultura existentes:& animalia quibus arant:securitate lætentur. Pręterea cũ multa incõuenientia in bello contingere soleant:vt rapinę crebrime insultę:excessus in rapiendo:intẽperãtia: luxus:nulla vel pauca religio:quia auctor pacis non colitur nisi tẽpore pacis:regũ interest paci studere & cõsulere saluti subditorũ tã in terra q̃ in mari.Possunt tamen reges & debent remittere multa mala perpetrata: vt in bonis fortunę: & homicidia p̃ pace habenda,vbi alia via haberi nõ põt. Et licet multis subditorũ hoc displiceat: sufficit q̃ displicere nõ debeat.regis nãq; est intueri salutem totius rei publicę etiã cum iniuria vnius partis: vbi cm̃ aliter procedere nõ potest,vtiliter gerit negocia suorum. Videant vlterius reges qui pro suo arbitrio & vt animosi prędicent vel auctores imperij: mouent cõtra exteros bellum vbi viã pacis possint sua bona & subditorũ recuperare: an grauiter delinquant: & hoc inuenient crebrime: & pręterea q̃ restituere teneantur damna quę incurrunt subditi.nã qui occasionẽ damni dat: dãnum dedisse videtur.de iniur.& damno da.capi.vltimo. Corã deo autẽ & prudentibus magis magnificabuntur pacem alendo cũ proximis, studendo subditorũ vtilitati,q̃ temere mouendo bellum: cuius euentus est fortuitus & incertus. Varius cm̃ est euẽtus belli:& nunc hunc:nunc illum consumit gladius. ij.Regũ.xj.quia pro vtilitate reipublicę quę tẽpore pacis potissimũ coalescit,instituuntur reges. & teste Masinissa apud Sallustiũ,Concordia paruæ res crescunt:discordia magnę dilabuntur. Nunq̃ ergo pugnãdum est quãdo iniuria regi vel subditis illata potest alia via honesta q̃ bello recuperari.vbi tamen hostis est insolens & superbus:restitutionis negligens: pugnandum est: vt doceatur posse habere parem. ¶Et ex istis datur aditus ad repressaliarum materiã: quę sunt licitæ aliquibus conditionibus requisitis & nõ aliter. Primo vt sit notabilis iniuria & lęsio iustitiæ:adeo vt superior lędentis requiratur p̃ iustitia administranda si adiri potest:puta quia iniuria affectus nõ plus expendit eum adeundo,q̃ recuperare possit facta iustitia.Deinde adeat superiorem proprium iniuriam passus:& ab eo procuret facultatem rapiendi tantũdem bonorum quãtum amisit,a quocũq; laico subiecto tali superiori negligẽti:& nullo pacto auferat vltra damnũ quod passus est & suũ interesse (vt dicũt)alioquin tenebitur ad restitutionem. Et idem est qđ in bello iusto quo ad recuperationem bonorum ablatorũ.Declaro exemplo.Hispanus in mari oceano tollit nauim ciuis Depensis mercibus onustam:querimonia facta est Regi Hispano:& mala iustitia ministrata vel nulla. Depensis mercator habita facultate, & veritate cognita, vnas literas a suo rege obtinet: quibus cõceditur facultas a quocunq; Hispano tollendi equiualentia bona.si sub hoc prętextu a nõ subiectis Hispano regi quicq̃ tollat: vel ab Hispano vltra suum interesse & bona ablata:in foro animæ tenetur restituere. Ista enim materia, quia odiosa est, non debet extendi ad Hispanos extra Hispaniam cõmorantes.

¶Distinctionis Decimęquintę

Quęstio Vigesimaprima.

IN superioribꝰ duabus q̃stionibꝰ de homicidio & bello loquuti sumus:& diximus aliqđ homicidiũ esse licitũ & meritorium. Sit̃ aliqđ bellũ iustũ esse:aliqđ iustũ: & bellũ nũq̃ suscipiẽdũ esse diximꝰ: vbi pace violata iustitia põt instaurari seu reordiari:& hoc ꝓpter abusus q̃ passim in bello contingunt: vt virginũ & cæterarũ mulierũ violatio seu defloratio: insõtes plerũq; lęsi:innocentũ bona crebro ablata:ex diuitibus facti iopes,vitã q̃nosam coacti ducere:homicidia & cętera id genꝰ exercẽtes. Pax aũt q̃ ẽ finis belli iusti, oi rõne est q̃renda:& inq̃sita p̃ sequenda secundum illud Psalmographi.Inqre pacẽ & persequere eam.Psalmo. xxxiij.et Veritas de cælo p̃spexit:iustitia & pax oscultatæ sũt. Psalmo.lxxxiiij.Et Hester.xiij.Vt absq; vllo terrore vitã silẽtio transigẽtes,optata cunctis mortalibus pace fruerent. Sine pace cm̃ nõ ẽ iustitia. Propterea Saluator noster Ioannis. xiiij.nobis hanc in testamento reliqt,inquens. Pacẽ relinquo vobis:pacem meã do vobis.Vt itaq; simus eius hæredes,pacem in qua auctor pacis colitur meamus:non horrida bella,nisi vt pax habeatur, suscipiamus.Sed cum nobis inuitis occurrit materia bellandi:pugnare nõ est illicitum. Adhuc pro huius materiæ deductione Tertio quæritꝰ.an licitũ sit Christiano viro vocare i suũ auxiliũ infideles contra Christianos.

¶Pro solutione q̃stionis pono hãc conclusionẽ affirmatiuam. Christianis licet in casu accersere infideles in suam opem.Probat̃.Iudæi fideles inierunt pacem cum infidelibus:ergo christiano fideli licet inire pacem cum infideli q̃tenus infidelis sit sibi auxilio.consequẽtia est nota:quia eadem est ratio de Christiano nunc qui solus fidelis est:& de Iudęis in lege Mosaica.Antecedẽs patet sic.Machabęi viri boni & timentes deum audientes magnas Romanorum laudes & virtutes miserũt ad eos:& cum eis percusserũt fœdus:vt essent auxilio populo dei cõtra reges Syriæ & vicinos.vt dr̃ primi Macha.viij.vbi sic scribitur.Et elegit Iudas Eupolemũ filium Ioãnis filij Iacob:& Iasonem filium Eleazari:& misit eos Romam constituere cum illis amicitiam & societatem:& vt auferrẽt ab eis iugum Græcorum:quia viderunt q̃ in seruitutem premerent regnum Israel. Et sequitur in litera . Et hoc rescriptum quod rescripserunt (Romani) in tabulis ęreis:& miserunt in Hierusalem: vt esset apud eos ibi memoriale pacis & societatis.Bñ sit Romanis & genti Iudæorũ in mari & in terra in ętẽtnũ/gladiusq; & hostis procul sit ab eis, & quæ se quuntur. Et iterum cum Simone renouatæ sunt illæ amicitiæ. primi Macha.xiiij.Et Iosue iiij fœdus cũ Gabaonitis.vt patet Iosue.ix.&.x.Quia forte dicere posses ad primum adductũ de Machabęis q̃ ipsi inierunt pacem cum infidelibus: vt infidelibus resisterent a quibus opprimebant̃ probatur etiam contra fideles. nam primi Regũ xxvij.Dauid iniit pacem cum Philisteis:& cum eorũ rege scilicet Achis:vbi dicitur.Dixitq; Dauid ad Achis : nũc scies quæ facturus est seruus tuꝰ.vbi glossa interli.Pro tẽ contra hostes tuos. Sed dicis.illic Dauid intendebat cum fexcentis virs suis opem ferre infideli viro contra populum dei:& ita nõ est ad propositum.Sed hoc nõ excludit argumentum:qa Dauid habebat ius in regno Israel cælitus collatum a deo:& poterat illud acquirere virtute armorum nacta opportunitate:& in tali bello iusto poterat vti licite ope Philistinorum.Nam erat ei probabile si Philistei haberent victoriam, q̃ Achis sibi amicissimꝰ se iuuaret ad possidẽdum regnum:quia habita victoria Philistei illud regnum non possederũt:sed in terram suam reuersi sunt.Istud patet ex Ambrosio:& recitatur.xj.q.iij. cap. Iulianus.vbi dicitur. Iulianus Imperator q̃uis esset apostata:habuit tamen sub se christianos milites:quibꝰ cum diceret:producite aciem cum defensione reipublicæ obediebant ei.Item arguitur ratione.si fortes habeat verum ius ad a.regnum qđ detinetur a Tyranno/habet iustam causam bellandi contra tyrãnũ pro sui regni recuperatione: ergo quorũcũq; ope vti potest pro recuperatione illius regni.Pręterea si viginti fideles viri inuadant fortem fidelem eum occisuri:fortes potest implorare opem infidelium propinquorum:vt sibi ferant suppetias pro defensione sui corporis. Sufficit em̃ q̃ teneant ei fidelitatem in illo . Eodem modo põt accersere infideles:vt sint sibi auxilio p̃ rebꝰ suis iniuste ablatis incõtinenti:quia hoc est vim vi repellere cũ moderamie culpatæ tutelæ,ex q̃stiõe pcedẽte.ergo eodem modo põt vocare infideles pro recuperando suo regno.In hoc em̃ nulla lex positiua humana potest ei præiudicare.

¶Sed contra hanc conclusionẽ arguitur sic.fideles adducti a Iuliano iperatore nolebant pugnare contra christianos sub infideli iperatore:ergo non licet fideli capere auxiliũ ab infidelibus. Antecedens patet:qa in dicto cap. Iulianꝰ,statim sequtur.cũ aũt diceret eis: p̃ducite ar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma in Christianos:tunc cognoscebant imperato rē cæli.hoc ē ꝓdire nolebant ad bellū cōtra christianos. ¶Rndeť.illud bellū erat iustū ex ꝑte ipatoris:q volebat tollere christianos de rerū natura eo ꝙ Christū colerēt.sed tñ illi christiani pugnare poterant contra alios christianos,si peccassent in ipatorē.sicut nūi christiani pugnant iuste cōtra alios christianos : vt patet ex q̄stione ꝓcedente. ¶Secūdo arguit.Clemens q̄ntus in cōcilio Viēnēsi , ꝓut habeť in Clementina vnica.§.Porro. de iureiuran.dans formam regi Romanorum iurandi:dicit sic iurandū esse:q nūq̄ cum Sarraceno/Pagano,schismatico seu alio quōlibꝫ cōtionē catholicæ fidei non habēte:aut cū aliquo alio ꝑfatæ ecclesiæ inimico vel rebelli seu eidē manifeste suspecto vnionē quālibet seu parētelā aut cōfœderationem iniret. ¶Rndeo dupliciter.Prio. licet Romanus pontifex sit super imperatorem in terris ecclesiæ quas tenet pro defensione ecclesiæ:non tñ est idem de alijs regibus:nec de ducatu Austrię quē non tenet ab ecclesia. Secundo dico ꝙ illa est lex positiua pōtificis: & potest imperatorem i casu ab illo iuramento absoluere. ¶Tertio arguitur.secundæ ad Corin.vj.scribitur.Nolite iugum ducere cum infidelibus.Quæ em̄ participatio iustitiæ cū iniquitate?aut quæ societas luci ad tenebras?quæ autem conuētio Christi ad Belial?aut quæ pars fidelis cum infideli? ergo si non licet fideli cohabitare cum infideli,non licet cuiq̄ eos secum assumere in bello. ¶Respondetur.non est ex se malum versari cum infideli.ſꝫ glossa interlinearis super illo verbo (nolite iugū ducere) exponit.nolite esse socij malorum.hoc ē nolite communicare cum eis i malitia:cū fideles lucem Christum colant & salutiferam doctrinā habeāt: alij autem tenebras. ¶Epilogando dico ꝙ fidelis potest quærere opem ab infideli contra infidelē:quēadmodū Machabæi, & nostri Christiani implorarunt opē Tāberlanis Persarum regis pugnacissimi contra Pazaiten Turcarū principē.possunt etiā fideles in aliquo euētu implorare opem infidelium contra fideles,cauendo ne id cedat in iacturā reipu.christianæ.hoc est vocādo eos in pauco numero:sic vt possemus eos opprimere si forte contra christianos insurgerent:& ꝓuidendo ne eorum aduentus fieret perniciosus quo ad sequelam:ita vt aperiretur eis via in limitibus nostrę uadendi:& cogendo eos ne contra fidem blasphemarent:vt Iudæos nobiscū cohabitantes cogimus.

DVbitať circa ista: an liceat vti insidijs in bello. Secūdo dubitať an homo teneať restituere sua q̄ furto vel rapina abstulit abiusto possessore.Tertio dubitať de his q̄ recuperantur ab hostibus per milites an sint restituēda primis dñis:& quō bona in bello sint partienda. ¶Ad primum dicit ꝙ insidiæ sunt licitę in bello iusto.nā Iosue tetendit insidias contra vrbē Hai,edoctus ab oraculo. Iosue.viij. Hō etiā pōt occultare verū q̄d non teneť dicere . quam materiā ꝙa alibi latꝫ dixi,nō insisto.sed tñ homo teneť seruare ꝓmissum verbale hosti. Propterea Sedechias.ij.Paralipo.xxxvj.arguit,eo ꝙ fregit iuramentū q̄d fecerat regi Nabuchodonosor. Sic em̄ illic scribiť. A rege quoq; Nabuchodonosor recessit q adiurauerat eum per deum. ¶Ad secundam dubitationem respōdetur.supposito ꝙ sortes a me abstulit duos boues vel vestē: si sine interpolatione temporis,hoc est incontinenti vt in quæstione ꝓcedente loquuti sumus,argumento quarto:abstulero violentia equū sortis:non teneor restituere ei suum equū nisi ipse mihi meos duos boues restituerit:nisi equꝰ plus valeat:quia si equus eiꝰ valeat duo scuta vltra quinq; boues:teneor dare ei quinq; scuta.nō tñ est idem incontinenti & cū interpolatione.patet per sīle ex Deuteronomio. in cuꝰ.xix.capi.scribit:ꝙ si aliquis non de industria interfecerit aliquem : ꝓpinquꝰ occisi ipune poterit incontinēti occidere occisorem dūmō dolore stimuleť : etiam dato ꝙ prior occisor non fuerit reus mortis: multa em̄ perpetrata instante dolore remanent impunita:quæ si cessante dolore fierent,essent punienda. Sed si tempore interpolato coneť rē suā recuperare p violentiā:iprobe agit.Non em̄ oportet pturbare politiā & rēp. & sibiipsi ministrare iustitiam.Tamē nō tenetur rem suam restituere illi qui nihil iuris habuit in re sua:qa i casu talis nō aufert rem alienam sed suā vel sibi debitā:& ꝑ cōsequēs talis ablatio nec est furtū/nec rapina:cum nō auferat illud aīo lucrādi:nec noceat proximo.& rō ē.qa nullus tenetur ad restitutionem rei sibi debitæ illi cui non debeť:quia frustra restitueret q̄d iterato sibi restitui debet.Et loquor de foro cōsciētię. Aliter em̄ fieret i foro exteriore.tñ si fuerit cōdēnatꝰ i foro cōtradictorio,ꝑdet ꝑ modū pœnę: q̄ tūc soluēda ē cū ē dānatꝰ. ¶Ad primā ꝑtē tertię dubitatiōis respōdeť q̄ debēt restitui eis quoꝝ prio erant.ff.de captiuis.l.j.&.ij.hoc ē verū in rebꝰ q̄ hñt postliminium:q̄d est ius q̄d debeť captiuis post q̄ a captiuitate liberati sunt:vt sunt equi : naues onerariæ,currus,& boues:& hoc nisi lex municipalis p̄ iudicet. Ad secundam partē dubij dicitur ꝙ in multis locis captꝰ in bello fit solꝰ capientis.alia aūt bona vt boues/oues/& equi diuidunť a p̄fecto militū.Et qa leges consuetudinarię i illis sufficiūt:propterea circa tales leges humanas nō est insistendum.

¶Distinctionis Decimęquintę Quęstio Vigesimasecunda.

QVeriť quarto adhuc continuādo materiā belli & homicidij: An hō dānatꝰ ad mortē possit aufugere licite. Pro q̄stionis solutione scito ꝙ aliqs interdū ē iniuste damnatꝰ,& hoc pōt ee multifariā. vno modo qa iudex iuste ꝓcedit.alio modo quia ē ꝓbatꝰ nocēs testibꝰ omni exceptione maioribꝰ:& iudex scit oppositū vt persona priuata iam secūdū opinionē probabiliorē iste ē iuste cō dēnatus a iudice:sed iniustitia venit a testibꝰ tm̄. ¶Pro oibꝰ his modis ponit hæc cōclusio: ꝙ sic damnatus ad mortem debet aufugere. iuxta illd Marōis scdo Aeneidos. Eripui (fateor) leto me & vincula rupi. Probať cōclusio. Quilibet teneť seruare suā vitā:nisi cōstet ꝙ occurrit causa absoluendi se a conseruatione vitæ:sed i proposito hoc nō cōtingit:qa semp sententia ē iiqua,vel ex parte iudicis,vel ex ꝑte testiū:nec ē i casu fidei vt martyres:qui interdū de p̄cepto erāt absoluti:interdū de cōsilio:vt posthac distinctione.xlix.huius dicemus. Sed vbi quis iuste est cōdēnatꝰ:est maior difficultas:& opinor illā partē ꝓbabilē ꝙ pōt aufugere dūmodo nulli iferat iniuriā.cui astipulari videtur Canon Innocens.xxij.q.iiij.vbi dicitur ꝙ licet reo corrumpere aliquem pro vita conseruāda. Idem patet.ff.de bo.eorum q mor. sibi consci.l.i.vbi dicit lex. Ignoscēdū censuerūt ei q sanguinem suū qualitercūq; redemptū voluit.& hoc vbi putatur esse mors aut mutilatio. ¶Sed contra hoc arguitur. Iste nō habet dominium sui corporis,sed lex & respublica.ergo aufugiēdo illud tollit q̄d est legis. ¶Insuper sequtur si hoc sit verum ꝙ possit infringere carcerem vt euadat:cum in extrema necessitate omnia sint ei communia,vt dictum est ad succurrendum suæ vitę:si non potest aliter euadere, nisi frāgat ostiū ergo hoc est ei licitum.q̄d si concedas:potest insurgere & bellare contra custodem carceris eum occidendo pro liberatione suæ vitæ: cum aliter non possit suæ vitæ succurrere. q̄d si iterū concedas,contra. bellum est iniustum ex parte eius & iustum ex parte custodis. ¶Ad primum concedo ꝙ non plenum dominium sui corporis habet actu:saltem tūc non habet vsum sui corporis:sed aliꝰ eum tenens.postq̄ autem aufugit,plenum dominium habet.Et est analogia de seruo. Institu.de re.diui.§.Item ea quæ ex hostibus capimus, iure gentium statim nostra fiunt:adeo quidem vt & liberi homines in seruitutem nostram deducantur:qui tamen si euaserint a nostra potestate:& ad suos reuersi fuerint: pristinum statum recipiunt. Istud patet.ff.de cap.l.Nihil. & iure postliminij hoc recipitūr. Insti. quibus mo.ius pa.po.soluit.§. Si ab hostibus. Et nego ꝙ tollit illud q̄d est legis:immo nec legi facit iniuriam.sicut dominus conclauis q̄d inhabito hoc est proprietarius,potest ipsum vendere vel aliter alienare:non autem ego habens solum vsum eius.sic anima istius solum habet dominium sup corpus post deum:ergo anima tenetur & nutrire & conseruare corpꝰ in esse quātū pōt:saltē pōt hoc facere. Iudex aūt quo ad aliquas opatiōes hēt dñium in corpus.i.detinēdo in carcere& cōdēnādo.& ꝓpterea nō licet ei frangere carcerē:nec resistere sīi uadať:qa bellum esset iniustū ex ꝑte eius. Idem censeo si custos deberet facere iacturam ex eiꝰ fuga. Sic autem aufugiendo:nec custodi.nec iudicinec reipub.facit iniuriā: sed intēdit emendare delictum perpetratū,ꝓfitendo religionē vel sancte viuēdo. Istud em̄ debet hīe.alioq̄n si intēdat euadere vt sit grassator,& ꝑpetuā viuat:peccat volendo abire ꝓpter illū finē. Sed rogas.si illo malo fine euaserit:an redire teneatur. Rndeť ꝙ nō,sed pœniteat de mala voluntate mutando ꝓpositū i bonū.potest dari analogia de fera quā habes:q̄ si animum redeūdi deserat:non amplius tua ē.ita vt obiectiones currentes æqualiter pungāt cōtra iura in hoc exemplo. ¶Ad secūdū argumētū. nego ꝙ potest infringere carcerē:vel occidere custodē.licet em̄ cūcta q̄ homo habet : dabit ꝓ aīa sua.Iob.ij.iuxta illud poetæ.Vt vitam redimas ferrū patieris & ignes:nō tñ debet alteri nocere.nā bellū eēt iniustū ex ꝑte eiꝰ:vt dictum ē.Eodē mō effringere carcerē eēt violare rēp. licet sit argumētū ꝙ nō:qa in extrema necessitate homo capit & rapit cibū:vestē:& illa q̄ sunt necessaria ꝓ sustētatiōe suę vitæ.ergo si iste carcere detēt? frāgat carcerē potest illud licite facere ꝓ saluāda sua vita, potissimū si intēdat eū reparare. Ad q̄d rndeť ꝙ nō ē sīle:qa iste nō est oīno liber. Aliq̄d em̄ dñiū in corpus ishꝰ habet respu. immo si e carcere fugiat:de iure ciuili est pœna capitali puniēdus:vt .ff.de effrac.l.j.&.ij. Immo si quis iurauerit redire ad carcerē tenetur seruare iuramētū etiā si subsit periculū mortis:saltē si mors non fuerit iniuriosa.vt dicit glossa i Cle.Pastoralis . de sen.& re iudi .§. Nūqd. versi. Per violentā iniuriā.exēplo Marci Reguli q ad pœnas rediit post iuramētū q̄uis peteret ad mortē. Sed si esset i qete i termio ad quē:acqreret plenam libertatē sicut seruꝰ manumissus. alio tamē eū psequēte anteq̄ terminū ad quem attingat:redire debet:qa ex ꝑte eius bel

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum esset iniustum. Sed an damnatus ad mortē iuste: cui patz via abeūdi, teneat discedere, maior est difficultas. & ꝓbabilius iudico ꝙ nō teneat: qa rōnabilē excusationē hēt de hoc vt ab illo p̄cepto sit absolut⁹: sicut tpe martyrij de cōsilio. Et idē dico: si hō sic iudicet ad mortē ne vnꝙ comedat: & ponat cib⁹ ppe eū: pōt abstinere nihil comedēdo sicut pōt non aufugere. Et qcqd alij dicāt idē ē, nec discrimē vllū video. sed si sortes iuste dānet ad amissionē bonoꝝ fortūæ: nō ē licitū aliqd de eis capere vltra illud qd̄ pōt succurrere suę vitæ: qa acqsitio talū ē de iure positiuo. Aliud em̄ dominiū hēt i suā vitā: sc3 dn̄ium naturale.

¶Circa hanc materiam mouebo aliquas dubitationes. Pria dubitatio. Sortes hēt vnū pedē i cōpedibus q̄s frāgere negat: ponit seorsū ab alijs & ppe eū cultellus: si tibia/manū/vel aliud mēbrū abscindat pōt abire, & suę vitæ succurrere. si maneat, morietꝫ fame i cōpedib⁹: qd op⁹ē facto? Rn̄deo. nō video aliꝺ nisi vt mēbrū frāgat: sicut chirurgus abscidit mēbrū putridū reliq̄ificiēs vt totū cōpositū viuat. de duob⁹ em̄ malis pœnæ minus est eligendū. ¶Scdo dubitat. Sacerdos videt vnū puulū baptizandū: & tyrānus est eū occisurus si expectet: si aufugiat puulus morietꝫ: qa ponat i piculo vitæ, vel ꝙ tyrān⁹ occidet puulū qd debet sacerdos i isto casu facere? Rn̄detꝫ: baptizabit puulū. & rō ē: qa si sacerdos sit i bona dispositiōe: solū morietꝫ corpe. si vero nō sit i bona dispositione: pōt i breui tpe se disponere. paruulus aūt ppetuo dānabitꝫ: qd̄ magis cauendū ē. ¶Tertio dubitat. sit vnus asserī i naue fracta: q ægre duos/sz vnū sustinere pōt: an possim sociū meū pellere ne asserem lucretꝫ. Rn̄detꝫ. a principio possum elaborare asserem prio obtinere: sed ipo ab alio obtento, non debeo eum eijcere.

¶Quarto dubitatur: an liceat occidere innocentē pro defendēda vita propria. & ꝓbatꝫ ꝙ sic: posito ꝙ esset nauis hominibus referta: sic scilicet vt a principio nō p̄cipiat ꝙ hoim nimia grauitas ponet nauim sub aquas, eā submergendo: sed temporis successu illud deprædit̄. tunc sic. licet sorti eijcere Platonem suæ vitæ succurrendo. sint quatuor gratia exempli i naui vel i nauicula: quia æqua est difficultas de mille i magna naui: sed breuitati insistēdo sint isti q̄tuor a. b. c. d. melius est ꝙ duo maneāt i columes. ſ. a. & b. q̄ oēs quatuor submergantur. sed nō omnes possunt esse supstites ex hypothesi: ergo licitum erit duobus eijcere alios duos. Non valet dicere: implorandum esse diuinum auxilium & expectandū quousq̄ omnes submergant. hoc inquā non valet: qa debent modo humano succurrere vitæ suæ omni modo licito. Nō aliter nāq̄ Abrahā Sarrā vxorem dicebat esse sororem ne mulieris gratia occideretꝫ. Genesis. xij. Eodem modo argumentari potes de duobus attingentibus costā nauis fractæ: quos sustinet costa a principio: sed non in fine ob raritatē aquæ: vel minorē profunditatē: vel vnā ptē costæ fractā. ¶Rn̄deo. debent mittere sortem sicut factū est cū Iona propheta: & illi super quos cadet sors, patienter habēt ferre vt proijciātur in mare. Sed si oēs renitant de sorte mittenda: & dicant se velle expectare euētū rei & volūtatē dei: iā q̄stio ē an a. & b. possint eijcere c. & d. Voco posse qd̄ de iure p̄nt. si sic, licebit occidere innocentē scitū eē talē. Rn̄detꝫ. satius ē duos submergi q̄ oēs. Propterea apparet ꝙ a. & b. p̄nt eijcere c. & d. ꝙ seruanda sua vita: sed eos non spōte occidunt. etiā si oēs manssissent in naui, oēs perijssent. Nec hoc est cōtra dicta vbi dicebat ꝙ qs pōt occidere inuasorē iuste ꝙ defendenda sua vita: qa hic agit vbi qs occidit innocētem vt saluet vitā ppriā. vt patet de a. eijciēte c. vbi eadē rōne c. pōt occidere a. se iuuantē. Sed cōtra istud arguit. ex isto seqtur ꝙ si tyrānus sub pœna mortis p̄ciperet mihi occidere sortē: hoc possem ꝙ saluanda mea vita: dūmō assentiam ꝙ tyrānus hoc faciet: qd̄ cōcedere videt durū. & ꝓbo cōsequētiā ex eodē fōte ex quo scatet solutio principalis. Etiā qua ratione pōt a. eijcere c. pōt ipm occidere: qa qd refert p̄icere eū in mare in quo submergetur: & ferro perimeretꝫ Rn̄detꝫ. color est in concessione oim illatoꝝ. sed ne locū carnificib⁹ demus: pōt dici nō esse sic: qa multi proiecti in mare euadūt natādo, vbi est mihi dubiū an natare sciat. Item ego sum in partiali possessione nauis: secus est de vita alterius. Si hæc solutio tibi nimis pia videatꝫ: dic qd̄ voles.

¶Quinto dubitatur: an clericus cōmisso homicidio perdat beneficium. Sexto dubitatur. vtrum aliquis sit torquendus licite vt ex sua confessione iferat mors. ¶Ad qntam dubitationem rn̄detur ꝙ homicidiū supuenens habenti beneficium non priuat beneficiatū suo bñficio ipso facto: sed opus est sentētia. ad hoc ē text⁹ i.c. Clericis. ne clerici vel monachi. sz si homicidiū seu illa irregularitas positiua hūana p̄cessit collationē: nō tenet collatio, qa facta idigno & inhabili ad executionē officij. vt i cap. finali. de tēpo. ordinā. ¶Ad sextā dubitationē dī ꝙ duo requiruntur ad torturam vel ad q̄stiones qd̄ idē est. primo ꝙ veritas aliter haberi nō possit: quia quæstio fit causa indagandæ veritatis: & in subsidium. v. q. v. in cap. Illi. Secundo requiritur ꝙ

p̄cedāt aliq̄ indicia siue p̄sūptiones vel semiplenæ probationes. sine indicijs em̄ nō est iferēda q̄stio: vt. ff. de q̄st. i. l. Ex libero. & de regulis iuris ca. Cū i cōtēplatiōe. vbi dicit pōtifex. In ipo causæ mittio nō ē a q̄stionib⁹ inchoandū. vn⁹ aūt tessis est sufficiens ad faciēdā semiplenā ꝓbationē & ꝙ cōsequēs ad torquēdū. si nullus fuerit testis: indicia arbitrio iudicis relinquant. Sed cōfessio i tormētis erit nulla nisi in cōfessiōe p̄seueret extra torturā: qa videt fecisse metu tormētoꝝ. vt. xv. q. vj. ca. prio. &. xxxj. q. ij. ca. Lothari⁹. Si vero p̄seueret in cōfessione: tūc sibi p̄iudicat. Dicit aūt p̄seuerare qñ iterū confitet crimē ratificādo prio rē cōfessionē extra locū tormētoꝝ: ita vt nō videat tormenta. si vero tūc neget/non debet amplius torq̄ri nisi reperiāt noua indicia: vtpote si in mēdacio sit compertus: vel veniant p̄sumptiones aliū de. Ex quo patet ꝙ cōdēnās hoiem p suā cōfessionē in tortura, male agit. nam aliq magnos cruciatus in tantū abhorret: vt occidi malint. Aliq tñ simplices credūt nō esse pctm̄ confiteri falsū. vtrobiq; aūt qñ non constat de causa sanguinis reus est liberandus: & potissimū vbi alias fuit bonæ conuersationis: vel reipu. videbit vtilis. Præterea patet, & est de iure naturæ ꝙ non debet nimis grauiter torq̄ri suspect⁹ de crimine: & potissimū si fuerit talis cōditiōis de qua loq̄mur. Multa ītē alia positiua p̄nt circa materiā homicidij inq̄ri q̄ de iure Cæsareo & pontificio tangunt: sed non sunt theologicæ considerationis.

¶Vltimo dubitatur circa hāc q̄stionem: quare sit ꝙ aliquæ regiones sūma benuolētia sese ꝓsequant: & aliquæ maluolētia. Rn̄det plerūq; regiones vicinæ nō prosequunt sese mutuo amore. & causa nō est remota: qa certant dilatare suos terminos & sua iperia: qd̄ nō pōt eē sine iactura vera vel apparēte alterius. Certāt em̄ de honore pari: & qa sunt vicini: honos vnius i dedecus alterius redūdare videtur vulgo: cū opposita iuxta se posita clarius eluceant. iurgia aūt vicinoꝝ subditoꝝ ignē belligerandi p̄bēt. Facnāq; iductionē p totius Europæ regna vicina: & cōes maluolētiā iter illa inuenies. Hic verū hēt verbū poetę. Inuidet figul⁹ figulo. Et nō mō i variis regnis hoc ꝓuenit: sed nec duo dñi vicini i eodē regno equales bene cōuenīt. Interdū tñ a prudētibus regibus ob matrimoniū/vel inimicitiā iter tiū vt Aristoteles loqtur de solertia, fit pax ad tēpus. ¶Ex quo seqt̄ ꝙ bellū plerūq; fieri iter hęc duo regna, non arguit hūc populū esse fallacē vl malū plus q̄ alium. Si em̄ oēs hoies essent boni, inter illos non cōtingerēt bella. sed non arguitur specialis malitia: quia nō cōseqt̄: Galli cū Hūgaris cōueniunt: galli non sic vnionē habent cū Italis: ergo Itali sūt peiores Hūgaris. ¶Scdo ꝓ; ꝙ solos⁊ prudētū regū est scire nutrire pacē i regnis vicinis. Cū em̄ magnę sint inclinatiōes ad bellū, difficile ē illis obuiare. Hoc aūt ꝑ prudētib⁹ & temporibus non ē datū: et si nullū interstitiū mediet, vt mare, montes, vel obstacula, tanto difficilius est. ¶Tertio patet. ꝙ reges debent ad hoc summopere niti. Nā regum est procurare illud qd̄ cōducit ad bonum aiæ & corporis in subditis & i seipsis: sed hoc per pacē fit. In tēpore nāq; belli deuotio nulla: omnia sunt i motu: iactura bonoꝝ fortunæ sine mēsura. & plus reges i hoc lędunt q̄ reliqui. nā malefactores fugiētes iustitiā de vna regione i aliā vaganꝫ: reges sua expendūt: nūc læti si sui victores extiterint: cras ob suos victos tabescent: ita vt extrema gaudij luctus occupet. ¶Quarto patet ꝙ inter regna vicina est potissima causa dispēsandi pro matrimonio: ita vt hic pontifex possit dispensare in oib⁹ gradib⁹ non prohibitis de iure naturæ. Hic em̄ est auctoritas dispensantis & rationabilis causa. Vlterius patet: nihil ponderis habere ꝙ hic populus gentem vicinā instabilē & malam reputat & contra. rō est sortes a. regni sibi & suis afficit facile credens mala q̄ de hoste dicūtur ob piam affectionē ad vnā partem, & prauam ad oppositam.

¶Distinctionis Decimæquintæ Quęstio Vigesimatertia.

¶Ltimo circa hāc materiā bellorꝫ q̄rit. an duellū sit licitū. Pro elucidatiōe q̄stionis aperiemus qd nois terminus. postea vnā cōclusionē fundare conabimur: eā paucis rōnib⁹ oppugnādo: vt veritas lucidior euadat. Duellū ē bellū quo i duab⁹ ptibus de victoria cōtēdētib⁹ dimicatꝫ: nō solū duoꝝ, sed mltoꝝ: hoc ē itegroꝝ exercituū. Vñ dicit Horatius.



Græcia barbariæ lento collisa duello. & Plautus Duellū inter Thebanos & Theleboos. tñ plerūq; accipim⁹ pro singulari pugna duoꝝ. & sic definitur. Duellū est singularis pugna inter aliquos duos ad probationē veritatis alicuius occulti: qd̄ aliter per viam humanam ꝓbari nō pōt nisi p alteri⁹ victoriā. Sufficiat nobis definire terminum prout plurimum vsurpatur: licet interdum aliter contingere possit. nec tam exacta definitio est hic expetenda vt in metaphysica. Dicitur aūt duellū quasi duū vel duorū bellum. grece μονομαχία. a μόνος qd̄ ē vnū & μαχία pugna, q̄si pugna vnica & singularis. Et licet quatuor vel qnq; simil cā

Universidad de Deusto
Biblioteca

pum ingrediantur: cū tñ vnus pugnat cōtra vnū duellū vocat. In duello aūt potissimū sūt tres de quorū peccatis ambigit: & de qb⁹ loquēdū est. s. inuadens: defendens: & iudex.

¶ Pono vnicam conclusionem pro oib⁹. Et princeps facultatē certādi in duello pbēs & pugnantes i duello peccāt. Si cōclusio debeat pati aliquā exceptionē, argumētorū sequentium solutiōes explicabūt. Probat cōclusio: qa isti tēnāt deū vt ostendat veritas: vt fecit populus Israeliticus i deserto. Exodi. xvij. volens videre an deus esset in eis. cōtra illud Deuter. vj. & Matth. iiij. Nō tētabis dñm deū tuū. Sed dicis. nec i duello pugnātes: nec assistentes dubitāt an de⁹ sit iter illos: sed expectāt vt veritatē ostendat p talē pugnā. Hoc non valet. nā ille tentat deū q vult hīe aliqd occultū reseratū: & nō adhibet oēs diligētiā quā pōt. xxij. q. ij. Quęrit. Q d in se ē faciat: & reliquū ad qd venire nō pōt reliquat i man⁹ dei. ita fecit Abrahā: vt supi⁹ meminim⁹. hoc fecit saluator noster Matthęt. iiij. cū diabolus suasit ei vt mitteret se deorsū a pinnaculo tēpli. noluit ēm: s; p gradus more cōi descēdit: dās nobis exēplū sic faciendi. Propterea Antonin⁹ i tertia pte historię inter cæteras virtutes beati Ludouici recitat eū nūq admisisse duellū. Et licet Hispani leui occasiōne ad hoc introducantur: vt Panor. dicit: tñ Ferdinādus hic nouissime viā vniuersę carnis ingressus magnis regibus cōpandus, hoc nō fuit. Vbi ēm ē potestia recta: vt in Frācia, nullo mō pmitti t⁹. interdū etiā cōfiscant bona victi. non sic tñ fecit Aeneas de Darhete apd Maro. v. Aene. sed Ense atq; illigně galeā solatia victo dedit. Rursus plerūq; cōptū ē q, hīs iustā causā pugnādi fuerit victo⁹: & iniquā hīs, victor euaserit. Tres cōtra tres pugnarūt successiue p eadē materia: & tñ ex vtraq; pte aliq erāt victi. & possū exēplis ostēdere p pugnantes in duello tēpore meo i Scotia: & ante hæc tēpora p annales: sed protritæ sūt historiæ. quare vinci non arguit virum hīe iustā causā certādi hēre, inqēs. De supis igrate times causamq; senat⁹ Credere dijs dubitas? & paulo post Pōp. dicit. Vincis apd superos votis me Cæsar i iquis. Propterea Lucanus dicit victos ꝓbos Pōpeio adhæsisse: vtputa Catonē Vticensem: Marcum Tullium, & reliquum senatum: deos tamen fuisse Cæsari. ac si honeste diceret. causa Pompeii erat iusta: dij tamen volebant q, succumberet. Et secundo æneidos. Cadit & Ripheus iustissimus vnus Qui fuit in Teucris: & seruātissim⁹ æqui. Dijs aliter visum. Hic prudentia militaris & corporis robur creberrime inter pugnantes victoriam dat: qd cōstat per Pittacum Mithyleneū q Phrinonem Athenięnsem inuolut retiqd sub clypeo furtim tenebat: & demū occidit. Prohibitio autē hui⁹ p3. ij. q. v. Monomachiā. & de purg. vulgari. ca. Cura suscepti. Sili rōne Honori⁹ tertius scribēs ad Tēplarios in Liuonia prohibuit iudiciū ferri candētis. c. p. Dilecti. de purga. vul. & eadē rōne ꝓhibendum est iudiciū super albam campanam de Veddel. cāpanā sancti kessogi. & C. de gladiato. l. vnica dicit imperator. Cruēta spectacula i ocio ciuili & domestica gęte nō placēt: q propter cīno gladiatores esse ꝓhibemus.

¶ Contra probationem conclusionis argumentor. Ezechias petiit signū a deo de sua sanatiōe. iiij. Regū. xx. & Esaiæ. xxxviij. Idē patet de rore in vellere Gedeonis. Iudicū. vi. & i plerisq; locis scripturæ. & tamen non dicit q, isti in hoc peccarunt. ergo quęrere verum occultum a deo vbi aliter haberi nō potest: nullum est peccatum. ¶ Præterea si habens iniustam causam interdum est victor: deus non bene regit euentus hominum. sicut rex terrenus non iudicaretur bonus iudex si partem innocentem condemnaret. Deus ēm est omniū sapientissimus: & sua sapiētia omne possibile videns. ¶ Ad primum dico: q, illi patres non fecerūt illud diffidentes de deo vel de eo dubitantes: sed quadā familiaritate id fecerunt ex instinctu dei. nōne vides familiarem regis petere aliqua a rege quæ si tu peteres esses merito torquendus? vbi aūt hæ veritates haberi non possunt cum non sint necessarię ad salutem quiescendum est. ¶ Ad aliud nego consequentiam: nunqd aliæ tribus habebant iustā causam bellandi contra Beniamin pro turpi scelere commisso in Gabaa? Iudicum. xx. & tamē bis occubuere in bello propter aliqua scelera i eis impunita. Ad hoc in secunda quæstione Prologi respōdimus sufficiēter: ad quē locū te remitto. De⁹ nā q, influentia generali cū bono & malo concurrit: & sinit causas secundas. quare non mirum si debiliorem vel minus exercitatum fortior vel exercitatior prosternat: nisi placeat ei miraculose iterum facere oppositum.

¶ Secundo argumētor. Dauid pugnauit contra Goliam singulari certamine. i. Regum. xvij. & tamen in hoc non vituperatur imo laudatur. ergo hoc licet. Facta enim sanctorum sunt trahenda in exemplum. ob quā ēm aliā causam coram principibus recitant vitæ virorum illustrium: & coram deuotis vitæ patrū: & historiæ sanctorum? Huic argumēto bifariam respondemus. prio q, hoc Dauid habuit illuminatiōe spiritu⁹ sancti q, vbi vult spirat. qd patet ex serie lite

tæ Regū. Tu venis ad me i gladio & hasta & clypeo: ego aūt venio ad te i noie dñi exercituū. sicut Abrahā pcipiēte deo, filiū occidēdo vel volendo perimere nō peccauit. secus est auctoritate hois mortalis. Secundo dico: quando sunt duo exercitus oppositi: licitum est duobus bellum ingredi vt tota lis belli dirimatur. Hoc ēm fecit Alexāder Philippi cum Poro rege Indoꝝ: & maior Aiax cū Hectore. Turn⁹ & Aeneas i fine Aeneidos. Herach⁹ religios⁹ princeps cū filio Cosdroe regis Persarū apd Istrū. Ista ei pugna dūmō bellū sit iustū ex pte duello pugnātis vl vtriq; anceps & lis nō pōt aliter termiari: nō ē reprobāda. Imitemur itaq; viros illustres i laudabilibus vbi sil'es casus contingunt.

¶ Tertio argumētor. Sortes puocans platonē ad duellū scit platonē esse morte dignū ob aliqd crimē occultū i rēpublicā: & nescit probare alia via hoc crimē: putās euadere victor ergo offerens bellū i illo casu nō peccat. Nō valꝫ dicere q, intēdit deū tētare. Hoc ēm nō itēdit sed scit aliū reū mortis: & spē ponit i armis q, aliū vincet: ergo i illo casu licebit mouere duellū. ¶ Rñdet cōcedēdo añs. sed nego cōsequētiā: qa illa ꝓbatio est inutilis: tū q, dabit palliatio temerarijs hac via (si id admittat) vt pturbēt ex inuidētia i nocētes. dicēt ēm euestigio se hīe causas q, sit morte dign⁹: & hoc ꝓbabūt i duello. Tū scdo q, inuasor sicut argumentū imaginat ē i nocēs. q re ergo ponit suā vitā i discrimine? nō sufficit dicere, hēt spē in armis: qa exploratū ē iā mīlies q, alea belli ē anceps. Hector nāq; putabat Achillē mittere ad Iferos: quē tñ occidit Achilles: vt apd Darhetē & vulgus oē notū ē. Plerūq; ēm q puta bāt i exordio belli euadere gloriosus victor: turpiter succubuit. vn⁹ certe lapillus vel concaultas seu fossa in solo sufficit virū armatū ītētū circa mortē alteri⁹, pternere. qd visū ē crebro i diebus meis in Scotia sub Iacobo tertio & quarto. Relīqtur ergo iste modus, pbādi illegitimus. Nā & p sequens & iudex dans facultatē illo casu peccāt & alij hoc iudici vel parti consulētes.

¶ Quarto argumētor. sint duo morte digni: & hoc cōstet iudici p famā publicā: quē admodū cōtigit de duobus nostratibus finitimis q, alia via haberi nō poterāt sub Iacobo quarto. Titius & Sei⁹ sese, psequunt corā rege i duello: p dessetreipu. q, tales tollerētur de medio. Princeps itaq; vtriq; dat facultatē vt sit minister legis ad occidēdum alterū. videt q, iudex hic non peccet nec ipsi cōgredientes: cū vtriq; det facultas a iudice: & vterq; sciat aliū reū & morte dignū. quēadmodū si essent duo cōdēnati ad mortē: licitū ē iudici eos dānare vt se occidāt. ¶ Rñdeo. est aliqd coloris i isto casu: sed nec ipm admittim⁹. nō ēm sunt dānandi nocētes hac via: qa hō circa mortē debet se recolligere detestādo vitā male actā: cogitādo de deo. sil'r legis minister zelo iustitię sine passione debet dānatū occidere. In isto aūt casu hoc est alienū: nā cōcitata ira & passione nec ē fletus pcōꝝ, nec patiētia plerūq;. Sētētia quoq; illa videt iniqua & horrēda Christiano viro vt duo sint carnifices mutuo. Sed cōtra istud arguit. sequtur ex solutione argumēti q, nō liceret bellare i bello iusto ad mortē vsq;. nec i martyrio liceret p petri mortē p Christo & Christi lege seruāda. ista cō est falsū & hæreticū. ergo male dictū ē. Nec valet dicere q, hoc cōtigit i bello iusto: nō aūt hic. hoc inquā nō iuuat: qa hoc duellū ē iustū: iste ēm ē iuste occidēd⁹ & auctoritate iudicis. & ponāt iuridice dānati: Titius licite pōt occidere Seiū. nā ministet legis licite occidit reū. & ecōuerso Seius pōt occidere Titiū. ergo isti pñt se mutuo iuste occidere. & sicut dicit glossa interli. Gen. iiij. Euidētia perpetrati sceleris nō indiget clamore accusatoris: ergo princeps eos dānat eis inscijs. Ad illud qd affert de martyrio dico non esse cōtrapugnationem. & sic argumentum nō ē ad propositū. etiā martyres ęq̄nimitatē seruabant i aduersis arduis & patiētiā habuerūt i gradu heroico. Iudex aūt inique iudicaret reū mortis vt se iugulet vel propriū cor extrahat: nec alter tali sentētię parere hēt Si ēm cōstet q, sint rei mortis: occidāt more cōi. Oia ista etiā seruanti bello iusto: & cū hoc res nō pōt aliter terminari stantib⁹ circūstantijs: qa vna pars habet iustam causam defendendi patriam & gloriā rēpublicæ Christianæ. Vbi vero res posset aliter terminari: male ageret si exponerent se hoīes bello. modo his duobus potest adhiberi remedium, cum sint sub eodē principe: alia via eos puniēdo & proscribendo. & non modo ad hoc tenet rex: sed priores regni pessime faciūt istos fures & sicarios iemēdabiles abstrahēdo a iustitia, īluem nō modicā totius rēpublicæ: alias coram districto iudice scilicet deo rationem reddituri.

¶ Quinto arguitur. rex pmittit ista duella fieri: & ei displicet: nec consulit eis duella committere: ergo in hoc nō peccat. alioquin peccaret ecclesiasticus iudex sinens impudicas mulieres in vrbe. modo rex offert mouentibus bellū & recipientibus, iustitiam. & sic scimus fuisse factum diebus his apud nostrates. ¶ Præterea rex interdum vel iudex substitutus ꝓpter virgā pacis vt neuter vincatur. in illo casu seruatur vtriusq; fama & neutri fit iniuria. ¶ Rñdet p distinctionē de pmittere i materia de libello repudij i antiq̄ lege: sed vt sufficit ꝓposito: nego loquendo de

Universidad de Deusto
Biblioteca

pmissione de qua argumētum ptēdit. nā tūc aliqd pmittit qñ nō pōt adhiberi remedium: & hō non potest ad oppositum. Exemplum de impudicis mulierib⁹: q̄ si tollerentur ab vrbe: castæ matronæ & earum filiæ essent in maiori discrimine. Aliqua eñ min⁹ mala tolerant ne peiora eueniāt Tolle dicit btūs Aug. meretrices ab vrbe: & oia perturbabis libidinib⁹. ꝓpter iclinationē. ſ. & ꝓclinatē ad hmōi vitia. Sufficit eñ ꝙ tales relinquantur punitioni dei: & abiectæ reputentur. ex suā familiā infamēt. etiā sunt reiciēdæ a locis publicis ne suis malis exemplis noceāt castis. Sec⁹ est de istis duellis. nā respublica sine eis pōt bñ regi: vt patet i politijs bñ moderatis. poti⁹ aūt sunt duella materia schismatis & iurgii q̄ cōcordiæ. Victores eñ hic honorant. Honos aūt impellit hoies ad multa incōuenientia, ad duellū animant: & de modo dimicandi eis cōsulit. ¶ Ad secūdū dico ꝙ virga pacis est pœnitentia Troianoꝝ vel sina pi post prandiū. nā abhinc paucos dies q̄miserime vnus occidebatur apud nostrates, vt nouerunt astates. Insuper fortasse tertio ictu vel quarto alter occidit mutilat vel cadit: & manet tota vita apd populū iglori⁹: q fortasse victori i aiosi tate & virib⁹ ꝓstat. Si nihil futurum sit: q̄re fiunt tot impensæ in loco certandi & pro armis: & totū regnū illusū gratis accedit ad certamē. ¶ Sexto argumentor: ꝓbando ꝙ interdum recipiens bellū non peccat. videat ꝙ iniq̄ cōdemnabit si bellū recusauerit: cū liceat vim vi repellere cū moderamine inculpatæ tutelæ: iam ꝓ seruanda vita licebit isti pugnare. Forte dicis & sic dicēdū puto. licebit huic duellū aggredi in casu vbi tenebit ꝓ conuicto si bellū recuset, vel est ei certū certitudie morali ꝙ cōdenabit iniq̄, si nō ꝓdeat i bellū. Idē etiā vtdet pro amissione rerū suarū. Aliqs eñ iuste aliū occidit pro conseruatione bonoꝝ fortunæ iuste a se possessorū. Sed contra istud argumentor, sequit ꝙ aliqs possit pugnare in duello ne famā amittat. sic eñ faciūt oēs suscipiētes duellū: erubescunt recusare pugnā cum inuadēte ne reputentur timidi in iacturā rerū & famæ. ¶ Ad sextū concedit ꝙ in illo casu suscipiens bellū nō peccat vt inter arguendum respondimus. Ad replicationem de amissione famæ: nego ꝙ illa rō ne periclitatur fama vtri: qa sufficit si dicat: volo iustificari per iustitiā regis & regni: æstimo me innocentem in casu quē falso mihi impingis. et si quid mihi habes dicere: alias nullo præsente vel æquali numero clientū intelliges qd respōsurus sim: vel consule sapiētes an licite in hoc casu pugnare possim: qa si sic, nō recusabo campū: scio per ampullosa verba & alioꝝ ꝓuocationē i cāpū non acqri famā gloriæ. Parū eñ laudis nacꝰ est Hector in ꝓuocatione Aiacis si Homero credit: puta nō eam quam putabat. Possum innumeros alios cicre nostrates q alios ꝓuocarūt: & victi turpiter succubuerunt. & horum aliqui misere vitā in mortem commutarunt in campo. O stultum genus hominum: post fœcundos calices: passionem repentinam iræ/inuidiæ/vel amoris mulieb̄ris: mouens pari vel maiori bellū in grande discrimen ignominiose amittēdæ famæ. Postea nā qꝫ turpis reputabit pœnitentia belli oblati apud vulgus. Nescis cum pare pugnare dubium esse? si vincas minus æstimatū: non cedet tibi ad gloriam. si magis/reuera non erat te maior: sed talis reputatus & delirus. at si vincas: dicetur. lapsus ē pes ex inaduertentia vel ꝓ fortilegiū. qđ euenisse inter Tor & eiꝰ socīū apd oēs notum est: & cū tuens domi eram: ita ratꝰ sū. Si vicas ergo: patū vel nihil gloriæ cōparas: non eñ tibi ascribet: & semp tuę aīæ insidiabitur in posterū victus. Si vero vincaris, ignominiosū est: fabula eris oib⁹ mortalibus, subsannaberis a vicinis: timidus & spretus reputaberis ab vxore & liberis: cū maculam in eorum gloriam videaris imponere. facin daginem imaginariam: & semper inuenies tot reputatos fortes victoriam amisisse quot obtinuisse: vt visum ē nouissime iter Oliferos & Turtubulis: vbi a septem cōtra septē succesiue pugnatū ē i duello. Mēor sis illi⁹ deuerbij: optimū eē aliena frui insania. qđ vulgo dicere solemus. Felix quē faciūt aliena pericula cautū. ¶ Septimo argumentor. licet hastis ludere vt passim fit apud principes i matrimonijs, vel primis ingressib⁹ vrbiū & hoc ē certare i duello. igit. assumptū patet. alioqn dānabim⁹ mīta facta a iustis & deuotis principib⁹. ¶ Ad septimū cōcedit assūptū: cū capitibus obtusis vel alia rōne caueā ne hoies occidāt Pauci eñ hic occidunt: nec ē piclitatio famę. q. eñ socī⁹ me⁹ frāgat lanceā & nō ego: vel ꝙ equ⁹ me⁹ cadat: mihi nō iputabit. Si dicas. torneamēta phibent a pōtifice i vtroq̄ capite eiusdē rubricæ. Ad hoc rñdet multiplr. Primo. ibi ꝓhibētur ad ostentationē virtū: & potissimū in modo currendi vbi plerūq̄ sequitur mors. vt dicit cap. Felicis. Talis eñ ludus tāq̄ noxius prohibet. ff. ad l. aqui. l. Nam lud⁹. sed currēdo sicut apd mītos currit ꝓcauet a morte: & si sequat mors (qđ ē cōtingēs rarissimū. vix eñ vn⁹ pimit in vita hoīs) occidens nō tenebitur. l. Atqui. ff. ad. l. aqui. qua actione. §. Si quis. Pugnatio vero debet ordinari in exercitationem virtum vt tempore belli iusti defendatur respublica: licet interdum incidat cupiditas inanis gloriæ. Nōne populo Israelitico p̄cipiebatur hoc vt disceret certare cum hostibus? Iudic. iij. Item Scipio Nasica & aliquot prudentes Romani nolebant propterea Carthaginem Romæ æmulā euerti vt Rōani i armis exercitarentur. qūadmodū māserunt aliqui Philistinoꝝ in terra Chanaan ad exercitationē populi dei. Secūdo. nō semp verba legis seruāda sunt, & potissimū legis pure humanę: sed ītētio verisimilis legislatoris. sicut eñ turpe est nō tueri regnū iuste possessum: sic eadē turpitudine indecorū est non prouidere de medijs cōgruētibus: vt hastis ludere vt homines animosiores & exercitatiores tempore belli reddantur. secus est de singulari certamine concurrentibus.

¶ Octauo arguit. lex Federici permittit duellū licitū quando quis dicit se hominē occidisse in defensione sui, & nō sunt ad hoc testes. vt habet. C. de pace tenenda & eius violatoribus. l. Federicus. libro. xj. §. Si quis hominē (inquit imperator) infra pacē constitutā occident: capitalē subeat sententiā nisi per duellum hoc ꝓbare possit ꝙ vitā suā defendendo illū occidit. sed nō peccamus legis auctoritate. ¶ Respōdet hęc lex nō est lex. dico negatiuam: quia nulla est lex humana nisi cōformis diuinę. quādo aūt illi dignoscit repugnare, explodenda est: nec meret dici lex. sed est error cōtra canones & ius naturæ sic ꝓbare innocētiā. Cōcedo ꝙ nō peccatur legis auctoritate: sed cū aliquid est canonibus inimicū vel iuri diuino, nō est lex. nec oē scriptum in iure Cesareo est lex. Si dicas. ergo nō erit solidū argumentū ex legibus si aliquid erroneū inueniatur i illis. Respōdetur. cōsequētia est nulla. licet enim Aristoteles sacrilege interdū loquutus sit: vt de perpetuitate mūdi: nō solemus eū in rebus ambiguis vel rationabilib⁹ negare. In legibus itaq̄ sic tu potes argumētari. Ius Cesareū hoc p̄cipit vel prohibet: admittit licitū: & nō est cōtra legem diuinā legū deam: nec cōtra canones vel consuetudinē approbatā. ergo sic est iudicandū. patet istud de multitudine testiū in testamētis: de cōcubinatu, vel de nostro duello. sicut non sequitur: Aristoteles ita opinatus est, ergo ita est. sed sic arguēdū est. hęc sentētia Aristotelis fidei & doctrinę sanctorū in ratiōe vel auctoritate fundatis nō est cōtraria: & nullus est philosophus tāte auctoritatis in oppositū. ergo ita est. vel saltē est suspicio vehemens ꝙ oppositum sit falsum. Dixi (in ratiōe vel auctoritate fundatis) quia nō cuilibet sanctoꝝ est maior fides adhibenda in imptinentibus fidei q̄ Aristoteli. plus eñ credēdū est philosopho dicēti alimentū cōuerti in alitū, q̄ Magistro sententiarū oppositū asserenti. & ita in alijs materijs de viris multo maioribus magistro, hoc liquet: quia sanctitati non repugnat de lege error in intellectu i philosophia: sicut nec semp bonū iudiciū in intellectu cōcomitatur deuotio & sanctitas. Dixi (& nullus est philosophus tāte &c.) quare medici dicūt, quādo Aristoteles & Galen⁹ in materia medicinali cōtradicūt: difficile esse reperire veritatē. Sufficit aūt vtrāq̄ partē tūc tueri probabilē. Istud ex secūda q̄stione prologi persp̄icuū euadit. Ex quo sequit applicando ad ꝓpositū, anteq̄ quis capiat solidū argumētū ex legibus, oportere cōsiderare ius diuinū & canones. Non semp tñ addimus tātū in antecedēte fundādo argumēta in Aristotele, & legibus: quantū adiecimus. ¶ Petis quomō prudentissimi reges istud admittāt. dico: nūc pauci reges hac tēpestate sinūt duella. nō venit mihi in mentē vnius: cū exploratuerim mēte, extra Scotiā: vbi frequēter exercetur duellū cruētū. licet quōdā in Hispania (& quidē male) duella essent in vsu. Secundo dico ꝙ reges cordati decorū censent in audaciam labi vt elōgētur a fœdiore vitio scilicꝫ vecordia. Tertio. nō oēs reges sunt eruditi vt dextrū a sinistro, & rectū a curuo seiungāt. vtūtur insup consilio iuuenū nobiliū qui hoc suggerunt & nō sapiētū. et si polleant in claris naturalibus & eruditione: excusatos se ꝓ leges ciuiles & cōsuetudines maiorū existimāt. ¶ Cōcludendo dico: officiū theologorū & virorū deuotorū esse tempore quo hęc duella suscepta sunt, regem adire, eum monendo ex parte dei ne hæc duella permittat. Postea pugnaturos adeant, incōuenientia & infortunia q̄ accidere possunt ostēdēdo: & quomodo mortaliter deū offendāt certamen aggredien do, & in periculoso statu decedant. Illi quoq; ad quos hoc officiū spectat alijs denūciādi: si omittant, grauiter peccant.

¶ Distinctionis Decimęquintæ Quęstio Vigesimaquarta.

Superioribus q̄stionibus loquuti sumus de ptibus satisfactionis cōmuniter enumeratis: scilicet ieiunio & eleemosyna. & cū rectum sit iudex obliqui: primo de anima: nō poteram⁹ cōmode tractare de speciebus restitutionis: nisi de dominijs rerū primęuis nōnihil tangeremus, & eoꝝ annexis. Postea de restitutionib⁹ triū bonorū de quibus loquit Aristoteles primo Ethicoꝝ, scilicet bonis animę, corporis, & fortunę, eo ordine quo se habēt in dignitate loquuti sum⁹. Bona eñ fortunę licet vulgus ea cū primis ęstimet: sunt minima bona: & parui apud sapientes momēti: iuxta dictū Biantis sapientis citatū in Paradoxis a Mar. Tul. Oia mea mecum porto. insinuātis alia parū ad se attinere. Sed qa humanū genus auide inhiat per fas & nefas hęc bona

Universidad de Deusto
Biblioteca

accumulare:aliquid dicemus circa ea: inchoãtes a vulpino fure,triũ literarũ viro: Quatuor circa hãc materiã q̃situri. Primo,an furto aliena subtrahẽs peccet. Secunda q̃stio erit de cauillatione quadã nodosa furti. Tertia de restitutione furti. Et quia aliq̃ nõ bene capiũt quo mõ ꝓ furto simplici,hoc est vt diffiniãt cõtra rapinã, infligatur mors:Quarto q̃rã,an hoc liceat. Et hęc erunt de furto ꝓprie dicto. Primo ergo q̃rit,an furto aliena asportãs peccet. ¶ Pro solutione q̃stionis animaduerte:q; p furtũ interdũ intelligim⁹ rapinã, & oẽ illicite detentũ.quo mõ capit in ꝓhibitione decalogi. &.xiiij.q.v. Pœnale. Sic simoniacus nõ ingrediẽs p ostiũ est fur.xxiij.q.iiij. Tres ꝓsonas. Sic etiã vsuraria pecunia est furtũ. Si ꝓprie capiat,est volitio capiẽdi qđ putatur alienũ,clanculũ inuito domino,animo lucrãdi.Hæc definitio quadrat cum ea quã dat Imperator.Instit.de obli.q̃ ex delict.nas.§.Furtũ. vbi & noĩs etymologiã explicat. Addũt aliqui mobile & corporale,per hoc simoniã & vsurã excludẽtes.sed facile est hęc impugnare p metaphysicã/petẽdo quo modo sit vsura ꝑ spiritualis vel circa rẽ spiritualẽ. sed nõ insisto. Definitionẽ aggredior.in qua volitio ponit loco generis:nõ vt verũ genus: cum furtũ cõnotationẽ peregrinã habeat respectu termini volitio: sed vt melius rẽ ipsam captamus: placuit ita dicere.Dicit (qđ putatur alienũ) & nõ alienũ:quia si rem meã capio quã credo esse alienã:furtum cõmitto.& hic capitur alienũ siue ad vsum siue ad ꝓprietatẽ:vt siqs rẽ meã ex pignore vel hypotheca habet:& ego clanculũ surripiã furtũ cõmitto:qa capio qđ scio esse alienũ: scio em̃ aliũ in hoc ius aliquod habere. Dicit (inuito dño) quia si dñs cõsentiret vel ẽ verosimile prudẽti q; cõsentiret: siue cõsẽtiat siue nõ:nullo modo est furtũ. & intelligo p dominũ rei illũ qui in re auctoritatẽ habet:siue sit dñs inferior vt causa scđa:cui dñs supior cõsentit: siue dñs supior, qui oẽm potestatẽ in rẽ accipit,vt despoliationẽ Aegypti. Exodi.xj.hoc idẽ patet.xiiij.quęst.v. Dixit dñs. Dicit (animo lucrãdi) quia siqs rem auferat vt aliũ reddat cautiorẽ vel gratia ioci:nõ cõmittit furtũ. ¶ Ex hac definitione cõsequũtur aliquę ꝓpositiones. Prima est. Aliqs peccat pecato furti & nihil fũretur,vt ille qui vult subtrahere alienũ,sed nõ põt habere. ¶ Ex qua ꝓpositione secũdo sequit q; nõ ois fur teneꝫ ad restitutionẽ furti.qđ patet de fure dato:ille em̃ nõ solũ peccat peccato furti:sed est fur. ¶ Tertio sequit q; furtũ a rapina differt penes clanculũ & manifestũ,secundo modo capiẽdo. ¶ Quarto sequit q; ego auferens meũ ab illo a quo alia via habere nõ possum iuridice:corã deo nõ cõmitto furtum. Patet,quia aufero meum,& ille nullũ ius in illud habet.nec videtur esse in hoc peccatũ.secus est si possim ꝓbare rem esse meã: & eam iuridice habere.tunc em̃ male ago rẽ meã clanculũ surripiẽdo. Si aũt sciã rẽ esse meã: & ꝓbare nesciã rẽ meã:nõ debeo rapere: quia hoc cederet in detrimentũ reipublicæ. Si clanculũ habere possum: nõ videꝫ esse peccatum. tunc em̃ nõ ląditur ille a quo capio,nec respublica. ¶ Quinto sequit q; existẽs in extrema necessitate capiens necessaria pro suo nutrimẽto nõ peccat peccato furti. hoc in materia eleemosynę suprius patuit. ¶ Sexto. Qui alienũ capit vt faciat eleemosynã cõmittit furtũ: quia capit alienũ:& actus cadit sup obiectũ malũ:licet circũstantia finis sit bona. sed hoc nõ sufficit. & istud habeꝫ.xiiij.q̃stione.v. Forte. &.xxxij.quęst.iiij. Sic nõ sunt. ¶ Septimo sequitur q; quãtũcũq; quis parũ accipiat qđ putat eẽ alienũ cõtradicẽte dño rationabiliter,est furtum. patet ꝓ totã definitionẽ furti.&.xiiij.q.vj.c.finali. & de pœ. dist.j.§.Vulgaris. ¶ Octauo sequit nõ oẽ furtũ deliberatũ esse peccatũ mortale. Patet de furto alicuius qđ nõ est notabilis damni. Furtũ em̃ mortale est volitio auferendi notabile bonũ. ¶ Nono sequit. Furtũ est auaritia. Furtũ est vsura. ¶ Decimo sequit aliquod furtum esse eiusdẽ speciei specialissimę cũ raptna. Patet. habeã ego hanc volitionẽ.volo capere hoc.demõstrãdo illud qđ credo esse alienum nullo sciente: postea supercueniẽte dño rei & resistente ego rapiendo rẽ possum cõtinuare volitionẽ meã pręuiã q̃ prius erat latens:nũc vero aperta. ergo idẽ actus voluntatis numero qui prius erat furtum, postea efficitur rapina. Immo stat q; nũc primo sit furtum mortale: & postea idẽ actus numero erit meritũ.sed hoc nõ erit simul. Patet. habeam ego hãc volitionẽ.volo surripere hunc librũ ꝓpter deum:demõstrãdo librum tuũ.iam est furtum per sextũ corollariũ.continuo illum actũ:& in medio tẽpore tu das mihi illum librũ:iam iste actus est meritũ:& possum esse in gratia:saltẽ est actus bonus moraliter.Qui tñ habet caput refertum doctrina cõmuni aliquoꝝ quã speculationẽ putat:aliter cẽset & male. ¶ Vndecimo sequit q; stat æqualiter furari ab eodẽ ęquali intẽsione graduali actⁿ:& inæqualiter peccare.Patet.si Sortes pręcise haberet cẽrum scuta sibi necessaria:& primo furaret ab eo viginti scuta: & postea alia viginti:plus pecco secũdo, q̃ primo: quia Sortes plus eget:& plus tertio q̃ secũdo.sed frangendo arcã primo,& auferẽs viginti scuta plus pecco q̃ auferẽs tãtũdẽ post me:qa sum occasio secundi furti:& hoc si nõ fuerit excessus ꝓ inopiã in secũdo. ¶ Duodecimo sequit q; hęc consequẽtia est nulla.æqualis pecunia est ab his duobꝰ ablata.ergo æqualiter peccatur.qa stat vnũ cẽ pauperẽ & alium diuitẽ. ¶ Et ex illo,Decimotertio sequitur per calculationẽ q; maius est peccatũ furto subtrahere duo scuta a paupere q̃ viginti a rege:sed ad minorẽ restitutionẽ est obnoxius. ¶ Decimo quarto sequit q; dando sciẽter malã pecuniã loco bonę committitur furtũ:siue in lumine candelæ siue in lumine diei alter nõ cognoscat.& licet ego accipiã illã malã pecuniã ab alio,possum tñ licite dare clanculũ illi qui me fefellit. ¶ Decimoquinto sequit q; si Sortes habeat vsum equi mei: & ego clanculũ illũ equũ auferam,furtũ facio.licet em̃ sit res mea quo ad ꝓprietatẽ: non tñ quo ad vsum. ¶ Decimosexto. Si habeã vestẽ Sortis in pignore: ipsa vtendo furtũ cõmitto nisi eius volũtatẽ expressam vel rationabiliter ꝓsumptã habeã. ¶ Decimoseptimo sequit q; agricola cõmittit furtũ partẽ agelli vicini sui sibi adiciẽs, p definitionẽ. ¶ Decimooctauo sequit q; hoc peccato peccat qui radit pecuniã plꝰ ęquo: sic vt nõ maneat iusti põderis. ¶ Decimonono sequit q; filius interdũ cõmittit furtũ cõtra patrẽ & matrẽ: quia surripit alienũ clanculũ inuito dño. ¶ Vigesimo & vltimo.si deꝫ mihi vsus equi ad decẽ milia passuũ & non vltra,& ego vtar equo ad duo decim vel vltra,cõmitto furtũ. secus est si haberem facultatem domini pręsumptam.

¶ Definitione furti & corollariis definitionis declaratiuis ꝓmissis:ꝓmo cõclusiones titulo q̃stionis responsiuas.quarũ Prima est.Oẽ furtũ est peccatũ. patet. Furtũ prohibeꝫ Exodi xx.Non furtum facies.& in pręceptis decalogi. ¶ Secũda cõclusio. Aliquod furtũ etiã deliberatũ est solũ veniale peccatũ. Probat. Aliquod furtum est q̃ nõ est notabilis bonitatis, nec notabilem malitiã infert domino rei: ergo tale furtũ est solũ venialiter ꝓhibitũ. Insup arguit ad idẽ.extremũ supplicium nõ inferꝫ in foro humano pro quolibet delicto:sed ꝓ grandioribus: ergo deus nõ qãlibet delictũ iputat moraliter in suo foro. Pręterea si quodlibet furtũ esset mortale peccatũ hoc esset ꝓpterea quia furtum ꝓhibeꝫ in ꝑcepto vno decalogi/vel Exodi.xx.sed hoc non arguit esse mortale: vt patet de luxu aliquo inter conuiuges venali,& transgressionibus aliis deliberatis contra alia ꝑcepta venialibus.& patet manifeste de mendacio iocoso vel officioso. ¶ Tertia conclusio. Aliquod furtũ est mortale. Probatur. Aliquo furto notabiliter ląditur proximus. aut melius ꝓ rege loquẽdo,in aliquo furto auferꝫ proximo notabile bonũ:ergo aliquod furtũ est mortale peccatũ. Insup ꝓ aliquo furto infligitur tuste mors: vt iam in hac materia dicemus.& pro solo veniali nunq̃ mors licite infertur.igit. ¶ Quarta cõclusio. Aliquod furtũ mortale est alio furto mortali multo grauius. Patet. quia grauius est peccatum furti furari a paupere q̃ a diuite: nam maius nocumentũ ei infertur circa bona q̃ sunt ei magis necessaria:& maioris tristitiæ materia ei datur q̃ diuiti.igitur. Secũdo ꝓbatur idem.aliqđ furtum est sacrilegiũ:vt auferẽdo sacrum de sacro: vel nõ sacrum de sacro:vel sacrum de nõ sacro loco: quia hoc habet spectalẽ ꝓhibitionem. sic de abigeatu,dispergendo gregem & inde furando pecus.sic de plagio,hominẽ liberum vendendo:& de peculatu hominẽ religiosum vel publicum alienando. xxiij.q.iiij.Quid ergo. Aliqđ autẽ est furtum simplex mortale. Itẽ est maius peccatum:furto asportare mille scuta q̃ partem eorum:& vtrũq; est mortale: ergo aliquod furtũ mortale aliud excedit. ¶ Quinta conclusio. Furtum ex parte obiecti siue ex genere nõ est ita magnũ peccatum vt homicidiũ vel fornicatio. Probatur. Furtũ est circa bona fortunę quę sunt bona inania:vt i fronte huius quęstionis diximus. Homicidium autẽ & fornicatio sunt circa bona corporis.igitur.Cũ hoc tamen stat q; sit aliquod furtũ tantę malitię & maioris q̃ simplex fornicatio:immo q̃ hoc homicidiũ. Dabile nãq; est furtum minoris malitię q̃ fornicatio simplex:& furtum maioris malitię q̃ fornicatio simplex: ergo etiã potest dari furtũ æqualis malitię cũ fornicatione simplici.licet in hac illatione vniuersaliter intelligẽdo possit instari.sicut Cãpanus instat in xv.Tertij Euclidis.sed imprudẽtis esset tales angulos cõtingentię extrinsecos in nostra materia texere. Præterea ad aliqđ furtũ rerũ necessariarũ homini sequit homicidiũ:ergo tale furtũ cũ effectualiter homicidiũ includat,est ita graue vt homicidiũ. ¶ Sexta cõclusio. rapina est maius peccatũ q̃ furtũ cęteris paribus. si cætera sint paria: æquales sunt actus volũtatis,& ęqualiter ablata: & oĩa alia sunt paria:hoc dẽpto q; vnꝰ capit clanculũ decẽ & alter totidẽ rapit. sed cũ hoc raptor violẽtiã & iniuriã actualẽ & manifestã infert contra dominũ rei.ergo plꝰ peccat.nõ sic fur. Insup ꝓ rapina scđm leges ciuiles infligit vltimũ supplicium.patet.ff.de pœnis.l.Capitaliũ.§. Grassatores.&.§.Famosos. Talis aũt pœna ꝓ furto non infligitur, vt posthac dicemus.

¶ Contra primã conclusionem arguitur.Capiẽs racemos ex vineis in calore non peccat:vel capiẽs pyrum in campis:& talis facit furtum: cũ capiat alienũ non cõsentiẽte dño:qa de eius volũtate nihil scit. ¶ Respõdeꝫ. quia cõtingit virũ pati sitim cui difficile sit abstinere:ergo q; tũc factat furtũ. Dñs em̃ si sciret circũstantiã rei cõsentiret vel cõsentire deberet vt ita caperet: aut si dñs illic eẽt:iste emeret ab eo racemũ:

Universidad de Deusto
Biblioteca

& cū nō sit p̄sens,capit. Domino.n.vitiū & alijs in sil'ibus est iste capiēs subiect⁹:si nō habeat vites,nō est hac lege oneratus. Et hoīm cōsuetudo vbi est copta vitiū hęc pua admittit.i signū cui⁹ in pleriscą locis nō ponūt vitiū custodes. homo tñ p̄t hic venialiter peccare capiēdo pl⁹ q̄ oporteat,& nō notabile bonū,& etiā mortaliter.

¶Cōtra secūdā & tertiā cōclusionē arguit. Magnitudo obiecti nō ponit mortale sup veniale: vt videre licet in homicidio/adulterio/& fornicatione simplici:ergo nec in furto. ¶Rñdetur. antecedēs est falsum:potest em̄ homo percutiendo virū peccare venialiter. & consequētia est nulla:quia actus deliberatus dormiēdi cū nō sua semp est mortalis:sed nō est idē de ablatione bonorū fortunę quę sunt minora bona. ¶Secūdo arguit cōtra eādē conclusionē ponēdo q⁹ Sortes furetur vt det pauperibus: iam ipse min⁹ peccat q̄ ille q furatur vt sibi retineat. vt dicit Magister distinctione.xl. scđi. & Augu.in Enchiridio. q⁹ peius est mētiri libidine mētiendi q̄ recreationis causa: & peius recreationis causa q̄ ad saluanda bona tēporalia ꝓximi.vt habet.xxij.q.ij.ca. Primū. Et tūc sic. Vna bona circūstātia vel finis bonus partialis diminuit vnū gradū malitiæ, ergo additio alterius bonę circūstātię vel plurū diminuit totā malitiā actus.& p consequēs tale furtū nō erit peccatū. Nō valet dicere. cū malitia ex pte obiecti maneat:licet malitia circūstantiarū diminuat:adhuc actus erit malus.quia act⁹ ꝓpter circūstātiā siue cadentē in ratione obiecti:siue circūstātē p vnā bonā circūstantiā, erit minus malus. Si dicas.prima circūstātia plus tollit de culpa q̄ secūda:& sic gradatim descēdēdo: Ponātur oēs circūstātię simul. ¶Respōdetur:nō desunt dicētes bonū finē vel circūstārtiā nō alleuiare malitiā actus mali.qđ non credo. Adhuc tñ semp actus iste erit malus.nā ad diminutionē malitiæ actus nō sufficit diminuere malitiā circūstātiarū stante malitia obiecti. Etiā nō oportet si circūstātia vna diminuit vnū gradū de malitia actus q⁹ circūstātia in duplo melior in duplo diminuat. Vlterius dico q⁹ circūstantia bona plus diminuit de actu peiori q̄ minus malo. Ex quo patet q⁹ hęc cōsequētia nihil valet.quicquid malitię est in obiecto quo Sortes vult capere decē scuta, hoc includit in obiecto quo Plato vult capere totidem ꝓpter deū:ergo actus Sortis est ita malus vt act⁹ Platonis.sed ad bene cōcludēdū oportet i antecedēte addere.& nihil peccatū diminuēs ē in actu Platonis. Et si dicas.xiiij.q.v.c. Forte.ex Augu.dicitur in fine capitis. Nā si totū tribuat pauperib⁹ qđ abstulerat:addit potius peccatum q̄ minuat. Respōdet.hoc est verū ꝓpter duo peccata: vnū auferēdo:aliud dando alienū pauperi,iuito dño. sed auferre decē vt succurrā pauperi est actus minus malus q̄ volitio qua quis vult auferre decē nō habēdo finē bonū. Ex toto ergo isto nō habes aliquod furtum non imputabile.

¶Cōtra quintā cōclusionē arguit. Furtū expresse ꝓhibet iure diuino:nō aūt fornicatio simplex: ergo furtū est maius peccatum. Martinus Magister ꝓpter hāc rationē i suo libro de tēperātia in materia luxus tenet furtū eē a genere maius peccatū q̄ fornicationē. Sed illā alibi prolixius reprobam⁹. Pronūc dico antecedēs eē falsum. Nā primę ad Corinthios. vij. prohibet fornicatio simplex, vt patet illud caput cōsiderāti. Scđo dico cōsequētiā esse nullā. nonne vides q⁹ rapina nō est expresse ꝓhibita? & tñ rapina est grauius peccatū q̄ furtū proprie dictum.

¶Cōtra sextā conclusionē arguit. Homo plus erubescit de furto q̄ de rapina:ergo furtū est maius peccatū. ¶Scđo arguit. Percutiēs hominē clanculū & eū occidēs a tergo,plus peccat q̄ hominē occidēs a fronte & manifeste: ergo p similē fur plus peccat q̄ raptor. ¶Concedo antecedēs:& nego cōsequētiā. Ratio est.quia erubescit interdū de nō peccato vel minori peccato. Videtur autē aliquid animositatis includi in rapina:& nihil est animositatis sed multū timiditatis i furto: & propterea vulpi assimilatur. Hinc non mirabere si de furto erubescit vir plus q̄ de rapina. Aliqui autē homicidę in bello iniusto putant se esse in fama,& glorią apud ignobile vulgus cōsequi illa via. ¶Ad secundū argumētum concedo antecedēs. talis em̄ proditorie hominē occidit more vulpis & timidi:nec dat viro inducias fugiendi & velocitate pedum se p̄seruandi: vel expectādi & defendendi suū corpus.semper autē taliter occidens p̄sumit timidus:& q⁹ nō auderet alteri mouere barbam. propterea clanculū ferit a tergo:& maiorē iniuriā facit occiso q̄ si a fronte percuteret. ¶Tertio arguitur. Actus aliquis furti est eiusdē speciei specialissimę cū actu rapinę. ergo nō est minus grauis. Respōdet negādo cōsequentiā. nam potest antecedēs esse verum, licet plerūq; illi actus distinguantur specte. ¶Quarto arguitur. Furta apud Scythas maxime puniūtur:& maiori pœna q̄ rapina: ergo furtum est maius. Respōdetur q⁹ cōsequutio nō est valida. Lex em̄ ē rationabilis apud eos:qa in pleriscą locis nō habēt domos,sed oia vehūt in curribus. Propterea si nō acriter punirēt furta: nihil eis remaneret. Ideoq; p̄cipit Aristoteles i problematibus vt puniātur multū furātes e balneo vel taberna vel e locis publicis,

¶Distinctionis Decimęquintę Quęstio Vigesimaquinta.

Vęritur secundo de furto (& est huius quintę decimę distinctionis q̄stio vigesimaqnta) an furtū sit veniale an mortale in casu sequēti satis vulgari: sed quē nō vidimus plene resolutū, & fortasse nec nos penitus oēm difficultatē in argumēto emergētē referabimus. Et quia ip̄m est nodosum,tāgam⁹ p modulo q̄ occurrūt nobis: primo venā argumēti aperiēdo. Sit vnus cumulus granorū i horreo Melros. auferat Sortes oia grana sensim: nū q̄ duo simul, sed semp vnicū. habeat tot volitiones distinctas quot sunt grana: sic.s. volo capere a.granū. volo capere b. granū. & quādocūq; aufert vnū granū habeat volitionē ꝑticularē cadentē solum sup illud granū:nū q̄ habēdo volitionē cadētē in plura grana totalia. Tūc sic.in casu verū est dicere, Sortes euacuauit horreū sensim auferēdo grana:& tñ nō peccauit mortaliter:& si in hoc casu nō peccauit mortaliter nō inuenies furtū mortale. Si dicas nō peccauit mortaliter: i fine sic callide subtrahēdo dabis occasionē auferendi oia bona sine mortali. Item habēs distinctas volitiones occidēdi tres viros plus peccat q̄ habēs volitionē occidēdi tres copulatim.alioqn volēs occidere infinitos infinite peccaret.ergo habēs plures volitiones distinctas cadentes sup plura grana plus peccat q̄ habens vnā cadētē sup magnā congeriem granorū.sed auferēs congeriem sic p vnū actū/ duos/vel tres mortaliter peccat:ergo &c. ¶Iam ꝓbem⁹ q⁹ nō peccauit mortaliter. vel in ablatione primi grani & hoc nō, vt cōstat:nec in ablatione secūdi grani quia eadē est ratio: & sic de qualibet alia volitiōe eiusdē speciei specialissime:q̄ volitiones cadunt in obiecta similia:& depēdēt a similibus notitijs abstractiuis vel intuitiuis. Forte dicis.ablatio decimi grani est peccatum mortale: hoc est volitio auferēdi decimi in virtute p̄cedētiū:sicut vltima gutta cauat lapidē in virtute p̄cedētium. Sed cōtra.decima est eiusdē speciei vt dictū est cū alijs volitionibus:& si fuisset prima nō fuisset mortalis:ergo nec in vltimo loco: alioqn auferēs post nouē alios,mortaliter peccaret. Item analogia de cauatione lapidū nō cōducit. Et quia p illā forte effugium q̄ris:& est in omniū ore: eā impugnabimus.& hoc sic. Vel prima gutta aliquid a lapide aufert:vel nihil.si secundū:pari forma nec secūda gutta aufert,nec tertia:cū sit par ratio:ergo nulla gutta cauat. Dicis.prima & secūda dispōnūt ad cauationē:sed vltima virtute illius dispositiōis cauat. Quęro q̄ sit ista dispositio vel mollificatio.nā lapis nō videtur mollior solito. & cū nulla forma substātialis ꝓducatur: nō est aliqua prędia dispositio. Respōdetur concedēdo q⁹ q̄libet illarum volitionū est eiusdem speciei essentialis entitatiue,sed nō sunt eiusdē speciei in genere malitiæ. ¶Oportet autē videre secūdū iudiciū prudē̄tum quando sit notabile damnū illatū proximo,vel potius notabile bonū ablatū a ꝓximo. vt auferre a rege Frācorum tres vel duos duodenos nō est ei nocere notabiliter:sed auferatur ab eo notabile bonū:quia per illā pecuniā poterat mereri,eā dando pauperi. Considerādū est itaq; si esset prudēs,vel aliquis iustus ꝓpinquus, diceret:nō est notabile bonū ablatū adhuc: licet male actū.& iterdū diceret:nūc ē notabile bonū ablatum:quia mediat instans inter notabile bonū & nō notabile: in quo quidē instanti verū est dicere:nunc est primo notabile bonū ablatū:vel nunc nō est notabile bonū ablatū:sed immediate post hoc erit notabile bonū ablatum. Et do secundū:aliquin dabis minimū mortale circa talem materiā cū tali intensione graduali & circūstātijs. Prudēs ergo diceret Sorti.nūc desiste:si aliud vltra auferas, mortaliter peccabis. Et ꝫ nos lateat an in fine ablatiōis ist⁹ grani sit maximū non damnificans,vel illius:tñ scimus esse statū in fine alicuius.frequēter cū scimus indefinitā: & de qualibet singulari dubitam⁹. vt hæc ē scita a me,in die aliqua stella est supra nos:& quęlibet singularis mihi dubia. Si cōscientia viri dictet ei q⁹ si auferat plus:notabiliter aufert & mortaliter peccat:tunc mortaliter peccat cōtraueniendo cōscientię erroneæ. Si non notabile bonū in rei veritate sit ablatum:idem est,licet peccatum sit minus si vehementer dubitet. sin habeat scrupulū leuem,non oportet. Si vero aufert notabile bonū:dato q⁹ conscientia ei dictet q⁹ non est notabile bonū:mortaliter peccat cōtrauenendo p̄cepto dei de furto. ¶Ex isto sequit:q⁹ quādo maximū nō damnificans est ablatū, si aliquid vltra auferatur quātūcūq; pusillū:est mortale peccatū/ & sic ablatio vnius grani imo cuiuscūq; partis proportionalis vnius grani facit mortale peccatū nō absolute sed in virtute p̄cedentium. Quo fit vt nō sit idē in ablatione primi grani & vndecimi. vocemus decē grana gratia exempli maximam multitudinē non damnificātē:vt est de cauatione lapidū. Item si post ablationē decē granorū pœniteat intēdens restituere:sed reuocetur mox nolēdo restituere:sed auferēdo vltra aliud mortaliter peccat:quia capit notabile bonū. Sed quo ad analogiam ipugnatā dicitur:q⁹ quælibet gutta aliqđ de lapide tollit: sed primū ablatū est

Universidad de Deusto
Biblioteca

insensibile:scdm etiã insensibile:& stat totũ ablatum adhuc esse insensibile.deinde in fine quarti vel quinti casus erit vnũ sensibile:& tunc erit cauatio parua. In secũdo autẽ casu semp plus cauatur q̃ in primo ꝓpter maiorẽ intercapedinẽ interguttã & terminũ ad quem:& meliorẽ vtionẽ in recipiendo. Si dicas.tunc tandẽ lapis perforaretur.cõceditur quãtũcũq; spissus & firmus.sicut non q̃libet depressio nasi denominat virũ simũ, sed notabilis depressio. ¶ Sed cõtra istud arguitur.oportet ergo dicere q; Sortes peccat venialiter & mortaliter sic auferẽdo.hoc est incõueniẽs, igitur.q; sequat patet.ascendẽdo a non peccato prius transit per veniale tãq̃ per mediũ q̃ ꝑ mortale: ergo ablatio quinti grani (gratia exẽpli) erit venialis:& sic de quolibet grano ad decẽ vsq; in clusiue: & ablatio vndecimi grani erit mortalis. & sic ablatio eius erit peior q̃ decẽ volittones p̃cedẽtes.immo ablatio minimi naturalis vndecimi grani. ¶ Respondeꝫ primo ad materiã argumẽti, q; stat capere decẽ grana vel racemos sine peccato:videlicet ꝓpter sitim vel famẽ,vel ad videndã naturã terrę: quãdo dñs rationabiliter velet illud si esset ꝑsens, vel rationabiliter velle deberet si sciret:tũc emñ nõ pecco quoquo pacto. Et ponamus q; quinq; grana vel spicas capiã sine peccato:ibi dãdũ est maximũ nõ damnificãs citra veniale: rursus a quinq; ad decem maximũ nõ damnificãs quo ad mortale:ita vt ablatio cuiuslibet grani sub qnq; vel quinti sit nõ peccatũ: cuiuslibet aũt ablatio inter qnq; & decẽ,etiã decimi sit venialis:& supra decimũ mortalis. Et licet sint duo maxima nõ damnificãtia: vnũ citra veniale:alterũ citra mortale:de scdo tñ potissimum loquor. Quis etiã nõ ꝓcedaꝫ semp a non peccato ad mortale ꝑ veniale tãq̃ ꝑ mediũ: tñ hic ꝓceditur dato q; fuerit cõsensus deliberatus auferẽdi alienũ paruũ. Cõcedit ergo q; ablatio minimi naturalis supra decẽ erit peior q̃ ablationes oĩm partiũ p̃cedẽtiũ,qa in eo auferẽ notabile bonũ. pro mortali vocẽt b.primũ notabile bonũ: ꝑ venialia.sed hoc est ꝓpter habitudinẽ ad p̃cedẽtia grana.Et eodẽ mõ oportet dicere q; ablatio decimi grani est peior q̃ ablatio noni,& ablatio noni peior q̃ octaui:& sic ad quintũ vsq;, vbi est non peccatum. Et cõcedo q; sic auferẽs mortaliter & venialiter peccat. Forte dicis. nõ incõuenit mortale integrari ex venialibus ꝓcise:sicut magnũ põdus ex ꝑuis cõflat.& hoc vult Alanus iquiẽs. De minimis granis fit maxima summa caballi: De minimis mẽdis nõ veniale malũ. Si itelligat vt verba sonãt, delirat, nec de eius errore curo. venialia emñ freq̃nter disponũt ad mortale. An aũt q̃libet ps pẽti mortalis sit mortal, alibi inq̃rimus. ¶ Sed dicis:ponam⁹ q; aliquis eliciat in instãti vndecim volitiones distinctas auferẽdi vndecim grana:nõ possum tũc recurrere ad vnum actum in virtute præcedẽtiũ:cũ nullus actus p̃cedat:ergo i illo casu q̃libet actus erit venialis,& necessariũ est dicere q; auferens totũ cumulum solũ peccat venialiter,vel q; mortale ex solis venialibus cõflatur. ¶ Respondeꝫ.admitto casum. licet emñ volũtas nõ possit habere vndecim act⁹ distincte simul: nõ euitatur difficultas capiendo obiecta maiora vel grana,sicut malũ punicũ est in duplo maius in Aegypto q̃ in Vasconia. tũc emñ põt habere qnq; vel sex act⁹?:& dico quẽlibet illoꝝ actuũ esse mortalẽ:qa ęqua est ratio in oĩb⁹ & si vnus sit nõ peccatũ vel venialis: eadẽ est ratio de oĩbus. ¶ Ex isto aũt nõ sequit qđ tãgitur inter arguẽdũ de decẽ volitionib⁹ succesliue elicitis,q; mortale ex venialibus cõponaꝫ: cũ q̃libet illoꝝ actuũ,de qbus in vltima obiectione,sit venialis, quia sic decedẽs puniret solũ ꝑ finitũ tẽpus in purgatorio vel in inferno.sed nõ daꝫ act⁹ cõmissiõis quoquo pacto ex venialib⁹ resultãs. Ratio quare illoꝝ q̃libet est mortalis,est,qa nũc lędit ꝓxim⁹ notabiliter: & hoc mihi cõstat.& de ęq̃litate rõnis actuũ hãc cãm addiderim,alioqn dicere oportebit q; a principio itẽdẽs successiue hĩe decẽ act⁹ ꝑ cautelã,q; quẽlibet actũ peccaret mortaliter. Sed cũ possit dari discrimẽ i actibus, nõ apparet eẽ idẽ:sed iste sic intẽdẽs a principio peccaret mortaliter ꝑ vnũ actũ.sc3 volo auferre vndecim grana successiue ꝑ distinctos act⁹ vndecim: vt sit sophisma. et iterũ in.xj.actu peccaret mortaliter.sed sic quẽlibet aliũ actũ volũtatis secluderet habẽdo illos vndecim act⁹ successiue: vndecim⁹ aũt act⁹ primo eẽt mortalis.Istud põt colorari ꝑ id qđ dicit.ff.ad le.Aqui.l. Itẽ.§.Sed et si seruũ.vbi sil⁹ casus de pcussione icidit.S3 dicis.si cũ vn⁹.s. Sortes h3 vndeci act⁹ i eodẽ instãti elicitos circa totidẽ grana, quilibet est mortalis, & cũ Plato successiue elicuit vndeci act⁹: vndecim⁹ prio est mortalis: Sortes vndecies pl⁹ peccaret q̃ Plato:nõ sternus i venialib⁹ Platonis cũ excessus mortalis sup veniale sit sicut linea ad pũctũ. Dicit hoc non oportere: quia stat vnũ mortale esse peius aliis duodecim. Potest tñ homo nõ insulse dicere de eo q itẽdit sophistice sic grana auferre,dato q; successiue act⁹ volũtatis habeat:q; q̃libet eoꝝ sit mortalis:& idẽ sit instãtanee & partibiliter illos actus habere.

Sed cõtra totũ istud arguit.si Sortes auferat a cumulo decẽ grana:Plato superueniens auferẽs vnũ granũ peccaret mortaliter.cũ auferat notabile bonũ.Itẽ ponaꝫ q; vn⁹ auferat a variis cumulis cõgeriẽ granoꝝ ꝑ onere caballi: sic scilicet vt a quolibet auferat p̃cise vnũ granũ

videt q; nõ peccabit saltẽ mortaliter: cũ a nullo capiat notabile bonũ. ¶ Ad primũ dico. vel Plato scit Sortẽ tũc abstulisse decẽ:& sic concedo q; peccet mortaliter.& ita apparet q; q̃libet auferẽs vnũ granũ si sciãt de se inuicẽ,peccat mortaliter. si nesciat,non oportet:qa nescit de ablatione notabili.& Sortes solũ peccauit venialiter. Interdũ emñ minus auferẽs plus peccat: vt si Sortes in cãpis habeat tres panes,quoꝝ q̃libet sufficiat succurrere suę extremę necessitati: Plato primo auferat ei duos:postea Cicero vnũ:hic plus peccat q̃ ille. Sed dicis. Ponamus q; nolint restituere: Sortes dicat:ego peccaui solũ venialiter auferendo: nec teneor restituere sub pœna peccati mortalis. Plato dicat: minus abstuli q̃ Sortes: sed ipse nõ tenẽt restituere sub pœna peccati mortalis: ergo nec ego. Dico q; Sortes i illo casu tenẽt restituere sub pœna peccati mortalis/licet solũ peccauerit venialiter auferẽdo.nã si mille abstulerũt mille grana ab vno cumulo : quilibet eoꝝ peccauit venialiter auferendo,vel forte non peccauit.et si postea sciuerint de se inuicẽ q; paterfamilias notabiliter lęsus sit:tenenẽ oẽs restituere sub pœna peccati mortalis.alioqn fraudaret innocens suis bonis. Sed si oẽs restituerẽt vno dempto,& ipse clãculũ abiret cũ suo grano, nõ oportet ipm peccare mortaliter hoc retinẽdo. ¶ Ad aliud vbi ponis vnũ callide furari a varijs/puta Cacũ: talẽ nõ excuso. Alioqn auferens a cõmunitate Venetorũ & Romanoꝝ in diebus qb⁹ Roma floruit:& nũc a cœnobitis nr̃is,nõ peccaret:cũ a nullo capiat notabile bonũ,s3 a cõmunitate. Si dicas.habẽt subordinationẽ ad quãdã vnitatẽ: vt cœnobitæ ad abbatẽ:Veneti & Romani ad senatũ & ad patricios.Idẽ dico vbi nulla esset subordinatio: qa sufficit q; sit notabile bonũ ablatum de se.furari tñ a paupertore est maius peccatũ cęteris paribꝰ. ¶ Pro tota hac materia capiaꝫ hęc scala ascẽdẽdi ad itelligẽdã solutionẽ.Percutiat Alexãder Macedo Clitũ vndecies:ita vt prim⁹ ictus nõ sit ad mortẽ vsq;,sed parũ lędat:sic vt stet esse veniale pctm̃,& sic de aliis ictibus.interim vidẽs charissimũ Clitũ debilitatũ in decimo ictu, iudicat vel sapiẽs iudicaret,si ampli⁹ pcutiat,occidet vel notabiliter lędet amicũ Clitũ. Vel si cõstat q; nõ ois pforatio carnis inducit mortẽ,ponaꝫ q; penetratio decẽ ptiũ nõ iducat mortẽ/sed bene vndecim sensim:Brutus mittat pugionẽ in cor Iulij Cęsaris/& cõstet Bruto ꝑ reuelationẽ ab Aesculapio vel Hippocrate:tũc posterius semp ampli⁹ peccat. Et idẽ ẽ i ꝓposito argumẽti principalis:hoc dẽpto q; vnũ peccatũ est circa maius obiectũ & peius q̃ aliud. ¶ Sed cõtra totũ illud arguit.Volitio vndecima est ꝓportionabiliter maior decima:sicut mortale trãscẽdit veniale:qa notabile bonũ auferẽ:ergo duodecima volitio erit mortalis ꝓportionabiliter maior vndecima volitiõe quia videt eadẽ ratio. ¶ Rñdeꝫ negãdo cõsequntiã.sicut aliqua cõcauitas nasi nõ sufficit denominare virũ simũ:& ponaꝫ q; decẽ pueꝝ depssiones nõ sufficiãt:& vndecima primo sufficiat/vel decima depssio est vltima nõ sufficiens,nõ q̃libet sequẽs vndecimã depressionẽ,similitatis sic variat denoiationẽ. ¶ Interdũ ꝑ solutione argumẽti aliter imaginatus sum/vc3 q; sic furãs grana peccabat peccato omissiõis mortaliter:& mouebar ex illo/qa videbaꝫ mihi ęqualis ratio de q̃libet volitiõe cadẽte sup vnũ granũ siue primo loco/vltimo/vel medio.& qa nõ videbaꝫ rõ q; totiẽs peccaret mortaliter quot eẽnt actus:vel q; nullo mõ peccaret mortaliter: incidi in hoc q; peccat pctõ omissionis: cũ nulla cõmissio sufficere videret. Omissio fuit hoc mõ.tenebaꝫ in ꝑsentia obiecto tũ habere vnũ nolle efficax auferendi alienũ:qđ qa nõ habet peccat mortaliter omittẽdo.sicut occidẽs i ebrietate vel i demẽtia exteri⁹ peccat secũdũ vnũ modũ dicẽdi:& act⁹ exterior ẽ malus: & tñ nullus act⁹ iterior malus respõdet. vbi videt eẽ cõfugiẽdũ ad vnã purã omissionẽ. ¶ Sed cõtra istud arguit.tũc seqt q; q̃ primũ tu venires i bibliothecã meã,teneteris habere vnũ nolle auferẽdi libros meos,& i foro vel i tẽplo respectu cuiuslibet obiecti cõcupiti esses deuinct⁹ habere tot nolittones.qđ videt absurdũ & falsum. Pari forma qñ haberes actũ malum volũtatis, peccares peccato omissionis.patet:qa esses obligatus nõ habere istũ actũ:& eũ habes:igit. Licet hęc argumẽta viderent respõsioni imponere silẽtiũ,nisus sum tñ respõdere. Ad primũ nego cõsequntiã qñ obiectũ ꝑsentat in ꝑsentia locali.secus ẽ quãdo presentat obiectiue:quãdo homo exit i actũ exteriorẽ:qui quidẽ actus nõ habet tã malum actũ interiorẽ q̃ est exterior reputatus a prudentibus. modo exterior acceptio alieni est mortalis:& nõ videt quis actus interior sit mortalis in casu. Secundũ argumẽtum ferme æ qualiter ꝓcedit contra omnẽ opinionẽ.concedo q; tenet nõ habere illũ actũ:& qui eũ habet peccat peccato cõmissionis.tunc autẽ solũ homo peccat peccato omissionis quãdo omittit habere actũ quẽ tenet habere:qđ nõ cõtingit in ꝓposito.nõ emñ tenet habere nolle,quãdo est actus interior tantę malitiæ quãtę exterior reputat a sapiẽtibus. Siquis voluerit cõformiter huic modo dicere: dicat. placẽt mihi magis prius dicta. Possumus enim seruare tantã malitiam in actu interiore vt superius nisi sumus ostendere:quãta a prudentibus ponit in exteriore. Malitia nãq; actus exterioris ab interiore pendet. Propterea satius est in radice loquẽdo confugere ad interiorem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Distinctionis Decimęquintę Quęstio Vigesimasexta.

TErtio circa materiã furti Quæro. an fur teneatur ad restitutionem omniũ quę furto habuit. Respõdeť affirmatiue, probatur ꝑ verbũ illud vulgatũ ſ. Augustini ad Macedonium. Non remittit peccatum nisi restituat ablatũ. Secũdo ꝑ batur. Omnis habẽs alienũ inuito domino tenetur illud vero domino restituere: fur est huiusmodi. igitur. Insuper nõ prohibetur furtũ nisi ꝓpter detentionẽ: vt non teneatur alienũ. sed furtum Exodi. xx. est prohibitum. ergo a fortiori detentio alieni alio inuito.

¶Contra hanc cõclusionẽ affirmatiuam sic arguo. Pręceptũ de furto est negatiuũ sed p̃cepta negatiua possunt impleri nullũ actũ habẽdo. patet: quia nũq̃ homo teneť elicere actũ furti: puta si nũq̃ furetur: & ita alia p̃cepta negatiua homo adimplet sufficiẽter. ¶Respõdeť cõcedendo. licet em̃ p̃cepta negatiua semp & pro semp obligent: tm̃ homo nõ semp tenetur elicere actus p̃ceptorũ negatiuoꝝ: sed sufficit ꝙ taliter se habeat qualiter ꝑ negatiua p̃cepta importať: scilicꝫ vt nũq̃ furetur: nũq̃ occidat. sed si furetur necessariũ est elicere actũ positiuũ restituendi: nisi habeat rationabilẽ causam nõ restituẽdi. & peccat cõtra p̃ceptũ legis naturę. Matthęi. vij. faciẽdo alteri qđ nollet sibi fieri: detinẽdo ſcꝫ alienũ.

¶Sed cõtra hoc argumẽtor. vel in qualibet ptẽ tẽporis quo tenet alienũ: peccat noua imputabilitate: vel solũ vno peccato tenendo ꝑ totã vitã. nõ secundũ: quia sic nõ grauius peccaret tenens equũ furto ablatũ. xx. annis q̃ eũ detinens duobus diebus. qđ nõ est dicendũ. Nec primũ: quia sic infinite peccabit fur: qđ nõ ẽ dicẽdũ. ¶Respõdetur negando hãc disiunctiuã pro vtraq; sui ꝑte. quia nec detinens furtũ peccat nouo peccato in quolibet instãti vel tẽpore quo alienũ detinet: nec peccat solũ vno peccato toto tempore quo alienũ tenet in magno tempore: sed peccat quando cõsiderat vel cõsiderare tenetur de restitutione & nõ restituit, nec habet ratiõabilẽ causam non restituendi.

¶Secũdo arguiť. ponendo ꝙ vnus exercitus veniat ad vineã Naboth: & quilibet capiat vnũ racemũ quousq; tota vinea sit ablata. hoc supposito sic argumẽtor. Nullus istorũ tenetur ad restitutionẽ nec oẽs isti: ergo furtũ nõ est de necessitate restituendũ. ꝙ nullus istorũ teneat ad restitutionẽ de necessitate salutis: patet. nullus istorũ peccauit: vel saltẽ solũ venialiter peccauit: ergo nõ ẽ de necessitate salutis restituere ablatũ. Forte dicis. tota multitudo mortaliter peccauit, & tenetur de necessitate salutis ad restitutionẽ: & nullus istorũ teneť ad restitutionẽ. & ratio est: qa tota multitudo asportat notabile bonum a Naboth: & tm̃ nullus abstulit notabile bonũ. Cõtra. ponatur ꝙ nullus restituat: tunc ꝑ te tota multitudo damnabitur: & nullus totius multitudinis damnabiť. qđ nõ est possibile. ¶Respondetur. vel multi auferunt oẽs racemos vel grana racemorũ integri acerui: & nullus scit de alio tempore ablationis vel postea: & tũc dico ꝙ nullus peccat mortaliter: nec teneť ad restitutionẽ: nec tota multitudo: licet notabile damnum intulerit ipsi Naboth: quia nõ fecerũt hoc sciẽter: vnus enim nesciuit de alio: licet tota multitudo hæc grana ceperit scienter: quia Sortes accepit vnũ granũ sciẽter: Plato vnũ granũ sciẽter: & quilibet abstulit vnũ granũ scienter: & ꝑ cõsequẽs tota multitudo ratione diuersarũ partiũ abstulit totum cumulũ sciẽter. sed cum nemo sciuerit de alio: nullus peccauit mortaliter auferẽdo vel detinendo: plus q̃ si fuisset vnus solus. quia eodẽ modo se habet quilibet in tota societate ac si solus esset. Vel quilibet instigat aliũ ad auferẽdum oẽs racemos: & sic licet qlibet acceperit vnũ solũ granũ: qlibet peccauit mortaliter: cũ quilibet habuerit virtualiter animũ in ablationẽ totius. & sic quilibet teneť restituere hoc qđ accepit, & totũ si alij nõ restituãt. hoc est: quilibet teneť in solidũ: quia volitio auferẽdi effectualiter cecidit ĩ totã vineã. Tertio modo possunt se habere sic vt sciãt de se inuicẽ: sed nullus alium exhorteť ad capiendum aliquid: quilibet tm̃ capiat vnũ granũ: & hoc sciat Sortes de alijs cõplicibus suis: & idẽ sciat Plato: & sic de quolibet alio. Hoc membrum ẽ magis anceps. quilibet em̃ istoꝝ scit ꝙ Naboth notabiliter damnificabitur. dubium est ergo an quilibet solum venialiter peccet. & apparet ꝙ sic. si vnus abstuliſſet p̃cise vnũ granũ solus: venialiter peccasset: vel nõ peccasset. ꝓnunc nõ facio vim: qa idẽ est quo ad nõ peccare mortaliter. & nullꝰ aliũ instigat ad capiẽda grana. ergo nullꝰ peccat mortaliter. oppositum autẽ dato: malum esset furto asportare in societatẽ. In oppositum arguitur: quilibet scit ꝙ Naboth notabiliter damnificabiť. In primis dico ꝙ sub pœna peccati mortalis quilibet teneť restituere granũ qđ abstulit. Probať. si vnus nõ teneat restituere suũ granũ: nullus suũ granũ teneť restituere. & sic nulla erit restitutio in grandẽ iacturã Naboth. & ꝑ cõsequẽs sufficeret multis sic auferre totã vineã sine mortali peccato. Eodẽ modo opinor, ꝙ quilibet capiẽs suum

granum peccauit mortaliter: & qui videbat erat partialis causa ablationis totius: sed quilibet debuit significare socio suo iniquum esse aliquid auferre: qa hac via Naboth grauem iacturam habet. sed cum nemo instigauit alium ad capiẽdum sufficit vni suum granũ qđ furto abstulit restituere. Sed hic est alia obiectio. si sortes videat ꝙ oẽs alij restituerũt iam sua grana: ipse nõ tenetur suũ granum restituere de necessitate salutis: ergo nec antea. sed nego consequentiam.

¶Tertio arguitur. pręcipiẽs famulo furto subtrahere equum: nõ tenetur illũ equũ restituere: ergo cõclusio est falsa. Antecedẽs patet stat ꝙ famulus equum habeat & nolit dño equũ dare. tũc sic. famulꝰ teneť equũ restituere: & si dñs teneť equũ restituere, tã famulꝰ q̃ dñs teneť equũ restituere: & ita dñs cuius equus est ablatꝰ ꝑ vno habebit duos. & si centum recepisset, pari ratione haberet centum equos. qđ non est dicendum. ¶Pro solutione istius argumenti ponẽtur modi currendi cũ fure, secundum illud Psalmographi psalmo. xlix. Si videbas furem currebas cũ eo. Postea respondebitur ad vim argumẽti. Quo ad primũ dicitur ꝙ multi sunt modi currẽdi cũ fure: vt patet per carmina vulgaria. Iussio/ consilium/ consensus/ palpo/ recursus/ Particeps/ mutus/ nõ obstans/ nõ manifestans. Iussio. quando superior pręcipit inferiori. Cõsilium. cõsulens facere furtũ sine cuius consilio nõ fuisset illud furtũ perpetratum. Consensus. sine cuius cõsensu fur nõ subtraheret alienum. Si autẽ cõsensus nõ sit causa furti consentiens licet mortaliter peccet consentiendo peccato: nõ tamen tenetur ad restitutionẽ. Palpo. qui adulatur furi quasi strenue egisset: cuius cõmendatio est causa auferendi vel amplius auferẽdi. Recursus. hoc est ille qui furem tuetur apud iudicem. xj. q. iij. Qui consentit peccantibus. Particeps. faciens foramina in ostio: scalas/ vncos ad extrahendas vestes. Mutus. nõ monens furem ad restitutionẽ. qui sua monitione poterat restitutionẽ procurare. cõtra quos loquitur dominꝰ Esaię. lvj. Canes muti non valentes latrare. Non obstans. hoc est nõ resistens vbi resistere potest sine grauiore iactura rerum propriarũ vel corporis. Non manifestans. nõ dicens vero dño de furto. Conueniunt autẽ omnes in sex primis modis: ꝙ quilibet istorũ tenetur ad restitutionem. Ratio est quia quilibet istorũ est partialis causa instigatiua ad auferendum totum. Sed si fur voluit sine me furari solum viginti, & facio eum furari. xxx. teneor solum ad restitutionem decẽ: & nõ sum vllo modo causa aliorũ viginti. ¶Redeũdo ergo ad quęstionẽ: vbi suadeo capere totũ: teneor restituere totum: cũ sim partialis causa instigatiua auferẽdi illius totius: ergo vno nõ soluente alius obligatur soluere totum: & cõtra vno soluente alij sunt absoluti. Illud patet Institu. de obliga. quę ex delicto nas. §. Interdum quoq;. Et ratio naturalis est ad hoc. Nã suasu tuo sortes abstulit a me centum & tu es causa damni mei: ergo teneris ad procurandam mihi restitutionẽ. Et patet de iniu. & damno da. c. finali. Et vbi alter soluere noluerit: tu teneberis soluere: siue centũ mea habeas siue nõ. & si ipe. l. habeat. & tu alia. l. nõ sufficit tibi, dare mihi l. sed teneris ad alia. l. quorum eras partialis causa auferendi: si alter dare noluerit. Sed si das mihi mea centũ: alter habẽs. l. teneť tibi restituere. l. q̃ habet. Exẽplum de illa obligatiõe in solidum, & vbi vno nõ soluẽte habebo actionẽ cõtra alium. do cẽtum scuta mutuo Titio & Mevio, qui se ad solutionem obligant in solidum: licet vterq; eorũ habeat solum medietatẽ istius pecunię: vtrũlibet istorum quẽ volo, cõuenio corã iudice ꝑ integris centum: quia ad hoc se obligarunt: & quilibet est fidetussor virtualiter ꝑ socio. In tribus vero vltimis modis q̃is multi dicãt illos nõ teneri ad restitutionẽ: licet male agant: mihi tm̃ nõ placet. q̃is em̃ nõ sint ꝑsonę publicę, vbi poterãt tenebãtur manifestare furẽ: saltem furtũ si nõ furẽ. & si nõ fecerunt, tenẽtur ad restitutionẽ. quilibet em̃ secũdum legem charitatis est obligatus prẽseruare fratrem in corpore & in bonis ne iacturã incurrat notabilem: cui facile obuiare potest. Si vero habebant rationabilem causam nõ reuelandi vel resistendi: vtpote fuisset in suam grandem iacturam vel rei publicæ: iam non tenentur. Ex his patet solutio ad argumentum.

¶Vbitatur: ad quid obligetur emens rem furtiuã vel raptam. Respõdetur distinguendo. vel enim quis emit scienter rem furtiuam: vel ignoranter ignorantia inuincibili. si primũ: etiam si rem in foro publico emerit: fur tenetur rem furtiuam restituere si eam habeat. & si rem ipsam alienauerit vel res ipsa perijt: precium restituere tenetur secũdum optimũ statum rei. hoc est secũdum ꝙ plus valuit postea q̃ fuit ab ipso empta. Quod probatur per. c. Grauis. de restit. spolia. Fur em̃ semp est in mora. l. si pro fure. ff. de condi. fur. nisi rem domino vero/ tempore & loco obtulerit: & dominus rem recusauerit: tunc em̃ fur purgauit morã. & ꝓpterea si tunc pereat sine culpa furis nõ tenebitur ad restitutionẽ. tenetur etiã restituere fructus qui percipi poterant tẽpore quo rem ipsam habuit: qa hoc est de lege naturę. Quoad expensas solũ habebit illas quas fecit gratia fructuum querendorum & congregandorũ. & hoc de iuris rigore. Institu. de rerũ di. §. Ex diuerso. In bona em̃ equi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate potest petere & capere expensas quas fecit in conseruatione rei: vt equum pascēdo nisi eum locauerit, tantūdem capiēs quātum dedit pro equo pascendo. Vel si curauit equum qui erat morbosus, inquātum vtiliter gessit negocium domini: ratione illius potest petere expensas. Potest itaq; poscere expensas necessarias vel vtiles. sine primis enim res nō fuisset: cū secūdis res melior efficitur. nihil tamen dabitur p expensis voluntarijs, quę solum rem ornant & eam nō meliorē reddūt. Si vero quis emit rem furtiuā nō animo detinendi: sed emit modico ęre vt rem ipsam domino restituat: quia alioquin res ipsa periret: dns in foro conscientię si hoc constiterit, debet et soluere: & illa quę prudenter exposuit circa rem ipsam cōpensare. Ratio est: quia fideliter gessit negocia domini: & si res postea periret sine sua culpa: nō tenebitur in foro animę ad restitutionē. nō em debet puniri sine culpa. modo nō peccauit adhuc: sed prudenter pro vero domino laborauit. Dixi (in foro animę) quia in foro contētioso talibus emptorib⁹ non habebitur fides vlla: nec est facile adhibenda nisi clare illud probent. ¶ Si secūdum: puta quis emit rem furtiuam bona fide putans q; erat res possessa a vendente vel ab amico suo: durāte bona fide nō tenetur rem restituere quā inuincibiliter credit esse suam: & si perijt nō dabit ęquualēs. C. de fur. l. ij. Etiā nō dabit fructus cōsumptos durā te illa fide: sed solum extantes, nisi pro quāto factus est ditior. sed vtrobiq; dominus rei dum rem suam probauerit, eam habebit: siue alter occupās bona fide siue mala rem acquisiuit. Et si dicas: emptor bonę fidei lęditur sine sua culpa. Respondetur. oportet vt dns sine culpa lędatur vel emptor. Rationabilius est autem q; emptor lędatur. multi enim fingunt se ignorantia probabili res aliorum emere quia habent vili precio: quibus nō est talis ignorantia. iniquum nāq; foret admittere legem priuantem verū dominū rebus suis dando dominium illi qui rem ipsam emit. ¶ Ecce quomodo fur ad restitutionē alieni detinet. Fur manifestus ad restitutionē quadrupli tenet: & immanifestus ad restitutionē dupli. In stittu. de obli. quę ex delic. nas. §. Conceptū. &. §. fi. & hoc si agatur ciuiliter. & post condēnationē a iudice. Nam in foro conscientiæ ante condemnationē sufficit restituere ablatū cū indemnitate veri domini. Si quis em abstulit equum a domio quē tenuit dimidio anno: in quo dominus incurrebat iacturā decem scutorū: vltra expensas & custodiā equi nō sufficit in foro conscientię equum restituere: sed oportet cū hoc dare decē scuta etiā ante condemnationē. sed si fuerit condemnatio in foro exteriori: non est opus hęc decem scuta dare. ratio est: qa dabit ei in foro exteriori plus q̄ illud ad qd tenetur de lege naturæ. Si vero agatur criminaliter, pœna est vt fur fustigetur vel exulet vel alio modo puniatur arbitrio iudicis. Patet. C. de ser. fugi. autē. Sed nouo iure. Et quia a iure cęsareo non admittitur pœna mortis pro furto: & aliquibus theologis visum est fures nō debere occidi ob solum furtum: de hoc quarta erit quæstio huius materię: eamq; paucissimis absoluemus.

¶ Distinctionis Decimęquintę Quęstio Vigesimaseptima.



Varto igit̄ quęro: an iuste pro furto infligatur mors. Respondetur per tres cōclusiones. quarū Prima est. in nulla lege vniuersali scriptū ē q; p furto fur occidatur. Probatur. non est de iure naturę. q; em fur puniatur: est de lege naturę: sed q; vltimo supplicio puniatur non est de lege naturę: sed solum de iure positiuo. nō em est per ius positiuum diuinū de nouo testamento: vt clarū est: quia nullum locū ad hoc introducere potes: nec erat de lege Mosaica quādo constabat q; nō venit ad occidēdum vt patet Exodi. xxij. nec de iure cęsareo: imo hoc iure p̄hibetur. vt. C. de ser. fu. l. Sed nouo iure. palam est etiā q; canones nō infligunt mortē: & nō sunt plures authentice leges vniuersales. ergo licet sit lex scripta in aliqua regione: nō infringit conclusio. ¶ His nō obstātibus ponitur hæc Secūda cōclusio. Iuste pro furto simplici vbi præsumitur fur incorrigibilis infligitur mors. Probatur. si nō liceret: hoc maxime esset quia illud nō precipit lex immo potius vetat: sed hoc nō obstat. nā cōsuetudo vbi est stabilita: legem humanā positiuā tollit: & oppositū ponit. sed sic de furto simplici cōsuetudo obtinuit q; fures occidant. vt videre licet in multis regionibus. & istud est rationabile: cū oporteat tollere de medio incorrigibiles perturbatores reipublicę: & impedientes pacificā vitā & vnionē hominū inter se. quales sunt fures aliena auferentes: p quibus lites & iurgia oriūtur. Nō semp autē maiora peccata grauius puniūtur ab homine: nec em superbus p superbia: nec inuidus pro inuidia occiditur: quia talis nō p̄turbat pacificā vitam ciuilem. secus est de furto: qđ est multo minus peccatum a genere. Et secūdum q; res subiacet maiori periculo furti: tanto magis pœna augetur. Propterea Exodi. xxij. pro ouibus erat preceptū restituere quadruplum & nō p alijs rebus domesticis, quia oues maiori discrimini exponebant. & quia boues non ita gregatim viuunt vt oues: maiori

dispendio subijciebant: quare quinq; boues erant reddēdi p vno boue. Apud Scythas quoq; nullū scelus isto crudelius punit. & ratio suffragat: q; in curribus viuant & domorū sint expertes. Et istud ostendit etiā phūs. xxix. particula p̄blematū. vbi querit: quā ob causam q ex balneis furat⁹ est: aut palęstra: aut ex foro: aut ex aliquo eiusmodi loco morte mulctet: q autē ex domo priuata: furti pre citū duplū exoluit. Inter multas causas dat illā prima quā dedim⁹: & est potissima. an qa in domib⁹ rem custodire meli⁹ possumus: nā & paries firm⁹ & clauis est: & familiarib⁹ res domestice curę oib⁹ sunt vt tuto seruent. at in balneis cęteris q; publicis locis facilis cuiq; facinoris perpetratio est. Nil em ad custodiā satis q; sua posuerit, habet p̄ter oculos. & quę sequunt. Preterea arguit ad hanc cōclusionē sic. ois incorrigibiliter p̄turbans rēpublicā est e medio tollendus. fur incorrigibilis est huiusmodi. igit̄ cōsequētia est nota. & maior patet. qa nō ob aliam causam raptor est occidendus: & multi alij p alijs scelerib⁹. minor patet: qm plures sunt lites p bonis fortunę q̄ p hoim corporib⁹ & aiabus. ergo licitū est & expediens reipublicę ponere pœnā cohibitiuā illius peccati qđ rempublicam perturbat: scilicet vltimū supplicii. Preterea. pœna nō imponitur in politia nisi vt coerceatur temeraria improbitas malefactorū. sed per solam restitutionē nō sufficienter reprimitur furtū quod rempublicā multū perturbat: & multo melius arcetur per vltimū supplicii. igitur. Insuper. nō obstā te extremo supplicio multi reperiuntur fures: si ergo minor esset pœna, multiplicarētur sine numero. ¶ Tertia conclusio. Potest esse lex scripta in vno regno vel quolibet: q; pro tertio furto certæ quātitatis infligatur mors. Probat. cōsuetudo ferme vbiq; est iam ad hoc: sed omnis cōsuetudo licita potest literis mandari. igitur.

¶ Contra duas vltimas cōclusiones arguitur. Lex diuina nō imposuit hanc pœnam: nec cęsarea: ergo illa nō est imponenda. ¶ Respōdetur q; cōsequentia est nulla. notū est em multas esse pœnas impositas iure humano extra legem diuinam Mosaicā vel euāgelicā. Deus em auctoritatem hominibus dedit condendi leges quaten⁹ reipublicę cōduceret. & licet leges cęsareę hāc pœnā nō iposuerint sed vetuerūt: successu tm tpis crescente hoim improborū malitia inuētū est plurimū expedire hui⁹ criminis auctores vltimo ferire supplicio. alioquin mali furarent cōtinuo: omnia absumpturi: a qb⁹ restitutionē frustra expectaueris. & si bis moniti se nō corrigant: est argumentū nō expectādā esse emēdationē. cū em plures eua serūt: sperant se semp euasuros impune.

¶ Distinctiōis Decimęquintę Quæstio Vigesimaoctaua.



Bsoluta materia furti p̄prie dicti, prius q̄ ad vsuras transeā, dicā nōnihil de restitutione in vniuersali. Et vt multa paucis verbis cōplectamur: quæritur titulus quęstionis in hoc verbo; tenore. Vtrū sicut quilibet damnū vicino prętās tenetur illud damnū resarcire: sic quilibet alienum detinens teneat illud dño reddere sub pœna pcti. ¶ Respondet ad quęstionē per vnicā cōclusionē affirmatiuā p vtraq; parte. Prior pars patet. de iuriis & dam. dato. c. vltimo. vbi scribit. Si culpa tua datū est damnū vel iniuria irrogata seu alijs irrogantib⁹ opem forte tulisti: aut hęc imperitia tua siue negligētia euenerint: iure sup his satisfacere te oportet: nec ignorantia te excusat si scire debuisti ex facto tuo iniuriā posse cōtigere vel iacturā. Et exodi. xxj. Si qs aperuerit cisternā & foderit, & nō operuerit eā: cecideritq; bos aut asinus in eā: reddet dns cisternę precium iumētorū. hoc illic & in c. xxij. ad longū videas. Alia pars patet. quia nō reddens facit furtū. Vnde beatus Augustinus in quęstionibus Exod. & recitatur. xiiij. q. v. ca. Penale. Furti em nomine bene intelligitur ois illicita vsurpatio rei alienę. nō em rapinā p̄misit q furtū p̄hibuit. Et. q. vj. eiusdē causę. c. ij. ex eodem diuo Augustino in epistola ad Macedonium sic scribit. Si res aliena propter quā peccatū est reddi possit & nō redditur: pœnitentia nō agitur sed simulat. Quilibet autē talis contra iustitiā & fraternā charitatem peccat.

¶ Ex hac cōclusione corollaria infero. Primū. qui nō soluit debitū p tpe & loco, inuito dño: & est soluendo: peccat. Patet. qa facit furtum: & iniuriā etiā facit p̄ximo: cū alienū iusto dño detineat. Probat etiā p Ap'm ad Rom. xiij. Nemini quicq̄ debeatis: cui vectigal vectigal &c. Dixi soluēdo: qa si debitor esset posit⁹ in illa inopia qua creditor teneret ei mutuo dare vel donare: p tūc nō teneret i foro aię soluere debitū. ¶ Et ex illo sequit aliud corollariū: q; multi sunt dānati nō soluentes debitū & de hoc nō faciētes cōscientiā: credētes illud eis licere, nisi cōuincant in strepitu forensi. ¶ Tertio sequit q; debitor tenet satisfacere creditori de expēsis iustis quas facit p habenda solutione quā debet ei. qa em debitor non soluit tpe & loco, dat cām dāni creditori: & tenet eū ab hoc releuare. ¶ Quarto sequit q; idē est quo ad detētionē iniustā mutuatę pecunię & filis pecunię furto subtractę: licet furtū habuerit inhonestā

Universidad de Deusto
Biblioteca

originē:mutuū aūt iitiū honestū & amicū. ¶Quito sequit. q⁹ diues potēs sine iactura statim soluere totū:sed nō volens:sed solū partē in prēsenti:& successiue reliquā partē p varios terminos inuito dño:nō est in statu salutis. Hoc corollariū pbat dictū Augustini modo allegatū in cap. Si res aliena ppter quā peccatū est reddi possit,& nō reddit pœnitentia nō agit sed simulat. ¶Sexto ex hoc sequit:q⁹ illi de qbus est mētio,nolentes efficaciter soluere p tpe & loco:nō sunt absoluēdi. pbat. nullus manēs in mortali peccato est absoluendus: quilibet istorū est huiusmodi.igit. ¶Septimo sequitur: q⁹ si soluere possit & dīs det dilationem soluēdi:nō peccat nō soluendo: qa tunc nō tenet alienū inuito dño. ¶Octauo sequit.si debitor nō possit soluere nisi vendendo instrumēta suę artis quib⁹ se,liberos,& famulos nutrit:nō tenet ptunc soluere q̄uis dīs cōtradicat. Ratio est:qa creditor tunc tenetur velle nō capere cū hac circūstantia,& dare ei mutuo vel dono potius q̄ instrumēta vendat. Et si dicas.creditor nō tenetur dare ei mutuo plus q̄ alius. Q uicqd sit de illo:cū pecuniā creditoris habet nō tenetur soluere protūc:sed sufficit habere propositū satisfaciendi loco & tēpore. Etiā vbi debitor incurreret grauē iacturā statim soluendo:& creditor est diues ex dilatione nullam faciēs iacturam:nō est necesse protunc soluere.at si ambo pecunia bene egeant,tam creditor q̄ debitor: tūc debitor tenetur soluere. & q̄uis iacturā incurrat:nō debet incōmodum suū euitare cū incōmodo alieno. Similiter cū creditor est in tanta pressura constitutus quāta debitor: & debitum duplicitur debet habere:debitor tenetur soluere: potissimū cum nō sunt in extrema necessitate: in qua si ambo essent:nō est improbabile q⁹ protūc nō tenetur soluere: licet oppositū sit ꝓbabile iuxta dicta in materia de eleemosyna. ¶Secūdo principaliter infero q⁹ tenens inuentū quādo nō est verosimile ipsum haberi p derelicto,& nō restituens vero dño cognito peccat. Probat: qa detinet alienum clanculum:ergo facit furtū. vnde Augustinus in quadam Homilia: & recitatur.xiiij.q.v. Si qd(ait)inueniſti & nō reddidisti: rapuisti: q̄tū potuisti fecisti:quia plus nō inueniſti, ideo plus non rapuisti. Sed quādo inuētor ignorat cuius sit: debet facere explorationē sono cāpanę per vrbem/ vel in tēplo vel p schedulas in viarū cōpitis affixas: occultando aliqua signa rei inuentę per quæ apprehēdetur verus domin⁹ & nō alius.alioquin pro re inuēta multos haberet dominos. sed vero domino inuēto:rem ei restituere debet. q⁹ si non inueniatur:pauperibus erogabitur.& si postea dominus aduentauerit:nihil ei dabitur:quia pecunia vel res alia est iam expensa pro ipso:sed contētus manebit:& in hoc merebitur. Si vero inueniatur dominus multū abesse: & tota pecunia vel ferme tota exoneretur anteq̄ posset eam habere p tabellariū: nō est restituenda quousq̄ habita fuerit opportunitas:ne expēdatur pecunia p opera nūcij.& si nunq̄ offeratur nūcius:nūq̄ restituetur illi: sed dabitur pauperib⁹:& debet dīs rei id velle..vt si inuēta sint viginti scuta solum: & tantum dare oporteat nuncio vel.xix.cū semis:hoc nollet dīs rei sed potius vellet dari in pios vsus. Si autē dominus rei sit mortu⁹:fiat restitutio ꝓximo heredi. Si vero sit verosimile q⁹ inuentū habeatur p derelicto:tunc primo occupanti conceditur:vt quādo liber proscitur in mare apertus. In hoc autem corollario loquutus sum de re inuenta quę de propinquo erat in alterius dominio. Dico (quę de propinquo erat in alterius dominio) quia illa quę in nullius potestate vnq̄ erant: occupanti cōcedūtur de iure naturę. Instit.de re.diui.§. Ferę. Sed de his quę fuerūt interdū in alicuius potestate sed ab antiquo:vt sunt thesauri inuenti,q⁹ cuius sunt nescitur: vtpote est alia moneta vel alius vsus vasorū q̄ sit in diebus nostris: est dubiū. Et quātū ad hoc dicit q⁹ si reperiat thesaurus in solo ꝓprio:fit occupantis.vt patet p parabolam euāgelicā Mat thęi.xiij. Idem est autē siue inueniat in loco sacro siue religioso/ casu fortuito. Instit.de rerū diui.§. Thesauros. At siqs i alieno loco nō data ad hoc opera,sed fortuito inuenerit: dimidiū dño soli cōcessit: & dimidiū inuentori. Si vero inuenit data ad hoc opera:totus thesaurus efficit dñi agri:nisi cōsuetudo aliud habeat de oppositō. Ista enī sūt de iure humano:& p cōsequēs mutabilia p cōsuetudinē. ¶Ex isto iterū sequit.q⁹ si aliqd e plaustro cadat & aliqs hoc capiat aīo detinēdi:furtū cōmittit. ¶Secūdo sequit:q⁹ si mercator merces projciat in mare gratia exonerādę nauis:illas inuentēs debet easdē mercatori restituere q̄primū eas repetierit:qa tunc manifestū est signū q⁹ nō erāt derelictę. ¶Tertio sequit.q⁹ graue est peccatū auferre aīo detinendi bona fideliū mercatorū qñ nauis frangitur,& bona p ebullitionē maris ejiciunt ad litt⁹. Nā aufert illic alienū inuito dño. Istud patet ff.ad Rho.de iact.l. Deprecatio.& ꝓter hoc aggrauatur pctūm:qa afflicto datur noua afflictio:multa bona pereūt:laborat in periculo vitę mercator p vtilitate reipublicę insudans:cui ex pietate succurrendū est:quare graue est peccatū naufragorū bona detinere. Nec pōt esse cōsuetudo vel prescriptio auferēdi has res:sed est diabolica & auara rapina excogitata contra ius gentiū & omnē equitatē naturalē Quis rex (dico auare q⁹ et consulis in tuā & illi⁹ perniciē) pōt legē cōstituere q⁹ bona fractarū nauium in mari sint cuiusuis dñi plusq̄ integrarū? Hęc vero bona tenēs est excōmunicat⁹ nisi ꝓtinus ea restituat.de rapto.c. Excōicationi.

nec dñi cōmorantes in littore possunt aliqd accipere a mercatoribus vt impediant horū bonorū ablationē ab alijs: sed ablatū a mercatoribus tenētur eisdem reddere. ¶Tertio principaliter infero q⁹ tenens columbarium in loco in quo nō habet agros ad pascendas suas columbas,sine cōsensu eorū ad quos spectāt agri,peccat & inique facit: ac ad restitutionē damni tenet. Probat.qa pascit columbas suas in agris alienis inuito dño. Non valet qd alij dicunt:ilercorant & impinguant terram: sic vt valor impinguatiōis terę tātū valeat dominis agrorū quātum grana ablata. In primis hoc nō est verosimile. Secūdo cōtingit frequēter terā esse nimis pinguē:cui colūbę essent inutiles. Nec valet dicere.auferūt solum malas herbas:cre bro enī bonę herbę in earū stomacho & gutture inueniunt. Licet aūt sit reipublicę vtile habere columbas & feras:nō tamē debes eas alere cū iactura vicini tui. Si vero duo vicini teneant duo colūbaria vicina:sic scilicet vt tantū colūbę vnius absumant e satis aut segetibus alterius quātum e diuerso:hoc ęquum est:qa est cōpensatio mutua,& ipsi de hoc cōuenunt. Si domus hospitales,quę pauperes: aut ægrotos excipiunt:columbas nutriant:modo vicini nō cōtradicant:prēsumitur cōsensus sufficiēs. Sed quādo tyrānus vel ꝓteruus potens tenet colūbariū cuius colūbę pascuntur in agris subditorū nō audentiū cōtradicere ne mal⁹ incurrant incōmodū: nō est securus in cōscientia cūvirtualiter possit cōiectura cognoscere q⁹ libere nō cōsentiant. Eodē dicat mō de ceruis/cuniculis & alijs feris quas alij potētes sustinēt inter pauperes. De apibus autē nō est nocumentum: quia ad herbas pratorū & cāporū volant & modicū auferunt. ¶Quarto infertur q⁹ nō est securus in conscientia qui bonis cessit:dūmodo possit satisfacere. q̄uis enī lex prohibeat talibus inferre iacturā: tamē si possint cōmode soluere in parte vel in toto:ad hoc tenentur.nō tamen sunt astricti instrumenta suę artis vendere: sed possunt eis vti, successiue lucrando vt creditoribus soluant:qa tunc vtiliter gerūt negocia suorū creditorū. ¶Quinto infert q⁹ aduocati ꝓcuratores & hmōi sustinētes falsas causas cognitas tales vel q̄s cognoscere tenēt.in p̄iudiciū alteri⁹ ptis.tenent ad restitutionē dāni qd alij aduocatorū calliditate & astutijs iurūt siue in diuturna causarū ꝓtractiōe siue causę p ditiōe. Et si forte diligētia debita in pricipio adhibita nō cognoscat patronus falsitatē causę clientis sui:cū tamē litigādo percipit falsitatē causę:tenetur nō amplius litigare: & hoc clienti aptre. Ex quo patet q⁹ aduocati duarū partiū oppositarū item protrahētes peccant. Secūdo sequit q⁹ male facit aduocatus consulens clientulo suo prosequi causam suā quā scit esse iniustam: clientē tamen animat,dicendo ei:litigando crescit ius tuum: vt interea eius pecuniam exhauriat. Tertio sequit q⁹ volens iuste artem illam exercere debet pensiculate causam clientis discutere ab initio: & si eā iniustam cognouerit ex clientis relatiōe: peccat se immiscendo vt iniustū tueatur in partis oppositę pniciem.& si cliēs nō allegat motiua cōtra se sed illa occultat animū dans patrono:veritate cognita tenetur desistere aduocatus. Quarto sequitur. q⁹ status aduocatorū cōmuniū est multum periculosus.hinc dicterium cōmune in lucem abijt. Raro aduocatos sanctos habes. Idem est in iudice cur⁹ administratio est piculosa:prēsertim ppter munera & amicos a qb⁹ plerūq̄ corrūpit. Si enī iudex sit auar⁹ & ambitiosus:nō prudenter agit tenēdo officiū: pōt tñ bñ viuere:& multū merebit iustitiā exequēdo. ¶Sexto principaliter infertur q⁹ adulterans monetā peccat & ad restitutionē tenetur iacturę quā reipublicę vel p̄sonę priuatę affert.moneta aūt adulterat trifariā:in forma/materia & pōdere. Pōt aūt princeps peccare multū in moneta: vt quādo valentē reprobat, & min⁹ valentē ꝓbat vt reprobatā habeat:quā postea cudi facit: & aurum certū haberi vili precio, & argentū magno: postea colligit aurū,& aliam monetā auri minorē priori fabricat: & ita decipit totū populū. quēadmodum si emeret totū triticū vili precio & postea vēderet care. Non enī debet rex mutare pecuniā nisi sit adulterina vel ob vicinitatē adulterinę suspecta:ita vt a pp̄lo discerni neqat: vel vetustate consumpta. Caueat etiā ne valor pecuniæ nimis increscat:aut nimis decrescat:sed secūdum est pe ius.ratio est:quia tūc nullus lucratur:& multi perdunt. Si vero antiquā pecuniā destruat:suum nomen nouę imponēdo nō gratia lucri habendi sed memorię habēdę in populo: illa gloria est caduca & vana:& p̄decessorib⁹ facit iniuriā. licet enī imago regis sit in pecunia:tñ pecunia regni nō est ei⁹ sed possessoris particularis. Recte(sicut dicit Aristo.vij.politicorū) nunq̄ potest pecuniā mutare nisi pro vtilitate reipublicæ. Ex his patet: q⁹ vix excusandus est homo in republica monetā abradens: etiam si maneat verū pondus auri.& ratio est:quia ablatio illius excessus facit monetam minus iusti ponderis haberi in republica. Vlterius certum est q⁹ male agit ille qui tollit aliquid de auro quousq̄ minus valeat q̄ valere debet: & in rēpublicam peccat. ¶Septimo sequitur q⁹ peccat rex iniusta tributa imponēdo in ceruices populi. tūc autem signum est q⁹ immoderate & iniuste imponit: quando populus vectigalibus multum premitur:vix habens quo sustentetur. & rex cū magna caterua:& quęstores nimis pomposi & prodigi sunt: vel pecuniam colligit vt aliena dominia ad se non pertinentia inuadat. Optimus est rex il

Universidad de Deusto
Biblioteca

le q̄ limitibus ſuis contētus ppl'm in pace tā erga ſe q̄ exteros iuſtitia & religiōe defendit:nō cupid⁹ in aera ſine titulo ꝓferre imperiū. Optime recitat Ariſto.v. Politicorū de ethnico illo Theopōpo. q̄ cū ab vxore argueret q̄ in liberos peccaret:qa vectigalia diminui pmiſiſſet:& aliqua ad regnum vtcūq; ſpectātia collabi:& nō tantū regnū & tam vtile filijs relinqueret quātū a patre accepat: Si minus in quātitate(inqt)relinquo:diuturni⁹ tñ relinquo. Si Salomon noſter fidelis ita ꝓbe egiſſet: regnū diuturni⁹ & maius Roboamo filio reliq̄ſſet. Propter iuſtitias em̄ & iurias de gēte in gētē trāſferē regnū. ¶ Octauo ſequit:q̄ reges vel ſubiecti nō ſufficiēter reſtituūt alienū in extremis dieb⁹ ꝓpinqui morti,qñ ſolū pręcipiūt hęredib⁹ reſtituere alienū qđ detinēt:putātes hęredes nō magis reſtituturos q̄ ipſi in vita reſtituerint.

¶ Contra primū corollariū arguit. Dato q̄ nō ſoluens debitū nō ſoluat: nō oportet q̄ ꝓpterea peccet. ꝓbat. fur occult⁹ debet magis ſeruare ſuā famā q̄ reſtituere alienū. ſ3 ſi reſtituat alienū periclitabit ſua fama. Confirmat hęc ratio. ſtat q̄ ille abutet notabiliter iam his bonis, & eis vtet in pniciē reipublicę.modo bonū cōmune bono ꝓticulari iſtius ē prefērēdū. ¶ Reſpōdet. Fur occult⁹ poteſt & famā ſeruare & reſtituere alienū. opꝫ ei vt confiteat ſuo curato, vel alteri: & det illi pecuniā reſtituēdā,capiēdo ſcriptū veri dñi dicentis ſe cōtētū de tali ſumma pecunię a curato acceptę:tacēdo de noie furis:qa de fure nihil dicet curatus. ſed ſolūmodo ſe illam pecuniā accepiſſe a quodā reſtituēdā:& dicat nullo modo poſſe ſe dicere illo in ſingulari loq̄ ſi alter petat. Eodē modo de pecunia inuēta & diu detēta dicat. Ad cōfirmationē. licet ille cui reſtitutio ē faciēda ſit pecunia abſur⁹:hoc nō obſtāte pecunia eſt ei dāda.patet: qa reſtituimus ꝓdigo ſuum. ſed cōtingit dare caſum quo nō teneor reſtituere:ſicut nō eſt reddend⁹ gladius furioſo: vel q̄ iam mēte p̄ditus ꝓpinque eſt aliquē occiſurus:vel ſi hoſtiliter p pecuniā quā ei do,veriſimiliter eſt aliqđ inſigne facin⁹ in rēpub. cōmiſſurus. ¶ Arguit cōtra ſecūdum corollariū. papa poteſt remittere reſtitutionē pecunię inuētæ & ordinare q̄ res inuēta in pios conferatur vſus: ita em̄ interdum ſit in aliquib⁹ indulgētijs. Hoc argumentū pōt cōtra multa alia corollaria & contra furtum applicari. Alexander Halēſis quarta parte ſummę.q.lxxxvj.negat papam poſſe iſtud facere. Sed ad argumētū ipſum dico:q̄ inuentor ſi ſciat cuius ſit pecunia inuenta vel ſcire poteſt per proclamationē in tēplo:tenet illam reſtituere vero dño vel eius hęredibus cū circūſtantijs quas in ſecundo corollario adiecimus.nec illam pecuniā remittere poteſt Romanus pontifex pluſ q̄ debitū q̄ tibi debeo.hęc em̄ eſt pecunia vero dño & cognito debita:ergo non aliud dominiū habet Romanus pontifex in hanc pecuniā q̄ in pecuniam arcę tuę.Sed ſi neſciatur de dño pecuniæ incerto dño dandę,eſt alia difficultas.poteſt ordinare Romanus pōtifex q̄ hęc pecunia detur in pios vſus & tut⁹ erit dans:imo hoc pōt curat⁹ vel alius prudens. Sed an Romanus pontifex poſſit remittere partē illius pecunię reſtituendę:ſic ſcilicet vt inuentor ſit tutus corā deo:tenendo vnā partem: & aliam dādo in pios vſus,ſicut dixerūt fuiſſe in indulgētijs Sanctonēſib⁹ his annis elapſis cōceſſū: q̄ ſcilicet habēs incerta reſtituere/poterat cōuenire cū curatorib⁹ ędis ſacrę ſeu magiſtris eccleſię:& tutus eſſet in conſcientia:Hoc fateor nō bñ capio ſuppoſito q̄ incerta habēs eēt diues & nō ſuſceptiuus illius pecunię p modū eleemoſynę. nā cōueniunt in hoc oēs bene loquētes:q̄ incerta ſunt cōferēda in pios vſus. Addo nō eſſe neceſſe paupertibus erogare (vbi nō ſint in neceſſitate de qua in materia eleemoſynę loquuti ſumus) totum incertum:ergo dare poſſum fabricę eccleſię vel cuicūq; loco alteri pio ſecundum cōſiliū & ordinationem Maximi pontificis.

¶ Diſtinctionis Decimęquintę Queſtio Vigeſimanona.

Vnc dicendū eſt de vſura & eius reſtitutiōe: qa multorū cōſcientias hoc vitiū pulſat. & licet maxima verborū ꝓdigalitate rē ipſā nō aggrediar:tñ ꝓpono materiā ſic tractare vt ingeniosus circa nexus eius poterit exitū facile inuenire. Primo ab eius definitiōe exordiendo talem propono queſtionis titulum. An oīs vſura ſit pctm̄. Pro queſtionis elucidatiōe notabis:q̄ oīs queſtio debet a definitione proficiſci.l. Oīs definitio.ff.de re.iur.propterea in primis ponetur definitio vſurę: poſtea ad queſtionē more ſolito reſpondebit. ¶ Vſuram ſic definio. Vſura eſt volitio principaliter capiendi lucri tēporalis vltra ſortē vi mutui. Volitio ponit loco generis:non tñ eſt quiditatiuū genus & prędicamentale reſpectu termini vſura: vt patet p cōnotationes impertinentes quas habet vocabulum vſura ſup terminū volitio.nunq̄ em̄ terminus magis cōnotatiuus eſt ſpecies prędicamentalis termini minus cōnotatiui.cōnotationes autē termini ex eis⁹ qd noīs notę euadunt. Et licet iterdū nō ſit volitio formal'r,ſemp ē formal'r vel equalēter: vt hęc ꝓpoſitio: nolo dare mutuū niſi habuero lucrū vltra ſortē:ifert p vnā ſuā exponētē,volitionē. Lucrū nihil aliud ē q̄ res lucrata:hoc

eſt incremētū qđ qs habet ex voluntaria cōmutatiōe vltra illa q̄ prius ſua erāt vel ſibi debita.ſi em̄ debeas mihi.xx.ſcuta:& poſtea queras a me decē ſcuta mutuo:ſi ego dem tibi decē ea lege vt obliges te mihi ſoluere.xxx.puta.xx.pri⁹ debita quę ꝓbare nequibā:nō capio lucrū qa nō habeo incrementū vltra mihi debita. Eodē modo ſi violentia detines mea/furto/rapina vel alio modo iuſte/vel me iniuſte vexas:poſſum dare tibi mutuo cū cōditione ilta vt deſiſtas.in his em̄ non capio lucrū qa ſemp q̄ro mihi iuſte debitū. Per hoc aliqua argumēta ſoluere potes vel caſus in q̄bus aliqui dicūt vſurā multifariā licitā eē.ſed poſtea de illis argumētis erit ſermo latior,q̄ſtione.iij.hui⁹ materię. Ex iſto patet q̄ vſura non eſt lucrū.nā oīs vſura eſt peccatū vt poſthac patebit. nullū lucrū eſt peccatū:ergo nullū lucrū eſt vſura. cōſequntia tenet in ſecūdo modo ſecūdę.lucrū autē eſt ptiale obiectū vſurę:totale autē obiectū & adęquatū vſurę eſt lucrū vltra ſortē vi mutui. Dicit (tēporalis)quia pro quolibet bono actu ex charitate elicito de lege debet vita ęterna,quę multo plus valet q̄ act⁹. Hinc dicit Saluator.Luc.xix. Et quare nō dediſti pecuniā meā ad mēſam:& ego veniēs cū vſuris exegiſſem illud.& Matth.xxv.Oportuit ergo te cōmittere pecuniā meā nūmularijs.vbi Aug. Miſer hō cur fœneraris hoīc fœnerare deo:cētuplū accipies & vitā ęternā poſſidebis.Et ꝓuerb.xix.dicit. Fœnerat dño q̄ miſeret pauperis. Sermo eſt ergo de lucro tpali:ſiue ſit lucrum a manu/lingua/vel obſequio/de q̄bus in.xxv.diſt.hui⁹ futurus eſt ſermo. Sed ꝓ enucleatiōe vocabuli ſors in definitiōe poſiti aiaduertēdū eſt q̄ ſors multifariā accipit.vno mō ꝓ ſigno diſcretiuo. vt Actuū.j. Cecidit ſors ſup Matthiā. & Ioſue & Eleazar ſorte diuiſerunt terrā Chanaan filijs Iſrael.Interdū capit ꝓ euentu fortuito vt in illo Lucani.O miſerę ſortis q̄ non in punica nati.Interdū etiā capit ꝓ portione hęreditatis. vt trib⁹ Leui nō habuit ſortē inter fratres ſuos:ſed ex eorū decimis ſuſtētabat.hinc ſors dicit patrimoniū. vñ conſortes q̄ aliqđ patrimoniū ſimul habēt.Itē ſors ſūma eſt:ſiue caput & prima pecunia q̄ cōferē in ſocietatē vt lucrū fiat. Terēti⁹ in Adelphis.Hei mihi etiā de ſorte nunc venio in dubiū.hoc eſt de ꝑcio quo empta erat fidicina. & in hac acceptione ipręſentiarū vocabulo vtimur. (Vi mutui)hoc eſt ratione mutuatiōis.ſi em̄ fuerit aliqua alia cā: vtpote vi intercſſe: iā nō eſt vſura. mutui inquā veri vel iterꝓtatiui.qa ſi nō fuerit aliqđ iſtorū:bñ pōt eſſe cōtract⁹ illicit⁹,ſed nō vſura. mutuū em̄ eſt ſedes vſurę & eius ſpelūca:quā nō egredit.ſicut q̄dificū dom⁹ nō egredit ſuū fundamētū.Exēplū de mutuo vero.do tibi tā in Auguſto.xx.ſcuta mutuo ea lege vt in decēbri des mihi.xxij.iam capio duo ſcuta vltra capitale vi mutui.Exēplū de mutuo iterꝓtatiuo.emis a me mēſurā a.tritici nūc valētis m̄ ꝑcio debito ſeu rigoroſo decē:& qa nō ſoluis i ꝓptu ſed ꝓmittis ad ca lēdas decēbris:capio.xij.tā hic ē vēditio:ſed eſt reſolubilis vn⁹ cōtract⁹ mutui: ꝓinde ac ſi tu dares mihi decē q̄ tibi mutuo:& gra illius mutui capiā duo ſcuta. ¶ Sed cōtra hoc arguit de iſto mutuo interpretatiuo. Ex iſto ſequit q̄ oīs emptio extra totalē latitudinē iuſti ꝑcij ē vſura;& q̄libet ali⁹ cōtract⁹ in quo cōtrahēs acq̄rit lucrū vltra totalē latitudinē iuſti cōtract⁹ cōtra cōiter loq̄ntes. ¶ Rndet oīs capiēs ſcienter extra totalē latitudinē iuſti ꝑcij teneť reſtituere acq̄ſitū quocūq; noīe vocet, ſiue vſura ſiue nō vſura dicat. Sed dicit:q̄ vſura nō cōſtituit niſi in reb⁹ vſu cōſumptibilib⁹:quēadmodū ſunt illa q̄ cōſiſtūt in numero,pōdere, & mēſura.quo ad pecuniā em̄ i pōdere cōſiſtit:quēadmodū eſt in aliq̄b⁹ ſpecieb⁹ aromaticis vel metallis.& in liq̄dis vt vino & oleo. Sed dicis.in veſte cōſtituit vſura.C.de vſuris.l.Pro auro.vbi ſic dī.Pro auro & argēto & veſte facto chirographi licita ſolut vel ꝓmitti vſuras iuſſim⁹.Rndet. nō accipit ꝓ ea vſura niſi inquātū eſt eſtimata in quātitate pecunię:vt te petēte mutuo a me quīq; aureos:dico me pecuniā nō hre:ſed veſtē q̄nq; aureos valentē tibi concedā ac ſi q̄nq; aureos tibi mutuaſſem:vt inde ſicut de q̄nq; aureis des mihi vſurā.Eodem mō fideiuſſor q̄ loco debitoris ſoluit debitū creditori,dicit mutuare debitori: & tñ nō trāſfert dñiū illi⁹ rei in mutuatorē ſed i creditorē. Satiſdās etiā ꝑplicite mutuat debitori ſed nō ibi ſiſtēdo:ſed vltra de eius dñio trāſfert rē in dñiū creditoris:& ſic imediate in debitorem & mediate & finaliter in creditorē. Hac difficultate ſic relicta ad ꝓſequutionē definitiōis redeo. Hęc definitio cōuertit cū definito: & ei⁹ naturā paucis & clare explicat:ergo ē bona qa hoc ad bonitatē definitiōis req̄rit & ſufficit.

¶ Ex qua definitione aliquas ꝓpoſitiones corollarias iſero. Prima ē:aliq̄s eſt vſurari⁹ q̄ nō teneť lucrū vltra ſortē reſtituere. & qa apud vulgo loquētes lucrū vocat vſura: iterdū illo mō loquēdi vtar.loquēdū (m̄ eſt vt plures. ꝓbatio corollarij.q̄ vult vi mutui hre vltra ſortē ē vſurari⁹. ſed cōtigit q̄ null⁹ capiat ad vſurā ab eo:talis aūt cū nihil recipiat nec alicui dānū afferat,nō teneť reſtituere:& tñ eſt vſurarius. vt patet p definitionē vſurę. ¶ Scđo ſequit.ſi qs voluerit dare mutuo gratis:ſed poſtea mutet ꝓpoſitū volendo vi mutui capere lucrū ſiue ante dationē ſiue tpe datiōis ſiue poſt:is eſt vſurarius ab actib⁹ primā volitionē bonā ſequētib⁹.ſed illi actus ſequētes actū bonū:primū nō inficiunt nec in ratione obiecti nec extrinſece. ¶ Tertio ſequit q̄ aliquis eſt vſurari⁹ habitualiter:qui tñ nō eſt in peccato vſurę:puta ſi

Universidad de Deusto
Biblioteca

displiceat ei actus vsuræ prēterit⁹: nō ēm oportet habitū corrūpi: qa habit⁹ in voluntate nū q̄ corrūpit nisi p cōtrariū. & dato q̄ eēt cōtrariū qđ posset delere vsurā quo ad culpam, nō oportet q̄ possit tollere habitū. ¶ Quarto sequit q̄ aliqs ē vsurari⁹ q̄ nō dicit se cape lucrū vltra sortē vi mutui: imo dicit se nō capere vi mutui: sed aliqua alia vi: sed hoc nō impedit quin sit vsurari⁹. Ille ēm capit vi mutui q̄ nullā aliā rationabilē causam capiēdi habuit. ¶ Quinto sequit q̄ stat aliquē eē vsurariū bis vel ter circa eandē pecuniā. quotiēs ēm iterat actū capiendi lucri vltra capitale vi mutui: totiens peccat peccato vsuræ. Sed petis: an sortes decies eliciens actū vsurę puta habēdi centū p bis mille: circa eadē centū tātū peccet quātū Plato eliciēs decē volitiones circa alia decies centū. Dico q̄ sic: cęteris parib⁹ quo ad intēsionē actus & cōtinuationē & paupertatē vel diuitias mutuatarij. sicut ille qui vult decies occidere eundē hominē: tantū peccat quātū habens decē volitiones ęquales circa alios decē. Et ratio est: qa secūda volitio est ita mala vt prima: & sic de qualibet sequēti. & prima est ęqualis cuicūq̄ volitioni occidēdi illos decē. igit. ¶ Ex isto sequit, & ē sextū corollariū: q̄ nō sufficit vsurario suū pēnū cōfiteri de vsura cōmissa: sed requirit vt dicat numerū actuū volūtatis vsurariorū si sciat: vel si distincte nesciat, appropiquet vero numero secūdū estimationē suā inquātū potest: qa illa est regula vniuersalis in peccatis cōmissis vbi nescit adęquat⁹ numer⁹. ¶ Septimo sequit q̄ mutuās suptori vt euitet collectā iuste impositā peccat labe vsurę. idē ēm ē remittere & dare. c. Veniēs. j. de testi. viij. q. iij. Talia. & ratio est qa capit lucrū vltra sortē. igit. ¶ Octauo sequit. quātūcūq̄ paruū lucrū qs velit habere vltra sortē vi mutui, cōmittit vsurā: vt patet p definitionē vsurę. sed maius est peccatū volendo habere magnū lucrū q̄ paruum. ¶ Nono sequit cū alibi notis: q̄ aliq̄ vsura est veniale pctm̄. patet: qa nō ꝓbat q̄ q̄libet vsura sit mortale peccatū p hoc q̄ a deo ꝓhibet tam p legē indicatiuā q̄ positiuā: qa vtraq̄ lege furtū ꝓhibet: & tn̄ aliqđ tale est veniale ꝓpter paruitatē obiecti: vt in sua materia in hac distinctione nuprime diximus. Etiā dari potest aliqua vsura mot⁹ secūdo primus: & talis circa qđcūq̄ lucrū erit peccatū veniale: igit corollariū nō ambiguum.

¶ His pręmissis respondetur affirmatiue ad titulū quęstionis. ꝓbatio responsionis affirmatiuę est. nihil prohibetur sub pœna peccati vel coniungi eadē serie inter alia quę prohibentur sub pœna peccati nisi peccatū. vsura est huius modi. igitur. ꝓbatur minor: qa Ezech. xviij. vsura inter illa magna crimina ęterna morte puniēda numerat. vbi dicitur. Ad vsurā nō cōmodauerit & amplius nō acceperit. Et psal. xliiij. Vidi iniquitatem & cōtradictionē in ciuitate: & nō defecit de plateis eius vsura & dolus. Et psal. xiiij. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo? qui pecuniā suā nō dedit ad vsuram. Forte dicis: ꝓhibitio veteris testamenti nō cōuincit nūc esse peccatū: quēadmodum est in multis alijs legis Mosaicæ. Probo q̄ sic. vel est prēceptū morale, iudiciale, vel cerimoniale legis. nō duo secūda. quia tunc male ecclesia probationē caperet. de vsuris. c. Quia in omnib⁹. vbi dicit q̄ vsurarij damnātur vtriusq̄ testamēti pagina. Notum est autē cerimonialia & iudicialia legis nunc nō obligare: ergo est morale: quia veteris legis moralia prēcepta sunt conclusiones legis naturalis: & per consequens in omni lege obligāt. Sed hic dicis. sufficit maximo pontifici dicere q̄ pro tēpore legis Mosaicę reprobabantur, & etiam in lege gratię. Sed cōtra hoc arguitur: probando q̄ sit contra legem naturalem. Primo. ipsa est a viris in solo lumine naturali ambulantib⁹ ꝓbata tanq̄ iniqua: ergo euasio nulla. assumptū patet ex philosophorū principe quarti Ethico. primo dicēte. Quidam autē in capiendo exuperāt vndiq̄ & auidius capientes: quales sunt hi qui operationes illiberales exercēt: vt lenones & omnes tales & fœneratores & qui dant parua p magnis. Hoc ipm patet apud eūdem primi Politi. vj. dicētem acquisitionem pecuniariā hoc est vsuram de qua loquimur esse acquisitionē contra naturā: quia pecunia est adinuenta, vt sit medium in cōmutatione humana. sed si pecuniā pecunia pariat: iam pecunia erit finis. Istud idem habes secūdo officiorum in fine apud Marcū Tullū. & Lucanus dicit. Hinc vsura vorax: auidūq̄ in tēpore fœnus. Et istud patet de aliqua mutatione vsuraria: scilicet de vsura vsurarum: & de reprobo fœnore in. l. Placuit. ff. de vsuris. & in. C. eodem titulo. l. At nullo. Exēplum de vsura vsurarū: vt si dedi tibi mutuo. xx. vt in fine alicuius tēporis mihi des tria vltra sortem: & si in fine temporis statuti nō des mihi illa tria: ratione illorum trium dabis vnum. Omnis autē vsura lege reprobata est improbū fœnus. & sic illud vocabulum (improbū fœnus) est superius ad vsuram vsurarū. Modo oēs isti in lumine naturali loquuti sunt. Secūdo ꝓbatur ratione. Nā quędā res sunt quarū vsus est earū cōsumptio: vt potabilia/esibilia/ & pecunia. pecunię enim distractio de manu in manū pro rerū cōmutatione est eius causa finalis/ad quā est p se ordinata. vt vide re licet. v. Ethi. apud Aristotelē. hęc aūt distractio est pecunię consumptio, nō entitatiue, sed quo ad habentē: qa eā cōsumit quo ad se: & ad suum officiū ad qđ ordinat disponit. nō sic est de equo vel veste: quorū vsus distinguit a ꝓprietate. Et loquor de fine naturali & p se ipsius pecunię. potest enim

interdū p accidēs habere aliū finē: vt aurū ad curādā leprā vel dolorē stomachi: ad opū ostētatiōnē, & ad ornatū: & ad hūc finē p accidēs pōt locari retēto dñio apud locātē, & vsu apud cōducentē sicut vasa argētea vel equus: nec est vsura: vt ifra rius amplius aperiet. Tūc sic. pecunia ex suo fine naturali & p se: est vsu cōsumptibilis: ergo eius ꝓprietas distinguit ab ei⁹ vsu in operatione ad quā nō ordinat de p accidēs. si ergo quis ceperit aliqd p vsu vltra ꝓprietatē: capit aliqd p illo qđ nō est in rerū natura: puta p vsu pecunię. & raperet quā tū est de se vsum a ꝓprietate a qua rapi nō potest ſcđm vocabuli vim. vsura ēm dicit quasi raptus vsus a re: hoc est a ꝓprietate. Prēterea. idē bis vēdit vsurarius: qa cū dñium mutui sit penes mutuatariū: vt patet ex vi vocabuli mutuū, ex meo fit tuū: mutuator vult simile pecuniā i valore pecunię quā mutuo dedit: & iterū vēdit vsum q̄ nō distinguit a ꝓprietate quo ad illū finē p se scilicet qñ distrahit. Insup nō habet fructum ex se pecunia sicut alia germinātia: sed solū ex vtētis industria ꝓuenit, q̄ non est ipsius mutuatoris: ergo qui vult habere lucrū de pecunia q̄rit lucrū de re non sua sed industria alteri⁹. Illud patet Luc. vj. in nouo testamēto. Mutuū date nihil inde sperātes. vbi glos. interlinearis. vltra Sortē. Et licet dare mutuo sit de cōsilio cōiter: tn̄ nihil inde capere tōne mutui est de ꝑcepto. Dixi (cōiter) quia p regula habē dū est: qñcūq̄ eleemosyna est de ꝑcepto: a fortiore mutuū erit de ꝑcepto. ita vt mutuare vel donare sit de ꝑcepto. nec oportet sperare tpale cōmodū pecunia æstimabile siue sit vestis, ager, esca, vl' domus. Licet ēm non q̄libet res sit idonea mutuari: sed solū illa cuius vsus est eius cōsumptio: tn̄ q̄libet res temporalis ꝑcio estimabilis pōt esse lucrū ꝓpter qđ aliquis intentione vsuraria mutuat. vnde Hierony. sup Ezech. lib. vj. & auctoritas est canonizata. xiiij. q. iij. vbi dicit. Putant quidam vsuras tn̄ esse in pecunia: qđ ꝓuidēs diuina scriptura oīs rei aufert supabūdātiā vt plus nō recipias q̄ dediſti. Itē alij ꝓpecunia fœnerata solent munuscula diuersi gēris accipere: & non intelligūt scripturā vsurā appellare & supabūdātiā quicquid est si ab eo quod dederint plus reacceperint. hęc ille. Et Ambrosius de Nabuthe: vt ibidē in ca. sequenti habet, ait. Plerique refugiētes ꝑcepta legis cū dederint pecuniā negociatorib⁹, nō in pecunia vsuras exigunt: sed de mercib⁹ eorū tanq̄ vsurarū emolumēta pcipiunt. ideo audiāt quid lex dicat. neq̄ (inquit) vsurā escarū accipies neq̄ oīm rerū. Item esca vsura est: & vestis vsura est: & quodcūq̄ accedit sorti vsura est: & qđ velis nomē ei ponas vsura est. Ex isto patet q̄ hęc cōsequētia est nulla. lucrum vsurę potest esse in quacūq̄ re tēporali ꝑcio estimabili: ergo vsura (hoc ē volitio vsuraria) pōt esse extra mutuū verū vel interꝑtatiuū. hoc ē pōt constitui in rebus nō cōsumptibilibus vsu. patet. quia hic antecedēs est verum cū opposito consequētis ſcđm dicta. ¶ Ex dictis sequit: q̄ licet capere incremētū vltra sortē sit ꝑter naturam mutui: tn̄ nō est contra eius substātiā. prior pars liquet sufficienter ex dictis: cū mutuū debeat dari gratis. Secūda pars patet: qa nunq̄ fit vsura sine mutuo. sicut aquā esse calidā est ꝑter naturā aquæ: quia tūc nō est in sua bona & naturali dispositione: tn̄ non est cōtra eius substātiā: alioquin q̄primum calefieret, desineret esse aqua: qđ liquet esse falsum. Item licet mutuatarius in casu habeat lucrum dādo vltra sortē: hoc tn̄ est rarū: & totū lucrū pecuniarum a mutuatore colligit: qui solet esse magis ꝺustri⁹ q̄ mutuatari⁹: & plerūq̄ capit scđm extremū lucri possibilis: ita vt parū vel nihil maneat ipsi mutuatario. & cū mutuator colligit ex culpa pecuniā vltra sortem: raro pecunia ꝓficit in ipso vel hærede nō multum distante, ꝓut vulgo circūfert. De male quæsitis vix gaudet tertius hæres. quare vsura est toti reipublice inutilis. ¶ Ostēso itaq̄ i quo loco vsura constet: reprobationē eius ꝓsequamur. Vnde dico q̄ reprobatio vsurę patet etiā iure humano pōtificio in sua rubrica. ca. Quia in omnib⁹. vbi dicit. Ideoq̄ cōstituimus q̄ vsurarij manifesti nec ad cōmunionē admittant altaris: nec christianā si in hoc pctō decesserit accipiāt sepulturā. sed nec oblationes eorū quis q̄ accipiat. Multa incōueniētia ex vsura in republica sequunt: vtpote q̄ hō in ocio suā vitā ducat: contra illud Adamo dictum, In sudore vultus tui vescēris pane tuo. q̄ snia non solū in ꝓsonā Adę transijt: sed in totam naturam humanā in eo cōtētā. & Iob. v. Hō nascitur ad laborē sicut auis ad volatū. Sicut ēm i corpore naturali nullum membrum deputat ad actū nisi qđ vtilitatem affert reliquis mēbris: vt oculus p se & alijs partibus videt: sic debet esse in corpore mystico: qđ nō contingit in vsura. Sed de hac rōne ocij quæstione tertia huius materiæ tāgetur in quarto casu: an liceat capere vltra sortem ratione periculi.

¶ Cōtra hāc cōclusionē argumētor licet mihi mutuāti Sorti spare beneuolētiā ei⁹. cuius amicitia beneuola mihi valebit fortasse decē vel viginti scuta: ergo licet capere lucrū vltra sortē vi mutui. si ēm beneuolētiā sperare nō liceat: vl' paucos mutuatores: vel mutuantiū cōgeriē labe vsuræ aspersam inuenies. ¶ Respondet. mutuator principaliter mutuat mutuatario vt ei⁹ inopię succurrat. loquor de fine principali sub fine vltio finaliter ēm & vltimate hoc ꝓpter deū facit. spat tn̄ beneuolētiā eius: & pōt velle mutuatarium esse sibi beneuolū: quia hoc est velle mutuatarium ha

Universidad de Deusto
Biblioteca

bere actū virtutis.& licet mutuatarij beneuolētia mutuatori tantū valeat nōnunq̄ quātū tota ſors: hoc eſt de p accidēs:& certe valde raro.crebro nā q̄ dādo pecuniā mutuo,p illa recuperāda de ami co inimicū facis:vel mutuo in parte,vel i toto de fraudaberis.Et ſi forte ſequaſ lucrū tēporale:hoc non intēdit mutuator: nec debet illud velle:ſed ſi ſtere in hoc vt ꝓximo ſuccurrat,ſaltē nō referre i lucrū.ſtat enī crebro velle antecedēs bonę cōſequn tię nō volendo cōſequēs:vt hic.vir Pariſiēſis ibit ad Scotiā:ergo tranſibit mare & grāde interual lum.Etiam iſta cōſequētia ſicut iā diximus ē nul la:Sortes mutuat Platoni:ergo habebit lucrum a Platone.ſed ſi det mutuo ea intētione vt habeat lucrū:iā peccat peccato vſurę.

¶Secūdo arguit.Sortes det Plato ni centū mutuo:p ſolutionē datā pōt velle Plato nē eſſe ſibi beneuolū:& Plato ſcām æquitatē na turalē eſt ei deuinct⁹ ad viciſſitudinē:ergo poteſt paciſci cum Platone tpe mutuationis ſe dare Pla toni mutuo ea lege vt Plato det ſibi mutuo in ſi mili caſu indigētię:quia ad illud in lumine natura li teneſ.nā expſſio eorū q̄ tacite inſunt,nihil opa tur.ad hoc eſt argumētū in capitulo Significatū. de ꝓbendis.vbi ſacerdos ꝓmiſit ſe ſeruaturū illd ad qđ alias obligabaſ.Hic enī nō capitur tpale lu crum vi mutui,ſed pacto de illo ad qđ de iure na turę mutuatari⁹ eſt obligat⁹.Q đ ſi cōcedas,argui tur ſic.ergo licet vi mutui velle accipere vltra ſor tem aliquid æſtimabile precio.crebro enim hō cu pit dare pecuniā bono animo vt ſueniat mutuū. Itē dando mutuanti iterum mutuo,non pōt dare mutuo aliꝭ quibus forte eſt magis obnoxius q̄ mutuāti:& illud nō tacite ineſt in cōtractu mutui. Præterea obligatio naturalis i foro cōtradictorio nō parit actionē: quā tñ obligatio ciuilis parit. ſ3 hic facile dicetur q̄ excipiēdo mutuatarius elidit actionē mutuatoris,dicēdo contractum eſſe vſu rariū & iutilē.¶Rñdeſ.vtraq; pars ē apparēs: ſed placet pars affirmatiua q̄ paciſci liceat dūmodo nihil ponaſ in cōtractu aliud niſi illud ad qđ hō ē aliūde obnoxius ex bono & ęquo:puta mutuata rius obligabit ſe dare mutuo mutuāti niſi ali⁹ ca⁹ impediat de bona æquitate iudicio prudētis. rationes aūt in oppoſitū ſoluenſ paulo inferi⁹ de dante ſcholaſtico mutuo.

¶Tertio argumentor.Deuterono. xxiij.ſcribiſ.Nō fœnerabis fratri tuo ad vſuram nec fruges nec quālibet aliā rē: ſed alieno.ergo li cet cape ad vſurā vel licuit:& p cōſequēs non eſt cōtra ius nature.¶Rñdeſ.bene defēdi poteſt q̄ illud erat pmiſſum ꝓpter maius malū euitandū: ne ſcilicet darent fratribus ſuis ad vſurā.qa ppīs Hebręorū ꝓnus erat ad auaritiam. Sed cōtra hoc ſunt aliq̄ obiectiones ad quas in ſil'i reſponde bīt diſt.xxxiij.huius: qa eadē eſt difficultas vtro biq;.Secūdo dicit̄ q̄ fœnerabis tantū valet quā tū mutuabis.& ſic gloſſa marginalis Deuterono. xv.dicit ſup illo verbo.Fœnerabis gētibus mul tis:& ipſe a nullo accipies mutuū. Et hoc expſſe cōſtat per verba Chriſti Lucæ ſexto. Nam & pec catores fœnerantur peccatoribus vt recipiant æ qualia.vbi gloſſa interlinearis ſuper verbo(fœne rantur) dicit . commodant. & verba ſunt ita ad hoc expſſa vt gloſſa non egeant.Etiam illic ponī tur conſequens pro antecedente:fœnus enī ſeq̄t abundantiam:quia non poteſt non abūdans fœ nerari,ponit̄ ergo fœnerabis ꝓ abundabis.qđ pa tet per literam i qua dicit̄.a nullo accipies mutuū. Tertio dicit̄ q̄ ſermo erat de Chananeis qui iniu ſte detinebāt eorū terram:& ab eis acceperūt ſolū ꝓpriū:hoc eſt ſibi debitū.Iſtud patet.xiiij.qu.iiij. Ab illo exige vſurā cui merito nocere deſideras. Cui iure iferunt̄ arma,huic legitime auferūt̄ vſu rę.&c.Non tñ erat vſura proprie dicta.quā defini uimus:vſura enī eſt contra ius naturę. Et licet ꝓ babile ſit q̄ libellus repudij i lege Moſaica erat li citus:& ſimiliter vxorum pluralitas : vſura tñ eſt magis contra legem naturę.in ſignum cuius gen tiles in lumine naturali incedentes & repudiabant vxores & tenuerunt plures:& ex legibus Cęſareis & aliꝭ ſcriptis hoc eſt notū.ſed tñ extēdendo ius naturę:oia tria ſunt contra ius naturæ. ſed vſura aliqua omni mō eſt contra ius naturæ.nec iudæi poterant vllo modo dare ad vſuram fratrib⁹ vel vllis aliꝭ niſi his qui ſuas terras iiuſte detinuerūt. De Idumæis patet:quia Deutero.xxiij.ſcribitur. Non abominaberis idumęum quia frater tuus ē. qui ab Eſau Iſraelis fratre deſcenderūt.ſed iſtud non concludit de aliꝭ.Tamen ſic arguitur.Vſura apud viros in lumine naturali pollētes eſt iudica ta iiqua:ergo nō fuit admittēda tudęis ſine diſpē ſatione.Sed dicis.Deutero.xxiij.deus diſpenſa uit qđ populus intellexit.nō fœnerabis fratri tuo ad vſuram &c.& infra:ſed alieno.& licet hoc ſolui poſſit:difficile tñ eſt ꝓbare q̄ alienis fœnerari nō licuit.& facile cū apparētia diceret̄:q̄ licet ꝓphetę indefinite vſuram vetitā aſſerāt:limitari hoc poſ ſe reſpectu fratrum ſuorū.Tñ probabilius eſt q̄ nulli poterant dare ad vſuram niſi his qui ſua de tinuerunt:& ſic erat illicita.nullus enim homo pu rus pōt diſpēſare in vſura vt ſit licita.qđ patet de vſuris.ca.Sup eo.vbi dicit Romanus pontifex. Reſpondemus q̄ cum vſurarū crimē vtriuſq; te ſtamēti lex deteſtet̄:ſup hoc diſpēſationē aliquā poſſe fieri nō videmus:quia cum ſcriptura ſacra prohibeat ꝓ alterius vita mentiri:multo magis ꝓ hibendus eſt qs ne ettam ꝓ redimenda vita capti ui vſurarum crimine ſuoluatur.Comparat vſurā

mendacio:qđ non poteſt bñ fieri:& dicit eſſe ma ius pctm̄.Sed iſte ꝓbationes nō ſunt fortes.mul ta em̄ prohibent̄ & pcipiunt̄ in vtroq; teſtamēto in quibus deus pōt diſpenſare:qa ſunt pure poſi tiua diuina.Inſuper hęc cōſequentia eſt nulla.hoc eſt maius peccatum illo:ſed in hoc deus non pōt diſpenſare:ergo neq; in illo.quia homicidiū ē ma ius pctm̄ q̄ mendaciū:& tñ in primo deus poteſt diſpenſare vt innocens ſcitus eſſe talis iuſte occi daſ:& nō in ſecūdo. ¶Sed veniēdo ad rē ipſam incidēt̄ an deus de vſura diſpenſare poſſit:opor tet cape hoc totū:puta lucrū vltra capitale vi mu tui:et videre vtrum de⁹ poſſit facere q̄ ille actus volēdi in creatura ſit bonus.Et in primis dico:q̄ deus pōt dare mihi cuiuſcunq; creaturę dominiū & rerū dñia pro libito ſuo:aliꝭ omnibus ꝓpinqs dñis inuitis.ſicut bona ægyptiorū tranſtulit in he breos.nō reſpiciēdū eſt ad ſeruitium hebręorum: qa ſine ſeruitio illud facere poterat.ſed tñ de⁹ nō diſpēſauit in furto:nec diſpenſare pōt vt hō ha beat dñium in alieno. Sed forte dicis.deus nō po teſt diſpēſare de vſura quia habet inuolutā mali tiā:vt q̄ ego capiā tpale lucrū vi mutui:nō poteſt bene fieri:ſed vi dei dātis poſſum habere tēpora le lucrū.quēadmodū mercator capit tēporale lu crū vi damni ſed non vi mutui. Sed cōtra hoc ar gumentor.deus poteſt facere q̄ ego dando decē ſcuta mutuo:qñ nec ceſſat lucrū,qa nō erā expo ſiturus illa ſcuta:nec incurſur⁹ ſum incōmodū ali qđ:captā quinq; vltra ſortē vel decē:nulla alia cā niſi vi mutui.Forte dicis.vi dei dātis mihi aucto ritatē.hoc nō euitat ꝓpoſitū:quia de⁹ reuocat ſuā legē Lucę.vj.promulgatā:& in antiquo teſtamē to de vſura:& oſtēdit mihi q̄ illa lex nō amplius obligat : ſed me obligat ad oppoſitū:ergo nullo alio titulo creato niſi vi mutui capio.v.vel.x.ſcu ta vltra ſortē.quia pōt mihi pręcipere ita facere & ꝓhibere ne dem mutuo vnq̄ niſi cōſequar lucrū vltra ſortē vi mutui. Sic ergo teneo q̄ de⁹ poteſt diſpēſare cū vſura: & poſſibile ſit vſurā bene fie ri de potētia dei abſoluta.nullus tñ purus homo diſpenſare poteſt q̄ vſura bene fiat.

¶Quarto arguit̄.Sortes habet mil le ſcuta ocioſa quibus Plato eget vt mercet̄ inter Turcas.mercādo Plato vltra expēſas lucrāt̄ cen tum:qđ vtriq; eorū eſt vtile:& ſciēti & volēti non fit iniuria.v.ethi.ergo ſaltē in iſto caſu nō erit cō tra legē nature ex hypotheſi data:eſto plerūq; in reipublicæ luē cōmittā. ¶Rñdeſ.ſtat vtrū q; ha bere lucrū in arca & mutuatorē & mutuatariū:ſed mutuās male captt lucrū:cū em̄ dñiū rei mutuatę trāſeat in mutuatariū:nihil pōt cape ab eo.nō rō ne mutui:vt patet in ꝓbatione cōcluſionis:nec vl lum aliū habet titulū:gra cuius poſſet cape lucrū ſed aufert incrementū qđ de iure mutuatarius re tinere poteſt.Etiā ille cōtractus eſt irritat⁹ a ſupio re tā a deo q̄ ab hoibus.& cū ſit contra ęquitatem naturalē & in reipublicę perniciē non recipit exce ptionē pſonarū ſicut ieiunij & huiuſmodi poſiti ua.Et diſtinguo q̄ Plato vult dare ſorti lucrū.vl' volitione pure ſpōtanea:q̄ nihil habet inuolunta rij admixtū:& ſic nego.vel vno actu voluntatis magis ſpectāte ad volitionē q̄ ad nolitionē:& ſic cōcedo.vt patet.iij.ethi.j.Velle em̄ categoricū mo uit mutuatarū domū mutuatoris adire:& impat mēbris facere illa q̄ ſunt ſufficiētia ad pecunię ſo lutionē.Sed iſtud ad liberā trāſlationem nō ſuffi cit.Exemplū in ſimili.ꝓmittēdo raptorib⁹ in ne more centū vt a morte euadā:licet dem eis centū: illorum non habēt dominiū.nam conſenſus me⁹ coactus nō ſufficit.ſic in ꝓpoſito,vellē em̄ q̄ mu tuans daret mihi mutuo pecuniā gratis:ſed quia nō poſſum hac via habere:do ei ꝓnūc.forte redi bit ad cor:& reſtituet in paſcha:vel tpe mortis:vl' iuridice cogā eū reſtituere.& quia dulciter & cau te tollit vſurari⁹ lucrū,& nō ꝓturbat rēpublicam, permittitur a iudicibus. ſecus eſt de furibus & la tronibus rempublicam perturbantibus.

¶Quinto arguit̄.Pręceptor regēs dat ſcholaſtico pecuniā mutuo vt ſuā lectionem viſitet:& hoc fit ſine pctō:& tñ capit lucrum vltra ſortē:qđ patet:quia mutuat decem ſcuta q̄ in fine termini recipit:& cū hoc ali⁹ in eius claſſe ſeu regu la vt vulgo appellāt morāſ:a quo recipit nouē vl' decē ſcuta in fine curſus.vel forte p illū & ſimiles ſcholaſticos augeſ fama regētis:& creſcit ſtipēdi um eius in locis in quib⁹ moris ē ſoluere ex repu blica:vt in Italia & locis ſimilib⁹. Sic piſtori mul tor mutuo dat quaten⁹ ad ſuū molēdinū molitu rus veniat.ſic dñs dat mutuo colono quaten⁹ ei⁹ agros colat & ecōuerſo.¶Rñdeſ.cū ſit eadē diffi cultas de his hoim generib⁹ & ſiſibus,ſufficit rñ dere de vno.& dico q̄ regens in artibus pōt trifa riā ſe habere.Primo & principaliter vt ſcholaſtic⁹ ſuā lectionē audiat.Scđo mutuat ſcholaſtico vt eius inopię principaliter ſuccurrat:nō ſecludo ꝓ pter deū actualiter vel virtualiter:ſperat tñ bene uolentiā:ſed hoc nō obſtāte vult ei dare mutuo ſi ue ſit beneuolus ſiue nō.Tertio mō & principaliter ꝓpter inopiā ſubleuādā & minus principaliter vt interſit lectionibus:non tñ mutuaturus ſi nō ve niret ad ſuā lectionem.Primū mēbrum eſt illicitū & vſurariū.ſecūdum licitū & ſecurū.tertiū eſt am biguum.& in duobus prioribus mēbris non re puto difficultatem. Sed circa tertium membrum ſunt opiniones.Nam Ioannes Andreas in regu la Peccatum.in mercurialib⁹.reputat caſum vſu rariū:& dicit q̄ regens debet reſtituere tantum ſo

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum quātū verosimile est q̄ fama vel lucrū ſcholastici ſibi attulit ex eius p̄ſentia. non ei: quia tātū alteri regenti dediſſet: ſed reſtitutio eſt facienda ſicut de vſura incerta. hoc ſequit̄ Pan. in cap. fina. huius rubricę. Licet iſtud ſit apparenter dictū: nō tñ placet. Et ratio eſt: q̄ regēs nihil recipit qđ iuſte nō reciperet ab alio regente non dāte mutuo. Nec valet dicere q̄ recipit pecuniam: q̄ illa eſt cā minus principalis mutui. hoc ſic ſuadet. ſacerdos nō celebraturus niſi habeat ſex paruos albos minus principaliter: celebrans ꝓpter deū principaliter, nō cōmittit ſimoniā: nec peccat p illū actum. Similiter beneficij collator cōfert licite ſorti bene ciū principaliter quia eſt idoneus: & minus principaliter quia eſt ſuus conſanguineus vel famulus: ita vt famulatus vel ſanguis ſit cā ſine qua non: & qua ſecluſa non conferret ei potius beneficium q̄ alteri ęque idoneo. & illud licite facit: vt poſthac diſt. xxv. huius ampli⁹ patebit. ergo eodē modo i propoſito. Sed cōtra hoc dicis. capio lucrū p̄ter ſortem vi mutui: q̄ illud nō eſt mihi debitū. R̄ndetur negando q̄ vi mutui capiā: ſed ratione improbi laboris & doctrinę qua eum erudio, inflammando affectū eius. & illuminādo intellectum. & hoc ſi ita vtiliter eū erudiā vt alter: & ita parū capiam vt vicini mei: puta ſolum capiā debitū: hoc eſt nihil idebite capio. Sed fateor q̄ mutuū eſt cā ſine qua nō, quare iſte moratur in curſu meo: ſed ratione illius nihil accipio: ſed ratione laboris. mutuum enim eſt cauſa p accidens quare propter eū laborem. & non ſequitur: mutuū eſt cā per accīs laboris: & labor cauſa ꝓpinqua decem ſcutorū: ergo mutuū eſt cauſa decem ſcutorum. Nā regula illa, quicquid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati: nō tenet in cauſis per accidēs: & vix in cauſis per ſe. Priamus enim nō erat cauſa occiſionis Patrocli: licet Hector eius filius illi⁹ mortis cauſa fuerit. Si dicas. non minus laboratem iſto abſente. Dico ſi huic medio innitaris, cōcludes q̄ a nullo debeam accipere turonum: & ſic ꝓpriis militare ſtipendijs cogar: quia quocunq; oblato, ob ei⁹ abſentiā nō minus legerem. Dico ſecundo: q̄ tantum lego ei quātū oibus alijs: quia pōt audire oia q̄ dico in lectione. Nec iterū valet dicere q̄ capiā aliqd æſtimabile pecunia: quia tollo ab eo libertatē aliū adeundi: modo auro nō eſt eſtimāda libertas. prout vulgo iactat. Non bñ pro fuluo libertas vēditur auro. Dico me non tollere ab eo libertatē: q̄a non eſt mecū maior ſeruitus q̄ cū alio. vel ſi ſit: ſoluat & eat quo velit. Q̄uis etiam alius regens legat ingenioſius q̄ ego: immo & vtilius, qđ maius ē: nō pecco: q̄a ſufficit q̄ ei ſatisfaciam & multitudini ſcholaſticorū: alioquin regentes idonei & ſufficiētes, ꝓpter aduentum excellentioris peccarent legēdo: qđ non eſt dicēdū. Et vlterius dico me poſſe ei mutuare pecuniā q̄diu lectionē meam viſitauerit: & p̄finire terminū quo recipiā pecuniā ſi forte abierit. Non oportet rñdere ad argumētū ſtipendij (cum nō egeat alia rñſione) vltra decem ſcuta q̄ regēs capit p toto curſu Pariſijs. & licet aliquis alius regens ꝓmittat ei ſe minus accepturum: nō grauo eum q̄a non capio pluſ q̄ debeā. vel ſoluat alter regens pro eo: & abducat eum. ¶ Sed cōtra ſummā ſolutionis arguit̄. ſi non veniret ad lectionem: non darem ei mutuo: ergo aduent⁹ ad lectionem eſt cauſa principalis: quia ea ſecluſa remouetur effectus. ¶ Reſpondet̄. remota cā minus principali ſępe remouet̄ effectus: q̄ñ ſunt duę cauſę ſi mul requiſitę ad poſitionē effect⁹: ſcilicet p̄cipua & minus principalis: neutra eñ iſtarū cauſarū ſola ſufficit ponere effectū. modo deus eſt cā principalis. Hoc ſic declaro. q̄ñ ſunt duo fines quorum vnus eſt in alū reſolubilis: ille in quē alter reſoluitur eſt p̄cipuus. de⁹ aūt eſt finis generalis & remotus oim actuum quos prudens facit: & ceteri act⁹ in amorem illius finis & tandē in illum finem reducuntur. ſecūdum illud Apoſtoli primæ ad Corinth. x. Oia in gloriā dei facite. Hoc mō iſti ſcholastico decē ſcuta mutuo vt viſitet lectionē meā: volens vt adſit lectioni & proficiat in doctrinis & moribus: vt eo modo ſeruiam deo & merear. non tamen quaſi homo iſtos actus referat actualiter i deum: quia non requiritur ſemper relatio actualis in vltimū finem ad hoc vt actus noſter ſit bon⁹ moraliter: vel bonus meritorie: ſed ſufficit virtualis. Non capio relationem virtualem more doctoris Seraphici & Cōterranei: ſed virtualem relationem voco quādo homo, licet in teneris annis, habet hoc propoſitum ſe velle totam vitam ſuā & oñes actus laudabiles facere propter deū: & poſt ea non habet oppoſitum formale. licet enim multis modis peccet mortaliter: nō tñ habet oppoſitū formale: & refert actualiter quando tenetur. Et ne tibi videatur iſtud nimis largum, pronunc vnica ratione fulcitur. Doctor Seraphicus in ſuo ſecundo dicit q̄ actus alicuius religioſi ſunt oñes ſufficienter relati in deū poſt q̄ dedit ſe & ſua deo: & intendebat oñia facere propter deum. & ſi hoc ſufficiat in iuuene religioſo: quare non ſufficiet i iuuene laico? ſpecialis nāq; datio facta deo more religioſorū nō requiritur ad relationē actualē. qđ ꝓbat̄: q̄a alioq̄n nullo modo laic⁹ poſſet referre: quod eſt falſum. Si dicas. Doctor iſte dicit oppoſitum de laico. ſcimus eum dicere: oppoſitum tñ ratio perſuadet contra eum & pro hoc qđ dicim⁹. & poſt iſtud propoſitum generale nullus eſt act⁹ indifferens in homine ſi intellectus iudiciū affuerit: aliorum more loquendo deliberatus. Hæc obiter dixerim: alias enucleatius materiam, quia eſt vtilis, & explicatione eget, examinaturus.

Eodē modo dico q̄ Sortes mītor licite dat piſtori mutuo, ſperans p̄ hoc eū venturū ad ſuū molēdinū, & ſe lucrū cōſecuturū. nō eñ fit iniuria per hoc piſtori: cū iſte multor eſt ita ꝓpinquus piſtori vt alter: & q̄ bene molit: nec plus capit p labore q̄ alter. ſecus eſt vbi notabiliter plus diſtaret a piſtore vel vbi plus caperet. Sic de dño dāte mutuo colono vel econuerſo dicat: dūmodo ſeruet latitudo iuſti precij hincinde.

¶ Sexto arguit̄. Mercator Pariſien ſis vēdit ſorti quinq; vlnas panni p tunica faciēda, quinq; ſcutis in p̄opta pecunia: Platoni autē bona fide ſeu (vt vulgo dicūt) ad credo vēdit q̄n q; vlnas eiuſdē pānī quinq; ſcutis cū. xv. duodenis. tūc ſic. vēdēdo Platoni capit lucrū vltra ſortē vi mutui iter p̄tatiui: quia idē eſt ac ſi dediſſet xv. ſcuta mutuo Platoni ad certā diē vſq; petendo. xv. duodenos cū capitali. & q̄ hoc ei liceat patet: quia mauult habere quinq; ſcuta in p̄optu q̄ ſic expectare dilationem ſolutionis. ¶ R̄ndet̄. licet beatus Tho. prima ſcdæ. q. lx. ar. ij. & q. lxiij. ar. ij. dicat mediū iuſtitię conſiſtere in medio rei: & medium in alijs cōſiſtere in medio rationis: dico illud eſſe vtrobiq; verum. propterea ad argumentum dico poſſe non eſſe vſurā. non loquor de rōne damni: quia de ipſo hactenus mentionē nō fecī. latitudo eñ precij nō eſt indiuiſibilis: nec ē medium mathematicū: & prudentes mercatores iudicabunt q̄ egregie vlna p̄fata valet. xxxv. duodenos: & in p̄cio extremo & ſummo valet. xxxvij. & non amplius: quia eſt ſtat⁹: & dabilia ſunt duo extrema extrinſeca tā ſupra q̄ infra: iudicio prudētum mercatorū. Iſte igit̄ mercator ſuam mercem vēdēs non peccat cuicunq; vēdat dummodo maneat in hoc p̄cio: & p cōſequens non cōmittit vſuram: licet vēdat carius Platoni q̄ Sorti. & non eſt q̄renda cauſa niſi voluntas mercatoris q̄ eſt dominus & arbiter rei ſuę: qui facit gratiam vni & rigorem rationabilem alteri.

¶ Septimo arguit̄. ſupponendo q̄ Sortes capiat ad vſuram cētum ſcuta p quib⁹ debet ſoluere decem in termino p̄fixo vltra ſortem accedit Platonem amicū ſuum: & mutuat ei eadē centū ſcuta ea conditione vt Plato hęc ſoluat: ſcilicet decem vltra cētū creditori ſuo. Hoc caſu ſuppoſito arguit̄ ſic. Sortes capit a Platone decē vltra ſortem vi mutui: ergo cōmittit vſuram: ſed tñ nō peccat. qđ ꝓbat̄: q̄a hoc facit vt ſe indēmnē p̄ ſeruet: & vt ſatisfaciat vſurario: & hoc eſt licitū: vt patet. xliij. q. iij. ca. Si quis oblt⁹. quia nō tenet̄ cū ſuo dāno alteri ſubuenire. ff. de p̄ſcrip. ver. J. Q̄ui ſeruandarū. ¶ R̄ndet̄. ſi faciat p̄cise illo reſpectu vt ſe indēnē ſeruet: nō ē vſura. ſi aliquo alio reſpectu: concedo q̄ eſt vſura & p̄cūm. multū enim facit intentio. Cuius ſimile eſt. habeo triticū qđ mitto ſorti: qui ſtatim eſt illud cōſumpturus: ſi moueat principaliter vt recipiā tpe futuro aliud qđ ē tñmodo æqualis p̄cij tpe redditionis qđ eſt diuturnus manſurū: in hoc caſu eſt mutuatio vſuraria ſi non fuiſſem illud diutius cōſeruaturus. ſi vero id faciā vt principaliter eiſdem dānū dato q̄ aliq; frumentū ſit aptū diutius cōſeruari: & p conſequēs maiorē vtilitatē afferre mihi: non reputo vſurā: ſi nō curem etiāſi diutius nō cōſeruet̄: q̄a tpe redditionis intendo ſtatim cōſumere. Nā ſicut poſſum velle euitare itereſſe dāni emergētis ex mutuo: ita poſſum euitare itereſſe damni emergētis ex natura rei.

¶ Octauo. Sortes dans Platoni cētū mutuo nūc in Auguſto, ſoluēda in calēdis decēbris, apponit cōditionem. q̄ ſi nō ſoluerit in termino p̄fixo dabit decem ſcuta: & ponat̄ q̄ Plato non ſoluat. hoc ſuppoſito: Sortes licite capit decē vltra ſortē vi mutui: ergo vſura ē licita. ¶ R̄ndet̄ diſtinguendo q̄ Sortes capit licite. vel Sortes mauult vel ita libenter vellet habere ſuū capitale ſolutum in termino p̄fixo vt decem vltra. & ſic dico q̄ nō eſt vſura: quia pōt recipere rōne intereſſe: de quo amplius loq̄mur in q̄ſtione ſequente. Si vero adhibeat pœnam malēs debitorē non ſoluere q̄ ſoluere: & intendens hac via cōſequi lucrū: ſic concedo q̄ ſit vſura: & latibulū ei⁹: & quædam vſurę palliatio. & ſtat q̄ recipiat aliqd rōne pœnæ licite: licet non ratione dāni qđ incurrit: nec rōne lucri ceſſantis. ſed quia mītū afficit ad poſſidenda ſua centū ſcuta in termino p̄fixo (ſemper ſupponim⁹ mutuationē & ante calēdas Decēbris & poſt, elſe cōſilij) Sortes nō peccat i hac affectione. modo q̄ñ quis afficit̄ ad aliquā rem habēdam amat eam. etiā odit oppoſitū illi⁹ habitionis ſcilicet carentiā illius rei: & p conſequēs ſi non teneat̄ ad oppoſitum ſcilicet ad carendum pecunia ſua: alius non habebit ius ei infligēdi illud exoſum. & p conſequens qui timet ſe incurſurum oppoſitū exoſum: poteſt obligare aliū ad pœnam aliquam quā timet ꝓcuraturū ſibi illud pœnale malū: quia puniat̄ mutuator in recōpenſationem illius carentię pecuniarię quā ſuſtinere non tenebat̄. Hęc autē pœna includit̄ in intereſſe: quia mutuantis intereſt ne pro ſuo benefacto ſcilicet beneuola mutuatione torqueatur in termino ſtatuto. Sortes enim quia videt paſſim infinitas tricas & dolos in mūdo ad retinēdum alienum: & q̄ pecunia ſit ſibi neceſſaria pro ſua arte exercēda: ꝓpterea ad pecuniā habendā magis afficitur. Similis pœna poteſt i-poni a iudice ad puniendam contumaciam debitoris non ſoluentis in termino cū ſoluere poſſet. Ad hoc eſt ar. xxiij. diſtin. ca. Q̄ q̄. & ff. de iudi. l.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui auctoritate. Alia aũt ẽ pœna q̃ dicit legalis vel canonica.de q̃.xij.queſt.ij. In legibus.vbi ſic ſcribit.In legibus ſæculi cautũ habetur:qui rẽ ſuripit alienã:illi cui res direpta eſt in decuplum quę ſublata ſunt reſtituat.Etiã interdũ eſt pœna municipalis.verbi gratia.in aliquibus ciuitatibus ſtatutũ eſt q̃ tutor de pecunijs pupilli q̃ perueniunt ad manus ſuas teneat emere poſſeſſiones vel rẽdere ei ad rationẽ quinq̃ pro centum.tũc ſi tutor pecuniam pupilli exponat pro ſe:vel faciat negociationes pro ſe:tenebitur pro cẽtum dare pupillo quinq̃:etiam ſi nihil cum illis centum lucrat⁹ ſit:q̃ nomine ſuo & non pupilli cum illa pecunia negociatus eſt:quia de hoc cõqueri non poteſt tutor.Nã potuit emere poſſeſſiones de pecunijs pupilli:vel exponere in iuſtis & licitis mercaturis nomine pupilli:& tunc fideliter agẽdo,lucrũ & dãnũ fuiſſet pupillorũ.Et hęc quinq̃ p centũ capit pupillus ratione veri intereſſe.Hęc em̃ lex eſt ratiõabilis:ne innocẽtes pupilli quibus cõmiſerẽdum ẽ, a maleuolis tutorib⁹ & doloſis circũueniãt. ¶Et p hęc ſoluitur q̃ſtio ſexta quarti ethi.Ioannis Buridani:circa quã Ioannes ꝓlixe & diſſute laborat: q̃rens quid dicendũ ſit de quibuſdã ciuitatibus q̃ cõſueuerũt accipere ſibi pecuniam orphanorum ad certos annos vſq̃:& illã totã eis reſtituere:& iterim quolibet anno aliquã eis certam ſummã pecunię miniſtrare.Dicit q̃ cõmunitas dat eis: cum em̃ parẽtibus careant: cõſonũ eſt iure naturali q̃ viuãt de cõmuni.Sed cõtra hoc replicat:qa plus miniſtrat cõmunitas illi a quo plures pecunias accepit:& nihil pauperib⁹ a quibus nihil capit.Rñdet.diſtributiones non fiunt ſecundum arithmeticam proportionẽ:ſed geometricam:ita vt diſtributio ꝓportionet ſtatib⁹ & excellẽtijs pſonarũ.ꝓpter qđ rationabiliter maiorem habẽti pecuniam magis datur.Sed cõtra hoc arguit.orphanis nobilium pauperũ & ꝓborum virorũ cõmunitas nihil dat ſi nihil ponãt i rẽpublicã:& ſolis ponẽtib⁹ etiã ſi ignobiles ſint dat: & tñ excellentia ſtat⁹ nõ fit in diuitijs.igit. Dico ergo q̃ cõmunitas nihil dat illis orphanis:ſed capit mille francos vni⁹ orphani:quos ponit in vtilitatẽ reipublicę.& ſtat q̃ reſpublica qutoannis ex illis lucret.lx.frãcos:forte quinquaginta dans orphano:quia prudens vir poterat emiſſe vnam poſſeſſionem pro orphano quotannis valentem quinquaginta.Iſtud patebit amplius ex variſs q̃ſtionibus huius materiæ cum earum ſolutionibus.

¶Nono:ponẽdo q̃ Sortes det Platoni mutuo centum ſcuta ea conditione vt ſuas merces emat:alioquin mutuo non daturus:ſic argumẽtor. Sortes capit aliquid æſtimabile p̃cio vltra ſortem vi mutui:ergo vſuram cõmittit.conſequentia eſt nota. & antecedens patet: quia mercator libenter daret duo ſcuta immo interdũ decem vel viginti vt vẽdat merces ſuas. nõ alia ratione dat viliori p̃cio vẽdẽdo in groſſo(vt dicunt) niſi vt ſuas merces vẽdat.ſed q̃ nõ peccet oſtẽditur: quia dat merces valentes pecuniam quã alter daturus eſt ꝓ mercibus:ergo in hoc nõ peccat:& capiendo ſolutionem ꝓ mutuo nõ peccat:ergo hic nullo modo peccat. ¶Ad nonum rñdet caſu admiſſo:vel ſortes dat merces non valentes p̃cium datũ a Platone:& iam eſt manifeſta vſura:& tenetur reſtituere Platoni illd qđ capit vltra valorem mercium.vel dat Platoni merces valentes p̃cium qđ dat Plato,ſic ſcilicet vt Plato nihil ꝑdat ſi prudenter vẽdat:& tñ adhuc Sortes capit aliquid eſtimabile pecunia:hic nõ ita clare cõſtat an ſit vſura & probabilis eſt pars affirmatiua q̃ eſt vſura:cũ aliquid æſtimabile pecunia capiat:& potiſſimum quando non conſtat q̃ Plato non habebit lucrũ vendendo pro ſuis laboribus.

¶Decimo arguit.habeo mille francos quos ad aliquã negociationem applicare intendo.accedis ad me petens quingentos mutuo, ꝓmittens tantum quantũ lucrabor ex alijs q̃ngẽtis ſi illos tibi tradã mutuo.hoc ſuppoſito arguit ſic.ego lucror.lx.francos vltra ſortem:ergo tãtũdẽ ex hypotheſi a te capere poſſum rõne intereſſe.ſed probo q̃ non.Primo.ego poſſum plus lucrari q̃ ingentis frãcis meis q̃ erat veroſiℓe q̃ lucrarer a principio:& euaſi pericula:& res in principio minus valuit ratione periculi veriſimilis. Secundo.habeo labores in quingẽtis frãcis quos pones me teneo:& nullos in quingentis francis tibi mutuo traditis:ergo nõ eſt rationabile tantũdem abs te capere quantum ex meis quingẽtis lucror. ¶Rñdet.ſtat q̃ non plus laborem emendo merces ꝓ mille q̃ quingẽtis:& ſi fuerit magnus labor oportet illum ſubtrahere:nõ em̃ eſt lucrũ niſi expenſæ fuerint abſtractę.& ſi plus lucratus ſum & euaſi picula caſu:ab initio tñ erat dubiũ.nã potera incidere in latrones & amittere lucrũ oñe.& ſic virtute caſus nõ teneberis dare aliquid vltra ſortẽ.& licet plus q̃ alij iam lucratus ſim:hoc erat incertũ ab initio:quia etiã amittere poteram. Et ex toto iſto patet q̃ caſus non eſt vſurari⁹ . Eodem mõ ſi habeã bis mille francos quos negociationi applicare intendo ad emẽdas aliquas poſſeſſiões fructiferas:te rogãte do tibi alterã partem mutuo ea lege:vt tantũ lucri mihi quotannis des quantũ lucrabor ex poſſeſſionibus meis annuis:deductis laboribus & impenſis.

¶Vndecimo arguit.oñe pcm̃ eſt cõtra aliqđ præceptũ decalogi:vſura nõ eſt cõtra aliquod p̃ceptũ decalogi:ergo non eſt peccatum.

conſequẽtia tenet in Baroco. ¶Reſpondeo.argumentum peccat in materia:quia tam maior q̃ minor eſt falſa.nam volo male agere, eſt peccatũ,& cõtra nullum præceptum decalogi.ſimiliter tranſgreſſiones humanarũ legũ.quartum enim præceptum de parentum honore non ponit ꝓ ſupioribus. Sẽdo minor eſt falſa:quia eſt furtũ:qđ capit bifariam:vt ſuperius patuit.

¶Duodecimo arguit.lex Cęſarea vſuram admittit non ſolu admiſſiõe ſimplicis tolerantię:ſed quarto modo recitato diſt.xxxij.q.ij. huius.pater.in.C.de vſuris.l.j.ij.iij.cẽteſima:dimidia cẽteſimę:tertia pars cẽteſimę cũ miſtis alijs admittebãt. Centeſima aũt fuit illa q̃ p annum ſuo toti æquualebat:vt ſi darem tibi.xx.mutuo nũc in Auguſto:vt in Auguſto ſequenti mihi dares. xl.Dimidia cẽteſimæ,qñ in fine termini dares me dietatem ſortis:vt ſi mutuẽ tibi.xx. dabis in fine anni.xxx.& lex ciuilis fundat in lumine naturali: ergo accipere ad vſuram non eſt cõtra legem naturę:& p conſequens probatio concluſionis nulla. ¶Reſpondeo.argumẽtum bene ꝓbat q̃ vſura vniuerſaliter non eſt contra legem naturalẽ ꝓprie dictam.nec ẽ valde euidens q̃ oĩs vſura ſit contra legẽ naturalem:licet apud clarum ingeniũ quælibet ſit contra legem naturalem aliquo modo.Lex aũt diuina a poſteriore oſtendit nobis aliqua eſſe contra legẽ naturalem in hac acceptione: ſicut lex euãgelica multorum locorum legis Moſaicæ verã intelligẽtiam aperit:licet non ſecundũ iudæorum exiſtimationem.& ex tali ſenſu cõtra eos non adducit apparens argumẽtũ . Sed dicis. Iuſtinianus pro tempore cõpoſitiõis codicis erat chriſtianus:ergo cõcedẽs vſuras cõtra legẽ euãgelicam in hęreſim labitur & eſt hæreticus.Reſpondeo.Imperator de ſumma tri.&fi.catho.l.Cũctos populos.p̃cipit viuere & verſari in religione tradita a beato Petro.qđ intelligit non mõ de ſumma trinitate:ſed de tota fide catholica.Et in libro poſtremo iuris ciuilis:authẽtica de eccleſiaſticis.mãdans ſeruare decreta.iiij.conciliorum,ſic ait: Sanctim⁹ vicẽ legũ obtinere ſanctas eccℓaſticas regulas q̃ a ſanctis quatuor cõcilijs expoſitæ ſunt aut firmatę.de cõcilio Niceno:Conſtantinopolitano: Epheſino:& Chalcedonẽſi(vt illic dicit)intelligit. ſed in cõcilio Niceno:vt patet.xlvij.diſt.c.Q m̃. vſura reprobata eſt:& Canon ad hoc ſcripturam allegat ꝓ quã quælibet vſura reſpectu cuiuſlibet reprobata eſt.Sed cõtra.In authenticis collatione nona vſurã nauticam admittit:ergo iperator non reuocat dicta de vſuris.Aliqui ꝓpter iſta impatẽ dicunt non poſſe excuſari.ſed dico q̃ impator non peccat vllo modo in hoc:ſed bono aĩo laborauit ꝓ legibus dandis vt populus ſibi ſubiectus viueret in tranquillitate:quia ipſe in ꝓpria has leges non compoſuit:nec eas in ꝑticulari vidit vel recognouit:ſed auctoritatẽ ſolũ addidit:vt ipſemet dicit.Oĩa merita noſtra facimus: quia ex nobis oĩs ipartiℓ eis auctoritas. C.de veter.iu.enu. Imperator dicit habere leges in pectore ſuo i prudentibus ſibi aſſiſtentibus:qui ſunt eius pect⁹: vt Plutarchus de corpore myſtico & eius partib⁹ exponit.nec illas leges componentes etſi chriſtiani erant peccarũt licet hęreſim tenuerit:qa poſſibile eſt interdum vtramq̃ partem contradictiõis habere a lege naturę fulcimentum ob varias circunſtantias & cauſas:& tunc tenendo hanc partẽ vel illam non eſt peccatum:vbi non cõſtat de veritate ꝓ aliam legem quam homo teneatur ſcire.Cui⁹ ſimile frequẽter contingit iter theologos: vt vtrũ deus ſine cauſa p̃deſtinet,nec ne.vbi ſapientes cõtraria probabiliter tenent.& hi & illi ſuas opiniões a iuris diuini fontibus deducere moliuntur:& q̃ ſuæ aſſertiones cũ eiſdẽ quadrant . Secundo.ſtat aliquid vocari vſuram:& tamen non niſi verbaliter:vt q̃ſtione.iij.huius materię dicẽt.leges nanq̃ illas componentes habuerunt oculum ad intereſſe:& illud non nominabant:ſed omnia ſub vſurę nomine admiſerunt.& ſic in authen. de nauti.fœnore,excuſatur imperator.Per imperatorem autem intelligo leges componentes. viderunt enim illi prudẽtes viri ſe poſſe falli vℓ aliqd ſtatuere cõtra dei legem:& propterea dicebant in variſs locis ſe velle illam legem & ſanctorum determinatiões amplecti:qui magis verſabant in lege dei q̃ ipſi: & ſic indirecte omnia contra legem dei ſtatuta reuocarunt.quemadmodũ ſi Francorũ rex aliquas leges cum ſuis aulicis prudentibus ſtatueret:& ſtatuendo aliquid contra ius diuinum vel pẽtificũ, diceret in vna ſuarum conſtitutionum. quicquid ſtatuero:quia ego & mei errare poſſumus : volumus vt ſiqd contra legem dei vel pontificum ex ignorantia ſtatuamus,robur non habeat. ¶Sed cõtra hoc arguunt aliqui tam impatorem q̃ leges reprobantes.ſi excuſarent,maxime hoc eſſet: qa leges datas de vſuris reuocarunt:ſed hoc non excuſat eos.qđ probatur dupliciter:primo quia ſaltem ante illam reuocationem eſſent iexcuſabiles: q̃ ante reuocationem ſcirent vſuram eſſe cõtra legem euangelicam vel neſcirent.ſi primum,multum peccarũt.ſi ſecundum:ius diuinum nullo catholico licet ignorare. Secundo,poſt reuocationẽ redierunt ad vomitum. ¶Reſpondeo.omnia ſufficienter & prudentiſſime indirecte & mediate reuocarunt : ſicut in analogia iam diximus . Et ad argumentum dico q̃ ante reuocationem & poſt erant excuſati:quod patebit ex ſolutione argumenti.& dico q̃ neſciebant vſuram quã admiſerunt,eſſe contra legem diuinam.Et quando di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cis.nulli catholico licet ignorare legem diuinam. certe miror taliter arguẽtes.quis eñ diceret q̃ mater mea catholica teneatur scire in particulari qđlibet ius diuinũ?qa autẽ crebro sup hoc loquutus sum:relinquo argumentũ tanq̃ inutile.& dico q̃ illi periti viri qui leges Cęsareas componebãt, nõ tenebãt scire explicite illam dei legẽ Lucę sexto. saltem in sensu in quo ipsa est intelligẽda.nec est verosimile si fuisset eis ostensa q̃ suis legibus ad hęsissent:aut saltẽ eas rõne itereſſe vel aliter, sicut nos,exposuissent.Q uo fit vt licet tenuerint hęresim:quia non tenuerũt cũ ptinacia,nõ sint hæretici.nec qđ amplius est,constat q̃ peccarunt.

¶Ex his patet quid sit vsura:qa vo litio capiendi temporalis lucri principaliter vi mutui.Ille autẽ capit vi mutui q̃ nullo alio iusto titulo capit lucrũ:cũ sit ditior in fine q̃ erat in principio,saltẽ rõne istius contractus.hoc dixerim:qa si nauis eius interea submergat:vel aliunde pdat:nihil ad a. sed si habeat aliquis titulus ali⁹ a mutuo quare habeat lucrũ vel sit ditior in fine q̃ est i principio: oportet dicere quicquid ipse dicat,hoc esse vi mutui.Lucrũ aũt est incrementũ qđ ex volũtaria commutatione habet vltra illa q̃ prius erant sua vel sibi debita.Præterea diximus q̃ licet vxorum pluralitas & libellus repudij in lege Mosaica esset licitus:tñ ꝓbabile est q̃ vsura erat illicita Hebreis ꝓ tẽpore illius legis.qđ ostẽdit per Psalmographum & alios posteriores ꝓphetas q̃ pro illo⁹ legis tẽpore erãt:qui vsuram illicitam reputabãt, & grande nefas nolle ab ea abstinere:siue inter suos:siue inter alios gẽtiles,qui res a deo alijs cõcessas non detinebant.Insuper diximus deum posse de vsura dispensare:& q̃ possibile sit vsurã bene fieri in sensu composito. Vlterius dictũ est nõ posse deduci euidenter in lumine naturali q̃ ois vsura sit reprobanda:qđ patet per illos prudẽtes & vigilãtes scriptores legũ Cęsarearũ qui aliquas vsuras admiserunt.tñ multo probabilius põt deduci in lumine naturali q̃ oppositum.q̃ ois vsura sit reprobanda.cui parti Aristoteles & Marcus Tullius adhęserunt. Amplius diximus q̃ capiẽdo aliquid qđ est mihi alioquin debitum:licet vltra Sortẽ capiam,nõ est vsura:quia non capit lucrum.& ꝓpterea consequens est:si dedi Sorti mutuo.xx.& non habeã securitatẽ vel testimonium: me posse dare ei.xx.mutuo vt det mihi.xl.& securitatem:hoc est:det mihi.xx.& det acceptilationem vel securitatẽ aliã soluẽdi alia.xx. Sed de debito congruitatis hoc est de illo qđ est licitũ capere sine mutuo:non est ita certum me posse cum illo paciſci:vt quando do colono mutuo.xl.vt colat meos agros soluendo ei rationabiliter tãtum quantum potest ab alijs lucrari similiter colendo. Simile erat de scholastico cui do mutuo,dãdo ei pricipaliter vt vicino in necessitate succurram: & minus pricipaliter vt meam lectionem visitet:nõ tamen daturus ei mutuo nisi lectionem meã visitet:quia est mihi honori:fortasse alliciendo notos sibi ad meam regulã: ex quibus lucrũ in fine capio:sed hoc est ratione laborũ quos circa eum applico tam vtiliter q̃ alter applicaret.& si vsura sit: non teneor ei restituere quicq̃: quia capio sortem ꝓ sorte mutuo data:vt capio nouẽ scuta ratione totius cursus:quẽadmodũ ab alio cõmensali magno caperem. Sed tanq̃ probabilius teneo q̃ in talib⁹ nullo pacto committit vsura.Vltimo multiplicem recitauim⁹ pœnã:scilicet damni:qđ gĩa mutui incurritur,ratione lucri cessantis:quia vtrũ q̃ illorũ est mutuatori pœnale. Tertia est pœna cõuentionalis quã appono vt vigilet in soluẽdo: q̃ debet esse moderata:nõ nimis tenuis:nec nimis excessiua.primum vt illius pœnę timore studeat in termino præfixo soluere.secundum ne de vsura sit mala pręsumptio.hanc aũt pœnã vltra sortem accipere possum si in termino ꝑfixo negligẽter soluat.hoc est sua incuria non soluat: & hoc si malo vel ita libenter volo meam sortem in termino signato mihi solui,q̃ eum illam pœnam incurrere.sed si partem sortis soluerit ante terminum ꝑfixum vel in termino:non debeo totã pœnam recipere. Affectio autem ad pecuniam habẽdam sub interesse includi potest.& si addatur hæc pœna, q̃ in quolibet mense post terminum prefixum si non soluat,dabit scutũ:potest fieri vt nullo pacto sit vsura:semper stante hac maxima q̃ in rei veritate malo vel tam libẽter volo solutionẽ sortis sine suo scuto vl̃ sua pœna q̃ ipm pœnam incurrere.semper eñ est virtuale mutuũ de mense in mensem. Alia est pœna legalis vel statuti municipalis.In q̃stione aũt sequente addem⁹ aliquas circunstantias req̃sitas nõ solum in q̃stione sequenti sed in hac:& i qualibet alia: & illas circunstantias semper pro repetitis habebimus:licet propter breuitatem eas in singulis locis non resumpsero.

¶Distinctionis Decimęquintæ Quęstio Trigesima.

Secũdo circa hãc materiam quærit : an iste casus sit vsurarius.do tibi nunc in Augusto centum scuta mutuo ad natalem domini vsq̃.interea tẽporis venit creditor meus & petit a me centũ scuta quæ cogor illi dare. & propterea vendo res meas minoris q̃ valeãt.xv.scutis.vel nõ possum

habere pecuniam nisi cepero ad vsurã:sic vt cogar dare.xv.vltra sortẽ. Et arguitur sic. causa tui hanc iacturã facio:quia tu das mihi hãc occasionẽ, & es causa quare hoc rerũ mearũ incõmodũ incurrã: ergo teneris me seruare indemnẽ de iure nature:ergo possum abs te capere. xv.vltra sortẽ,& hoc solũ vi mutui:qa nullo alio iusto titulo illoꝝ.xv.scutoꝝ dominiũ acq̃ro.¶Respõdeo.de interesse in q̃stione ꝑcedente ex industria ne q̃stio in immensum turgeret, sicco pede prætenui.Dico igit q̃ casus est licitus:& nego q̃ cõmittã vsuram:quia nõ capio illa.xv.scuta vltra sortẽ vi mutui sed vi interesse.hoc est ratione iacturę quã facio:cuius iacturę tu es causa:& ꝑ cõsequens teneris mihi satisfacere. Interesse aũt in hac materia est terminus vulgatissimus:& tantũ valet ac si diceret.capio ratione illius qđ mea interest.Est eñ oratio truncata vt crebro fit ꝓpter breuitatẽ.vt dici de oñi & dici de nullo. Ad me aũt ptinet ne mearũ rerũ iacturã faciã : vel q̃ lucrũ meũ ratiõabile cesset: & ꝓpterea quicqđ ego possum cape rõne icõmodi qđ incurro ex mearũ rerũ mutuo,vel ratione lucri rationabilis mei cessantis:dicor capere ratione mei interesse.

¶ Sed remanent duo puncta excu tienda in ſolutione primi. probo q, volens expe ctare ad auguſtū poteſt ſtatuere ei vnum meſem nam poteſt ſtatuere duos vicinos dies: & qua tō ne duos/eadem ratione tres: quatuor, ſine ſtatu. de duobus patet. quia in die ſancti Michaelis & poſtridie durat indictū ſancti Michaelis Hadin gtonę. eodē modo de tribus vel quatuor: vt in i dicto oim ſanctoꝝ Edinburgi. vel octo diebus continuis: vt in dicto Cātebrigiæ: ſcz Strubech. Sil'r ponat q, eſſem vēditurus corū meū p̄bili ter: vcz quartā partē eius primo die nūdinarū au guſti. Secūdū corū ſcdo die nūdinarū eiuſdē mē ſis: & ſic de aliis duabus quartis. tunc poſſum ti bi aſſignare quatuor dies. ¶ Secūdo p̄bat q, nō potes accipere tantū quātū in vno die ſignato: & hoc ſic. tu habes modiū tritici nunc i hyeme: vel collecta ſegete primo: tu vendes Petro (dictū ē iuſte) tanti quanti ſil'e tritcū vēditū eſt Hadin gtonæ in vno certo die: quia tūc eſſes vēdituꝰ Cōtra. modiꝰ tuꝰ i hyeme arefiet añ æſtatē: ergo deficiet ante auguſtum vna cēteſima pars modij vel decima ſexta pars: ergo ſi conſeruares, minꝰ i quantitate haberes. Inſup haberes curā & ſollici tudinē p cōſeruatione: & forte dares pecuniā pro domo i qua eſt: ergo iniuſte tātū capis in hyeme quantū ſi venderē in auguſto. ¶ Ad primū ne go q, pōt ſtatuere duos dies: & hoc ſi erat expo ſiturus totū vēditioni vnico die. ſed minus icon ueniens eſt p duobꝰ q̄ tribꝰ: & ſic aſcēdendo. & lz poterat quolibet die nundinarū triticū exponere venditioni: tñ ſolū vnico die vēdidiſſet. Forte di

cis. in eodē die p̄cium mutat. Mēſura em̄ frumē ti q̄ hora nona valet. xij. hora. xij. xiij. hora quar ta. xv. ergo inconueniens eſt capere integrū diē. Rñdeo. raro ſolet eſſe notabile diſcrimē i eodem die: et ſi diſcrimen ſit: via humana non pōt poni exactū remediū. in iſtis aūt cōmutationib⁹ ſuffi cit vti rudi Minerua, & his q̄ plurimū euentūt: nō deſcendēdo ad ptes diei: qa ſic duceres anfractꝰ ad ptes minutas horæ. Sed veniēdo ad punctū reducat ad mediū extremorū illꝰ diei qd eſt. xiij. in quo eſt tantū apparentiæ lucri quātū damni: & eatur ad p̄cū mediū. & ita facile eſt reducere totū ad iuſtā æqualitatem ſi ante meridiē fuit vēditio xii. & poſt meridiē cōtinuo p̄pter inopinatā ſor tē. xiiij. eundo conſequēter ad. xiij. Sed tāgit q, vendens intendat quadriptiri venditionē: ad qd dico q, p q̄libet pte pōt capere preciū vſitatū ſeu currēs illꝰ diei: & nō p toto. ſic dices, p hac quar ta modij dabis ſicut p̄cium currit tali die. p ſcda quarta dabis ſecūdū p̄cium currēs die nundina rū imediate ſequenti: & ſic vlteri⁹. ¶ Ad ſecūdū iudicio meo argumentū rōnabiliter oſtēdit q, vē dens debet deducere ſeu defalcare diminutionē frumēti qd fuiſſet minoris menſuræ in auguſto. Et ſic intelligo pri⁹ dicta: vt ego in hyeme vēdēs triticum qd ſeruare p̄ponebā ad primā auguſti vſq; accipere poſſum tātū quāti triticū vendit i illo die reſpiciendo ad diminutionē ipſi⁹. Sed di cis. Forte minꝰ in quantitate tritici arefacti dabit tantū farinæ quātū plus tritici non arefacti. ſicut eadē meſura tritici plus farinæ dat ex feraci ſolo q̄ ſterili ob tritici dēſitatē. Illud nō ſufficit cū mē ſurā ſit repleturus tritico in æſtate & non farina niſi eſſem in farina venditurus, tunc em̄ nihil di minuā. & ſi mihi eſſet voluptati & nō laborioſū quotidie inuiſere triticū qd i domo mea ſeruo & puluerē excutere: nihil rōne illi⁹ diminuā. Q; æq̄ les mēſuræ tritici inæquales dāt meſuras farinæ dubitat piſtor nullus. hoc aūt p̄uenit a ſoliditate & corpulētia vnius grani ſup aliud: & modicꝰ aer includit iter grana. ¶ Sed cōtra. nō erit notabile damnū, ſed nō cōputandum. p̄bat. quia nō rōne a. grani arefacti: & ſil'r rōne b. ſpicæ arefactæ. er go tota cōdēſatio totꝰ modij erit nō notabilis de trimēti. Rurſus in octo meſibꝰ a die ſancti Mar tini ad auguſtū vſq; forte diminuet vna ſextade cima ps modij: ſi ergo p̄poſuiſſem ſeruare ſeptē annis: oporteret defalcare ſeptem ſextas decias modij. & pōt eſſe q, ego velim ſeruare: quia p̄ſciꝰ futuræ ſterilitatis ſicut Ioſeph: vel p curſus ſyde rū more Thaletis oñdētis philoſophū facile poſ ſe ditari. qa licet nemo poſſit cognoſcere effectꝰ futuros depēdentes ex libero arbitrio: tñ pōt co gnoſcere fertilitatē vel ſterilitatē terræ p aſpectꝰ cæleſtes ſerenos vel obliquos: imo eiuſdē āni fer tilitatem p̄gnoſticāt Aegyptij a cremēto Nili ad certos limites. ergo a fortiori ex cælo. ¶ Rñdet. licet cuiuſlibet grani ſit non notabile damnū: bñ tñ totꝰ mꝫtitudinis ē notabile damnū. ſicut i par uo tēpore non cognoſcit motus i horologio, vl' vmbræ factæ a perpēdiculo: in magno tñ tpe il lud dignoſcitur. Nec oportet in æqualibus tpib⁹ ſemp granū p̄portionabiliter arefieri & cōdēſari quia ſic in ſedecim annis totꝰ modiꝰ cōdēſabit ad indiuiſibile: qd eſt falſū. qa dat maxima den ſitas tritici poſſibilis naturaliter. ¶ Ex quo patet q, ſi frumentum non poſſit ſeruari: non potes vendere ſecūdum exigētiā magni tpis futuri/vt ſolet eſſe de frumēto allato ex Sicilia p mare ad Maioricas. ſed potes capere p̄cium ſcdm quātita tē tpis p qd pōt durare: & q̄diu itēdebas illud ſer uare. Sed dicis. ponamꝰ q, ſortes vēdēs modiū i hyeme quē ſeruaſſet ad auguſtū. xl. vbi tñ ſecū dū iudiciū prudētū p̄ciū nō excedet toto iſto āno xxx. tūc cōmittit vſurā: qa capit vltra p̄ciū veriſi mile toto iſto futuro tpe. Sed cōtra. ponat q, io pinato deſtruat frumētū i agris ab abūdātia aq̄ rum vt fit in locis decluib⁹: vel a ſiccitate in terra arenoſa vel montoſa, ſic vt facile futurꝰ ſit exceſ ſus modij ad q̄nquaginta: tunc Petrus nihil per det: ponat q, tenet penes ſe totū frumētū, ſed ſu perlucratur. Reſpondet. Sortes non excuſat ab vſura tranſcēdēs precium veriſil'e ſecundum iu dicium prudentū. Sed rogas an teneat reſtituere lucrum: puta illa decē q̄ capit vltra ſortē. Si dicas non tenet, qa Petrus nihil p̄dit, ſed ſuplucratur: Rñdeo q, hoc nō ſufficit: ſicut frequenter in vſu eſt q, mutuatarius lucrat, quo nō obſtante mu tuator lucrū capiens tenet ip̄m reſtituere mutua tario. ¶ Ex oībus dictis liquet q, qs poteſt eme re frumētū in agris veliam recenter ſeminatum ſine labe vſuræ, dummodo det moderatum pre cium nō tātū quanti æſtimat in horreo collectū: quia eſt ſubiectum multis diſcriminibus, pluuię ſiccitati, zizaniæ, loliis, & carduis, & huiuſmodi iuxta illud Maronis. i. Georg. vbi poſt multa ſe getibus inimica & nociua enumerata dicit. Q; ni ſi & aſſiduis terrā inſectabere raſtris: Et ſonitu ter rebis aues: & ruris opaci Falce premes vmbras: votiſq; vocaueris imbrem: Heu magnum alteri⁹ fruſtra ſpectabis aceruum. Oportet em̄ detrahe re ſeu defalcare preciū ad quātitatē laborū paſſo rum anteq̄ colligat ad horreum: & piculum cæli vel hoſtium. Et rurſus in horreo ſubiacebit diſ crimini teſte Marone dicente. Tum varię illudūt peſtes: ſepe exigu⁹ mus Sub terris poſuitq; do mos, atq; horrea fecit: Aut oculis capti fodere cubilia talpę: Inuentuſq; cauis buffo: & quæ plu rima terræ Mōſtra ferunt: populatq; ingentē far ris aceruū Curculio: atq; inopi metuēs formica

Universidad de Deusto
Biblioteca

senectæ. Si dicas hoiem se posse facile tueri ab his scdm cōsiliū poetę dicētis. Area tū primū in genti ē aquāda cylindro: Et vertēda manu: et creta solidanda tenaci: Ne subcāt hærbæ: neu pulue re victa fatiscat. hoc nō obstat: qa i toto hoc artificio op⁹ ē materia & labore. Et licet det signa ꝓ gnostica qb⁹ cognoscam⁹ fertilitatē frumēti per amygdalū. iqens. Contēplator itē: cū se nux pl'ima syluis Induet in florē: & ramos curuabit olentes: Si supant fœt⁹: pariter frumenta sequēt: Magnaq; cū magno veniet tritura calore. nūq; tū vacabis piculo & iprobo labore. Q; liceat ista emere, patet. qa vēditor ē i ea necessitate q̄ vēdere cōpellit: tū ꝓpter iopiā: tū ꝓpter decessū ad loca remota: tū q; nec ipe nec ei⁹ famuli audēt laborare ꝓpter crudelitatē tyrāni vicini. Videat aūt quātū frumēti solet colligi ex hac terra i mediocri anno hoc est nec vberrimo nec sterilissimo: & tollat aliqd rōne laboris & ipēsarū faciendarū ꝓ frumēto colligēdo: prudentū colonorum iudicio, & sic nō erit error. Ex isto pt; q; arpētū frumēti min⁹ valet i agris Suyntowen. & Norē, q̄ i Coldingam & Bābruch. s. ꝓpter occursū hostiū tpe belli. idē patet de walachiæ & Ragusię agris. Scdo pt; q; frumētū proxime colligēdū pl⁹ valet q̄ qn prio ferebat fructū in culmo: & tūc magis q̄ qn seminabat. Tertio patet q; licet emptorē isti⁹ frumēti moderate lucrari & iuste: qa si nō esset spes lucri nō assumeret hūc laborē. Pro lucro tu pone diē quocūq; laboras. Nec ꝓpterea seqt̄ q; vendēs ꝓ dat: s; stat vtrūq; æque pticipare lucrū: licet hoc non reqrat ad mediū emptionis & vēditiōis. sufficit aūt q; nihil iniq̄ fiat i contractu. Si vero emptor caperet hic excessiuū lucrū: esset vsura sub mutuo iterp̄tatiuo rōne tpis.

¶ Ex oib⁹ patet q; mercator licite pōt ꝓ sua merce pl⁹ capere q̄ merx nunc valeat i foro: dūmō duo ponant. Primū ē q; nō itēdat nunc vēdere suā mercē: s; expectare tēpus quo verosil'r ipa plus valebit. Secūdū ē q; nō capiat vltra pciū verosil'e futurū iudicio prudentum mercatorum. Si enim plus capiat, vsuram committit: & illud restituere tenetur dato q; merx ipsa carior fuerit emptori & multum supluceretur. vt si vendam tibi iuuenem equum vigiti scutis expectando pecuniam, qui iudicio oim non valet vltra quindecim: teneor tibi restituere quinq; scuta: dato q; ob aliorum equorum mortem iste valeat. xl. Vltimo ex dictis habet q; triticum condensatur ad certam densitatem: sic vt amplius in illa specie non possit naturaliter condensari.

¶ Distinctionis Decimæquintæ Quęstio Trigesimatertia.

¶ Vęrit' quito. an iste casus sit vsurari⁹. sortes dat Platoni bis mille libras sterlingoꝝ mutuo, capiēs a. pgū annue valētē cētū sterlingoꝝ libras i pignore. sortes tenet a. pagū & fruct⁹ ei⁹ colligit. xx. annos. & demum suas bis mille libras recipit. Isto casu supposito vtrinq; argumentor. Ad partem negatiuā ꝓ desinitionē vsuræ: qa capit lucrū vltra sortē vi mutui: quotannis em̄ pcipit cētū: & hoc. xx. annis: ergo colligit bis mille libras sterlingorū in illo tpe q̄ octodecies mille francos valēt & ampli⁹: & in fine capit sortem. & hoc facit rōne mutui: qa ab oibus mutuum appellatur. Ad ptē affirmatiuā argumētor. hic casus passim inter viros honestos admittit: nec a sapientib⁹ reprobat: ergo ē licit⁹.

¶ Pro solutione quæstionis ponā ꝓ positiones. quarū Prima est. mutuans pōt capere pignus ad securitatē: vt sit securus de rehabēda sorte: vel tenere æqualēs vel chirographū: & etiā a fideiussore mutuatarij pōt accipi pign⁹. probat conclusio. si nō liceret recipere pignus vel hypothecam: hoc esset ideo: quia capiendo cōmitteret vsurā: sed hoc est falsū: quia nō capit dn̄ium recepti vi mutuationis: cum dominium penes mutuatariū, vel fideiussorē maneat: & nō recipit vi mutui: sed vi securitatis: & vt seruet idēnis. mō multi magnā iacturā mutuādo fecerunt. ipse autē vult se ab illo ꝑseruare solū, proxio factēs gratiam de mutuo. Sic Thobias cepit a Gabelo pignus. Thobiæ primo. & ꝓuerb. xx. dicit. Tolle vestimentum ei⁹ q̄ fideiussor extitit alieni: & pro extraneis aufer pignus ab eo. hoc est: licite tollere potes. & hoc nisi mutuatarius sit in illo casu i quo mutuans tenet ei mutuare. de quo casu est illud Exodi. xxij. Si pign⁹ a proxio tuo acceperis vestimētum: ante solis occasum reddes ei. Ipm em̄ est solum quo operit indumentū carnis eius: nec habet aliud in quo dormiat. Litera satis explicat q; necessarium est mutuatario hre pignus tpe nocturno. Idē habet Leuitici. xxv. & Deute. xxiiij. & de vsuris cap. i. Ex quo colligit q; l; accipere pign⁹: & extra necessitatē mutuatarij ipm detinere. Si vero sit in necessitate, est ei ꝓ tpe illo reddendū: & postea ab ipso accipiendū q̄n est extra necessitatē. Si aūt vasa argētea, torquēs aureā/ aut annulos in pignore habeas: qa hæc non sunt ꝓxio necessaria: non teneris ei illa restituere, quo ad solutionem mutui tui habeas. ¶ Secunda cōclusio. si sit vera ratio impignorationis in titulo q̄stiōis sortes cōmittit vsurā. Dico (vera ratio impignorationis) quia si pignus ad mutuantem de iure spectet: vel qa hēt ꝓprietatem in pignore: & mutuatarius dn̄ium vtile: iam non est vera ratio impignorationis: & hoc cū interesse & pœna sufficienter in q̄stione p̄cedēte exclusum est: qa ponimus q; fructus in sorte nō supputet: nā si illos supputet pōt fruct⁹ colligere: vt dicitur Leuitici xxv. & de vsu. cap. i. qa sic ꝓ fructuū collectionē annuā sors attenuabit: sic. s. vt i fine vigesimi anni teneat restituere pignus. & hoc si vltra labores & impensas & sortem colligat: qa hoc est cōe q; expensæ q̄ fiunt gratia fructuum colligēdoꝝ & conseruandorū a malæ fidei possessore: d educāt vt pt; de resti. spolia. c. Grauis. Probat. cōclusio iā capit lucrū extra sortē vi mutui: qa nulla alia ratione accipit vt suppono. ¶ Tertia cōclusio. p̄ fatus casus in titulo q̄stionis ꝓpositus cū circunstantijs q̄ in prędicto casu addi solent: nō est vsurarius: sed est vera emptio annui reddit⁹, ꝓbatur. nullo modo est mutuum: ergo est alius contract⁹ & nō nisi emptionis: ergo est vera emptio. q; nō sit mutuum, ꝓbatur: vel hoc esset qa apud vulgo loquētes vocatur mutuū: vel ob aliqd aliud. sed nec hoc nec illud, igit̄. Non secundum vt in prosequutione ꝓbabit. nec primū. nam. iiij. Regū. iiij. Heliseus dixit viduæ. Vade & pete mutuo ab oib⁹ vicinis tuis vasa vacua nō pauca. & de hoc crebro ē sermo i scriptura sctā: vt Lucæ sexto. Commoda mihi tres panes. & tamē in panibus est mutuum. & modus loquendi contingere poterat, qa forte in hebræo idē terminus, licet æquoce. cōmodationē & mutuū importat. sicut crebro in lingua gallica & britannica euenit. ergo si ex ꝑte obiecti cōcluditur aliqs cōtract⁹ eē alius q̄ notetur: idem erit ex ꝑte circūstātiarū: cū circa idem obiectū nō modo specie sed numero dentur virtutes specie distincte, & vitia sil'r. scdm Hilariū. & habet de verbo. sig. ca. Intelligētia. vbi scribitur. Intelligentia dictoꝝ ex causis est assumēda dicendi: qa non sermoni res sed rei est sermo subiectus. Semp em̄ debem⁹ attendere intētionē loquētis & nō verba. ff. de ver. sig. l. Nepos Proculo. & ff. de reg. iu. Sēp i stipulationib⁹ ad causam dicti recurrēdū est. de accu. Cum dilecti. & August. in libro de duabus aiabus ait. Non ē facienda controuersia i verbis cum res constet. Stat ergo q; vocet mutuū a loquentibus & non sit mutuū. Hæc em̄ cōsequentia nō valet: vocat a vulgo hic cōtract⁹ mutuū: ergo ē mutuū. Stat ergo oppositū consequētis cū antecedēte q; nō est mutuū: & tm̄ vocetur mutuū. sicut non seqtur iste vocatur leo: ergo est leo. vel ego vocor maior vel magnus: ergo sum talis. ¶ Insup ratione argumētor. hic cōtractus habet aliqd repugnās cōtractui mutui vel contra eius substātiam: ergo nullo modo est mutuū. Tenet consequentia: qa licet vnus contract⁹ possit habere aliqd ꝓter suā naturā: non tamen pōt habere aliqd contra suā substantiam: & sibi repugnans. Assumptum patet: qa in mutuo mutuatari⁹ est obligat⁹ restituere sortem: in isto autem contractu cans agros & recipiens pecuniam nullo modo est obligat⁹ restituere sortē a cōi hominū consuetudine, sed pōt redimere q̄n restituit sortē: hoc est: datur ei facultas vt iterato emat q̄n vult q; mutuatari⁹ sit obligatus restituere sortem. qd pt;, qa ē plus ciuiliter mutuanti obligatus q̄ donatarius donatori q; naturaliter ad vicissitudinē obligatur. Si ergo mutuatarius plus ciuiliter mutuāti obligatur: mutuator habet cōtra eum actionē: qa obligatio ciuilis est mater actionis. modo non videt alia actio nisi ius repetēdi sortem: & ad hoc in foro contradictorio cogetur. Et quia de donatione incidit sermo: patet ratio per simile. si darē mutuo tibi. xx. aureos nūmos ea lege vt eos abs te nunq̄ repetā nec eris mihi obligatus eos restituere nec æqualens: nec aliqd loco eoꝝ. Q̄uis em̄ ille vocet cōtractus mutui: in re tamen est ptia donatio. Cū em̄ liberaliter seu gratuite tibi. xx. aurei tradant & ciuiliter: non es obligatus restituere aliqd loco eorum. Sed qa in ꝓposito addit illa circūstantia pignoris, & perceptio fructuum receptoꝝ: non potest esse donatio. nec est impignoratio ꝓprie dicta: quia licite colliguntur fructus quos colligens non cōputat in sortem: & pignus in manu domini pert. sed hic si vocatū pignus pereat cō suetudine hominum: mutuans nihil aliud vnq̄ habebit a mutuatario: ergo dn̄ium rei est i ipso emēte vel vocato mutuāte. Nec videt aliqs alius contractus dabilis q̄ emptionis: ergo est contractus emptionis. ¶ Preterea. si sortes dicat platō: emo abs te tus recipiēdoꝝ quotānis qnq; scutoꝝ dā do tibi mille scuta tāq̄ pciū mercis emptæ: & dādo tibi facultatē redimendi illud ius, cū mille dederis, & plato cōsenserit: nemo dubitat qn ille sit contractus emptionis licitus. ergo si Titi⁹ dicat Meuio. Meui mutuo tibi mille aureos irreuocabiliter nisi redimere volueris, ea lege vt quotānis. l. recipiā dādo tibi facultatē ius illud extiguēdi cū mihi mille meos. s. capitale vel mutuū dederis. & Meuius assentiat. Tūc sic. prior cōtract⁹ est licit⁹ ergo & posterior. tenet cōsequētia, quia solo noīe a priore distat. nā ꝓponę cōtrahētes sūt eędē ꝑsonę. vl' pone q; sint eędē nūero, hos duos cōtract⁹ faciētes: pecūię & ius recipiēdi sil'es & pacta, cū qb⁹ res & pecūię sūt trāslatę, sūt eadē: igit̄ cōtract⁹ sūt

Universidad de Deusto
Biblioteca

ijdē.tenet cōsequētia:qa sola vocis mutatio sīni hil i re mutet nō pōt facere rerū mutationē. Qz iste cōtract⁹ sit licit⁹ patet:qa nōē melior cōditio vni⁹ q̄ alteri⁹ iudicio prudetū:nec cōtract⁹ est aliquo iure naturali vel positiuo irritat⁹. igit ē licit⁹ De iure naturali hoc seq̄tur ex ꝓbatione prioris partis:qa si sic,hoc maxime esset quia est vsura. sed hoc nō:qa nec est mutuū:nec vera ipignoratio:sed ē ēptio:vl hēt circūstātias aliq̄s ab hoim cōsuetudine:qđ cū emptione maxime cōuenit. Qz aūt vtriusq; cōditio sit ꝑq̄lis patet.vulgo sic vocatus mutuator dat.xx.ꝓ vno:cētū ꝓ quinq; mille ꝓ qnquaginta.mō hoies emere pñt terras sic irredimibiles.nā idem est in valore hr̄e mille i promptu scām hoim prudētiā pecuniā ad honesta negocia sciētiū applicare:& hr̄e ius recipiendi annue.l.vt est i ꝓposito.Propterea ist̄ cōtractū voco licitū:i quo vn⁹ diues alteri mutuat verbaliter pecuniā ad aliqđ officiū applicādā cū cōditionib⁹ exꝑssis & tacitis cōtractui hr̄ētib⁹: vt poste mutuās ꝓ.xx.habebit ius recipiēdi quotannis vnū:nec mutuatari⁹ cogi pōt ad restituēdū.dat tñ ei facultas redimendi: & illud ius extinguēdi dādo tātū mutuanti quātū ab eo accepit in vocato mutuo.& si ager vocatus pignus quocūq; casu ꝑeat:incendio,hostibus, vel alluuione : mutuator non habebit aliud:quia res perit in manu domini:tñ ipe dñs illi⁹ agri pōt ab illo dominio inuit⁹ deponi qñ soluit ei sors principalis.Do tibi analogiam.obligo me tibi vt dē tibi hos meos agros in fine anni valētes annue.xv.qñ dabis mihi mille.tu nō habes pecuniā i promptu:sed in fine anni colliges mille:sed interea tpis hostis iuadit regnū & meos agros:& sic peūt in manu mea qui eram ver⁹ dñs:& tñ habebas ius illos a me emendi.Ex isto patet q; si mutuem tibi centū scuta cū hac cōditione vt ea ad libitū tuū teneas: & tñ singulis annis qb⁹ ea tenebis,dabis mihi qnq; saluo capitali:ille cōtract⁹ est licit⁹ & nullo mō vsurarius.nam cum ponatur irreuocabilitas in contractu:renuncio repetitioni: nec teneris dare capitale nisi volueris.nō em̄ possū te ad hoc cogere.

¶Contra hāc solutionē arguit sic. neuter cōtrahētiū nec.s.ēptor nec vēditor vel nec mutuans nec mutuator:quocūq; noīe voces nō refert:propter nostrum em̄ appellare nō mutatur species cōtractus:sicut ꝓpter nostrū affirmare vl negare nihil mutat in re.Prio Peri hermenias.& cōtractus a mutuo rōne circūstātiarū distrahit:sicut homo mortuus a vera ratione hominis.Neuter inquā istorum cogitauit de emptione & venditione:ergo non consenserunt in emptionem & venditionem.cōsequentia tenet.qa voluntas nō fertur in icognitū.modo cōsensus est actus voluntatis. ¶Rndet.licet cōsensus & termini importantes actum aiæ interiorē intellectus vel voluntatis appellent suā ꝓpriā rōnem logice loquēdo: talib⁹ nexib⁹ nō est innitendū. Distinguo q; non cogitant vel consentiunt in emptione.vel forma liter,& sic cōcedo:vel æqualenter:& sic nego: qa volunt ambo contrahere contractu (recitatis circūstantijs) q̄ est licit⁹ & vera emptio : licet vocet mutuū.ꝓpterea æqualenter cōsentūt i emptiōe & hoc sufficit:siue hoc sciant/siue eos lateat.Exē plū.scis illud a remotis eē aial:sed de qua specie te fugit:sit gr̄a exēpli asin⁹. bene seq̄r.hoc aial vides:ergo hūc asinū vides.& sil̄r hoc aial emere vis:ergo hūc asinū emere vis.esto te fugiat q; sit asinus.sicut logice loquendo:asinū vis emere & non vis emere asinū.& hunc asinū scis esse animal:sed hoc aial nescis esse asinū. Et licet cōtrahentes credāt,hoc est assentiant q; hic contract⁹ sit mutuū:nō tñ oportet q; peccent.nā q̄stiōe tertia vidim⁹ q; crebro hō licite capit vltra sortē aliqđ etiā in mutuo:sed hoc nō est vi mutui: sed vi alteri⁹ lucri.pñt aūt credere hūc cōtractū eē de numero illoꝝ. Et ex isto pōt ingeniū hñs soluere ꝓ magna pte q̄stionē de mōte Florētinoꝝ. sed qa aliqua sunt adhuc huic q̄stioni ipertinētia:adhuc q̄stionem sequentem subnectam.

¶Distinctionis Decimæquinte
Quęstio Trigesimaquarta.

Exto quæritur: vtrū ciuitas idigēs pecunijs possit licite cōpellere ciues subiectos ad mutuādū sibi certā quātitatem pecuniæ:offerendo se ad dādū cuilibet ciuiū pecuniā mutuantiū annuā pensionē donec ei sors soluat:dando tñ ꝑcise.xxviij. ducatos loco sortis centū ducatorū cōmunitati mutuantiū cū circunstantijs fieri solitis in aliqbus Italiæ ciuitatibus,ꝑsertim Venetijs,Florentiæ,& Genuæ:q̄cunstantiæ ex dicendis notæ euadent.& idem potest aliquis rex facere respectu subditorū. sed qa tallias (vt vulgo appellant) reges cū indiguerint imponenere solēt,nō vtūt hac praxi.hę aūt ciuitates iā a mīltis retroactis annis Aristocratice vixerūt,supiorē vix verbo cognoscētes i tpalib⁹, saltem duæ primæ.Propterea supponit q; hanc ipositionē ꝓ rationabili causa iuste iponere possint.& licet supiorē haberēt in tēporalibus, quod apparentissime negabunt:tamē vnaquæq; ciuitas & vniuersitas ꝓ necessitate sibi incumbente ꝑspecialē collectā indicere potest.C.de ope.pub.

.I.Omnes.sicut Parisijs pro ponte sup Sequanā extruēdo a bhinc paucos annos patuit. Latenti⁹ tñ in cōmeatu seu esibilib⁹. ¶Accedēdo ad ꝓpositū,aliquæ ponunt circunstantiæ.Prima ē q; ciuitas indigēs pecuniis iponit ciuibus sibi subiectis ꝑdicta onera ad q̄ qlibet soluenda compellī etiam inuit⁹.Statuit iterum q; tpe quo ciuitas non restituit sortem ciui : vt habeat vnū de.xx. hoc est q̄nq; pro centum: sicut q̄stione præcedē te recitauimus:& per consequens ciuis dans centū habet ius sup bonis ciuitatis ad exigendū & accipiendum annuatim a ciuitate quinq; pro cētum mutuatis:& non potest reuocare vllo pacto suum capitale.sed ciuitas ipsa potest ius qđ habet ciuis extinguere ad libitū etiam dādo ꝑtē sortis mutuatę ab ipso ciue.& cōiter.xxviij.solū restituit et q centum ciuitati mutuauit.& sic extinguit ius ꝑdictū:& sors reputabit totaliter restituta.& ꝓ redditionē partis sortis hæc q̄stio a ꝓcedēte differt. Alia circūstantia.annuas pēsiones ꝑdictas quas ciuib⁹ ciuitas assignat,vult dare ꝓ refusione interesse qđ ciues patiunt ex suarū pecuniarū sic mutuatarū caretia:siue illud itereresse sit dāni emergentis siue lucri cessantis:aut si nullū iteresse patiant vult illas pēsiones dare liberali & spōtaneo dono:tanq̄ ad tale bñficiū donationis eis i pendēdū:sed tamen ciuitas ꝓuocata est ex eoꝝ beneficio:ita vt velit eos esse tutos in vtroq; foro.s.dei & fori.Vult ꝓterea ciuitas q; qlibet ciuiū possit ius suū qđ habet alienare sup bonis ciuitatis dando illud alteri dono vel venditione:ita tñ vt ciuitati liceat illud redimere etiā ab illo alio: & eodē ꝑcto.sc; dando.xxviij. ꝓcētū.& ille ali⁹ tenebit reuendere ciuitati: sicut tenebat prim⁹: retētis etiā illis pēsionib⁹ quas ꝓcepit a ciuitate absq; vlla restitutionis obligatiōe. Interdum tñ qñ cōditio ciuitatis est deterior facta:non dat qnq; ꝓ centum. quandoq; etiam dat vltra qnq; pro cētū.Venetijs em̄ vt referunt dant qñq; octo vel nouem ꝓ cētum.& interdum etiam non dat ciuitas xxviij.ꝓ redimēda sorte.s;. xvvij.vel min⁹. Cū his stat q; aliq⁹ ciuis recipit vltra sortem in quētib⁹ annuis & postea.xxviij. aliq⁹ min⁹ recipit q̄ sortē:aliquis æq̄liter.Ex his vides q; alicui ciui non ē satisfactū de itereresse nec vnq̄ satisfiet:imo irreparabiliter deduct⁹ ē ad maximā iopiā:cū sit cōpuls⁹ mutuare & neq̄at seipm releuare.Aliud est hic q; aliq ciues nō cōpulsi sed ꝓprio motu & sua ꝑsonte mutuant ꝑdicto modo ciuitati,vt habeāt lucrū:& cōiectant q; non patient vllū dānū:nec cessabit sibi lucrū:ꝑ; plus lucri hac via cōsequētur q̄ alio pacto cōseq; possent. vt qñ dāt octo vel nouē: vt diximus fieri Venetijs.Ex his ꝑcipere potes harū ciuitatū praxi. Mutuātes aūt pecuniā ciuitati Venetijs vocant habētes imꝑsti ta.Florentiæ creditores mōtis appellant.Genuę habentes loca.Q đ de vna ciuitate & de vno mō appellādi dicim⁹:de alijs intelligi pōt.sed qa mōticuli nīi grati⁹ Florētinorū vocabulo vtent de creditorib⁹ mōtis:illū modū loq̄ndi ꝑ alijs ꝓseq̄r

¶Istis suppositis & historice (qa ē q̄stio facti) recitatis,pono hāc cōclusionē. Florētia licite pōt denarios mōtis tot iponere quot sufficiūt,ꝓ amotiōe illi⁹ mali qđ reipublicæ ciuitatis imminet:dūmodo illud malū sit pei⁹ vel pnicio sius reipubli. q̄ sit hoc qđ est ciues cogi ad tales denarios soluendos.Probat.qa ad hoc ciues tenent.Et declaro i terminis.ponam⁹ q; Veneti vl rex Parthenopæus iuadat Florētiam:ita vt ciuitas Florentina habeat iustā causam belli:sed non habet pecuniā in prōptu:& pecunia est neru⁹ belli:iā qlibet ciuis tenet resistere corpe si opus fuerit:ergo & pecunia.cōsequentia est nota:qa si tenet in maiore/& i minore tenebit. sicut em̄ man⁹ exponit se piculo pro salute capitis & integritate totius corpis veri:sic debet esse in corpe mystico ipsi⁹ ciuitatis.ergo ciuitas pōt suis subditis hoc tributū seu/vt dicūt,collectā iponere. Dicit i conclusione(dūmō illud malū sit pei⁹ &c.) qa si sec⁹ sit:nō pōt ciuitas eos cōpellere ad hoc:nec ad hoc tenent:& ratio est:qa nemo tenet ꝓ ipediēdo minore malo ab aliquo corpe illud agere qđ est pe⁹tius malū eidē corpi:mō cū respublica nō sit nisi ciuiū cōgeries:tā⁹ pōt esse denari⁹ mōtis vt esset pnicios⁹ reipub.q̄ esset rēpublicā pati aliud malū iminēs:ꝓ cui⁹ amotione talis denarius mōtis imponit.Ex isto cuilibet itelligēti liq̄t q; ciuitas potest tanta calamitate eē pressa:vt sufficiat restituere decē ducatos ꝓ cētū:immo vt nihil teneat. restituere. Secundo seq̄t q; peccāt optimates ciuitatis imponētes plus tributi cuilibet q̄ opus sit ad succurrendū necessitati ciuitatis imminēti:nā cū debeāt esse ciuitatis patres: plurimū deliquūt si possint aliter ciuitati succurrere q̄ grauādo subditos ad quorum iacturā respublica grauatur.licet em̄ respu.illa dicat Aristocratica: tñ auctoritatem habent a tota multitudine. & sicut popul⁹ instituit reges ꝓ bono cōi:sic optimates vrbis populi liberi auctoritatē habent a toto populo.qua re caueāt iponere collectas excessiuas in cerutices plebis ne i rebellionē insurgat:sicut plebs crebro fecit Romę contra senatum,dum politia eorum Aristocratica viguit.Vlterius patet q; ciuitas illi citet tales denarios indicit ꝓ bellis iustis: vtpote ꝓ aliorꝝ terris inuadēdis:vel ꝓ ciuitatis vana gloria:quia nō sunt eneruanda mēbra naturalis corporis ꝓ eius decore accidentali.Vñ Aristo.iij. topicorū.Sanitas est eligibilior q̄ pulchritudo vel decor corporis.sic nec in corpore mystico.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶His prehabitis:queſtionē paucis
ſimis (licet varij circa eam mlta pdige dixerint)
abſoluam. Ciuitas pro rationabili cā pōt tales de
narios mōis imponere ciuib⁹ ad ſuccurrēdū ne-
ceſſitati occurrenti,& non ampli⁹.hæc aūt neceſ-
ſitas cū eſt circa magnā pecuniā nō cōſiſtit in idi-
uiſibili.ſed non pōt imponi pro vana pōpa ciui
tatis vel optimatum faſtu vel pro bello iniuſto.
ciues aūt non mutuāt pecuniā ciuitati:ſed annu
os reddit⁹ emūt.qđ ex q̄ſtione præcedente pba-
tū relinquo:& hoc ſiue ciues ſint cōpulſi ad mu-
tuandum:mutuandū inquā verbo tenus:ſiue ſe
paratos offerant:quēadmodū hō ſe paratū oſtē-
dit ad emēdos alios annuos redditus. Et qa circa vitalitia & varios alios contractus argumēta
aduerſarioꝝ ſoluūt:ſupuacuū ē verba mltiplica
re:& paruo pedi magnū calceū aptare. ¶Ex his
dictis & q̄ſtione p̄cedenti patet ciues poſſe eme-
re annuos redditus a ciuitate vel a pticulari viro
et ſi taliter faciant in his ciuitatibus ciues:nō pec
cant vllo modo qñ ſunt cōpulſi:qđ luciduſſimū
eſt.Idē dico qñ ſua ſpōte petunt:quia emere red
ditus licet.Vlteri⁹ qñ optimates ciuitatis ponūt
ciuibus pecuniā mutuandā ſiue p̄ſtandam ciuita
ti p rōnabili cauſa nō peccant.nec eſt facile credi
tu q vrbis primores & ciuium patres p̄ter ratio-
nem collectā ponant:ſed vbi ſecus faciūt:in ci-
ues delinquunt.

¶Diſtinctionis Decimæquinte Queſtio Trigeſimaquinta.

QVeritur ſeptimo: an
liceat ad vſurā capere. Pro
ſolutiōe q̄ſtionis notato: q
petens ad vſurā pōt duob⁹
modis ſe hre.vel nō hēt ne-
ceſſaria p ſuo ſtatu: vel hēt
ſufficientiā p ſuo ſtatu. qd
ſit ſufficientia naturæ & ſta
tus:ſuperius in hac diſtinctiōe retulimus. ¶Iſto
notato pono duas cōcluſiones. Prior eſt.Nō ha
bens neceſſaria p ſuo ſtatu pōt capere pecuniam
mutuo:eſto optinet mutuatorem nō daturū mu-
tuo ſine vſura:cōcurrentibus trib⁹.Primū:q nō
poſſit aliunde habere mutuo. Secūdū:q non pe
tat mutuo ad vſurā:nec ſe offerat paratū accipe
ad vſuram. Tertiū:q rōnabiliter egeat pecunia.
ſed ex verbis concluſionis hoc ſatis colligit.Pro
batur concluſio.qcunq; facit illud qđ ſibi & ſuis
ſecūdum rōnē naturalē incūbit/ nō peccat hoc fa
ciendo:ſed iſte de quo loquimur ē hmōi. Eget ei
pecunia pro ſe & amico ſuo:ergo licitū eſt ei acci
pere mutuo cum aliter ſibi ſuccurrere non poſſit
ſed nullum inuenit niſi vſuratū.igit. Secūdo p
bāt idem.ſi peccaret petendo mutuo:hoc eēt q̄a
daret mutuatori occaſionē peccati: ſed hoc non.
nā illa occaſio eſt indirecte data ab eo:& diſplicet
ei q alter dat ad vſurā:mallet em̄ q gratis daret
& diſplicet ei etiam ſe eſſe i illo ſtatu vt p ſui ſuſ
tentatiōe cogat petere mutuo. ergo non peccat.
Et patet p ſiſe:& eſt rō ad concluſionem.mulier
cognoſcēs q aliqs ex aſpectu ſui mouet ad libi-
dinem iordinate:pōt eccleſiam adire vel forū p
tempore & loco:eſto iudicet alios peccaturos:qa
ipſa facit qđ ſuo officio incumbit. ¶Secūda cō
cluſio.petens mutuū ab illo quē iudicat vel iudi-
care debet non daturū mutuo niſi ad vſuram:nō
ſtantibus his circūſtantijs peccat. Dixi (quē iu-
dicat vel iudicare debet) nam ſtat q ſit ignoran
tia inuincibilis ne cognoſcat mores illi⁹ quē adijt
Probatio cōcluſionis. qcūq; dat alteri occaſionē
peccādi proponēdo ei materiā vnde alter ſumit
occaſionem peccandi vbi nō habet iuſtā & rōna
bilē cauſam materiam pponēdi peccat.ſed qlib;
petens non ſtantibus his circūſtantijs eſt hmōi.
igitur.& patet p ſiſe de muliere de qua mentionē
fecimus in priore concluſione. Si em̄ ipſa exhi-
beat ſe qñ non hēt rōnabilē cauſam aſpectui illi⁹
quē credit caſurū i libidinē inordinatā:ipſa pec-
cat:infideliter cū pximo agens. Eccleſiaſt.xvij.
Vnicuiq; mandauit deus de pximo ſuo.

¶Contra priorem concluſionem ar
guit.mutuatarius eſt cauſa quare mutuans pec-
cat:ergo ipe peccat. Añs patet: qa forte mutuās
erat in tēplo orās vel i lecto cubans de nullo ma-
lo cogitans. ¶Secundo arguitur ad idē.dās ad
vſuram peccat:ergo accipiens ad vſurā peccat.
Tenet cōſequētia:qa dare ad vſurā & accipe ad
vſurā relatiue & correlatiue ſe habent. Nemo ei
pōt dare ad vſuram niſi aliquis accipiat ad vſu-
rē/& ecōuerſo.ergo ſi dare ad vſurā ē pctm̄: acci
pere ad vſurā eſt pctm̄. ¶Ad primū diſtinguo
q ſit cauſa peccati alterius. vel occaſionalis & in
directa:& ſic concedo:vel directa,& ſic nego.mō
primum nō eſt pctm̄:ſed vti malo alterius ad bo
num finem.ſicut patriarcha Iacob vſus eſt iura
mento Laban per idola.Gene.xxxj.pro pace in
ter ſe & Laban facienda:& tñ ſciebat q Laban
grauiter i hoc peccaret. ¶Ad ſecūdū negat con
ſequentia. quemadmodum non ſequitur. pater
eſt peccator:ergo filius eſt talis. Conſequētia aūt
valet in ppoſitione de eſt ſcđo adiacēte: vt ſi pa-
ter eſt,filius eſt.vel ſi aliqđ ē p̄,aliqđ ē fil⁹.hoc
eſt, ſi vnū relatiuū verificet de trāſcēdēte:reliquū
affirmabit de eodē.ſic i ppoſito:ſi dās ad vſurā
eſt,accipiēs ad vſurā ē.Nōne vides q raptor a ra
pto capiēs pecuniam peccat:& tñ ille a quo pecu
nia rapit dās pecuniā illā non peccat?

DVbitatur.an vſurarii ſint a
republica tolerandi:& a poteſtate eccle-
ſiaſtica & ſeculari. ¶Rndet q non:ſed
extirpandi ſunt:tū qa eorū peccata publica ſunt
in reipublicę pniciē.tū quia dei offenſiua. multa
em̄ bona ciuium vſurarij ad ſe trahūt & fraudu-
leter ſugunt:ſunt em̄ hoſtes familiares & vulpe-
culæ.Tū q in bonis iniuſte acquiſitis non eſt ſe-
curitas ſeu ſtabilimentū.recte vulgari carmine di
cit.De male q̄ſitis vix gaudet tertꝰ hęres. ¶Sed
contra iſtud arguit.ſi non eſſent vſurarij:nihil da
ret mutuo:ſed hoc ē incōueniēs i republica. ¶In
ſup permittunt meretrices viuere in vrbe ne dete
rius contingat.vnde Aug.in ſermone de ordine
Aufer meretrices de rebus humanis:& oia libidi-
nib⁹ pturbabis. ¶Ad primū negat ſequela.mul
ti em̄ ia gratis dāt mutuo.& eſto vni ſit lucrū tē-
porale:tñ toti reipublicę eſt inutile:& aliquibus ge
neri⁹ hoim obeſt habere mutuo.nā ſi vir ſit pru
dens:aliā viam q̄ accipiēdi ad vſurā adinueniet.
¶Ad ſecundū argumētū dicit.q nō eſt ſimile:
quia ſicut arguēdo dicit/prudētes legū latores ali
qua peccata minora tolerant ne deteriora in repu
blica cōtingant.viſa em̄ hoim pcliuitate ad libidi
nē:ſi non tolarent meretrices:adulteria, inceſt⁹,
ſtupra,& deteriora contingerent & crebro homici
dia.non ſic eſt in alio. ¶Sed forte dicis.prudētes
& circūſpecti viri meretrices ab vrbe fugāt: quia
nolūt q ppe ſuas domos maneāt.ergo qua rōne
poſſunt eas eijcere ab vno vico:poſſūt eas eijcere
ab alio & a tota vrbe.Inſuper verbi diuini decla-
matores reprobant eos qui eis locāt domos.& tñ
ſi in vrbe maneant:oportet habeāt domos. Præ-
terea verbi diuini buccinator contra fœditatem
carnis p̄dicat:& tales mulieres ad caſtitatē allicit:
vt Pariſijs videmus iā de magno numero filiarū
pœnitentū. ¶Rndet negādo q circūſpecti viri
omnes a magna vrbe eijciunt:bñ aūt a locis ho-
neſtis vrbis & ab aliorū cōſortio,ad loca infamia
& viliſſima totius vrbis. Ad ſcđm.pōt fieri q in
locis p̄dictis eis domos locantes non peccent. Se
cundo dico q forma arguendi nihil valet:ſuppo
ſita enim malitia hominum neceſſe eſt vt ſcanda
la veniant:ſed ve illi per quem ſcandala veniunt.
Ad tertium dicitur q cōcionator bene agit:& q̄-
uis multas ad caſtitatem trahat:manebunt impu
dentes & male in ſua fœditate:& cohibet ne mul
titudo p̄ceps ruat in libidinem. Sed replicas:ver-
bi diuini declamatores poſſunt oēs meretrices
ad caſtitatē allicere & impedire ne ſint meretrices
in magna vrbe communes: & hoc eſt eas pellere
ſeu fugare ex magna vrbe:quia hoc eſt facere q
nulle tales in magna vrbe vigeant. Iam reſpōdi.
prædicent quantum voluerit:nunq magnam vr
bem a tali lolio & ſentina purgabunt.licet em̄ tri-
ticum purum ſeminaueris:lolium cum tritico p-
tinus in manipulis meſſis inuenies.Nec oportet
theologum inſiſtere caſibus poſſibilib⁹ logice lo
quendo:ſed his qui contingunt.propterea non
reſpondeo aliter ad formam niſi concludendo q
audacter prædicet concionator caſtitatem efferen
do:luxum deteſtando quantum poterit.eius em̄
non eſt ad aliud in politia habere oculum.

¶Diſtinctionis Decimequinte Queſtio Trigeſimaſexta.



OCtauo q̄rit de quo-
dam contractu quē cambiū
burſæ dicunt: quo vtriuſq;
heſperię mercatores vtūt:vt
a religioſis mendicantibus
qui apd eos diuerſantur,ac
cepi. Cambiū aūt burſæ fit
hoc modo. Brugis vel Hādwerpię in platea mer
catoribus deputata ſurgit vnus petens:ſi quis ve
lit dare mille ducatos mutuo ad quatuor vel qui-
q; mēſes mercatori p̄fecturo ad Hiſpaniā vl Ita
liam:is habebit cētū vel bis cētū:& hoc vltra capi
tale.Nā cambium burſę creſcit ſcđm exigētiā pe
cunię iter mercatores:& ſcđm abūdātiā decreſcit:
& ſic variat. Accedit hñs pecuniā accepta ſecuri-
tate:& hāc pecuniā dat mutuo/capiens vltra ſor-
tem nō ratione mutui:ſed intereſſe: quia vt dicit,
intēdebat mercari & mercatus fuiſſet ſi hūc faciē
di modū non reperiſſet:ſed vbi reperit,nō inge-
rit ſe amplius ad mercādū: vel parum mercaturā
exercet:tranquillius & ſecurius capiēs ſuū lucrum
q̄ tranſeūdo mare:ſollicite & anxie inquirēs quō
ſe habeat cābium burſę: & ſi burſa non fuerit ſa-
tis alta Handwerpiæ:mittit pecuniam Lugdunū
vel ad regiones remotas vt eo modo viuat: relic-
ta mercatura:Iam eſt q̄ſtio:an hic modus viuen
di ſit licitus. ¶Et vt paulo altius repetam⁹ videa
mus huius burſæ originem:quæ poterat ſic eſſe.
Sortes mercator egens pecunia Brugis acceſſit
Platonem mercatorē/p̄mittēs ducentos vel trecē
tos pro bis mille ducatis. Plato ratione itereſſe iu
ſte hanc pecuniā accepit.ſimilē gratiā fecit Ferdi
nādus Gunſalo:& Titus Meuio:& ſic creuit bur-
ſa.ſemp enim mercatores egētes faciunt iſtas p̄-
clamationes. Tūc ſic argumētor.a.habēs bis mil
le ducatos applicat mille ad merces:& mittit i Hi-
ſpaniam:& ſuperlucratur ducentos vel cētum du
catos vltra expenſas/labores/& pericula:dat Pla-
toni mutuo reliquos mille:ergo licebit ei accipere
cētū ratiōe itereſſe.& ſi hoc liceat ipſi a.in parte:li
cebit eidem in toto:& idētidē ipſi b.& ſi liceat hac
vice:pluries ſine ſtatu licebit.vel da rationē ſtat⁹.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Distinctionis Decimęquintę

Dicis forte.elecit a se onus humeris Adę & poste ritati toti iniunctū,In sudore vultus vesci pane. nec bene deseruit in corpore mystico. Nā rex vigilat ꝓ vtilitate cōmuni tpali:ꝓ seruāda pace iter subditos:& ad expellēdos hostes: eꝑi ꝓ spūalib⁹: religiosi orāt:mendicantes sunt materia habendę virtutis,& ab eis emitur regnū cęlorū.mercatores deferūt merces ex vna regione ad aliam & reipublicę cōducunt.isti aūt ducunt dies in ęcio.Contra hoc argumētor.isti p̄bēt fomētum deferendę mercis de regiōe in regionē.alij eñ si nō haberent pecuniā ab istis:merces non transucherent: cū crebro eis desint pecuniæ:& mercātes ex eis assequūtur lucrum:alioquin nō caperent mutuū ab istis. Item da:quō cāpsores laborant plusq̄ istī aut ille qui mittit famulos suos de regione in regionē: & ipse domi quiescit? Dicis.habet sollicitudinē vēdendi,emendi,& transportandi.sic iste habet sollicitudinem rehabendę pecunię:reperiendi mercatorem fidū:& si interdū mittat merces ad regionē aliquam:iam laborat. Insuper quo modo laborat dñs talis quolibet die non ꝓhibito transiēs ad vendum/nō hñs vxorem & liberos:omnem sollicitudinē dans suo œconomo seu seneschallo familiæ Platoni:ab eo nullū cōmodū recipiēs? Iste igit mercator non viuit in peccato:quia satis laborat domi circa vxorem & familiam regendam. ¶Et sic stat tota q̄stio ab exordio mota:quare iste mercator videṡ duas vias viuendi de sua pecunia/scilicet mercandi:vel mutuandi & capiendi ratione interesse:relinquit priorem viam secundę adhęrēdo.quia ponitur q̄ iste intēdebat mercari:& mercatus fuisset si mutuatarium non reperisset.dantē sibi ratione interesse. Dices forte.nihil capit ratione interesse cū ꝓponat vitam totam sic transigere & nunq̄ mercari.secus est de illo qui semel dat mutuū:& ratione interesse capit pecuniā intendēs alias mercari.Hoc non sufficit:quia ponat q̄ de nunq̄ mercādo nihil cogitauit:vel si cogitauit nō deliberauit:& respirat.vtriq; eñ videt periculum: & capitale hic interdū extictum ob inopiam mutuatarij:sicut in mari vel terra.ergo nihil ꝓbas cōtra illum qui nihil deliberauit:vel contra illum q aliquas merces mittit ad mercādum:quia nūc per istam pecuniam ipse mercaret:nisi virum reperet qui hāc pecuniā q̄rit.Nec lacerat suam famā:cui⁹ indicium est q̄ alius istū quærit,& non iste alium. Etiam aliquis licite volens mercari pōt adire socium pecunia egentem:dicendo se esse paratū mercari.sed si posset morem gerere alteri : libenti aio se id facturū dūmō det alius ratione interesse tātū quantum lucrari poterit. Sed si plurimum istū faceret,esset de isto vehemens præsumptio q̄ nō intenderet mercari:sed sub vmbra vsurę id faceret. Nos aūt ponimus q̄ alius venit ad istum dicēs ei.sic mutuantes quęrunt & quęrunt:ꝓficiscuntur in regiones remotas vel ad eas mittunt . Contradum hoc facit semp est paratus mercari si virum egentem non reperiat cui vult humane suam pecuniam mutuare,in lucrum mutuatarij & in lucrū proprium.Forte dicis.in his vbi est interesse requritur q̄ mutuator malit vel ita libenter velit mercari vt mutuare & non libentius.modo iste libēt⁹ vult mutuare,q̄ mercari. Cōtra.anteq̄ superuenit mutuatarius:mutuator erat indifferens ad vtrūq; sed quando vir mutuat,illud libentius vult quia in illā partē descendit.sic est hic interdū.Non valet dicere q̄ hic faciēdi modus est securior q̄ mercatura:& per consequens hoies si illud licite fieri potest,relinquent mercaturam huic viæ adhęrendo.quia lucrum in terra est securius q̄ in mari:& tamen est licitum:nec propterea nulli erunt mercatores.Eodem modo in ꝓposito:quia iste modus dandi pecuniam sic mercatores dilatat.Et iterum sic argumentor.sint sexies nundinę,seu vt dicūt, sex indicta in anno:vnū pro Ianuario & Februario Lugduni:secundum ꝓ duobus mēsibus Rothomagi.& sic per annum.tunc sic. Sortes Parisiensis intendit adire omnia ista indicta annue:& sic viuit & vixit annis octo vel decem prætęritis. ipso volente in Ianuario adire Lugdunum: supuenit Plato petens ab eo mille aureos quos volebat expendere dans tantum lucri sorti quantū lucraretur in illis indictis supra sumptus/discrimē & labores famuli:sortes licite capit sexaginta vltra sortem.Veniat prętera Cicero in secūdis duobus mēsibus:videtur posse tantūdē capere. & sic a Ioanne.& si sic:toto hoc anno & omnibus ānis futuris.Dices. licet coram deo nō committat vsuram:tamen patitur suam famam corrodi sub palliatione vsuræ:quia licet actum de se licitum fecit non tamen licito modo.Contra.potest iste declarare suam innocentiam alijs,& eos non scandalizare.Ecce casum vt ī praxim ducī seu practicaī, propositū:motiuis impsentiarum mihi occurrentibus coloratum.

¶Respondetur q̄ casus est illicitus: & mod⁹ sic viuēdi est piculosus/inhonest⁹/& ab oi prudēti viro excutiēdus . nec capit pecuniā vltra sortē rōne veri interesse.nā ad verum interesse nō sufficit hoc ꝓpositum vniuersale:vellē mercari si non reperirem hanc viā:sed quia eam inuenio/tā q̄ securiorē accepto negociatione relicta: sed requritur q̄ proponat nunc in particulari negociari, forte requisitus ab alio capere tātum quātum verosimiliter lucraturus est iudicio prudētum vltra labores & expensas:& q̄ libentius vel ita libenter saltem vellet negociari vt mutuare & capere aliquid ratione veri interesse:& nisi pietate motꝰ suc

curreret vicino:mallet vti ꝓpria pecunia mercando q̄ mutuando.qđ hic non cōtingit.nā iste mittit viros exploratores de loco in locum vt cognoscat vbi cābiū bursę sit altius. Insuper vt demus hunc casum non esse vsurarium:adhuc est illicit⁹ ob laceratione famę quā non deberet pati ꝓ magna pecunia.Et licet succurrere vicino semel vel raro dando mutuo,& capiendo aliquid ratione interesse,non sit pctm̄:tm̄ si pluries fiat:est pctm̄:qa illud qđ a principio non habuit speciem mali:successu tpis habet speciē mali. Declaro in terminis. licite potes alloqui formosam vxorem vicini tui semel vel bis: & tamen ob circunstantias pōt esse actiuū scādalū:esto non pecces.sicut antiqui pres & bñ loquuti sunt de ebrietate ducta in consuetudinē:quę est grauior q̄ ab iitio:quia minor ē ignorantia. ¶Ecce quid super hoc contractu sentiā.& nolim religiosos Parisijs studētes:mercatores adeuntes in quadragesima in Anglia,vel Flandria in hoc cōtractu vel alio esse mercatoribus nimis i dulgētes:sed querāt in primis honorē dei & salutem animarum:& temporalia eis non deerunt.

¶Distinctionis Decimęquintæ Quęstio Trigesimaseptima.

IN quæstione supio ri de bursa cambij non nihil loquutus sum. sed qa solet esse disputatio cōmunis an trapezitæ seu cāpsores permutando & capiēdo plus q̄ debēt/vsurā cōmittāt:ꝓpter ea nono circa hanc vsurę materiā Quęrit.an iste casus sit vsurarius. Sortes campsor dat tibi scutū Parisijs in auro:& capit abs te paruum album in pua pecunia vltra scutū. Et arguit q̄ sic.capit lucrū vltra sortē scilicet paruū album vi mutui.ergo est vsura.In oppositū arguit.ars campsoria ē reipublicæ admodū vtilis:& cōtractus nullo iure ꝓhibitus:ergo contractus cāpsorius dūmodo vtiatur circūstantijs requisitis est licitus.Prima ꝓpositio de eius vtilitate patet. Nā habenti aurū & volenti aliqua minuta emere:vel eleemosynā dare,expedit paruam pecuniā habere. & econuerso parua pecunia nō ita bene seruaī,nec ita facile deferī vt aurum:ergo conducit etiam interdū ꝓ parua pecunia aurū habere.Item in cambio adhibita schedula sortes vadit Parisijs Romā:si eñ deferret,secū aurum/esset ei laboriosum:& forte suę necessitatis causa:quare accedit trapezitā quē bācarīū vocant:dando ei Parisijs centum ducatos cū centū solidis:quatenus Romæ habeat centum ducatos p̄cise.illud eñ est vtile sorti.& nunc ex praxi constat:q̄ cū Sortes non affert secū pecuniam vltra sumptus:sed capit ordinate de bona vrbe in vrbem:sospes a latronib⁹ euadit:secūdū illud Iuuenalis.Cātabit vacuus corā latrone viator.schedula aūt quā secum affert:latronibus foret iutilis:& causa eorū mortis:quia per eā deꝓhēderent.ergo illud est sorti vtile:& Plato campsor nō tenet gratis ei inseruire/curando dari ei Romæ centū:quia oportet eum habere illic famulum vel cōsociū fidelē/& magnam supputationē pecuniarū facere: & tandē ad socū mittere famulū vel amicum.virtualiter Plato defert i itinere pecuniam tuā:etiam cum securitate:qđ multū tibi valet.non tñ sequit q̄ possit tantū capere abs te ac si tecum iret:& tuam solam pecuniā portaret saluā : quia non solū pecuniā tuā virtualiter defert: sed etiā multorum aliorū:& cōmodi⁹ q̄ iter faciendo/pecuniā portat. Alia ꝓpositio,videlicet q̄ nullo iure est reprobatus,patet:quia nec naturali nec diuino nec humano.vel doceas de iure illo.circūstantias autem loci,tpis,finis,& quis &c.facile applicare potes.

¶Respondet concedendo q̄ cōtractus dictus est licitus:& nego q̄ sit vsurarius: qa non capit lucrū vltra sortem vi mutui:sed vi permutationis.mō pmutatio non est mutuū:sed cōtractus omnino distinctus. Sed dicis.saltem Sortes campsor in casu q̄stionis nō seruat latitudinē iustitię cōmutatiuę:quia dat solum scutum & capit paruū albū vltra.sed aggregatum.xxxv.solidorum cū albo in pua pecunia plus valet tibi in caupona vel alibi q̄ scutū:ergo sequit q̄ Sortes illicite contrahit. ¶Rñdet negādo q̄ Sortes nō seruat latitudinē iustitiæ cōmutatiuę.licet eī aggregatū pecunię tuę plus valeat in caupona vel i domo mercatoris q̄ scutū eius:tñ non plus valet q̄ aggregatū ex suo labore quo tibi iseruit & suo scuto:sicut tu emis carius salmonē Parisijs q̄ valeat Aberdonię:sed nō secūdū labores & expēsas factas ab intermedijs mercatoribus ad vrbē Parisiensem vsq;.oportet eñ ratione laborum quos mercatores habuerūt vltra expēsas aliquid dare. Sic in proposito nummulari⁹ facit expensas i se & in sua familia vt tibi & alijs inseruiat:cāpiēs ab vnoquoq; ꝓ expensis & labore:non ab vno solo sed proportionabiliter cū quo plus cambit ab eo plus accipit.nec habebit solutionē nisi ab illis cū quibus cābit.oportet ergo vt aliquid habeat vnde viuat,abs te & tibi similibus capere ratione expensarum & seruitij impensi. Sed dicis.tunc non licebit lanio vel cauponi aliquid capere ratione pmutationis:cum enim ex hac arte non viuant:faciunt contra iustitiam commutatiuā. Dico q̄ nō sequitur:dummodo parum capiant:quia habent sollicitudinem in numeranda pecunia : & in eius bonitate cognoscenda.ratione cuius seruitij qđ ti

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti ꝓcessus inutiles reipublicę:& oporteret mercatores multos ciere ad cognoscēdam totā latitudinem iusti precij:cum forte deceptio esset parui faciēda.& creberrime istud contingeret:ac iudex & contrahētes & multi alij essent ,his nugis plerūq; inutilib⁹ inuoluti:qđ reipublicæ nō expedit:oportet enim talia parua errata punitioni dei atq; conscientijs hoim relinquere. Sed in foro conscientię tales deceptores non debet absoluere cōfessor:sed debet eis veritatem detegere:q̄uis exterior iudex eos toleret.nec hoc est mirādum.sicut plerisq; prudentes confessores & deum timētes plerosq; beneficiorū plurales nolūt absoluere:immo nec i cōfessione audire:nisi aliqua illorū relinquāt quę cōtra ęquitatē tenēt:& tñ in foro exteriore nemo accusat eos. Pari forma officialis cōpellit sortem in casu matrimoniali adhęrere Bertæ ꝓbatā foro contētioso:& eū excōmunicat nisi id fecerit:& tñ cōfessor circūspect⁹ consulit oppositū in foro secreto. Sed dicis:multi ergo mercatores sunt i periculo dānationis. Respōdeo:nulli dubium est. Nā Eccle.xxvj.scribit. Duę species difficiles & piculosę mihi apparuerūt:difficile exuit negocians a negligentia:& non iustificabit caupo a peccatis labiorū.& Leo papa, vt citat de pœnitētia dist.v.c. Qualitas. Difficile est(inqt)inter ementis vendētisq; cōmerciū non interuenire pctm̄.Et ratio est: quia negociatio plurimū mētē ꝑcularib⁹ reb⁹ applicat:& ꝑ cōsequēs a spiritualib⁹ retrahit.quando em̄ mēs multū immergit circa vnum obiectum: ab alijs distrahit.ꝓpterea dicit Apostolus:Nemo militās deo implicat se negocijs ꝑcularibus.scđę ad Timoth.ij. & tota rubrica Ne clerici vel monachi negocijs se immisceāt:dissuadet hęc officia ꝑcularia. Hoc nō obstante homo prudens potest ab his peccatis cauere quę negociādo cōtingūt:et nō discedere a latitudine iusti p̄cij:abstinere a mēdacijs/ac periurijs/& huiusmodi. Sed dicis.tantū valet res quāti vendi potest. Similiter quilibet est arbiter & moderator rei suę. C.Mādati.l.In re mā data. Respōdeō.hoc possum⁹ quod de iure possumus.si capias illud dictū vt tacet: possem capere vltra dimidium iusti precij. Ad aliud dicit q̄ lex habet secum glossam annexam. Debet esse moderator.hoc est tenere latitudinē & moderationē iusti precij. ¶ Sed vt cognoscas quādo datur actio in foro exteriore:capiat tota latitudo iusti p̄cij, & ponat a sedecim inclusiue ad.xviij.si q̄s fallat in viij.vel nouē duodenis/septē/sex/vel quinq;:non decipit vltra dimidiū iusti precij.& sic in foro cōtradictorio nō cōpetit ei actio.sed si in nouē duodenis cum vno turono vel aliqua pecunia maiore deceptus fuerit:cōpetit ei actio:quia tūc est deceptus vltra dimidium iusti precij.Nec capit hic medium mathematicum sed mediū morale. Sed vt videas cui dabitur electio rescindendi contractum quando est deceptio vltra dimidium iusti precij:vide si vendens deciptatur vltra dimidium iusti precij: & tunc agere potest vt res sibi restituatur vel suppleatur precium: & in hoc est electio emptoris.hoc patet de emp.& vendi.c.Cū causa. venditio tamen tenet.c.Cū dilecti.in eadem rubrica.Oppositio modo quando res emitur minus dimidio iusti precij per locum a contrario sensu. Tamen si Plato dixisset ab initio. scio hanc rem non valere vltra decem:& do tibi libere sex vltra iustum precium:talis contractus nō esset rescindēdus:cum sit hic donum iunctum emptioni & vēditioni. Oportet etiā considerare tēpus quando res vendebatur.nam arpentum terrę nunc valens xx.in diebus Noe, & Abrahę vix valuisset vnū. Et istud est rationabile:cum dolus nō dedit causam contractui:sed vterq; volebat cōtrahere simpliciter:hic vendere:ille emere.ergo rationabile est q̄ principalis cōtractus maneat:& suppleatur iustum precium.nam vtile per inutile nō debet vitiari. ¶ Ecce quid est negociatio:& quot modis accipitur:& q̄ ad hoc vt sit licita requiritur obiectum debitum cum circūstantiarū omniū positione. & potissimū est negociando:ne circūueniatur proximus:totam latitudinē iusti precij transcendendo scienter vel ignorātia vincibili. Et dixim⁹ q̄ mercator potest vni vendere carius q̄ alteri:dūmodo maneat in latitudine iusti precij:& expectando pecuniam soluendam ratione interesse. latitudo em̄ iusti precij est multo maior q̄ si haberetur pecunia in promptu. Quid sit deceptio vltra latitudinē iusti precij:quid citra: ostensum est:& q̄ quælibet deceptio vltra latitudinem iusti precij scienter est peccatum:si captatur precium pręcise ratione mercis & econuerso. secus est si dono vel alia ratione. Vlterius patuit q̄ mercatio est reipublicæ admodum vtilis:sed quo ad salutem animę mirū in modū periculosa. & quanto quis magis negociationi se accōmodat:tanto magis a spiritualib⁹ retrahitur. Caueatur ne sit deceptio in pōdere/mēsura/substantia/& qualitate:q̄ non faciat qđ nolit secūdum rectam rationē sibi fieri. Sed vt cognoscatur quomodo mercator se debeat habere in cognoscenda hac latitudine iusti precij vel valoris vsualis & forensis:& quas circunstantias vel motiua cōsiderare habeat: ad valorem rei naturalem nō est habendus oculus:quia ille cōsistit in perfectione rei:sic vt quodlibet viuens quolibet nō viuente sit melius:vel qđ non est vita. & per consequens mus toto tritico Normannię prętaret. Sed de valore vsuali loqui ꝓpono. quare adhuc quęram quęstione sequenti: penes quid latitudo talis valoris mensuretur.

¶ Distinctiōis Decimęquintę Quæstio Quadragesimaprima.

Secūdo quęritur materiā emptionis & venditionis cōtinuādo,quę circūstantię cōsiderandæ sint ad hoc vt talis cōtractus sit licitus. Respondeō.aliquę res venales habēt precium determinatū ꝓ leges municipales: vtputa q̄ pinta ceruisię vendatur vno denario vel tribus obolis. & sic de libra panis. In talibus facile est cognoscere iustum precū. nam legū latores habent oculum ad vtilitatē publicā & lucrū tēporale huius venditoris.In aliquibus precū est incertū:vt in vēditione panni propter magnā varietatem in panno: & in aliquibus mercibus raris ex remotis partibus adductis.In talibus nō habendus est oculus ad bonitatē entitatiuam:alioquin catus prętaret toti tritico Sicilię vel toti thuri Sabęorū:cū viuens prętet nō viuenti.nec oportet respicere solum ad lucrum quod consequitur ementem: quia sic potio euacuatiua valeret cēties mille libras q̄ liberet patientem. ¶ Sed ponam aliquas conclusiones.Prima est. prodest ꝑ leges municipales imponere precium in pane/ceruisia/& cęteris rebus comestibilibus & potabilibus nō nimis altū: ex transgressores punire quando transcendunt precium vendendo:vel quando nō iudicatur sufficiens a iuratis examinatoribus. Hęc cōclusio patet. Nam legislatoris interest ꝓponere certiores leges vbi pullulat maior error: sed sic est in rebus potabilibus & comestibilibus.igit. vestitus em̄ sufficit ꝓ anno vel duobus cōmuni plebi:sed quolibet die comeditur/interdum bis vel ter:& sensualitas ad hoc tēdit effrenis si nō cohibeat ratione. & cū maior sit inclinatio emēdi cibum & potū quāticūq; venditur q̄ aliam mercē: par est imponere leges certiores. Nō est idem de ceruisia artificiali & vino propter varietatē vini in bonitate.nec potest imponi vna lex vniuersalis:sed quilibet relinquitur arbitrio sui. in ceruisia nanq; modicū est discrimen in vigore:ex ęquali grano ęquales capiendo mensuras potus. Dixi(in vigore) quia iterdum propter aquam assumptā ceruisia coloratur: nunc ad rubedinē,vt in sancto Andrea & in varijs locis Angliæ:nunc ad alium colorē:ita vt aliqua loca principatum habeant in talib⁹: vt ceruisia Hadingtonę/Peblis/ Cantebrigię: siue ab vstrino igne, siue grano proueniat,nō refert:modicū est discrimen in vigore. Dicebā ex ęquali grano &c. vt.f.lagena (eorū more loquendo)venūdetur. vtij. denarijs cū minus hordei cōsumitur.vbi em̄ potus est fortis: plus granorum cōsumitur: & sic opus est maiore hordeo: & ad consumptionē hordei diminuit triticū & fit annona carior.nō em̄ habētur hęc grana vt in Lōgobardia: vbi vites & fruct⁹ in fulcis nō impediūt triticū. nec fas esset vlli vēdere pintam duob⁹ denarijs vbi passim vēdit vno: q̄ sic oēs propter intēperātiā(ad quā hoies sunt ꝓpensi)ad carioré potū aspirabūt:& potissimū mechanici:& pecuniā cōsumētes nec domi laborātes.nam patrefamilias existēte in taberna famuli minus laborant:& vno inconuenienti dato in patrefamilias: multa sequuntur in vxore, liberis,& familia. Et istud debet seruari potissimū apud septētrionales qui meridionalibus sunt ꝓpensiores ad intēperātiam: cū robustiores sint ob frigus circūstans.& sic per antiparistasin eorum calor vnitur. Nec valet dicere. diuites possunt habere potū cariorē q̄ pauperes:& nobiles q̄ ignobiles:cū nō sit eadē latitudo sobrietatis his & illis in quātitate vel qualitate:ergo ꝓ illis debet esse potus melior. q̄ illo dato:vt supra obtēsum est,oēs ad illum currerent si esset venalis.habeāt itaq; diuites ꝓ se potum non venalem non ex domo cauponis sed domi:ne sit fraus in lege municipali. ¶ Secunda cōclusio. in alijs rebus venalib⁹ cōmunibus sufficit tenere viā cōmunē tam emēdo q̄ vendendo.vt ego videns quomodo prudentes in foro vendunt talē triticī mēsurā:tales vlnas pānī:eodē modo debeo vēdere.& ita de alijs reb⁹ quę plurimū in vsum venīūt. Eodē modo in emēdo: vt ego stans ꝓpe prudentes emētes pannū: video quāti emunt: & q̄a scio eos esse prudentes in arte:& q̄ nō circūuenientur: emo de eodē simili precio.sed illic cauendū est ne sint consocij venditoris:& fingant se dare amplio pro re q̄ valeat,vt assistētes emant. Sed petis, qđ dicendum sit de primo vēdente in foro: vt in primo die primas collectas ſegetes vendente. Respondetur.loquutus sum de his quę plurimū eueniunt. sed sortes agricola habebit oculum ad annos prętеritos:paucitatem vel abundantiā frumēti:& secūdum hoc potest moderari precū rationabile.Gēmas aūt raras soli opulenti & nō prędi pe nuria emunt.& licet possit in his fieri deceptio: ea rara est:nec occurrit aliqua regula.cōsultē/ seu practicent cū diuitib⁹ mercatores vt poterūt.De lana caprina reipublicę parū vtili nō est disceptādum. ¶ Cōsideranda sunt hęc quę sequunt. quātū dedit mercator ꝓ merce prudenter emēdo:tantū vt minimū potest pro merce accipere. si em̄ ex stultitia sua:vel prodigalitate plus dederit q̄ valeat:nō oportet.expensæ autem quas fecit pro emptione talis mercis compensari debent. etiam in conseruatione labor est.Hinc dicit Saluator.Lucę.x.Dignus est operarius mercede sua.Et Apls primę ad Corinth.ix.Quis militat suis stipēdijs vnq̄ nulla

Universidad de Deusto
Biblioteca

cñ est ratio quare calcifex vel pictor possit capere precium ꝑ arte & labore suo/& mercator nō:ob ingentē sollicitudinē & pericula quæ passus est ꝑ terras/ ꝑ mare. Ecclesiastī.xlij. Qui nauigat mare enarrat pericula eius. oīa autē ista estimabilia sunt pecunia. sepe enī mercator magnā pecuniē molē daret ꝑ euitandis periculis:tam in corpore ne sub mergatur/ q̄ in mercibus:cū tribus digitis vix ab aqua distat:nūc in altū:nunc in precipitiū fluctibus oceani vel maris mediterranei agitat⁹. hostes insuper & ptratas timet. Quapropter vbi plus est periculi si mercator euadat/plus capere pōt cęteris paribus:& si sine sua culpa magnā partē bonorū amisit vel est abductus captiuus:plus capere potest pro rebus suis. ratio in oibus est. qa mercatores ex quęstione precedēte sunt reipublicę vtiles. Porro rex prudēs vel respublica deberet dare mercatori expēsas cū lucro ꝑ sollicitudine/ industria/labore/periculis:vt se & suos alere possit. sed cū nullus ei dat:potest tantū licite capere a republica & a tota multitudine cui vendit. indigentia enī humana est naturalis mēsura cōmutabiliū. v. Ethi. Indigentia inquā multitudinis & nō indiuidualis. quia nisi sic:pauper posset notabiliter vēdere carius q̄ diues: qđ nō oportet. indigētia enī rerū est nō solū quo ad naturā sed etiā quo ad statū. ¶ Ex isto sequūtur ꝓpositiones. Prima. tēpore veris & autumni sortes ingrediens mare plus lucri capere pōt q̄ naugans in estate cęteris paribus. sicut enī dicit Aristo. iij. Meteororū, tūc fiūt maiores vēti. Dixi cęteris parib⁹. nā statī tūc ducūtur vēto ad portū si vētus sit ꝓpitius:& hostes vix se discrimini maris audēt exponere. sz̄ i estate plurimū morātur:& sic cętera sunt imparia. Secūdo sequitur ꝙ nauigās a Depa ad Vlixbonā vel Londinū plus lucri capę pōt q̄ petens Mediolanū vel Trecas cęteris paribus. patet:qa plus ꝓiculi est & anxietatis. Tertio sequit ꝙ prudens mercator plus lucri capere potest q̄ imprudens. ꝓbat:qa si vterq; deberet habere stipēdia a republica:plus daretur prudēti negociatori q̄ imprudenti:& cum nemo ei det:capit ipsemet. Quarto sequit ꝙ mercator cui fortuna arridet & cuius bona ꝓspere ad portū accedunt: minus potest capere q̄ ille q multa bona amisit. qđ probo:quia equaliter ꝓ republica (hoc suppono) laborarūt. prior multo plus habet q̄ alter:& est ditior in decuplo:equaliter exposuerūt. suppono cętera que corollariū promouent: hoc dempto ꝙ vnus passus est sine sua culpa naufragiū bis vel ter in bonis. Quinto sequitur. licet minus negociādo homo lucretur ꝑ terrā q̄ mare:tamen securius lucratur in terra. propterea apud nostrates maritimos ꝓuerbialiter dicitur. oscūlandus est denarius in proprio acquisitus. & nimirū totiēs bona ꝓximorū ꝓdita:& submersos vicinos vident. Sexto sequitur ꝙ merx extrinsece melior efficit ex hoc ꝙ similes merces pereunt. qđ patet: quia tunc est penuria eius.

¶ Sed cōtra ista nouissime dicta & conclusionē principalem de emptione in quęsito ne precedente nōnullis instabimus rationibus. sequitur ex dictis ꝙ cui nauis sine culpa sua est fracta & pene oia bona cōsumpta:q decies mille aureos amisit: possit capere decē scuta ꝑ vno pileo/ vel ꝑ horis nostræ dñę. hoc est incōueniens. igit. patet sequela:qa si esset conductus a rege:teneret rex dare ei decies mille scuta: & tantū potest capere per dicta a republica: & nihil habet vendibile nisi has paucas merces: ex quibus nō habebit suum. Idem est iudiciū de illo qui triticum vel alias merces habet ꝑ republica custodiendas:cuius domus est sine sua culpa exusta. Forte dicis. sit cautior in posterū lucrando:& sic perditū recuperabit. Contra. stat ꝙ ex hoc naufragio iste passus sit irrecuperabile damnū. ¶ Respondetur. si ille mercator vēderet regi:apparet mihi prima fronte cōcedendum ꝙ posset ab eo capere tantū q̄tum amisit:& vltra hoc moderatū lucrū:& ꝑ consequens posset capere ab eo decies mille scuta & vltra ꝑ pectine eburneo vix in foro valēte quatuor solidos. Quare(prima fronte)dixerim mox apparebit. ¶ Contra hoc argumentor. sequereť ꝙ quilibet laborās pro vtilitate reipublicę cuius bona sine sua culpa sunt amissa. ꝓportionabiliter posset capere a rege secūdum iacturā quā facit: & sic vēdendo ei vnā acum posset Plato ab eo decies mille scuta accipere. Similiter quādo aliqua magna vrbs aliquo casu inopinato sine culpa inhabitantiū esset exusta: inhabitantes vendentes folium papyri regi possent capere valorē totius vrbis: & sic regi nihil relinquerēt. Insup si solutio esset vera quilibet posset habere actionē cōtra regē vt sibi suā iacturam quā pro reipublicę vtilitate perpessus est compenset:in qua rex succūberet. Illud nō est verosimile quia tandiu fuisset attentatū a mercatoribus si illud putassent. Sed ad hanc rationē dicet:ꝙ aliqs interdum potest vendere alicui aliquid aliquo precio:& nō potest eū ad hoc cogere. Prętera. rex nō dedit eis cōmissionē specialem vt mercarent: sed a seipsis missi sunt:ergo ad nihil tenebitur rex sed sibiipsis imputent: & sint cautiores in posterum. ¶ Propter has rationes teneo ꝙ rex nō tenet eis succurrere in tanto q̄tum perdiderunt. cū enī nihil de lucro plus q̄ aliis ei cōmunicent:quare participabit cū eis in damno & nō in lucro? Et nego ꝙ mercator de quo est mentio in argumēto. possit vendere pectinem signatū decies mille scutis regi:licet multo carius ei q̄ alteri. Sed cōtra. in hac distinctione superius recitauimus ꝙ filij quorum

parētes ꝑ defensiōe reipu. i bello occisi sunt, a republica sunt alendi. mō isti nō min⁹ reipublicæ sunt vtiles q̄ pugnātes in bello ꝑ patria. Rndet dupl'r. Primo. illa ē lex positiua hūana & nō diuina vel naturalis:& nō est sanctio sup isto lata. Secundo pugnare i formidādo bello ꝑ reipu. vtilitate, ē difficilius. Propterea tertio ethicor̄ dicit Aristo. Fortitudo nō est circa oia picula: qa non circa picula maris. Idcirco vt hoies ad illū actum fortitudinis difficilem ꝑ defensiōe pr̄ię allicerent prudēter ē hæc lex lata. sil'is aūt lex hic eēt iutilis qa daret occasio mercatorib⁹ ꝓdige viuēdi & sine sollicitudie: postea efficturis cōtra rēpu. cās inutiles. sz̄ vbi qs i bello fortiter pugnans occidit nō ē mala ꝓsumptio. Vicini aūt & potissimū cōsanguinei mercatoris de qb⁹ loquuti sum⁹, i principali deberēt ei suffragari eū releuādo:& ipse si ē prudēs lucrabit postmodū eis redditur⁹. Si vero aliq̄ bona i mediocri quātitate mercatori relicta fuerint: pōt ex illis oīb⁹ capę suæ iacturæ releuamē: vt ꝓ pileo q̄ ab aliis vēdit decē, duodecim:& sic de mītis aliis reb⁹ minutis: quousq; totū suū damnū a tota repu. cui fidel'r iseruit, vtcūq; recuperauerit. Hoc enī q̄libet alios debet velle: siue carius ad tps vēdat, siue nō. mihil refert:qa nō capit rōne dilatiōis tēporaneæ, sed rōne itereſſe. Et iterū p̄:qa tpe caritatis mercator prudēter emēs vt sit reip. vtilis, si supueniat ex alio loco inopinata vbertas quā prudēs nō cogitasset:pōt aliis carius vēdere:quoddā tēperamētū secūdū ꝑciū & suā iacturā tenēdo. Et ex illo sequtur. qñ irreparabile damnū qs patiť nisi ei suffrageť, boni vicini beneficiati & laici debēt ei donare & dare mutuo ad tēpus vt ab inopia releueť. & pōt eē sic ꝑssus & tales circūstantię occurrere possunt: vt sub pœna mortalis pcti multū grauis teneanť. huic etiā bona eccleſiæ debēt applicari:esto eccleſia sit i reparatione:& serius ꝓficiatur. Vnū enī est tēplum dei materiale: aliud tēplū dei viuū. ¶ Sed cōtra istud arguiť. per solutionē datam habēs aliqua bona & multa amittēs pōt carius vēdere sua bona q̄ alter:ergo licet transcendere totam latitudinē iusti ꝑcij cōtra dicta in q̄stione p̄cedēte. verbi gīa, pileus iste secundum iudiciū prudētū mercator̄ nihil valet vltra decē: & iste vēdēs capit. xij. ergo totā latitudinē iusti ꝑcij trāscēdit. Item hac via dať palliatio dolosis viris q dicent se capere vltra cōe ꝑcium ratione rerū ꝑditarū. ¶ Ad primum rndeť ꝙ dicta in p̄cedēte q̄stione intelligūť extra hūc casum & sil'es. et si diutes emptores tū negociū cognoscerēt: vellēt ita ab eo emere cō tēti singuli parū ꝑdere vt iterū ille releueť, saltē sic velle debēt:qđ ei sufficit. Ad secūdum negať ꝙ deť eis via palliandi:qa supponim⁹ ita esse in rei veritate. Si qs enī ex sua negligentia omnia sua bona amisit:non potest ita vendere vt dicimus: quemadmodū rex nihil ei daret, sed eū puniret. vel si sit diues non potest sic vendere. rō est:qa si cut nunc multa in naufragio amisit:ita alias pl'ima mercando lucratus est. Recōpēset itaq; lucrū cum damno.

¶ Secūdo supposito tali casu. est caritas tritici Londini ita vt a. mēsura tritici valeat decē. sortes hodie a Depa se appellit ad Lōdinio rum pōtē:sed plurimas naues scit a finibus Normāniæ crastina luce Lōdinū vēturas:ob quas iudicat a. mēsurā cras non valituram vltra octo. Arguitur sic. Sortes hodie vendit a. mensurā tritici decē Londini:& non peccat per conclusionē quęstionis p̄cedentis:cū vēdat in latitudine iusti precij hoc die vsitati seu currētis. Q đ si cōcedas cum sancto Tho. arguiť sic. iudicat ꝙ cras p̄ciū erit. viij. propter aduētū similis mercis: & decipit emptores: qa si hoc scirēt nollēt sic emere. Forte dicis. nō refert de p̄cio subsequentis diei. & ratio est:qa hodie vendit mēsuram a. vt decē secūdū p̄ciū currens:& stat ob casum inopinatū ꝙ aliq̄ multa bona habētes occulte ea vēditioni exponētes facient p̄cium minui cras ad octo. tunc cras non licebit vendere vltra octo: nec venditio huius diei vt. x. propter nouā mutationē subsequētis diei inopinatā vt. viij. reddit illicita. Sed cōtra non est idem:qa illic in casu tuo hoc fugit emptorē & vēditorē: secus est in casu argumenti. & est simile. si qs i pricipio Maij emat. xx. dolia vini:qđlibet. v. frācis:& magna pars vinearum gelu (vt fieri interdū illo tēpore solet) pereat:adhuc contractus in die sequenti est licitus: qa enī iste casus nec a venditore nec ab emptore fuit p̄scitus hoies admittunt ꝑm licitū. secus est si astrologus vt Thales Milesius huius p̄scius sic emisset:qa de hoc vertitur nod⁹ argumēti. vel si eueniret qđ sub Heliseo ꝓpheta in obsidiōe Samariæ euenit, tpe quo quarta ps cabi stercoris colūbarū (hoc est granor̄ comestor̄ ab eis & reptorū in earū pectore & stomacho) qnq; argēteis vēdebať. vt scribit. iij. Regū. vj & postridie ei⁹ dieī modi⁹ similæ vno statere vēdebať. Rndeť. istud non vinceret responsionē datā:qa dicet ꝙ nō refert siue vēditor sit præscius alterius p̄cij siue nō dūmodo secundū latitudinē p̄cij fori i tali lucro cōsueti seu currētis vēdat. ¶ Sz̄ cōtra hoc arguiť seqreť ꝙ si Parisiis vinū eēt carū:& aliqs sciens vinum eē abūdās i Burgūdia/vel in loco ꝓpinquo vrbi Parisiensi:posset vēdere vina scđm p̄ciū currēs Parisijs. Dico si sciat ꝙ notabiliter diminueť p̄ciū die sequēte ꝓpter aduētū nauiū vino repletarū ꝑ Sequanā descēdētiū:hoc iterū concedo. Oia enī ista sunt ꝓbabilia. Secus est si qs

Universidad de Deusto
Biblioteca

vltra ꝑcium currens Parisijs simplici ipm̃ ignoranti venderet. Is em̃ transcēderet totā latitudinē ꝑcij currētis i hoc loco. Scđo dici pōt ad casū argumēti ꝙ mercator ꝑscius ꝙ ꝑdet nisi a.mēsurā vendat.x.eo ꝙ ipse.ix. emit:& habuit ꝑicula cū laboribus:& fecit impensas:potius se seruabit in demnem q̄ alios. Vnde si sit certamen inter emptorem & venditorem de solo vitando damno: venditor potest potius velle emptorē incurrere illud damnum q̄ seipsum. Ratio est: quia si necesse est ꝓximū vel me damnū icurrere: licitū ē mihi me de dāno eripe.& dato ꝙ dānū alter icurrat:mihi l3 ꝓmouere me ꝑm ad lucrū ꝓximo neglecto. S3 si vēditor de lucro certet:& emptor de vitādo dāno:deliqt vēditor.ratio ē:qa cū alteri9 iactura nemo debet locupletari: sed dānū emptoris est eius iactura:& venditorē cōsequi lucrū est eū locupletari:igit nō l3 vēditori conseq lucrū cū emptoris dāno.Hūc aūt dicēdi modū priore pauloꝙ reputo.ꝓprie capio cōpatiuū.Nō em̃ sū ita strictę cōscientiæ vt vēdētē scđm priorē solutionē totaliꝫ dānē. Hūc scđm modū sicut & primū Cōradus ipugnat:& inutiliter vtrūq3,vt circa primū modū sācti Thomę iter arguēdū dixim9 Secūdū sic ipugnat.non est licitū facere cōtra iustitiā cōmutatiuam vel vēdere rē maiori ꝑcio q̄ valeat:etiā si vendens id faciat ꝓ suo dāno vitādo vel lucro cōsequendo si hoc cedat i dānū emptoris.relinquo verbo3 ꝓlixitatem tāgēs neruū argumenti. Dico ꝙ ille vēdēs nō fecit cōtra iustitiam cōmutatiuā: vt patet ex argumēti ꝑcedētis solutiōe:& dānū ē rōnabile i emptore. Rōnabiliter em̃ emptor pōt illđ velle ꝙ euitē pl9 i me dānū q̄ in eo:si le nāq3 mihi faceret. Exēplū.est vn9 asser ad vni soli succurrendū i Sequana nauicula fracta:possum eniti illū primo adire vt mihi succurrā & vt periculū mortis euitē: nulli in hoc iniuriā faciēs.secus si ab eo auferā: si em̃ habeat est rapina . Similiter cum damnū incurrā nisi vendam decē,nō est necesse velle emptorē lucrū cōseq cū mea iactura.& hoc si non habui añ excessiuū lucrū in quo mihi satisfacio ꝓ illo damno.& etiam dato ꝙ ante mercando lucrat9 fuissem: nō sufficit dicere in posterū/capiā lucrū. Essem em̃ tūc iprudēs relinquēdo lucrū mihi licitū ꝑsens ad manus ꝓ incerto futuro:nā oportet me mihi & familiæ meæ ꝓuidere. Sed vt oia secludanꝫ pone ꝙ nūc prio ille mercari icipiat:& has opes habeat pro toto matrimonio a maioꝛib9 relicto:& sit mediocris quātitatis nauis. Sed de magnitudine nō refert i proposito argumēti.Nō rñdeo ad vlteriores istius ratiōes:qa ex dictis q̄libet pōt eas eluere:ac rigidā eius sententiā quę nō placet facile ipugnarē nisi breuitati studerē. Eodē modo dicēdū est ad tales casus.scio secreto ꝓ rectores reipub. ꝙ cras panis vel frumentū cari9 vendet vel minoris,an res meas vēdere possim. Et sic̄ē de casu Thaletis Milesij olivas ementis vbertatis tpe q̄ postea effectus est diues: vt Arist. in ꝓblematibus recitat,ostendens philosophū ditari posse si vellet.& tñ & Thales & Arist.hoc licitū reputarūt esto Thales ꝑsciuerit.Et idē ē ꝑscire dimidio anno & anno. Aliud fortasse iudicarē i casu quem in puericia mea apđ nr̄ates sub Iacobo tertio euenire noui.q monetā quādā nouā more denariorū Parisiensium cudit:hoc est simulis monetæ.& qa in plebe cōstās erat opinio ꝙ pecunia illa pessum iret vt tandē factū est:an debitores poterāt in sana cōsciētia creditoribus satisfacere: cū illā pecuniā quā creditorib9 dederāt scirēt in ꝓximo futurā inutilē.Vtrinq3 sūt rōnes:& oculat9 vir debet circunstantias varias i materia cōsiderare.& vt mihi nūc rapti scribēti occurrit: rex debebat totā pecuniā populi colligere, aliā monetā dādo toti etiam plebi ꝓportionabiliꝫ iponēdo sūmā dā dā ne lęderet ipse rex. Sed hic casus solutiōi argumēti est impertinēs.

¶ Tertio arguitur. Collegiorū primarij moderatores vēdūt vinū aqua dilutissimū scholasticis quos portionistas vocāt:cum ex cōsuetudine magnis debeāt in prādio mēsurā vsitatā quā dicūt copinā dare:sed vna tertia aut medietas est aqua.& nō est dicendū ꝙ viri illi deū timētes peccēt:cū circa iuuenes sint ita solliciti vt septies vel octies in anno eis cōfessores ꝓcurent: & optimos regētes,vt i itellectu & affectu illuminent. Forte dicis.vnū tāgit eo3 tpale cōmodū: aliud aūt nō.Nihil em̃ daꝫ cōfessorib9 ꝓter vnicū prandiū. nā si iuuenes minutissima dent:nihil ad primariorū marsupia. Forte dicis & ita dicendū censeo:ꝙ primarij respectu portionistarū sunt tā q̄ prudentes patres scientes vnū purū iuuenib9 multū nocere:tū quo ad studiū:tū ꝙ sit ignē igni supaddere. Propterea Socrates in suis legib9 vino iuuenib9 iterdixit.Nec primarij vendūt eis copinā vini:sed portionē collegii talē qualē ꝓpriis liberis si haberēt darēt. Cōtra.nō potes eos excusare i ministrādo tali vino seniorib9 regētib9& viris ꝓuectis q crebo coguntur potissimū in æstate mittere in vrbē ꝓ vino habendo. Et eodē mō argumētari possum de cibariis iuuenib9 ministrā dis;vbi iterdū oua & cibi putridi apponunꝫ ipis & ex malo tritico panis.& qa ex eisdē sum9& nutrimur:ex bono cibo bon9 chimus & chilus generanꝫ:& ex cōsequēti maior aptitudo ad lras. Dicis.in ꝓcuratoribus confidūt.Contra: ad nutum ꝓcuratores eis parēt. ¶ Respondeo.licet in hac materia me mꝫto circūspectiores sint primarij: aliq̄d tñ paucis dicā. Aliqua reqrūt ad bñ istituē

dū collegiū,& ad ei9 manutenētiā. Secūdū enim non est mꝫto facilius primo.tuxta illud vulgatū Non minor ē virt9 q̄ q̄rere parta tueri. Primum vt habeantur eruditi præceptores: in moribus graues: & in puniendo tenētes medium iustitiæ punitiuæ:neq3 nimis neq3 min9:q primarijs sint obedientes.qđ facile fiet mō primari9 sit prudēs. Secūdū: vt tā magistris q̄ scholasticis bona minis treꝫ portio:vtpote cib9 pur9 nō corrupt9 scđm cōsuetudinē bonoꝛ collegioꝛ, vinum puerorū aqua diluat:nō aūt magistroꝛ: aquā em̃ ipsi ipo net ꝓut rō postulat.certe si primarij hoc faciāt:succedente tpis nihil amittēt. sed aliq eoꝛ sunt ei9 moris & conditiōis vt plus pōderēt turonū ꝑsentē suasu ꝓcuratorū q̄ scutū futurū: qđ essent cōsequuturi dūmō ꝓuide rē agerēt.

¶ Quarto arguit. aliq emūt vt post ea vendant:& intēdunt proprio lucro, bono cōmuni neglecto.emūt em̃ magnā cōgerē vini, tritici/vel lignoꝛ vt Parisijs videm9:& faciūt eos q̄ œconomice emere debent, hoc est ꝓ sua sola familia, oia hr̃e cariora : qa ipsi forum ꝓoccupāt ¶ Rñdeꝫ.si isti ēptores emāt vt seruēt ꝓ vtilitate reipublicę & vendā t tpe quo erit talū rerū penuria:qa plebecula i lignis vino tritico & pisc̄ib9 dū habenꝫ vili ꝑcio nō facit pulsionē: vel ꝓpter imprudentiā:vel ꝓpter pecunię inopiā:nā multi sua arte in diē viuūt:tūc vēdēdo cari9 q̄ emerūt non peccāt:nisi sciāt vel scire teneanꝫ cętera vendibilia ꝓpter suā pulsionē eē cariora . Nōnūq̄ tñ sunt ita solliciti i reb9 emēdis vt faciāt ꝑcū augeri & cogant alios emere a se tāq̄ a scđi manu,& p cōsequēs carius:& sic peccāt. Nec sufficit eis intentio qua dicunt se reipublicæ iseruire:qa non sola itētio sufficit ad bonitatē act9.mꝫto em̃ ampli9 reip.hoc mō nocēt q̄ ꝓsint. deberēt i primis pati œconomice emptores pri9 emere: vel secum emere, qñ ipsi emūt etiā œconomice ꝓ sua familia,nō vt rursus vēdāt. Declaro exēplariter.emūt ligna i æstate i Grauia vt vulg9 appellat,a patribusfamilias ꝓ hyeme futura: qñ ligna sunt rara & p cōsequēs cara.tū ꝓpter inundantiā Sequanę tū ꝓpter ei9 cōgelationē.debēt isti lignoꝛ mercatores sinere curſū essatis ꝑterire,i qua patres familias sibi ꝓuidere solēt:& i illi9 tpis fine emeꝫ q̄ten9 vēdāt.quēadmodū nō l3 i Falis allātib9 carnes vel pastillarijs emere carnes añ determiatā horā minuta em̃ plebs prudēter mauult caponē duobus turōis mioris vēdere q̄ abesse domo & omittere operā duab9 vel trib9 horis. Sic lignoꝛ vēditores a Burgūdia descēdētes i estate laborabūt vt aliq̄d ꝓ suis laborib9 lucrenꝫ:licet min9 habeāt q̄ i hyeme.sed isti nebulones ligna in Burgūdia emūt i memorib9:& tota æstate facīūt oia cara:ac ꝓ parua vtilitate quā reipu.afferūt grauissimam iacturā eidē iferūt.sicut chirurg9 q̄ digitū curat/ & grauē morbū pricipalib9 mēbris corpis viri iducit.Nō tñ velim dicere ꝙ nō debeat eē vigilātia ꝓ paupib9 sicut ꝓ diuitib9 ꝓportionabiliter:s3 ab œconomice emētibus paupes opē hūt:& nō ab istis vafris negociatoribus:q plerūq3 faciūt ꝑ citū lignoꝛ ita increscere vt pauperes ligna emere neq̄ant:sed ignis defectu in rigida hyeme aliq̄ ꝑ eāt:& plurīū vita notabiliꝫ abbreuiet.Isti reipu. fures grauissime peccāt:& tenenꝫ ad restitutionem reipu.& quia nescit i pticulari q̄b9 restituere sint obnoxij:tenentur hospitalib9 publicis & i primis domui dei & alijs locis pijs restituere.Q̄ dico de lignis:idē i alijs itelligo. Ex isto patet:ꝙ is q̄ nullo mō est in causa q̄re ligna sunt cariora', sed ea emit in æstate quatenus ea in hyeme minutæ plebi vēdat,& reipu.iseruiat:ꝓbe agit.& si lucrū itēdat:hoc ē rōnabile.cū em̃ cura habeat reip.& solliciti9dinē:& nō teneꝫ ꝓprijs stipēdijs militare:rōnabiliter sicut alij mercatores pōt lucrū capere siue a diuitibus siue ab ꝛopib9:q̄b9 nō teneꝫ dare sub ꝑcepto:& qa minutatim vēdēdo habet mꝫtos labores,stat ꝙ a scđa vel tertia manu emēs vt vendat nō peccat.patet exēplariter.a dñis boū & arietū lanij boues & arietes emūt:& rursus a lanijs q̄ dā mulierculæ carnes emūt, quinten9 carnes & offam scholasticis dictis martinetis,& pauca habētibus vēdāt.sic de fructib9 cōtingere solet.& ista nō sunt reip.inutilia:vt res habeaꝫ i prōptu scholasticis & emptorib9.tediosū em̃ foret ꝓ istis reb9 minutis emēdis magnā loci itercapedinē ptrāsire.Et si isti restitores q̄ minutas res circūforaneas i prōptu vēdēdas afferūt:in bono statu scđm suā paruā conditionē vtuunt. Pro istis em̃ minutis i repu.nulla iactura,sed potiꝰ vtilitas accrescit. Sic & isti q̄ emunt i grosso & i grosso vēdunt & non aliter:possunt excusari adiecta illa cōditiōe quā recitauim9 de emēdis lignis:ne sint causa icremēti ꝑcij emibilium in plebe.

¶ Quinto arguitur. Sortes dat Platoni librum vēdēdum decē:quē plato.xij. vēdit Ciceroni.isto casu suppositio plato sortem i duob9 decipit:& tñ nō teneꝫ eos ipse restituere,qa assignauit ei ꝑcium.x.ex ihypothesi.' ¶ Rñdeꝫ.si plato capit illa duo vltra iustum ꝑcium teneꝫ illa duo restituere illi cui librum vendidit.si vero ex i dustria duo habuit/adhuc manendo i latitudine iusti ꝑcii:distinguendum est:vel imediat9 venditor est famulus principalis vendentis: & tunc teneꝫ illa duo suo magistro dare:qa illum tenet tanq̄ industrium & sibi fidelem:& q̄ sufficientē sibi dat mercedem:non talem daturus si de eius industria non confideret. vel vendens non est famul9

Universidad de Deusto
Biblioteca

& tunc potest duo tenere pro se. sed si principalis vēditor nō assignasset determinatū pciū: immediatꝰ vēditor teneret totū pciū dare dño libri q sibi p laboribꝰ satisfaciet. Et sic i emptiōe qñ sortes mittit Platonē ad emēdū, nisi vēditor det emēti scḋario aliqd gratis: & hoc illi constet: non tenet illud refundere pricipali emptori. Dixi (cōstet) qa ñ sufficit q vēditor dicat ex more tui duo vel tria remitto: etto hoc iureiurādo affirmet. hoc em̄ oibꝰ ēptoribꝰ dicere solet vēditor, & his quos emendo circūuenit. Ex his patet solutio ad q̄stiōnē vnius famuli ex Hispania ad Flandriā missi & illic cōmorātis vt fideliter res dñi curet: q vnā partē pecunię dñi sui applicat ad aliquas mercēs pro se ipso.

DVbitaꝫ an ecclesiastici possint negociari. Rñdeꝫ q nō. loquēdo de negociatione lucratiua ꝓprie dicta qđ patet ex q̄stione p̄cedēte: & signanter ex solutione octaui argumēti. Qui aūt negociant debēt excōmunicari. ne clerici vl̄ monachi c. Secūdū istituta p̄decessoꝝ nr̄orū sub itermination anathematis ꝓhibemꝰ ne monachi vel clerici causa lucri negocientur. Sed cōtra hoc arguitur auctoritate Hiero. ad Rusticū monachū: & habet de cōse. dist. v. c. Nūq. dicētis. Si apl̄i hñtes ptātē de euāgelio viuere laborabāt manibꝰ suis ne quēq grauarent: & alijs tribuebant refrigeria quoꝝ p spiritualibꝰ debebāt metere carnalia: cur tu in vsus tuos necessaria nō p̄pares? vel fiscellā texe iūco: vl̄ canistrū lētis plecte viminibꝰ. & paulopost. Apū fabrica aluearia ad quas te mittūt puerbia Salomonis. Monasteriorū ordinē ac regulā disciplinam i paruis discе corpibꝰ &c. Rñdeꝫ. iste labor nō est lucratiuꝰ: q eis ꝓhibeꝫ qñ totꝰ valor in forma cōsistit & modicꝰ i materia: vt in cratibꝰ & his de q bus exēplificat elegāter Hiero. Ista autē ꝓhibitio ē positiua & humana clericis: & nō potest dari vna regula ostēdēs q negociatio sit clericis interdicta. Licet em̄ eis materiæ applicare formā artificialē vt vēdāt: vt tabulas pīgere: libros scribere: & cætera q̄ eodē loco explicat Hieronymus subdēs. Téxātur et lina capiēdis piscibus. Scribanꝫ & libri vt & manus operet cibos & aīa saturet lectiōe. In desideriis aūt ē ois ociosus. Aegyptioꝝ monasteria hūc morē tenēt: vt nullum absq; ope & labore suscipiant: nō tā ꝓpter victꝰ necessaria q̄ ꝓpter animę salutē ne vagēt pnicios cogitationibꝰ &c. Dicit illic agricultura ē eis licita: & q inserāt arbores. nā Actuū. xviij. de doctore gētiū q ēps erat, scribitꝫ q exercuit artificiū artis scenofactorię: hoc ē fuit funtū & tentoriorū factor. Dicit em̄ btūs Lucas in litera: imo deus p os Lucæ: q Paulus accessit ad Aquilam & Priscillam: & manebat apud eos qa eiusdē artis erat & opabaꝫ. Et ipsemet dicit. ij. ad Thessa. iii. Neq; gratis panē manducauimus ab aliquo: sed in labore & fatigatione nocte ac die operantes: ne quē vestrū grauarem⁹. Sed hic non est emptio vt vēdaꝫ. Pręterea si qs pullū in iuuētute emat vt qñ adoleuerit vēdat, nō ē pctm̄. semp supponimus q nō negligat diuinum officiū ad qđ astringit. ¶ Ecce illa q̄ cōsideranda sunt ꝓ iusti pcij latitudine metienda: & q̄ detestabiles sunt isti nebulones politiā publicā defraudantes: mīta penes se colligētes: faciētes merces eē caras: & cogētes reliquos emere. Ex diuerso ꝓbe facit̄ solū ementes cū alijs p sustētatiōe sui & suoꝝ: & cū quisionem œconomicā ab alijs factā itelligūt, emūt: vt pro vtilitate reipu. conseruēt, & potissimū negligentibus & iopibꝰ q nesciūt vel nō p̄nt sibi añ tēpus penuriæ puidere: & equū ē vt cōpetēs habeāt ꝓ laboribꝰ & sollicitudine lucrū. Iterū declaro exēplo. m allecibꝰ in augusto potissimū apud septētrionales vbertatē habes: aliq em̄ alleca sale conditūt: & ad hyemē i quadragesimā vsq; seruāt ido neis suis: & exteris puidēt. Et l̄z ita sit vt arbitror: frequēter tñ hāc operā & sollicitudinē nō referūt actualr vltra suū lucrū & sui sustētationē: & adhuc bñ agūt: qa actꝰ ille aliūde ēi bonū sinē referibilis: & virtualr referūt: sed mīto melꝰ agerent in vtilitatē publicā actualr referētes. qđ vt faciāt a cōcionatore edocert debēt. Vlterꝰ dixitꝰ q, sacerdotes pñt opari & vēdere laborū suoꝝ fructꝰ sicut ꝓbelle & ingeniosissime ad Rusticū monachū scribit Hiero. de plantādis & iserēdis arboribus vt tādē laboris sui dulcia poma carpāt & mādūcēt. & qđ maxie notādū ē apostolus arte restiaria laborare nō erubuit. & hoc voluit p os Lucæ deus cæteris apire. Nō valet dicere q, nō habuit aliūde ꝓuisionē sicut nr̄i ep̄i. fateor qdē, sed alīū deberat hīe. nam pauca ei sufficiebant. Si vero fuisset indecorū ep̄o laborare, nūq̄ ita opatus fuisset. Ex isto patet cum rōne adūcta, q, p frumento suo colligendo: & p vinea excolēda laborare pōt sacerdos: & ire ad opera ruralia. vt habeꝫ expresse de celebra. missa. c. j. Vlterius patet q, artificiolo pōt victū quærere. xci. distinctiōe. c. Clericus. ex cōcilio Carthaginēsi. vbi dī. Clericꝰ qlibet verbo dei eruditus artificiolo victū quærat. In conclaui, aūt lignipedia/pilea: emat asseres, faciat arcas & lecticas, prōptuaria, scamna & cętera id genꝰ: & instrumēta p aratro. Qz aūt liceat ei p se & sua familia emere, dubitat nemo. Vnde dicit Apostolus primæ ad Timoth. iij. Oportet ep̄m esse suæ domui bene ꝓpositū. Ex his patet q̄ delire in mītis sentiat vulgus, sacerdotes officia & labores a patribus admissos facientes irridēs: nō aūt frequentantes tabernas.

¶ Distinctionis Decimæquintæ Quęstio Quadragesimasecunda.

ADertio circa materiā negociationis ꝓprie dictæ q̄it. an redditui emptio sit licita. Rñdeꝫ per conclusiones sequentes. quarū Prima est. licitum est emere agros. ¶ Secunda cōclusio. licitū est emere agroꝝ reddit⁹ fructuarios. ¶ Tertia conclusio. licite possunt emi redditus pecuniarij. ¶ Pria cōclusio nō eget ꝓbatione. Ita em̄ fit & practicaꝫ apd oēs: & nemo sapiens vnq̄ hoc reuocauit i dubiū. ¶ Probatio secundę conclusionis. licet emere fructus ex agris colligēdos: ergo licet emere redditus fructuarios tenet cōsequētia. qa redditus fructuarij nō sunt nisi fructus colligendi. Secūdo ꝓbaꝫ idē. reddit⁹ fructuarius pōt esse obiectū debitū emptiōis: qa est res tpalis i se ꝓphana & p̄cio æstimabilis. supono q, nō sit ipūalibꝰ annex⁹. ergo seq̄ꝫ q, est emibilis. Si cōsequētiā negaueris, das mihi occasionē negādi q, vestis vl̄ equꝰ sit emibilis. ¶ Tertia cōclusio ꝓbaꝫ. aliqs vēdit licite aliquos agros sibi seruando pēsionē annuā: puta de recipiēdis centū frācis quotānis: & aliqs pōt illā pēsionem emere: ergo reddit⁹ pecuniariꝰ ē vēdibilis: ergo qs licite pōt ipm̄ emere. Scḋo ꝓbaꝫ idē. si nō liceat emere redditū pecuniariū: hoc erit ꝓpter rōnes aduersariorū & potissimū Hērici Gandēsis. Sed illæ rōnes nullius sunt momenti vt postea dicēt. Istud patebit amplius ex dicēdis i materia reddituū. Tertio ꝓbo sic. si tibi donaui redditum pecuniariū: illū vēdere potes: & aliqs pōt illum abs te emere, vt Henricus concedit: ergo eadē rōne ante q̄ eū tibi donauerā potuissem tibi vel alteri vēdere. Cōsequentia patet: quia nō videt rō diuersitatis inter me habere illū redditū añq̄ eū tibi donaui: & te habere quādo tibi donaui: nisi q, post donationē tu habes eū formaliter & exp̄sse: & ego eū habebā virtualiter & causaliter, more legistarū loquēdo. Ille aūt modus habendi nō pōt hāc differētiā facere vt tibi liceat illū vendere & mihi non liceat. Sed qa determinatio sūmoꝝ pōtificū de redditꝰ pecuniariꝰ emptione ē exp̄ssa, nō oportet pluralitati rōnū inniti cōtra Henricum. q̄q̄ sapiētes theologi & canonistæ ante pontificum determinationem agminatim & rationabiliter tenuerunt contra Henricum.

¶ Contra tertiā conclusionē argumentor sic. bene seq̄t. quis pōt licite emere redditus pecuniarios p tertiā conclusionē: sed redditꝰ pecuniarij sunt pecunia: ergo quis licite pōt emere pecuniā. consequens est contra dicta i prima q̄stione de vsura. Probaꝫ minor. si non sit pecunia ꝙro abs te quæ res sit redditꝰ pecuniarius: vel q̄ res erit vel fuit. more nostrali loquēdo ꝓ quo supponit terminus ipse. Hic communiter respōdeꝫ q, non emiꝫ pecunia, sed ius recipiendi pecuniā sed a nobis q̄riꝫ q̄ res sit illud ius. nō pōt dicere q, est respectus rōnis fundatꝰ i ēptore: & terminatꝰ i pecunia, vel cōtra. Etiā reales isectādo talis respectus nihil est/nec subsitātia nec accidēs. sed ꝓnūc nō conducit tales positiōes impugnare. Nostalis autē sic loquēs seipm̄ nō itelligit. subrisi fateor, dū Henricū de Hoyta in suo tractatu de cōtractibus ad hoc argumētū cōe ita respōdentē legi. Cōcedo ergo q, emiꝫ ius recipiendi: & concediꝫ etiam q, emiꝫ pecunia: licet nulla esset in rerū natura. Emo em̄ importat actū animi interiorē: & ampliat ad multas differētias tēporū: vt ex logica nostī: cui in hac materia immorari indecorū est. ¶ Sz contra hoc quadrupliciter instat Conradus. prio. Ille redditus est ius pcipiēdi pecuniā: modo illud ius non est pecunia: cū illud ius sit quiddam incorporale & inhærens ipsi ementi completa emptione. Pecunia autem est res corporalis: & non inhærēt ementi completa emptione. Totum argumētum in hoc consistit q, illud ius est quiddam incorporale: quia domini legistæ ita loquuntur. sed hoc non potest iuuare arguentem. nam respectꝰ rationis nihil est: & tamen secundū legistas illud ius est aliqd. nos iam metaphysice loq̄mur: & ni si faceret ad solutionem argumenti: repente decederem. Dico q, illud ius concludit in suo connotato aliquid spirituale quod tamen est emibile: quia spirituale prophanū, & non spirituale sicut capitur in definitione simoniæ. Postq̄ enim ex actibus voluntatis est cōuētio sufficienter facta de translatione dominij per emptionem/donationem/vel alium titulum: hoc fit mediante actu voluntatis qui est quiddam spirituale. & siue solua tur redditus siue non: habeo ius percipiendorū redditum. ¶ Secundo arguit: quia stat q, cōpleta emptione non sit pecunia aliqua apud venditorem in rerum natura: & tamen tunc ius percipiendi eam est in rerum natura: quia completa emptione ipse emptor habet ius illam exigendi: ergo separant in existētia. igit nō sūt idē realiter. Dico q, me hīe ius pcipiēdi pecuniā nihil aliud est q̄ me iuridice posse pecuniam petere. & sicut emo pecuniā q̄ nō ē in rerū natura: sic iuste peto pecuniā q̄ nō ē i rerū natura. & sic apd vulgares dicor hīe ius recipiēdi pecuniā: eodē mō quo reales aduersarij dicerent de fundamento vel termino. Istud oportet nominalem dicere: vl̄ q, sit ipse emēs/actꝰ volūtatis/vel pecunia ēpta: qđ ē rōna

Universidad de Deusto
Biblioteca

bilius. ¶ Tertio sic. reddit⁹ cōputat ꝫ iter bona im
mobilia. vt p⁊ i cle. Exiui de paradiso. de verbo⁊
signi. Pecunia aūt inter mobilia cōputat ꝫ. Iam re
spondim⁹ ad primū: q̄ resp̄sio sufficit. ¶ Quar
to arguit ꝫ si emo seruitutē vehendi vel portandi
res meas vel trāseūdi per agrum tuū: nō emo ip
sam vecturam vel transitum: qa illum actum ha
beo virtualiter i me anteq̄ emā: nec emo agrum
tuum: sed ius vehendi & transeundi: cui resp̄det
obligatio in ipso agro tuo & etiam in p̄sona tua
quia tu es mihi obligatus vt patiaris me transi
re per agrum tuū. Rn̄deꝫ. reducere modū loquē
di, vulgarem ad metaphysicā in re, non est vsque
quaq; facile. vt patet in sixi. Quis em̄ hanc ꝓpō
nē & sil'es sine disputatione p̄ia cōcederet vnq̄
sortē currere est sortē esse britannū vel album? ⁊
in proposito dico q̄ ius transeūdi p agrum tuū
supponit pro agro tuo, connotando q̄ tu tene
ris me pati ire p agrum tuum: nec seqꝫ, emo ius
transeūdi p agrū tuū: & ius trāseūdi p agrū tuū
est ager tuus: ergo emo agrū tuū. nō ites i hoc q̄
ager est quale qd: qa etsi esset hoc aliqd, in idē re
diret. quēadmodū nō seqꝫ. sortes emit hanc lo
cationē passiuā huius domus: & hæc locatio pas
siua est hęc domus: ergo sortes emit hanc domū
vel hanc domum sortes emit. vel emo hūc vsū
equi tui: vel hanc locationem equi tui vel hāc eq
tationē equi tui: & hæc eqtatio ē equus tu⁹: ergo
equū tuū emo. loquor de equitatiōe passiua. nec
seqtur: facio sortē esse hunc doctū scholasticū: &
hic doctus scholastic⁹ est sortes: ergo facio sortē.
& sicut dicimus nō seq: cognosco hoiem: ergo
cognosco risibile: sic eēt de emptione cū termi
nis cōuertibilibus saltē a parte posteriore. ¶ Re
sp̄deo ergo ad formā argumēti cōcedēdo q̄ li
cet emere reddit⁹ pecuniarios: & reddit⁹ pecunia
rius sit pecunia: tn̄ nō seqtur ꝓpterea q̄ emā pe
cuniā. nō em̄ emo pecuniā absolute: sed pecuniā
taliter denoiatam: puta q̄ iuste accipio ius collē
gēdi quotānis. xx. aureos dando quadringētos
& sic emo. xx. aureos taliter denoiatos vel quali
ficatos. Scdo ꝓ argumenti solutione dico q̄ pe
cunia communiter non est terminus contractus
sed medium, vt videre est vbilibet i foro. Potest
tn̄ in emptione redditū pecuniariox (q̄ sunt ra
ri cōparatiue) esse terminus: ergo licet pecuniam
emere. vbi vero alter arguendo dicit rei veritatē
esse q̄ res artificialis a naturali distinguatur: bene
video q̄ vicum stramins non visitauit: nec sup
putauit cū hospite nominali. sed in extrinsecis tē
poribꝰ p̄terito & futuro istæ sunt cōcedendæ. pe
cuniā sortes emit. patet. hoc aurū sortes emit: hoc
aurū est vel fuit pecunia (redigaꝫ in massam vel
in, nō pecuniam hoc qd ante fuit pecunia) ergo
sortes pecuniā emit. Sil'r, hic aureus fuit m Ta
go vel creuit in monte. & cū pecunia & non pecu
nia sint eiusdē speciei specialissimæ entitatiue, &
vnum licite emo: nullo iure vetitū est q̄ alid̄ lici
te emere possim: iure em̄ naturæ & diuino non ē
vetitū, sed p̄missum tanq̄ licitum: etiā iure huma
no vt infer⁹ dicet. Casus aūt Arist. primi Politi
corū sexto adduct⁹ nō est cōtra hoc ꝓpositū: qa
habet ꝓ inconuenīēte q̄ pecunia in mutuo pecu
niam pariat. nō dubiū est q̄n in Græcia viderit
multos redditus pecuniarios: & cēsuerit eoꝝ col
lectores iuste colligere: sed qa illic pecunia non
dabaꝫ subito i toto soluenda, sed p̄ iure pecuniæ
colligendæ successu tēporis, & nō vidit subito so
lutionē. nō vocauit hāc acq̄sitionem pecuniariā
& obolisticā. Sed qa ꝓbauimus reddit⁹ pecunia
rij emptionē pecuniā: oportet dicere q̄ pecunia
alicuius emption's vel alterius contract⁹ (nō re
fert) sit terminus immediatus. Sed dicis. tūc du
plex habet officium pecunia: quia est adinuenta
vt sit precium i cōmutationibus: ergo nō ē nata
esse merx vel res commutanda immediate. con
sequētia ē nulla. multiplex em̄ officiū hēt pecūia
⁊ vnū habeat pricipale & p̄cipuū. s. vt sit mediū
i cōmutationib⁹. nā valet ad pōpā aurū ēt mone
ta pcussū: & ad curādū a lepra: sicut cōtra frigora
& calores valet de p̄ se lōga vestis: & de p̄ accidēs
ad occultādas graciles & deformes tibias. ¶ Vl
ter⁹ dico q̄ qs p̄ōt emere pecuniā ēt de virtute
sermōis vt cōnotatio termini emere i cōnotatū ter
mini pecūia cadat. & dato q̄ res artificialꝫ a re na
turali distinguaꝫ: qđ pōt ab addicto sectę defēdi ꝓ
ut dīi reales tenēt, adhuc illa foīa artificialis pōt
emi: qa ē qd estimabile p̄cio & ꝓphanū. hoc ē, n̄
est veritū emi sicut obiectū simōię spūale vl' spū
ali ānexū. nā fabri aurarij & campsores emūt au
rū & pecuniā aliarū regionū icognitā: qa nō vide
tur quo alio cōtractu pecūię icognitę dn̄iū acq̄
rāt. & i cōmutatiōe albę pecūię ꝓ auro ē ēptio pe
cūię. ¶ S⁊ dicis. ē cābiū: & illic n̄ ē merx: qa merx
ꝓprie ē res vtilis: vt res vtilis distinguiꝫ a pecūia:
qa nisi sic: nō videreꝫ rō q̄re i tali cōtractu magis
vn⁹ diceret emere q̄ ali⁹ vēdere. q̄ em̄ tradit flore
nū ꝓ minuta moneta, nō pl⁹ videꝫ vēdere florenū
ꝓ moneta q̄ emere monetā ꝓ floreno. Scdo hoc
ꝓbant a sil'i sic. cōmutatio duarū rerū vtiliū distl
ctarū a pecūia nō pōt eē emptio: f: ē pmutatio q̄
ponit iter cōtract⁹ inoiatos: & tn̄ q̄ rōne vbi vtrū
q; cōmutabile ē pecunia, posset dici esse emptio
eadē rōne posset dici ibi eē ēptio vbi vtrūq; extre
mū ē res vtilis. tenet cōsequētia. qa q̄ necessario
req̄rit ad cōtractū ēptiōis merx ac p̄ciū cōsistēs i
numismate & cōtra. ideo sicut coicidēte merce cū
p̄cio vel pecunia puta qa vtrūq; ē pecūa, qs cōtē
deret saluare q̄ ibi adhuc eēt ēptio: sic ēt si coīci
deret p̄ciū cū merce sic vt vtrūq; res vtilis sit merx

maxie eiusdē speciei/vt asin⁹ ꝓ asino: sustineret
ibi eē emptio. q̄ oia sūt etiā cōtra vsū loquēdi iu
ris ciuilis/vt p⁊ i. l. i. ff. de cōtrahē. empt. & vēd. S⁊
istę ratiōes nō cōcludūt: imo noiali est necessariū
eas soluere. ¶ Sed ꝓ eis adhuc addā apparētio
rē auctoritatē iuris Cęsaret. Iustinian⁹ em̄ istit. de
empt. & vēdi. §. Itē p̄cū. &. §. Diuersæ scholę. di
cit q̄ Sabin⁹ & Cassius moti aliqb⁹ rōnib⁹ & ver
sibus Homericis dixerūt rerū pmutationē eē em
ptionē & venditionē. Sed & Procul⁹ stipat⁹ aliq
bus versibus eiusdē Homeri. sentētiā aūt Procu
li imperator confirmauit. ¶ Rn̄deꝫ. in primis ꝓ
indubitato tenemus contractum licitum: & si eēt
mutuū: esset vsura ab oīb⁹ cōtractū approbātib⁹
& vocaꝫ emptio iuris recipiēdi quotannis pecu
niam. S⁊ qa illud ius pecuniā dicim⁹: Ad primū
argumētū vbi dr. illic nō est merx. hoc nego. di
co q̄ pecunia quā ego emo ꝓ quotas annuas &
mēstruas colligēdam, ē merx. nec semp oportet
mercē a pecunia distingui. & hoc capiēdo mercē
pro omni illo qđ emit̄. Interdū em̄ apud dn̄os le
gistas solū res mobilis vendibilis dr merx. ff. de
verbo. signi. l. Mercis appellatio. & q̄ qd sit de
cābio nō refert. sufficit nobis i ꝓposito nr̄o q̄ se
cūdū aduersarios ius recipiēdi pecuniā sit merx:
& pecunia in prōptu data sit p̄ciū. & nos dicim⁹
id ius esse pecuniā existētē vel futurā. hoc ē mo
re legistarū pecuniā in spe. Et i cābio potes dice
re q̄ vtrūq; extremū ē merx & p̄cium: & q̄ dās
albam pecuniam emit aurū: & sic est emptor auri
alter auri vēditor: & albę pecuniæ emptor. ¶ Ad
secundū dr q̄ cōmutatio duarū rerum vtilium
pōt vocari emptio: & vterq; ē emptor & vēditor
respectu diuersox. vt agricola dans triticū ꝓ vi
no emit vinū: & vendit triticū. merx eius empta
est vinum: & p̄cium datum est triticum. ecōuerso
respectu alterius. Et q̄ istud sit dicēdū cōformi
ter ad ꝓpositū nostrū: declaro. do sorti in prōptu
q̄ dringentos asinos ea stipulatione vt mihi quo
tannis det. xx. asinos redimibiliter vel irredimi
bilit: nō refert, iā q̄ro ab aduersario: an iste cōtra
ctus sit mutuū. & mox dicet q̄ nō: sed dicet q̄ ē
emptio iuris recipiēdi quotannis. xx. asinos: qđ
ius ego dico asinos recipiendos. & sic alicuius rei
non vsu consumptibilis pro similib⁹ rebus tradi
ta est emptio & venditio: & quadringenti asini in
prōptu dati precium sunt: reliqui vero asini ptia
liter recipiendi sunt vel erunt merx. ¶ Ad tertiū
argumētū dico q̄ ipm est ꝓ dictis. Cū em̄ impe
rator dicat: q̄ diuersę scholę doctores contra sen
tiebant: & ita disceptabant an pmutatio esset em
ptio: ergo iter prudētissimos legistas cōtrarię erāt
opiniones. & licet imperator alterā opinionē ap
probauerit: nobis n̄ ē necessariū illā recipe. Scdo
dico & melius: qa facile nō sunt cōtemnēdę leges
q̄ iperator loqtur cōiter extra materiā redditū
Illud dicere oportet: vel q̄ est contractus innoīa
tidie,non vendo tibi vsum equi mei retēto dñio: ergo fundamentum ꝓbationum nullum. Antecedens ꝓbo.vendo tibi equū meū quia vendo tibi eius vsum.sed vsus illius equi est equus ipse.vel vendo tibi motū localē ipsius equi:modo motus localis est ipsum mobile qđ mouetur:vt pronūe supponitur.& tunc sic.hunc motum localem huius equi tibi vendo:hic motus localis huius equi est ipse equus.ergo istum equū tibi vendo.vel da singularem istius,vsum huius equi tibi vēdo:singularē inquā ex pte termini(vsum)quia illa ꝓpositio ē singular ex pte modi enūciādi.tūc sic.hūc vsum hui⁹ eq tibi vēdo: hic vsus hui⁹ eq est hic equ⁹.ergo hūc equū tibi vendo.cōsequētia est syllogism⁹ expositori⁹:& maior ab oib⁹ cōcessa.ambiguitas minoris excludit q̄rendo abs te q̄ res sit vsus illius equi.nō res respectiua:quia nullū respectum a fundamēto & termino distinctū clara & i gentiosa noialium schola admittit.nō potes ergo signare qđ accidēs sit ille vsus equi. Si dicas,qualitas.q̄rit de qua specie qualitatis.& currendo per omnes argues facile te in capistrū deducet. ¶Rn detur vt omne verū oīni vero consonet , dicam⁹ & ad intentionem vulgo loquentiū:& metaphysice simul. Dico primo ꝓbabile esse etiam apđ nominalem:q̄ motus localis distinguitur a mobili: & tunc dico q̄ emo motum localem istius equi nouem paruis albis. Oppositum etiam est ita probabile:& nego q̄ tu emis equum meum.emptio enim non cadit in equum:sed in taliter se habere equi:qđ tm̄ taliter se habere est ipse equus:& emis equū meū secundum quid:hoc est tali addito. Ad syllogismū expositorium dico ipsum esse bonū:& sicut conclusionem nego:ita ipsam maiorem:scilicet hūc vsum emis:sed bene emis hūc vsum.per primā em̄ denotat q̄ hāc rē q̄ est vsus emis:q̄ est emptio absolute ipsi⁹ equi.per secūdā aūt denotat emptio secundum quid. Sic locatio actiua ē ipse rei locator:passiua ē res locata:abstractiua vero locatio est consensus locantis & cōductoris.hoc est:iste terminus locatio abstractiua ꝓ talibus consensibus supponit,cōnotando reliqua q̄ ad talē contractum sufficiunt & requirunt.sicut noialis dicere solet q̄ calefactio passiua aquæ est aqua calefacta:calefactio actiua est ignis calefaciens:& calor est calefactio abstractiua. q̄uis etiā dicatur actiua: nihil est impedimenti . Ecce quo ad metaphysicā moraliter loquendo.possum vti equitatione eq vno die vel pluribus diebus absq; hoc q̄ corrumpatur ꝓprietas eius.sicut homo potest vti auro ad pompam:& etiā locare vinum & triticum ad pompā.& talis vsus non est eius distractio:sed dominium rei absolutū manet penes locantem:& dominium rei secundum quid siue diminutum apud conductorem.& sic cōductor habet vtile dominium diminutū:diurnū,vel hebdomadale:qđ est ei vtile:& dominium absolutū manet penes locantem. ꝓpterea vsus dicitur posse separari a dominio:& sic semp intelligo extra hanc materiā:semper tm̄ vt plures loquuturus.Quilibet sibi singularē modū loq̄ndi fabricare:nō oportet colloquat alijs:sed ad antra deserti aufugiat.

¶Secundo arguitur.si locem tibi equum meum:vt veharis ad sanctum Fiacrium & tu accedas ad bellum vel ad locum periculosissimum:& a ꝑdonibus rapiatur abs te:equus peribit in manu tua & non mea:vt habet in.l.Contractus.ff.de reg.iu.modo res perit in manu illi⁹ qui proprietatem in re ipa habet:alioquin mutuatari⁹ non tenebitur subire periculum mutui nisi quia mutuum est suū.& idem est si dolo malo machinatus sim mortem equi tui:agitando eum celeriter:per diem naturalem non ministrando ei potū neq; cibum quatenus moriatur. Et possum eodē modo argumentari de commodato sic.vt in frōte huius q̄stionis diximus:commodatio conuenit cum locatione in hoc q̄ in vtroq; seruatur ꝓprietas vsu in alium translato:& vnum fit gratis. modo maximus pontifex de commodata.ca. vnico dicit q̄ in commodatione commodans de leuissima culpa tenetur. ¶Ad secūdum respondetur q̄ rem perire in manu alicuius non arguit illū illius rei habere proprietatem:sed quo ad mutuatarium dicitur q̄ mutuum est eius qualitercunq; pereat:leuissima:leui,& lata culpa & dolo:vel si remittat ad me per quēcūq; sollicitissimum nūciū: semper in manu sua peribit quousq; effectualiter mihi mutuum restituerit. Sed quia tacite aliquib⁹ contractibus de iure gentium aliquę conditiones insunt,vel a iure humano legi naturali maxie cōformi pro reipublicæ vtilitate:in illis contractib⁹ oportet illas conditiones communiter seruare. Si enim in omnem euentum res in manu dñi piret: fur & raptor non tenerentur restituere ablatū: nec conductor equi ducens equum super pōtem vnū dūtaxat lignum habentem in quo equus frangit tibiam:vel si quando venit ad hospitium descendens ex equo in mediam aream:statim sit ablat⁹. Et sic in commodatiōe & apud depositarium. Si enim isti reparare damnum non cogerentur: nullus vnq̄ rem suam penes alium deponeret:vel alteri rem suam locaret vel commodaret:qđ esset i reipublicæ maximam iacturam.propterea aliqua sunt rationi maxime consentanea quæ talib⁹ contractibus a iure humano applicantur:vt in cōmodatione homo de leuissima teneatur culpa. Et ratio pontificis est bona:quia cum gratia sui tm̄ qs commodatum accepit,de leuissima etiam culpa tenetur.In proposito autem culpa non est pecca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum homini imputabile: sic scilicet vt si mox decederet vita: illi⁹ gratia in inferno vel purgatorio puniretur. Si vero gratia dantis tñ commodatū detur: tunc venit dolus & lata culpa. ff. de cōmo. l. Si vt certo. §. Interdum. & l. Si mei causa. ff. de act. & ob. l. j. §. His quoq; apud quē. Si vero gratia vtriusq; tunc p̄stat dolum & latam culpā. nam dolus vti superius diximus inter arguendum, cō mittitur quando quis ex industria facit vel omittit aliquid gratia cuius res alterius perit. Culpa autem est actus vel omissio in quā quis incidit, quę p hominum diligētiam præuideri poterat. Per vltimam particulam distinguitur a casu fortuito: a quo diligentissimus cauere non poterat: vt si mihi familiarissimus & ab omnibus reputatus p̄bissimus rem meam subtrahit. Culpa lata est quam quis incurrit ex negligentia sua omittendo diligētiam quā plurimum homines illius p̄fessionis exhibere solent: præter etiam suam intentionē. vt si toto die naturali non dedisti equo potum: cuius defectu si moriatur: tu es in lata culpa. nam equites norunt q; equo sit dandus potus. mors tñ eq est præter tuam intentionem. & per hoc distinguitur a dolo. Eodē modo leuis culpa definiatur: præter hoc q; loco huius (plurimum homines): ponatur (homines diligentes) & in quid nominis leuissimæ culpæ: homines diligentissimi. Et sicut diximus in cōmodatione: proportionabiliter in locatione dicatur. Res itaq; locata est in periculo locatoris: ita vt si res ipsa pereat sine dolo: lata vel leui culpa cōductoris: vtpote per culpam leuissimam: casum fortuitum, a natura, vel per diuinum iudicium: res ipsa locatori peribit: neq; conductor tenebitur locatori vllam refusionem facere pro eadem re: quia regula est, sicut nunc in commodatione allegauimus: q; in contractibus qui fiunt gratia vtriusq; contrahentis: recipiens tenetur dolo: lata culpa: & leui: non autem leuissima. Et ex illo sequitur: q; si conductor remisit locatori rem locatam per nuncium diligentem: & res in via pereat casu fortuito: non tenebitur conductor ad restitutionem: sed ille casus imputabitur domino rei. Et idem est de cōmodatione & depositione: vt si depositarius & commodatari⁹ rem depositā vel cōmodatam p̄ nuncium qui vsus est diligētia, remisit: res in manu domini perit. secus est si nuncius negligens fuerit. Et ratio est in istis: qa conductor adhibuit illam diligentiam quam viri circūspecti tali rei custodiendæ adhibent: quare non debet ei imputari. ¶ Sed cōtra ista arguitur. si nō habuisses equum meum conductum, & equus fuisset in stabulo: fuisset mihi saluus: ergo quacūq; culpa incidente etiā leuissima, conductor est in causa p̄ditiōis equi mei: & p cōsequēs ipsum tenebitur restituere. ¶ Præterea si pactum interuenerit de leuissima culpa vel casu fortuito: res perit in manu cō ductoris. ergo non est naturale in contractu locationis & conductionis q; in leuissima culpa & casu fortuito in manu locantis res pereat. tenet consequentia: quia nulla circunstantia vel pactio valet contra naturam alicuius contractus: quia contractū destruit pactio: & ē cōtra eius naturā & substantiam. assumptum habet de cōmodato ca. vni co. §. Licet. vbi dicit Gregorius nonus. Licet casus fortuitus (nisi accident culpa sua, vel interuenerit pactum: seu in mora fuisset) sibi non debeat imputari. Vult pontifex dicere q; in tribus casib⁹ conductor leuissima culpa & casu fortuito tenet. Primo si equū meum locaui tibi ad certū vsum: vtpote ad equitandum Rothomagū: & tu eū ducis ab bellum. si enim equus leuissima culpa vel casu fortuito pereat: teneberis eum restituere vel equalēs: & furtū committis equo ad aliū vsum vtendo q̄ ad illum ad quē tibi locatus est. Secundo. si pactum interuenit quo conductor in se periculum suscipit tam culpę leuissimæ q̄ etiā casus fortuiti: tñ hoc intelligitur quando in pacto ponitur expresse aliquis casus fortuitus: tunc enim de illo tenetur: & non de alijs nisi sit adiecta clausula generalis de casibus fortuitis. & si illa sit adiecta: adhuc solum tenebitur de casibus fortuitis consimilibus ei qui fuit specificatus: non autem de illis qui sunt maiores eodē: quia in odiosis clausula generalis non comprehēdit maiora expressis. vt in cle. Nō potest. de procurato. secus in non odiosis: vt in institutione procuratoris, in qua expressis aliquibus requirentibus speciale mandatū: & subiecta clausula generali: veniunt casus maiores expressis. Et propterea si cōductorem habere voluerit locator ad casus fortuitos obligatū etiā maiores illo specificato: opus erit illos exp̄sse adjicere. Tertius est si mora p̄cessit casum: vtpote locati tibi equū: die iouis vel quocunq; alio die certo mihi reddendum: & tu vltra diem assignatū equū detinuisti. si quid ei tūc acciderit: teneberis: etiam si culpa leuissima, vel a fortuna illud acciderit.

¶ Respondetur concedendo illud assumptum. si fuisset in stabulo non fuisset ablatus. sed cum cōductor non est in dolo: & adhibet operam p̄ custodiendo equo quam diligentes adhibent: non esset rationi consentaneum q; equus periret in manu eius & non in manu domini: quia argumētum p̄baret eodem modo de casu fortuito sicut de leuissima culpa. nam Sortes ducit equum in pulchro itinere cum alijs equitibus: & equus vacillādo frāgit collū: quare peribit in manu conductoris? quatuor duodeni etiam tantū valent in die cum periculo leuissimæ culpæ & casus fortuiti: quantum vsus valet conductori. Stat etiam quando dolo vel culpa equus in manu cōductoris perit, vbi cō

ductor tenetur ad reparationem equi pereūtis: q; equus in stabulo locantis perisset: & tunc locās nihil habuisset. ¶ Ad secundū argumētū concedo antecedens: & nego cōsequentiā. & ad probationē de illis tribus casibus assumptis qui sunt cōtra naturam locationis: dico q; non sunt contra ei⁹ substantiā. Vnde aliqua sunt cōtra substātiā alicuius cōtractus: hoc est cōtra entitatem cōtractus: ita q; si illa conditio alicui contractui addatur: ponit cō tractum ipsum: vel totum aggregatū in aliā speciē cōtracti⁹ mutat. Declaro exēplariter. si dicā. do no tibi equū ea cōditione vt des mihi. xx. aureos nummos & nō aliter: illa cōditio facit q; ille cōtractus nullo pacto sit donationis: sed emptionis & vēditionis: quia in donatione donatarius nihil tenet dare donatori. Similiter si dicam do tibi equū meum cōmodato quatuor diebus p̄. xiiij. duodenis: p hoc q; ego addo. xiiij. duodenos pro mercede: nō est commodatio: sed locatio & conductio: & alia species contractus. Alia sunt contra naturam contractus: hoc est sunt contra illa quę alicui cōtractui ex iure gētiū, vel iure hūano multū i rōne fundato cōuenire dicunt: sed si cōtractui addā tur non variant speciē contractus: q̄ interdū contractum faciunt licitum: interdum vero illicitum. Exempli causa: de natura mutui est q; fiat gratis: si addat ei hæc conditio q; capiatur lucrū vi mutui: tam illa conditio adiecta nō mutat speciē mutui: sed mutuū licitū in illicitū mutat. Prima autē q̄stione de vsura p̄bare nisi sumus q; mutuū debet esse contractus gratuitus de iure naturę. & licet in illis rationibus possit esse aliqua tergiuersatio: tamen pro sua materia morali p̄bationes sunt sufficiētes: nec possumus facile p̄bare multas alias proprietates multorum aliorum contractuum esse ita naturales. Sed si ponat: mutuo tibi cētum irreuocabiliter: ita vt nullū ius maneat penes me ad reuocāda illa centū: iam illa cōditio adiecta est contra substātiā mutui. Aliqua etiam contingenter alicui contractui addunt: quæ nec sunt de eius natura: nec contra eius naturam. quēadmodum i philosophia dicimus q; calor repugnat naturę aquæ: hoc est: cōtra naturalē dispositionē aquæ est: & si sue naturæ aqua reliquatur: calorem expellit: & tñ non repugnat calor substantiæ aquæ. sic in proposito si non adderent istæ conditiones adiectę: captamus vnam q; conductor in se suscipiat omne periculum in culpa leuissima & in casu fortuito: vi cōtractus piculū esset penes locatorē. licet possit non insulse dici q; illud pactū continet aliū cōtractū i substātia a locatiōe & cōductiōe inoiatū nomine speciali. Conductor aūt in se suscipit oē periculum ratione diminutionis precij: puta dicē do: suscipio omne periculum in me etiā ex culpa leuissima & casu fortuito pro hoc die, si mihi. viij. turonos vel Carolum dederis: quia peccaret locator contra conductorem si vellet eum in se omne periculum suscipere, ad qđ non teneat, eum onerādo: nisi refunderet in equitalēti illi periculo ad qđ non obligat: vtpote minus de p̄cio capiendo: vel dando ei aliquid æquitalens tali oneri: forte caro lū. si. n. equ⁹ moriat: ducētos carolos & vltra amitteret. sed in ducentis vel trecētis diebus non perit vnus equus casu fortuito vel i casu aliquo i quo non tenetur conductor. Etiam ipse erit diligentissimus in equo custodiendo: & sic cauebit ne i culpam leuissimam incidat.

¶ Tertio arguitur. si aliquis aromatarius tibi vel alteri vasa sua argentea in doctoratu vel in alio prandio locauerit: qualitercunq; aliquod vas perit: ad restitutionē teneberis: aliquos eōrū in nostra facultate magistros hoc exptos fuisse nouimus. ¶ Rndet. aliquę sunt res quæ diligētissimam curam exigunt. vt vasa argentea vel aurea: i quib⁹ contractui ex circunstantia rei inest illud q; cōductor tenetur leuissima culpa. & hoc patet in. l. Si merces. §. qui colōnam. ff. de locato. vbi dicitur. Culpa autē abest si oīa facta sunt q̄ diligentissimus quisq; obseruaturus fuisset. Simile potest eē circa lapidū p̄ciosorum laborem: aut circa vitra p̄ciosa aut consimilia. Sed si res locanda talis non fuerit: puta nec facile corruptibilis nec magni momenti: quæ pōt facile clanculum tolli: homo non tenetur ad leuissimam culpam. Et ad illud quod dicitur de facultate nostra: aliqui prudentius faciunt dando aromatario ipsi omne piculum suorum vasorum pro certa pecuniæ quātitate vt p̄sens sit vel aliquis famulorum ei⁹. His nouissimis annis tamen multo melius actum est vitris: quæ sunt tam munda & honesta q̄ vasa argētea: nec cibariorum appositionem impediunt: & horum vsum maxime honoris insignib⁹ decorandus quatuor vel quinq; solidis habebit.

¶ Quarto arguitur ad idē. probando q; homo teneat ad leuissimam culpam: & hoc sic. quando locator æstimat rem locatam: & sic eā æstimatā conductori tradit: vtpote æstimat equū locatitium decem vel duodecim francis: si ex leuissima culpa perit equus, cōductor tenetur eum refundere. ¶ Respondetur tenendo opinionem Ioan. Andreæ, quæ in hac parte placet, negando q; teneatur cōductor post æstimationem ad leuissimam culpam: quia sicut dicit Ioan. & erudite: recipiens non plus tenetur q̄ exposcat natura contractus: sed æstimatio solum hoc operatur vt sciatur verum precium rei in casu quo res perderetur aut deterior efficeretur: vt sic dominus rei releuetur ab onere probādi verum precium rei. Et hūc modum Panor. insequitur in ca. vnico super⁹ al

Universidad de Deusto
Biblioteca

legato. ¶ Ecce quid est locatio & conductio: in qbus vsus rei p mercede vēdit & emit, proprietate penes locatorē manente. & q locatio & cōductio est politię humanæ admodū vtilis. Quis autem vsus rei metaphysice loquendo sit, pprietas realiter & identice: tm moraliter loquendo (nisi hęc difficultas vel consimilis tangat) nō expedit illo modo loquendi vti. Preterea patet q licet mutuum i manu mutuatarij semper pereat qui est dns mutui: tamen res locatitia, cuius locator est pprietarius non semp perit in manu locantis sed locatarij: vt quando locatarius est in dolo, lata culpa: vel leui. Et ex dictis facile dephēdere potes quomō culpa accipiat, & per quid dolus ab omnibus speciebus culpę segregeť. Vlterius habes: quo mō aliqd est de substantia contractus: & aliquid est contractui naturale: non semper de lege naturę: sed crebro de lege humana. Aliquid etiam est cōtractui accidētale. & sic aliquid est contra substantiā contract⁹: & aliquid cōtra naturā eius. sed contractus cōmuniter est indifferens ad hæc accidentia & sua opposita: sicut metaphysice loquendo cōtingit de subiecto & accidentibus eius. Rursus diximus q in aliquibus rebus locatis leuissima culpa cōductori imputabitur ob preciositatem rei locatę: vel faciem eius corruptibilitatem. si enim ita non fieret: harum rerum possessores & proprietarij eas nō locarent. ¶ Ex his patet q stat dare aliquem cōtractum in sua naturali puritate: hoc est sine pactis extstentibus contra naturalia illius cōtractus. aliquando fit impure: hoc est cum circunstantijs contra naturalia ipsius contractus. Secūdo sequitur, inane esse locatori pacisci cum conductore de conditionibus naturalibus contractus. probatur: qa naturalia contractus tacite ex eius natura insunt: ergo inaniter fit de eis conuentio. & eodem modo in conductione, & in reliquis contractibus. Tertio sequitur non propterea aliquem contractum esse illicitū q ei apponit cōditio vel conditiones pręter vel cōtra naturā ipsius: vt si cōductor teneat pœna leuissima ex pacto: dūmodo locator conductorem releuet in aliquo illi oneri ęq̄li. immo dato q esset contra substantiam contractus: & esset mutatio in alium contractum ob pactum oppositū: non ppterea sequit q cōtractus erit illicitus. stat etiam q ille secundus contractus sit licitus: vt si dicam, dono tibi hunc equum. xx. aureis & nō aliter: iam mutuatio mutat in emptionem licitam. Quarto sequit q si quis teneat siue vi cōtractus: siue ex pacto de culpa leuissima: etiā superioribus erit obnoxius scilicet culpa leui & ascēdēdo: inferius enim includit superius. Ex his q̄ de mutuo, emptione, locatione, & conductione dicta sunt: multi animalium contractus dilui possunt. Sed adhuc pro maiori intelligentia decidit super hoc quæstio sequens.

¶ Distinctionis Decimęquintæ Quęstio Quadragesimasexta.

AN cōtractus socidarū quibus rustici in animalibus innitunt, sit licitus. Respondetur. multifariam rustici contrahere possunt: & anteq̄ damnetur vel reprobetur aliquis talis cōtract⁹: considerādum ē sub qua specie contractus includatur: & an sit contractus purus & simplex, puta nihil habens contra naturalia illius. & tunc facili⁹ erit iudicare: an habeat conditiones contra naturā contractus. Videatur itaq; an si vnus obligeť ad aliquid contra naturam contractus: alter tm eum releuet: an non. si secundum: dicatur contract⁹ il licitus. si primum, contractus est licitus, dummodo non addatur aliqua alia circunstantia contractum inficiens. Audiat autem confessor vel ali⁹ prudens extra confessionem contractum ipsum cum omnibus circunstantijs requisitis: & inquirat a confitente vel alio consulente de circunstantijs quæ cōtractum iustificare vel inficere possunt. & ante omnia audita: non præcipitet sentētiam: nec eum pudeat geminam audire relationē more sapientis respondentis tam in theologia q̄ in artibus: primo argumentum integre & nitide recitātis. & secundo ad formam respondētis. & si casus potissimum in confessiōe fuerit implicitus & difficilis: capiat inducias a respondente bidui vel tridui secundum ipsius difficultatis exigentiam: & interea induciarum tempore & mortuos & viuos doctores consulat: ne cęcus cęcum in foueam ducat. & nisi diligētiam super eiusmodi negocijs fecerit, erit ei crassa ignorantia & vincibilis: neminē a culpa excusans. Et licet absoluat confitentem & casum iustificet a casu: adhuc non excusatur: qa licet iustum faciat: non tamen iuste. quemadmodum. ij. Ethico. dicit philosophus q̄ quis loquit grammaticam & non grāmatice: quia non ex habitu artis. Hęc dixerim propter aliquos pauca principia in theologia habentes: qui casus more lororum Gordij implicitos mox absoluunt vel reprobant: tam in confessione q̄ extra confessionem: quod est etiam peccato secluso contra viri famā: quia inquisitione posterius facta (vt plerunq; fit) resolutionis eius inuenietur oppositum. Vlterius considerabis: si opulenti passim ac inopes tali cōtractu vtantur: nam si ita compertum fuerit: liciti

contractus indicium est: & q nō solum pressi ob inopiam illum contractum ineant. Vltra hæc considerandum est an vtentes tali contractu non depauperentur. si em vna pars contrahens plerunq; deterior fiat: & alia melior: argumentum est q est iniquus. Sane dum lares patrios abhic quadriennium viserem & essem apud cœnobium Melros de quo Beda in libro ecclesiæ gentis Anglorum mentionem facit: hunc casum percrebrum inueni. Nam abbas illius loci locat sibi subiectis oues. sunt em illic optima pascua: & cōductorib⁹ earum apponitur conditio omnis periculi subeūdi. me autem ex religiosis & alijs rogante: an conductores essent ita opulenti vt ante illum contractum: a nouissimis abbatib⁹ compertum est vbi quondam erant opulenti & egregij pastores outū artem patriarcharum imitantes: nunc esse penitus depauperatos: & dira pressos inopia sine sua culpa: & multos cessisse loco. illud certe euidētissime apud rudes debuit contractum ostendere iniquum.

¶ His præambulis vtcūq; in generali positis quæ ingenioso quodammodo sufficerent: in speciali aliquos casus citabo: ex quorum solutionib⁹ similes enodare poteris. In primis notum esse debet q sicut frequenter quis in prędijs suis retenta eorum proprietate pro mercede concedit alteri vsumfructuum seu ius vtendi & fruēdi illis seu percipiendi commoditates & fruct⁹ eorum: salua eorum substantia: & ita locare dicitur, & alter conducere, ex quæstione præcedēte: sic potest fieri in animalibus: quia etiam ex eis salua eorum substantia fructus admodum vtiles haberi solent: vt in bobus, oubus, capris, equis, asinis, & cæteris id genus. hæ enim opes sunt naturales q̄bus patres nostri ab initio orbis conditi, & postea patriarchæ, Iob & cæteri boni viri vsi sūt. Ex ouibus nanq; animalibus mansuetissimis (quibus Christus comparatus est) lac & ex consequēti butyrum & caseum: lanam & carnes habes: pariter fimum ad terram impinguandam vtilissimum. ob hoc enim agriculturæ periti in campo sterili includunt oues septis aliquot diebus quoad terra impinguetur: & postea ad cōsimile solum sterile easdem cum septis ad terræ impinguationem transferunt. similes ex bobus commoditates habes: ex vaccis lac: & ex boum tergoribus calceos: sicut ex ouium lana vestes. solis etiam bobus in plerisq; locis vt in vtroq; regno Britannorum colitur terra. Animalium commoditates ita agricolis notæ sunt: vt eas apud ipsos recitare sit superuacuum. ¶ Sed animalia tradens retinet crebro eorum dominium: & conducenti rustico pro certa mercede vsumfructum concedit: & ita est locatio ex parte tradentis, & conductio ex parte recipientis. & ille est primus modus. ¶ Secundo interdum est locatio personæ ex parte rustici recipientis animalia: & conductio personæ ex parte tradentis ea: hoc est, animalia tradens conducit rusticum in ratione pastoris pro mercede vt oues ad pascua minet pascat, & custodiat. nam opera hominis est eius fructus. vt. l. iij. ff. de ope. seruorum. Interdum pascuntur in terra tradentis animalia: interdum in terra rustici. Primum apud Britānos est frequēs: vbi inuenies virum quater vel quinques mille francos & eo amplius in redditibus annuis habētem: supra septem milia ouium Iob: nōnunq̄ decem milia possidentem. & hoc bene fit in plerisq̄ locis vbi terra est montosa: tritico inidonea. Ob frigora enim nullibi in Britannia crescunt vites: quamobrem congruit illic pascere oues & vaccas: quibus terra nō est minus vtilis q̄ sit triticum: & montosa alijs terris melior. nam vnum miliare montis, quatuor vel quinq; miliaria pascuorum valet ob montium altitudinem: & ad montium maximas altitudines oues & capræ illæsæ cōscendunt & descendunt. talia enim pascua sunt animalibus istis optima: vt per caseos Aruerniæ Parisijs videre est: qui iter caseos gallicos primas partes habere dicuntur. Tunc autem solet dominus seni alicui artis pascēdi oues perito: duos vel tres ouium greges (quadringentas autem & octogintā oues grex continere dicitur) pro mercede dare, addens pastori facultatem pascendi centum vel ducentas oues pro ipso. aliquot item vaccas cum equis vel equabus & earum fœtibus: & aliquot agellos pro eius grege nutriendo. Nonnunq̄ etiam pascuntur oues in terra rustici: terra inquam quam habet conductitiam: & tunc nutrimentum & labores animalibus ministrat. ¶ Tertio aliquādo contrahunt sic. tradens aialia recipientem obligat ad restituendum ea post lapsum alicuius temporis: vtpote post duos vel tres annos tot animalia & eiusdem valoris, etiam si apud recipientem perissent casu fortuito vel qualitercunq;. & tempore intermedio pro quo fit traditio, recipiens animalia potest ea distrahere aut aliter eis vti ad libitum. & aliquando tradendo ea æstimat vt eorum cognoscatur valor. & hic apparet esse mutuatio: quia si sic ea tibi tradidero, de meo facio tuū: trāsferendo in te dominium & proprietatem: quatenꝰ possis eis vti ad vsum qui est eorum cōsumptio: & obligo te vt illa restituas: non secundum numeralem identitatem: sed secundum identitatem specificam. ista autē sunt substantialia & naturalia mutuatiōis: igit ibi est mutuatio. nā pinde est ac si tradēs aialia daret ipsi recipiēti aialia tāta pecuniā

Universidad de Deusto
Biblioteca

quantam valent animalia:sed si tātam pecuniam prædicto modo daret:esset vera mutuatio. Nec potes per hoc effugere q̄ aīalia non sunt res mutuabiles:eo q̄ res mutuabilis debet habere vsum qui est eius cōsumptio. Sic ēn est in ꝓposito:quia datur tibi facultas ad distrahenda ipa animalia.sicut enim pecunia distractione consumitur:sic animalia:quia comestio animaliū est eorum consumptio:& ad talem vsum conceduntur in isto casu. ¶Quarto interdum conueniunt vt alter pro aliquo temporali animalia sua tradat alteri,transferēdo eorum dominium in alterum,faciendo alium cōdominum:& alter tot animalia vicissim tradat vel æquialens. ¶Quito vnus retinet sibiipsi ꝓprietatem animalium suorum:& communicat alteri vsum ipsorum:& facit eum consuarium:hoc est:recipiens transfert simili modo aliquid temporale in tradentem:faciendo ipsum participem i eodem temporali:quod sibi vicissim communicat: etiam non abdicando a se illud temporale.& hic contractus est societas:quia societas est contract⁹ in quo aliquis res suas communicat alteri/faciendo eū participem dominij vel vsusfructus earūdem/pro aliquo alio tēporali sibi simili modo cōmunicando.non enim est mutuatio/locatio/cōductio/aut permutatio:& sic de alijs contractibus:& est contractus simplex:ergo a sufficiente diuisione est societas.Multa hic quæ in facto consistunt recitauimus.¶Sed ad respondendum de tribus primis modis nihil oportet vltra dicta addere.nā homo potest locare corpus suum ad operādum, & ad animalia custodienda:& hoc alter licite conducere potest.similiter homo pōt locare sua animalia:& alter cōducere.si ergo seruetur iustitia cōmutatiua secundum iudicium prudentum: cōtractus est licitus.semper intelligo prudentes in illa materia.in varijs nāq; materijs variæ sunt prudētię.senes autem pastores & rustici qui in his versati sunt:i hac materia prudētes sunt. Si vero aliqd capiatur in tertio contractu:est vsura:quia reputo illum contractum mutuum, propter circūstātias additas.recipiens enim tenetur de omni periculo, & potest distrahere animalia interea:ergo non tenetur ad restituenda eadem:sed completo tempore pactionis tenetur restituere similia.modo ista essentialiter mutuum ædificant : sicut partes hominis hominem. De societate autem in quęstione sequenti tractabimus.

¶Ponamus nunc aliquos casus (vt aiunt) practicandos:eorum morem imitantes qui ob logicas regulas pleni⁹ intelligendas sophismata composuerunt:& similiter in medicina speculatiua & practica. Primus sit iste. Sortes tradit Platoni cētum oues:aut quot volueris ad annum vsq;:tali conditione vt Plato teneatur eas & earum fœtus cum diligentia pascere & seruare expensis suis:& fœtuum fideliter Sorti dimidium assignabit:& in fine temporis easdem oues vel similes.diuini iudicij vel casus fortuiti periculū sortes subibit:reliqua ipse Plato. Cum doctus vidit contractum secluſis circunstantijs esse licitum:quærat a confitente vel prudente rustico:an dimidia pars fœtuum expensis Platonis & laboribus cū onere periculi æquualeat,nec ne:& secundum hoc respōdeat. ¶Secund⁹ casus.aliquis locat alteri animalia ficta:vtpote Sortes pauper rusticus a diuite petit mutuum.cui diues ait.Non mutuabo sed abs te vnam vaccam emam: & sic habebis pecuniam:quam vaccam tibi mox locabo: & dimittā eam apud te tanq̄ meam pro certa annua merced. Cum diues sciat pauperem non habere vaccā: non potest vaccam ab eo emere:& per consequēs non potest locare ei vaccam,ratione cuius annuā pensionem recipiat:sed est mutuatio vsuraria.cū enim diues nihil dederit pauperi nisi pecuniam:sequitur q̄ ex pecunia tradita annuam pensionem recipit:igitur de pecunia mutuata recipit lucrum. & eodem modo dicatur de prædijs fictis emptis. non tamen peccaret si putaret pauperem habere vaccam capiendo pensionem iustam. ¶Tertius casus. Sortes tradit Platoni.xx.vaccas hoc modo vt vaccæ sint firmæ:sic scilicet vt velit eas vel earum valorem habere si pereant quomodocunq̄,vel deteriores efficiantur.cum hoc vult q̄ Plato habeat omne lucrum vel emolumentum inde proueniens,sicut vult omne damnum & periculum esse Platonis.nec vult aliquid ratione istius contractus habere a Platone.Iste contractus est illicitus:& mutuum,ac si Sortes daret tantam pecuniam Platoni quantam valent.xx.vaccæ ad tempus : post quod vult suam pecuniam repetere etiam si in manu Platonis periisset. ¶Quartus casus.a.tradit duo animalia b.per annum, volens habere ab eo aliquot sextarios frumenti vel aliquam aliam vtilitatem in pecunia vel in rebus cōsistentem:& omne periculum illorum animalium imponit b.ita vt b.debeat solus sustinere periculum tam deprauationis q̄ mortis animalium:nō tantum eius deprauationis & mortis quæ ex culpa lata vel leui prouenerit: sed etiam eius quæ ex eius leuissima culpa:immo etiam quæ sine culpa: si scilicet fortuna vel diuino iudicio mors animalibus contigerit. ¶Hunc contractū Cōradus vsurarium dicit : & loquitur quando in tempore intermedio quo b.vtitur animalibus : non potest ea distrahere. Argumenta autem contra se facit quibus nullo pacto satisfacit. Ego q̄ breuissime vt in tota ista materia instituī : rem expediam. Dico igitur illum contractum nullo modo

vsurariū.sed est cōtract⁹ locatiōis & conductionis cum b.non possit distrahere animalia/vendere & comedere ante finem temporis de restitutiōe.nec vllo pacto est mutuum.Et licet respondendo ad primum argumentum quod facit cōtra se,dicat. q̄is a.vocaliter non tradat ei ea ad vsum qui sit eorum consumptio:tamen ipse sic ei ea tradit.nā pro quanto omne periculum imponit b.videtur ei ea cōcedere vt eis vtatur etiam eo vsu quo pereant & consumantur.Istud nihil est.tum quia cōtra casum.tum quia commodator est dominꝰ rei commodatæ:& tamen potest pacisci q̄ commodatarius ad casum fortuitum & ad omne periculum teneatur:vt dicit Romanus pōtifex in capi. Cum gratia sui.de commodato.ergo b.suscipere omne periculum in se, non arguit ipsum esse dominum rei:& per consequens nō est mutuū. Nec pōt eis vti post mortem comedendo vel vendendo:vt si bos submergeretur:quia distraheret alienum:& faceret furtum.Multo minus valet quod dicit respondendo ad illud idem primū argumentum,vbi secundo dicit.dato q̄ a.vellet expresse b.ea non consumere:sed tantummodo eis vteretur in laboribꝰ:& nihilominus sic ei omne periculum imposuisset:non propter hoc posset a.excusari ab iniquo contractu:quia etsi non posset damnari vsurariæ prauitatis:vtputa quia non posset satis apparenter conuinci de mutuo animaliū: tamen minus iuste ageret cum b.nā si ea ad oēm vsum concessisset vel mutuasset,& aliquid accipere nomine mercedis ab eo:diceretur inique agere contra b.ergo multo magis cōdemnandus est a. iniquitatis:quando ei non ad omnem vsum: sed ad restrictiorē vsum cōcedit:& nihilominus vult habere mercedem ab eo. Hoc inquam minus valet:& ratio est:quia tunc esset verum mutuū: gratia cuius nihil licet accipere vltra sortem.nunc autem est locatio impura:hoc est habet cōditionem adiectam contra sua naturalia.vel est duorum cōtractuum mixtio.& idem est in sententia.modo licet aliquid capere ratione locationis secundum omnes.Nec valet quod tertio dicit:q̄ etsi nō posset conuinci a.mutuasse animalia:tamen conuinceretur æquualenter pecuniam æquialentem animalibus mutuasse. Si probetur contractus locationis,vel mixtio duorum cōtractuum licitorum tam separatim q̄ coniunctorum : non potes per virtuale mutuum aufugere.& si proteruiendo quis euadere studeat:dabitur occasio sic cum dyscolia quoscunq̄ casus licitos reprobandi ratione virtualis mutui. Dico ergo sicut dicebam a principio q̄ est duorum casuum licitorum mixtio:vel locatio impura.hoc est cum conditionibus contra naturam locationis . quod idem valet.nam a.locat duo aīalia ipsi b.vt habeat.xij.sextarios frumenti,gratia exempli:tunc doli & latæ culpæ tenetur b.virtute contractus locationis.a.pacisc̄itur & facit nouum contractum cū b.vel addit aliqua non pugnantia cum cōtractu locationis.ac si diceret. domine b.tu teneris mihi restituere meos duos boues vel eorum valorem si dolo vel lata culpa pereant:& dare mihi etiam ratione mercedis in locatione.xij.sextarios frumēti:gratia exempli hoc pono:& q̄ sit iustum precium.sum contentus diminuere vnam portionem precij ea lege vt oīne periculum boum susc̄ipias:ita q̄ qualitercūq; pereant:mihi ad restitutionem teneberis.potest autē fieri vt rarissime boues in tali loco pereāt sine dolo.quare,cur licite non possint pacisci mutuo super diminutione precij dandi ipsi a, non video: cum hoc q̄ b.omne periculum subibit:ita vt iudicio prudentum colonorum iudicetur casus b. melior vel tam bonus ratione diminutionis mercedis q̄ ratione oneris quod subit.& cum nec sit mutuum nec contra iudicium prudentum colonorum:illud est licitum cēsendum. Facile est ostēdere q̄ nullum argumentum quod contra se facit in parte soluat. Sed ne in hoc incidam in quo alios de verborum prodigalitate (vbi res paucis expediri potest) arguere soleo : singulas eius solutiones refellere est inutile. ¶Nūc soluam duo eiꝰ argumenta quibus probat intentum suum : finē impositurus. Arguit sic.a.censetur prædicta animalia mutuasse b.ex quo a.vult esse immunis ab omni periculo animalium:non minus q̄ si tantūdem pecuniæ mutuasset b.& oīne periculum imposuisset b.quale mutuatarius tantæ pecuniæ haberet subire. Ad istud argumentum tam respōsum est:q̄ nullo pacto est mutuatio. Secundo arguit.tenendo oppositum aperitur via vsurarijs. nam cum homines videant sibi non licere mutuare suas pecunias sub certa mercede:omnē suam pecuniam expendent ꝑ animalibus emendis vel pro domibus:& dicent se huiusmodi locare alijs pro certa mercede.atta men illis imponent omne periculum eodem modo ac si tantam pecuniam quantam expenderunt pro animalibus vel domibus:eis mutuassent. Respondetur negando q̄ aperitur via vsurarijs.certe multo magis aperietur admittēdo q̄ liceat capere ratione lucri cessantis vltra sortem:& ratione pœnæ conuentionalis vel sollicitudinis quam homo habet ex suæ pecuniæ carentia.quod ipse & recte opinione mea insequitur sicut & ego.& nulli dubium est quin prudens tantum lucretur sine vsura quantum imprudens vsurarius cum fœnore.hoc patet in emendis agris irredimibilibus vel redditibꝰ. Ad oculū exemplificabo de duobus primarijs collegiorum moderatoribus:quorum vnus ꝑcurat bonos regentes:& bonam politiam seruat in collegio vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

habeat lucrum:illic præciſe ſiſtendo,alter facit vt bene paſcat gregē ſibi cōmiſſum:& non ob ſpem lucri:lucrum tamen occurrens non recuſat.ſecundus hic tantum lucratur quantum prior. Sed forte iterū argumentaris.ſi a.conceſſiſſet b.aīalia ſcilicet vt b.poſſet illa diſtrahere qñcūq; vellet:& cum hoc obligaretur ſubire omne periculū & cogeretur reſtituere ſimilia animalia ſi perirent:iam eſſet mutuum:& eſſet vſura ſi caperet aliquid ratione iſtius contractus:ergo eodem modo ſi non poſſit diſtrahere illa aīalia. Reſpondeo.vides conſequentiam nullam ex dictis:cum in vno ſit mutuum:non autem in alio. Et eodem modo conſequenter dicendum eſt:ſi a.tradit b.xx.aīalia æſtimata.xx.libris:& b.debet habere medietatem medietatis fructuum & fœtuum prouenientium:ita tñ vt b.teneatur a.reddere dimidiam partem illorum animalium in valore qualitercunq; pereant. vbi ipſe dicit eſſe duos contractus,ſcilicet ſocietatis & mutui.nam a.cenſetur mutuaſſe.xx.animalia de p̄dicto numero b.pro quanto vult a.b.poſſe repetere decem animalia vel eorum valorē qualitercunq; pereant. Dico illud eſſe falſum :& cōſequenter ad illa quę iam dixi:ſunt duo contractus quorum vn⁹ nullo modo eſt mutuum virtute illius caſus ſed vnus eſt locatio: & alter eſt cōtract⁹ innominatus:ſcilicet dabo tibi quartam partē fructus iſtorum animalium ea lege vt ſubeas periculum de eis reſtituendis qualitercunq; pereant.& ſi illud lucrum iudicetur a prudentibus ruſticis tam expetibile q̄ eſt onus periculi fugibile:contractus non eſt reprobandus. Et ita pleriq; alij caſus conformiter ad iſtos in materia ſocidarum & ſocietatis terminandi ſunt:oppoſito modo ad aliorū dicendi modum:quia hoc qđ nunc diximus eſt ad multa alia dicenda radix & clauis.

¶Diſtinctionis Decimęquintæ Queſtio Quadrageſimaſeptima.

Q Veritur vlterius:an contractus ſocietatis ſit licitus. Societas eſt coniunctio plurium gratia lucri contracta.& poteſt eſſe q vnus ſolum pecuniā ponat:& alter operam tm̄:vel vterq; pecuniam & operam : vel vnus pecuniam & alter operam cum pecunia.& vnus poteſt plus de pecunia ponere & alter minus. ¶Reſpōdetur q̄ eſt licitus ſi habeat circunſtantias omnes ad bonitatē actus requiſitas,& obiectum debitum : quas cuilibet materiæ in particulari lōgum & inutile foret applicare:cum enim alicui materiæ ſemel applicatæ ſunt : alijs facile proportionabiliter applicari poſſunt. Actus ex parte obiecti in propoſito vt notum eſt,nullam contrahit maculam.ſuppono etiam q̄ ars vel negociatio ſit licita.& ſic poteſt p ſingulas circunſtantias in genere oſtēdi. Affirmatiue ergo ad titulum quæſtionis reſpondetur.probatur reſponſio.ſocietas tam iure pōtificio q̄ Cęſareo eſt approbata.in iure Cæſareo.ff.pro ſocio. per totum titulum.& Inſtitu.in eodem. In iure autem pontificio in cap. Per veſtras.de donationibus inter virum & vxorem.cuius caſus alibi: vt dicit Panor.in iure pontificio mentio non habetur.Ratione arguitur ſic.licitum eſt viro capere fructum pecuniæ ſuæ:ſed in ſocietate homo nō abdicat a ſe dominium pecuniæ ſuæ.igitur.fructus autem pecuniæ patet agros emendo vel aliter negociando.licet enim nuda pecunia fructum non habeat:tamen ipſa contractui alicui applicata fructum parit:vel eſt inſtrumentū quo mercator fructum acquirit:& eſt eadem ſententia.

¶Sed pro contractus intelligentia proponemus aliquas regulas rationi conſentaneas:quas præ oculis habebis quādo caſus anceps ſocietatis in medium affertur.poſtea nōnullos caſus in proximo afferemus:vt ex eorum ſolutionibus ſimiles eluere poſſis.& quia per variarum circunſtantiarum appoſitionem vel diminutionem in infinitum variari poſſunt:licet circunſtantię in genere finitę fuerint:non eſt poſſibile caſus oēs tangere:nec expediens plurimos propter prolixitatem artis nouercam aggregare. In primis conſiderabis:an in contrahenda ſocietate ſint in latitudine iuſtitię contrahentes:hoc modo . Si æqualiter poſuerūt in ſocietatem de capitali:ſcilicet Sortes & Plato:vterq; centum aureos:tunc ſi capiant æquale lucrum : oportet videre an Plato ex his ducentis aureis negociabatur:& in primis tollere eius expenſas moderatas maiores q̄ domi faceret.& oportet videre quantum plus expendat rationabiliter gratia iſtorum ducētorum ſcutorum vltra pecuniam quā domi exponit:& illam omnino tollere anteq̄ de lucro aliquid inter ſe diuidāt: & etiam pro laboribus Platonis niſi eos remittat: alioquin caſus Sortis eēt melior q̄ Platonis.& loquor de meliore extra totam latitudinem iuſtitię. ſi enim oporteret ſubtrahere omnes impēſas Platonis in negociādo factas:caſus Platonis eēt melior q̄ caſus Sortis qui domi expendit .& Platonem expendere oportuiſſet domi:niſi p̄ſentia ſua domi,vel aliquid ſimile tātum ſibi valuiſſet quātum impenſæ iſtæ extra domum factæ:vel ſi expenſas ab amicorum aliquo gratis domi haberet. Et de rationabilib⁹ & moderatis expenſis loquitus ſum.nam ſi Plato prodige exponat: quid ad ſortem? His ſubtractis oportet partiri lucrum re

manens inter eos ęqualiter:& etiam capitale ęqualiter.& ſi vnus poſuit plus de capitali:ea proportiōe plus habebit lucri cęteris paribus:& tūc oportet duplum in expenſis facere:q; & duplici capitali & lucro perdendo ſit ſubiectus. Si ſortes plus ponens in capitale q̄ plato permittit platonem tā tū ſecum participare de lucro:ſed tamen ratione illius lucri maioris vult platonem eſſe ſubiectum maiori periculo:vtpote quando eſſet obligatus vt contractus de dolo & de aliqua culpa,& eum obligaret ad leuiſſimam culpam ſubeundam/vel ad aliquid ad quod non tenetur vt contractus ſocietatis:tunc ſi prudentum negociatorum iudicio lucrum verosimile quod ei offert ſortes/ſit ita expetibile vt damnum offerendum eſt fugibile: ita vt dubium ſit apud illos prudentes,vtra pars ſit eligenda a platone: vel probabiliter partes nō iudicant iniquas:adhuc contractus ſocietatis eſt licitus.Et do hoc documentum:contractum accipitem ſocietatis inentibus ſumme obſeruandum:tum ne fallantur:tum ne videatur eſſe ſpecies mali.Congregentur tres vel quattuor prudentes negociatores in initio contractus:viri bonę famę inter ſuos cum eruditoviro vno vel duobus ſecundum exigentiam arduitatis contractus ſi fieri poteſt:apud quos ſingulę circunſtātię contractus recitent.Notanter de eruditoviro loquit⁹ ſum.quia ſicut ad lucrum ſoci⁹ ſocium iuuat:ſic in hoc contractu licite contrahendo negociatores eruditi.nam ſicut p̄ recta ſentētia ferenda in quęſtionib⁹ facti lucri vel damni verosimilis,negociatorib⁹ eruditi credent:ita ediuerſo an contracti⁹ ſit vſurari⁹ vel alicui legi diuinę vel humanę contraueniens:iudicabunt eruditi. Vlterius ſi aliqui ſocietatem ineāt & nō ſpecificēt circunſtantias contractus inter ſe:tunc ſtādum eſt conſuetudini regionis ſi non ſit iniqua/vel legi communi aduerſa. Secundo,quia vnus crebro dūtaxat operam ponit & alter pecuniā:conſiderandum eſt an illa opera minus valeat q̄ pecunia poſita:magis/an ęqualiter:quia vt dicitur in.l.j.C.p̄ ſocio. Sępe opa alicuius p̄ pecunia valet.contingit enim q̄ ſortes in arte negociandi ſit ita gnarus & circunſpectus:vt ſi operas ſuas ad negociationem exercendam applicare voluerit:poſſit annue pro mercede vltra omnes expenſas & pericula conſequi centum aureos:quia eſt bona indole/qui diu negociatori inſeruiuit:vel ſenex negociādo ſine ſua culpa magnam partē ſuorum bonorū amiſit:aut ſi ſit opulentus:cognoſcit a vicinis negociatorib⁹.q̄ ſi nihil haberet,& inſeruire vellet pro mercede:promereret centū aureos quotānis.Hāc induſtriā cognoſcentes prouidi negociatores ſępe ſuas filias libēntius eiuſmodi etiam nihil habēntibus tradūt q̄ bis mille aureos habenti a maioribus relictos. Poteſt etiā eſſe aliquis qui vix annue cōquireret centum francos:alius quinquaginta: & ſic conſequenter ducentos aureos.tunc Plato in fine anni centum aureos quos poſuit in capitale ſubtrahet:& ſortes tantūdem ſubtrahet: quia opera eius tātum valet ex hypotheſi:& per conſequens vterq; eorū habebit quinquaginta.ſi ēm plato plus pecuniarū appliciuiſſet:plus ſortes lucri conſequutus fuiſſet.Sed ſi ſortes poſſet inuenire aliquos alios qui darent ſibi quinquaginta etiā ad eos adiuuādos:quia cētum aurei quos ei dedit Plato nō ſufficiēter eum occupant:tunc ſolum debent computari Platoni in capitale quinquaginta:quia nō appliciuit extremū conatū laborū ſuorū: hoc eſt tantū quantum rationabiliter poterat facere : quia de virtute ſermonis nō eſt dabilis extremus labor quem facere pōt. ſed ſi Plato poneret bis mille ducatos: & ſortes poſſet negociari ſufficienter ex illis: Plato bis mille ducatos ſubtraheret,& ſortes cētum ducatos.& ratio eſt: quia ponimus operā ſortis prę-ciſe valere centum ducatos.

¶His dictis aliquos caſus ſubiungam. Primus eſt.a.poſuit cētum aureos in ſocietate,& b.operas.lucrū & capitale ſimul aggregata trecentos aureos valent. dubiū eſt quomodo hęc pecunia ſit partienda in ſocietate. ¶Reſpōdetur. ſi valor operarū b.ſimpliciter pecuniæ a.ęquiualeat:vterq; in fine anni primo debet ęqualem partem pecunię tanq̄ capitale ſubtrahere.ratio eſt qa b.pro labore habet primo centum aureos & quinquaginta pro lucro,& tantū habebit b.vltra capitale. deinde interuſoriū:hoc eſt lucrum de ſocietate habitum ęqua lance inter eos partiendum eſt.ſi vero opera b.ſolum dimidio interuſorij ęquiualeat: lucrum ſolum eſt inter eos partiendū vbi a. ſuum capitale prius a toto abſtraxit. ſed ſi opera b.interuſorij dimidietatē exuperet,ſed nō equiualeat pecunię primo in ſortē miſſę:tāto maior pars lucri debet cedere b.q̄to opa b.prꝙualet interuſorio pecunię:prius tamē ſubtracta capitali pecunia pro ſolo a.pportionabiliter ſi opera b. ſit vltior. ¶Secundus caſus.a.tradit b.aliquot oues eo pacto vt omne periculum earū ſit vtriuſq; qualitercūq; pereāt.a.vnam dimidietatē periculi ſubibit, & b.aliam.ſi autē nō pereant:a.debet prius ſuum capitale retrahere: & poſtea oues erunt cōmunes vtriq; ęqualiter. ¶Diſtinguo:vel operę b.equiualent cōmunicationi ouiū a.aut nō.ſi primū,cū a. nō teneatur ſuſcipere partē periculi ex lata vel leui culpa ipſius b.ſi ſuſcipere dimidiū illius periculi ad quod non tenetur a. æquiualeat exceſſui quē habet a.ſuper b.contractus eſt licitus:ſi non ęquiualeat:contractus eſt illicitus.& a.plus habet q̄ b.nam cū capitale ipſius b.ſcilicet opera eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantum valeat quantum oues ipsius a.fustum est q̄ solum tantūdem periculi sustineat: scilicet vt solum dimidium totius capitalis aggregati ex vtriscq; capitalibus sustineat. & sic sufficiet b.sustinere perditionem operarum suarum. & per consequens non erit æquum vt etiam soluat dimidium precij ouium a.& iterum quia ex æquo tantūdem posuit ad capitale totale quantū a.æquum est vt tantūdem vtilitatis percipiat quātum a.& p consequens nō licebit a.ante omnia velle trahere suum capitale etiā si solum velit trahere illud in casu quo supuixerint oues in tanto tēpore:donec ex fructibus earū illud trahat.reliqua mēbra sunt clara. ¶ Tertius casus. sortes posuit centum aureos nūmos in societatem,& b.operam trī. capitalis pecunia est perdita sine vllo lucro.iam dubitatur: an Plato debeat refundere.l. aureos sorti. ¶ Respondetur distinguendo.aut opera Platonis æquualet pecunię sortis:sic scilicet vt non solum lucrum:sed etiā cētum aurei fuissent partiendi in societate:aut prevaluerunt operę etiā cētum aureis/& lucro in fine diuidendis:aut non æquiualuerunt. Si primū:hoc bifariā contingit:aut pecunia ante vllam operā Platonis vel nō notabilem operam est perdita: aut post operas:& hoc potest esse sine culpa Platoni imputabili: vel cum culpa ei imputabili. si primum Plato tenebitur dare sorti.l. aureos. aut debet valorem operarum quas debuit in societate ista ponere, applicare: & dare sorti illarum operarum dimidium. & ratio est clara: quia perinde est acsi Plato posuisset centum aureos in vna naui: & sortes centum in alia naui. modo perditis centum aureis sortis: & nō perditis centum platonis:Plato tenetur sortire fundere.l. vel.l.cū lucro inde proueniente. modo opera Platonis in principio societatis non est applicata:& per cōsequens nō est perdita. Si vero pecunia sit perdita post completas operas Platonis: Plato nihil tenebitur refundere a.quia tantū amisit quātum a.qđ patet in exēplo vbi cētum aurei vnius fuissent in vna naui:& centū aurei alterius in alia:si ēn ambę perijssent.Plato tantūdem iacturę fecisset quātum sortes.Tertia propositio.si pecunia sortis est perdita post operā Platonis nō plene prestitā:gratia exempli posiq̄ Plato suam operā dimidio anno post conuentionē temporis prestitit:tunc Plato tenetur sufferre dimidiatā dimidietatē perditionis pecunię sortis.hoc est.xxv. aureorū:& sic erit deobligatus a positione reliquæ dimidietatis operarū:vel reliquam dimidietatem operarū applicare in vtilitatem cōmunē.& hoc est idem.Eodem modo dicatur proportionabiliter si Plato plusq̄ dimidietatē operę applicuit: vel minus q̄ dimidietatē operę applicuit.Eodem modo facillimum est iudicare si operę platonis fuissent prestantiores pecunia sortis,vel viliores etiā cum toto lucro.Et eodem modo facile dicendum est si opera platonis non æquualuissent pecunię sortis: sed solum interusorio sine pecunia: quia vel pecunia sortis est perdita ante operas vel nō,operas plene vel non plene prestitas. Et consequenter dicas ꝓportionabiliter ad dicta: si pecunia est perdita per culpam platonis: vel operæ platonis fuerunt plene prestitę,aut nō. De culpa leuissima loqui nō oportet si nō fuerit super hoc pactio:qa cū societas fiat gratia vtriusq;:Plato non tenetur de ea forti plus q̄ de casu fortuito. sed in illo ad nullam refusionem tenetur plato. loquendum est ergo de culpa lata vel leui:& si plato fuerit in tali vbi opera platonis æquiualet precise interusorio: plato tenetur totum restituere:quia sortes dānum intulit in toto.nec refert q; pecunia tēpore societatis erat tam in dominio platonis q̄ sortis: quia licet ita sit:debet tota redire ad sortem finita societate:modo quando est perdita,finita est societas. ergo plato tenetur ad totius pecunię refusionem. & hoc si opera platonis trī æquiualeat interusorio Si autem opera platonis esset æqualis centum aureis:sic scilicet vt tam capitale q̄ lucrum æqualiter diuideretur in fine:& plato per culpam latam vel leuem perdidit capitale ante operā prestitā:tunc si plato nō velit ponere valorem operarū ponendarum,& illum cum sorte diuidere:tenebitur ad totius pecuniæ refusionē:& per consequens tenebitur dare sorti centum aureos. vbi tamen capitale fuisset perditum sine culpa leui vel lata platonis: fuisset solum obligatus refundere.l.& ad ponendum valorem operarū.l.valentiū. ratio istorum est. quia in fine societatis sortes debet habere dimidium capitalis,& dimidium valoris operarum platonis. & sic centum aureos debet habere sortes. modo plato per culpam suam prtiauit sortem primis.l.aureis: & quia non ponit operas cum pecunia sit perdita circa quam laborare debebat:tenebitur ipsi sorti dimidiū valoris operarum suarum applicare.q; si velit totū valorē operarum applicare: ille est diuidendus æqualiter: & iterum habebit sortes.l.aureos de manu platonis: & per consequens habebit centum. Sed si opera platonis sit æqualis capitali, & pecunia sit perdita post operam platonis completam: tunc plato tenebitur ad refusionem dimidietatis pecunię: & p consequens tenebitur sorti dare.l.aureos.vbi alio quin sine sua culpa fuisset perdita:nō fuisset obligatus ad refusionem vllius partis perditionis pecuniæ.ratio est: quia sortes de pecunia debuit trī habere dimidium in fine si culpa platonis nō fuisset perdita.igitur cū plato sua culpa dederit occasionem damni in dimidio:debet refundere dimidium damni.loquor quo ad ipsum capitale.nam

quo ad ipsum capitale.nam de lucro vel interesse nō loquor.alia omnia mēbra liquent animaduertenti. Sic etiā facile dicere potes si pars capitalis sit amissa. ¶ Quarto dubitatur de isto casu societatis:an sit licit⁹.a.cōmunicat b.fideliter & socialiter triginta florenos, & b.recōmunicat operas suas negociando ex illis triginta florenis: ita vt a. velit habere tertiam partem lucri prouenientis ex negociatione,& etiam sustinere solum tertiā partem damni prouenientis ex ea:& per consequens vult viginti florenos qualitercunq; pereant/ sibi esse saluos. Conradus dicit q; a. mutauit b.viginti florenos: quia transtulit eos in dominium b.cū omni periculo eorūdem: & obligauit b. ad restituendum eos vel æquiualentes. Sed respondeo sicut supertus respondi in simili casu in societate: dato q; a. velit viginti florenos esse saluos, nō sequitur q; sit mutuum.potest ēn esse duplex contractus: vnus de soluendis.xx.qualitercunq; pereant: & si a. tanto minus capit de lucro quod iuste consequi potest:vt in hoc releuet b.totus cōtractus est licitus.hoc amplius etiā patebit ex duabus quęstionibus sequētibus. ¶ Dubitatur quinto. vtrum sequens contractus societatis sit licitus.a.tradidit centum florenos b.vt eos expenderet in negociationibus:& b. trī ponit operas: & totum periculum centum florenoꝝ manet in periculo a.ita vt qualitercūq; perdant sine culpa ipsi⁹ b.nihil tenetur b.a.restituere ꝓ illis:a.autē vult q; b.respondeat de lucro fixo ꝓ illis centum florenis. Cōradus hic recitat duas opiniones:quarum vna tenet illum contractum licitum.prolixissime suo more: & aliorum rationes nō sane ad eorum mentem euacuare elaborat.In fine addit suam:in qua dicit tutius esse ab isto contractu abstinere. Dico eius opinionem nullius esse momenti:quia pari ratione, immo multo apparentiori dixisset tutius esse abstinere a lucro cessante. Non me fugit quin meruditi & zelum conscientiæ, & non scientię habentes similia dicta libenter amplectantur: & de lucro cessante & similib⁹ omnibus. Sed via regia ꝓcedendum est:quia periculosa est plus iusto stricta conscientia: nec debemus arctare viā dei vbi multū rationabiliter ostēditur aliquid esse licitum.Breuiter ergo dico contractum esse licitū & sicut ipse recitat ex aliorum modo dicendi:illic est duplex contractus: & vterq; licitus: nec alteri repugnans.prior contractus est societatis licitus. secundus emptio lucri verisimilis iudicio prudentum. vt pecunia mea applicata negociationi importabit mihi.xvj.aureos(ponatur ita gratia exēpli:)& quia res subiecta periculo nō est tanti emolumenti suapte natura quanti est res extra periculum:possum vendere alteri ius meum illius lucri verisimilis decem aureis.xvj.isti aurei in spe habendi (ponatur magna spes) dicuntur valere decem in bursa a prudentibus.quare ergo non possum vendere ius meum pro sex vel septem,sicut possum emere hereditatem tuā futuram?Nec hic aperitur via vsurarijs:quia sane nō dabunt lucrū ita apparens ꝓ tam exigua pecunia. Et q̄uis non esset ibi nisi contractus societatis:tamen conditio vnius potest esse melior conditione alterius in vno/ dūmodo alia via refundatur per pactū etiā existens cōtra naturale societatis. Et sic diceretur esse hic: quia q̄uis de natura societatis ipsi a.non debeatur fixum lucrum: tamen si dimittit ipsi b. maiorē partem lucri verisimilis:vt sibi detur fixū lucrum seruando æqualitatē iudicio prudentum: nihil mali est.quia certe dicere q; est duplex contractus: vel aliquid contra naturam societatis, & non contra eius substantiam: est tam magnum discrimen q̄ inter speciem specialissimā moralis philosophiæ,& legistarum genus. Et quādo arguens querit: sub quo termino & animo a. cōtrahit cū b.nō debebat talib⁹ ijsistere. Sed dico q; cōtrahens debet animo inire societatē:& verbo.Etiā ratio eius nihil valet de verbo ꝓpter vicinitatem. nunqd ipse concedit cū cōmuni doctorū opinione & bene:q; iste contractus est licitus:mutuo tibi mille sup pagum tuū,& tenebo pagum quousq; restituas de quo casu in materia vsurę quęstione quinta in libris sterlingorū loquuti sumus.

¶ Distinctionis Decimequintę Quęstio Quadragesimaoctaua.



Veritur secundo. vtrū iste contractus tanq̄ societatis sit licitus:a. tradidit b.centum florenos vt eos expendat in negociationib⁹ ita vt b. teneatur a.reddere centū florenos q̄litercunq; pereant. & si quod lucrum inde obuenerit: debeat b.dare a.aliquotam partē quam a.protunc specificat: scilicet dimidium vel huiusmodi:aut dimittit quantitatē huius pendere in beneplacito b.si autē nullum lucrum obueniat:nihil teneatur b.dare a.nisi capitalem pecuniam. ¶ Circa prędictum contractum tres cōperio modos dicendi. & quia nullus illorū mihi placet,quartū modū ponere propono. Primus modus dicendi est Asonis,& Accursij auditoris eius in.l. Si nō fuerit.ff.Pro socio. & sequitur Panor. in capi. Per vestras.de donationib⁹ inter virum & vxorē. Positio autē eorū in ꝓpositionibus sequētibus stat.nō est societas sed verū mutuū:& a.capit lucrum a b.ratione illius contractus: ergo cō-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tractus est vsurarius. vis argumenti est ꝓbare ꝙ nō est ſocietas. qđ ſic probant. pactum adiectum est cōtra naturam ſocietatis: igitur nō est ſocietas. antecedens probatur: quia de natura ſocietatis est ꝙ ſociorū partes ſint æquales niſi aliud ſit dictū. Nō negatur ꝙn agi poſſit in cōtractu ꝙ ad vnū pertineant duę partes lucri & ad alium tertia: ſi is qui plus debet habere/plus cōtulit ſocietati vel pecunię vel operę cuuſcūq; artis: alioquin nō oportet. Ratio aſſumpti est ꝙa ſocietas est quoddā ius fraternitatis. & hæc est ratio ſpecialis quare ex vi pacti talis ſocietas nō valet q̄uis in alijs cōtractibus pactum oppoſitū teneat. Hoc dictum & eius probationē/Aſonis,& Accurſij ſequitur Gof. & Ioan. Cal. in repetitione ca. Nauiganti. de vſuris. Sed hęc ratio est nulla. nam iſti capiunt naturā ꝓ ſubſtantia actus. & ꝓpterea nō oportet diſtinguere de natura: vt est contractui naturalis: & nō cōtra eius ſubſtantiā: & de natura vt est contra ſubſtantiam cōtractus. Sed ad eorū intentionē loquendo dico: ꝙ nō probant qđ dicunt: ꝙ ſcilicet pactum quod in caſu ponitur, ſit contra ſubſtantiā ſocietatis: puta ꝙ eſſentiale ſit ponenti pecuniam in ſocietate eſſe ſubiectum periculo. nam mutuatarius vi contractus ſine pluri debet ſubire periculum: quia mutuū est ſuum: quo nō obſtante poteſt paciſci ꝙ periculum penes mutuantē maneat. ſicut ſuperius queſtione tertia de vſuris ad capi. Nauiganti, diximus. & hoc in cōmodato ex intentione Romani pontificis expreſſa oſtenſum eſt: ꝙ ſcilicet cōmodans poteſt paciſci cū commodatario: vt omne periculum ſubeat. ſic etiā in locatione & conductione oſtendimus ſuperius. & cū ita ſit in alijs contractibus omnibus/ ꝙ pactum appoſitū nō est contra ſubſtantiam contractus, ſed ſolum ꝓter eius naturam (vt verbis Panor. & aliorum vtar) ergo dicere ꝙ est vnum ſpeciale in ſocietate: eſt dictum voluntariū & ſine colore. quēadmodum tu poſſes dicere ꝙ nō poteſt eſſe aſſecuratio in locatione: tamen poteſt eſſe in ſocietate. Prēter ea arguitur imperator. Inſtitu. de ſoci. §. De illa. reprobata opinīōe Quinti Mutij approbat opinionem Seruij Sulpitij dicentis ꝙ ſocietas eſt licita dato ꝙ vnus habeat duas partes lucri, & alter ſolam vnā partē dāni: ꝙa poteſt eſſe refuſio ꝓ ęquiualens. Inſuper in eodem loco imperator contra Quintū Mutiū dicit ꝙ valet pactio ſocietatis vt quis partē lucri ferat & de damno nō teneatur. & dicit hoc intelligi quādo tale damnū cōpenſatur. Si dicas. ſocietas eſt quoddam ius fraternitatis: & in fraternitate vnus nō poteſt ſuſcipere totum periculum. hęc euaſio eſt nulla: nam ponens pecuniam poteſt ſuſcipere totum periculum capitalis: dato ꝙ capitale in fine ſit partiendum cū interuſorio ponente operas. & poteſt eſſe ꝙ ponens operam ſit extra omne periculū: quia alter poteſt eſſe obligatus omne periculum ſubire. ergo nō oportet æqualiter partiri omne periculum. Secundo. ponens operam tenetur lata & leui culpa. capiantur reliqua pericula omnia: ſcilicet de caſu fortuito & culpa leuiſſima. tunc ſic arguo. illud periculum ſubire non eſt infinitæ fugibilitatis: ergo dabile est aliquid tantæ expetibilitatis: puta tam grande lucrum: quantę illud eſt fugibilitatis: ergo cum ſubire tale periculum ſit æſtimabile precio: poteſt pecuniā ponens dare ponenti operas tātū lucri vt libētiſſime omne periculum ſubeat: & ſic ponens pecuniam ſeruabit rationem optimę fraternitatis: dando ponenti operam, partem eligibiliorem. Vis ne meliorē fraternitatem q̄ dare tibi optionē de meliore parte ſumendā? Hac autē ratione ſoluta nō opus est reſpondere ad rationem Baldi in. l. j. C. Pro ſocio. quia probatio tendit ad hoc ꝙ nō est ſocietas, ſed mutuum. aliud pondus probationum nō affert. Panor. adducit gloſſam in capi. Pleriq;. xiiij. q. iij. dicentē. ad hoc vt ſocietas ſit licita & honeſta inter ponentē pecuniam,& ponentem operam: oportere ꝙ ponens pecuniā/ ſentiat de lucro & de damno. ſed gloſſa ſatis cōmuniter negatur. licet poſſit exponi vt intelligatur communiter. vel ſic: a. nō habet maius apparens lucrum q̄ damnum. ¶ Secunda poſitio est Hoſtiēn. & Ioan. Andreę rationabilior: ꝙ cōtractus est licitus ſi capitale non ſit perditū caſu fortuito: quia dicunt ꝙ tunc ille qui poſuit pecuniā deberet in foro animæ remittere. Hęc opinio etiā nō placet in ſecundo dicto: ſcilicet, ſi capitale eſſet perditum caſu fortuito ꝙ ponens pecuniā teneatur refundere ponēti operā. Alia autē pars placet. vnde ſic argumētor: ſicut iam ſoluendo argumētum primæ poſitionis argumentatus ſum. Illud periculum non est infinitę fugibilitatis. dabile est ergo aliquid tantę expetibilitatis: & ꝓ cōſequēs illud periculū est redimibile pecunia. hoc ſic declaro. pono ꝙ ſortes Pariſienſis ſocietatem ineat cū platone Britone ſolertiſſimo in arte negociandi: hac conditione: Primo dabit ei decies mille aureos: vt ad paruam Britanniam eat empturus boues/oues/& equos qui vili precio in Britannia habentur, & dabit ei tertiam partem lucri interuſorij. Alij multi etiam Pariſienſes fideles viri vadunt cum illo conſocij ad ſimilia emenda pro ſeipſis. & ſuppono ꝙ prudentes iudicabunt lucrum futurum vltra impenſas & labores conſiſtere in mille francis gratia exempli. Plato teneatur lata culpa & leui, & talibus periculis est ſubiectus. Plato quē ſupponim⁹ circūſpectiſſimū pōt habere pecuniā ſuā Nānetis ꝓ trapezitas ſeu bācarios. pone ita eſſe. & pono ꝙ Sortes inter cœnādū cū Platone & alijs peritis negociatorib⁹ Pariſienſib⁹

paratis ire ad Britanniā loquat de lucro vēturo: & Cicero offerat ſorti ſexcētos francos ꝓ lucro in fine quatuor menſiū ſoluēdos: quare ſortes nō poterit hoc cōcedere platoni cōſocio hoc rogantiſ & pone ꝙ ſorte dicente eſſe periculū tam in lucro q̄ in capitali, dicat Cicero ſe paratū ſubire oē periculum gra trecētorū francorū: periculū inquā ad qđ nō teneat Plato: & hoc idē offerat Plato libenter: & cū hoc magnā ſibi reputabit factā gratiā. Si ponas hęc animalia morti naturali & caſui fortuito eſſe ſubiecta: hoc est falſum dūmodo vigiles paſtores ea in itinere minent. vel pone in ſpeciebus, vel alijs mercibus precioſis & raris, & quas facile est adducere: quas abuſq; Tropico capricorni heſperij occidui ad Britāniā paruā naufigio attuleāt. Hęc ratio mihi perſuadet cōtractū nō eſſe vſurarium: ſed pono finem debitum & cætera requiſita. Secundo arguitur ad idem. pactum qđ nō est contra ſubſtantiā: ſed ꝓter naturam contractus valet, vt. ff. de po. l. j. & in capi. vnico de cōmo. Inſuper Romanus pontifex in cap. Per veſtras. de donatio. inter virū & vxorē. dicit ꝙ dos mulieris poteſt cōmitti alicui mercatori: vt de parte honeſti lucri vir onera matrimonij poſſit ſuſtētare. Nō valet qđ alij dicunt. nō tamen debet reſtitui dos ſi pereat ſine culpa mercatoris. hoc inquā nō valet. & ratio eſt: quia in illo ca. certabatur ꝙ maritus huius ſatiſdaret de dote ſeruāda: q erat inopia preſſus. & Innocentius mādat vt det cautionē quam poteſt maritus: vel ſaltem mercatori alicui dos cōmittatur: qui tamen ſi nō eſſet obligatus in omnē euentū ſeruare mulieris pecuniā: peius forte agere tur cū illa q̄ cū marito: nec voluiſſet pōtifex ſufficienter prouidere mulieri. quod est incōueniens. & ſi hoc liceat mulieri: non erit vllo modo vſura: & alijs licebit. igitur. Prēterea ad idem est lex. Si non fuerit. ff. pro ſocio. & inſtitu. De ſocie. §. De illa. ¶ Tertia est opinio iſtius Cōradi Sumēhart neoterici, cōtractum aſſerentis eſſe illicitum cū prima opinione: etiā ſi a. minimā partē lucri velit habere. ratio eſt: quia habet ſpeciem mutui vſurarij: quia traditio illa quantū est ex forma ſua/eſt forma in qua fit mutuatio: q̄uis non ſit propria ſoli mutuationi. & licet intentio poſſit facere ꝙ nō ſit mutuatio: tamen illa nō conſtat hominib⁹. & ideo ille cōtractus natus est infamare a. de crimine vſurę. & ſic a. contrahendo agit contra charitatem ſui ipſius. Dicit inſuper ꝙ ille cōtractus natus est ſcādalizare proximū: quia ex hoc accipiet proximꝰ occaſionem etiā contractū qui est mutuum vſurarium exercendi. Item ſi admitteretur ille contractus: aperta eſſet tanua omnibus vſurarijs. Dico hanc opinionem nullam: quia pari facilitate dicā ꝙ non licet capere aliquid vltra ſortem in mutuo ratione intereſſe lucri ceſſantis: cum multo maiori colore q̄ ipſe hic dicat. immo ratione damni qđ me fingam incurriſſe: viam vſurarijs apertā. Has rationes in ſecunda queſtione de vſura eluimus: nunc autē breuitati ſtudendū est. Introduxi duas leges quas Hoſtienſis, & Ioannes Andreas pro ſe allegarunt: quia partim cum eis conuenio. Reſpondet iſte ad. §. De illa. Inſtitu. de ſoci. vbi dicitur ꝙ valet pactum vt alter nō ſentiat de damno ſed de lucro. dicens hoc intelligi ꝙ licitum ſit ponenti operam paciſci vt nō ſentiat damnū pecunię capitalis: ſed ponens pecuniā nō poteſt ſic paciſci. Hoc nō est rationabile ꝙ liceat ponenti operam magis paciſci q̄ ponenti pecuniam: & equę erit ſpecies mali in vno vt in alio. non tamen me fugit ꝙ licitū ſit aliqd accipere & honeſtū: & nō paciſci de illo acciptendo: vt ſuperius de vſura exemplificauimus, ꝙ mutuator poteſt gratis oblatum capere a mutuatario: ſed nō ſuper hoc paciſci. verum hoc eſt propter ſpeciale in ſua materia. & ſi donator paciſcatur cum donatario vt donatarius ſibi aliquid det gratis: tam eſt egreſſus extra limites donationis: cū donum ſecundum Ariſtote. tiij. Topicorū, ſit datio irredibilis: id eſt, eſt datio facta nō propter ęquiualens reddendum datori. Dicit ꝓterea aliud: ꝙ a. ꝓter damnum quod expectat in pecunia capitali in toto vel in parte ſi perdatur: habet expectare etiam damnū in interuſorio/ etiam ſi pecunia non perdatur. ſicut contra b. ſentit damnum perditionis operarum ſi contingat. Et concludit ꝙ hęc ſolutio eſt valida: non autem illa quam dat Ioan. Cal. dicens ꝙ. §. ille intelligitur non de capitali ſed de damnis & lucris contingentibus ſaluo capitali. Contra Calderinum argumentatur Conradus & bene. ſi æquitati ſocietatis non obſtat ꝙ in lucris contingentibus ex interuſorio pecuniæ & operarum ſint tta inęquales vt vnus: vtputa etiam ille qui dat pecuniam, ſentiat lucrum ſine damno oppoſito tali lucro: & hoc non poſſit eſſe niſi alter ſcilicet a. altert ſcilicet b. refundat onus alia via: ergo eadem ratione etiam fieri poterit ſine incurſu iniquitatis, ꝙ alter ſcilicet a. ſentiat lucrum ſine vllo damno capitalis pecuniæ: dummodo a. refundat b. onus periculi capitalis ei impoſitum. Dico ꝙ etiam hoc argumentum factorem iugulat: & probat ſolutionem nullam quam dicit eſſe validam. dicit ꝙ non: quia a. ꝓter damnum quod expectat in pecunia capitali in toto vel in parte ſi perdatur, habet expectare etiam damnū in interuſorio eiuſdem pecuniæ/ etiam ſi pecunia non perdatur. Hoc totum eſt verum, ſed nodus rei eſt & pondus totius argumenti quo quilibet vteretur arguendo: cui non eſt ſatiſfactum. hoc totum eſt redimibile precio: & poteſt a. releuare b. in hoc ꝙ obligat ipſum b. ad oīa onera

Universidad de Deusto
Biblioteca

periculi subeunda per lucri diminutionem. quēad modum per sortem parisiensem ratione & exemplo argumentati sumus.

¶Epilogando cōuenientiam & dissimen inter has opiniones: meā opinionem recēsere & fulcire libebit. Aso & Accursius contractū nominatum in titulo quęstionis dicunt illicitum. non respondi omnibus rationibus eorum: quia pondus omniū consistit in hoc qđ dixi soluendo argumentū eorum vnicum. Alia est positio Hostiensis & Ioan. Andreę. sed iste contemporaneus noster Conradus contra eos arguens dicit eos sibi contradicere: quia dicunt pactum valere q̄ ponens pecuniam nō sentiat damnum in capitali. si tamen capitale esset pditum in casu fortuito: tunc qui posuit capitale deberet in foro animæ remittere. Ipse semper suo more nō modo nō capit opiniones aliorum, sed nec apparenter mētem eorū: verum sparsim dicta sine intellectu ponentium impugnat. palam est q̄ isti ꝓfundi iurisperiti seu Canonistę volunt dicere q̄ licet pacisci, excipiendo tamen casum fortuitum, vel qui de æquitate naturali est excipiendus. Hostiensis ergo & Ioan. Andreas dicunt contractum esse illicitum si in casu fortuito sit pactio. Et ex isto patet q̄ sibi non contradicunt. nec argumenta contra eos directa sunt ad eorum mentem. Iste tertius Conradus dicit contractum esse illicitum propter speciem vsurę: licet interdum incidat in hoc q̄ est contra iustitiam commutatiuā. Dico ego contractum esse licitum etiam in casu fortuito & quocunq; alio.

¶Sed contra istum quartum modum adhuc argumentabor pro Hostiense, & Ioanne Andrea. stante toto casu inter a & b. vel inter sortē & platonē Parisijs, stat q̄ animalia in itinere aliquem morbum cōtrahant: frigore vel fulmine pereant: vel multis alijs modis. ergo est contra iustitiam cōmutatiuā a platone capere ducentos vel trecentos francos fixos platone nihil lucrante. Fortasse alicui videbitur in hoc argumento color. sed consideratis illis quę crebro ante dximus, argumentum nō habet apparentiā vllam. ratio est: quia cōcludit contra verum sicut & contra falsum: ergo est elenchus sophisticus & non ponderandus. assumptum probo. concludit contra vnum cōtractum quem quilibet diceret licitum/ sicut contra hunc contractū. ergo si contra vnum nō concludit: vi huius rationis contractum nō damnabis. Quod probatur: si dem mille aureos mutuo sorti: ipse tenetur dare mihi ratione interesse. xl. aureos: ipe em̄ ē negociator. fures post duos dies ex quo egressus est domo mea tollunt totum capitale: adhuc tenebitur mihi dare vltra capitale. xl. nisi inopia pressus fuerit tanta vt licite nō possim habere actionem contra eum repetendi. nullo modo enim est habendus respectus ad illud quod sequitur: sed ad illud quod erat verosimile iudicio prudentum in principio contractus: vt sæpiuscule antehac diximus. Sed dicis. mutuatarius est domin⁹ mutui: & mutuū in manu domini perit. Contra. idem contingit in commodato: vt dicit Romanus pontifex in capitulo vnico illius tituli. & tamē commodans est dominus: tunc si dem centum equos meos tibi cōmodato cum hoc pacto vt sis subiectus omni periculo/quod accidere potest: & si sine culpa tua omnes in die sequenti pereant more bonorum Iob: vel aliter (nō refert) teneberis mihi ad restitutionem: q̄uis ego sim illarum rerum dominus. ¶Dico ergo ad formam argumenti. postq̄ aliquis contractus est licitus ab initio & ęquus iudicio prudētum in illa arte: vtraq; pars contrahentium habet apparens lucrum. licet enim altera pars postea, siue sine culpa, siue cum culpa in sua negociatione deterior fiat: hoc nō inficit cōtractum pristinum: nec arguit ipsum fuisse illicitum. quod nobis sufficit. & quod amplius est, nō tenetur rescarcire damnum parti quæ imprudenter negociata est/vel casu fortuito incidit in suarum rerum iacturam. ¶Secundo arguitur. non licet a. capere a b. nec sorti a platone, de quibus exemplificauimus inter arguendum & in casu quæstionis, ducentos vel trecentos francos. probatur sic. nulli licet capere lucrum de pecunia alterius. sed b. & Plato sunt domini istius pecuniæ: ergo non licet a. & sorti aliquid capere ratione illius pecuniæ. ¶Respondet: a. & sortes adhuc sunt domini istius pecuniæ: quemadmodum ponens in societatem pecuniam/facit socium suum condominum. sicut econuerso si alter ponat pecuniam: alter etiam dat ei condominium: ita vt pecunia sit vtriusq; indistincte: quemadmodum omnia bona erant Adæ, & Euæ ab initio orbis conditi. vel si sortes ponit pecuniam & plato operam: Plato est cōdominus illius pecuniæ, de qua accipit partiale lucrum. q̄ autem condominium tradidit ei sortes, & iterato sortes est condominus operarum platonis in illa negociatione exhibitarum, patet: quia ponens pecuniam in societatem non exuit a se totale dominiū pecunię suæ: & propterea non recipit de alieno ponens solam pecuniam in sortem: sed de suo. non enim sequitur: pecunia est consocij Platonis: ergo est alienum, hoc est nullo modo eius. quēadmodum de equo in statu innocentiæ, qui fuit Euæ: non tamen sequitur q̄ erat alienum ab Adam, id est nō eius: licet alienum improprie valde loquendo: id est non solius eius. Dico etiam q̄ rem assecurari ab alio non arguit assecurantem in re illa habere dominiū vllum: immo stat q̄ assecuratus solus habeat dominū: & assecurans nō habeat: sed hoc non est in societate pecuniaria. Hoc sic declaro. cū aromatarius tradidit mihi sua vasa argētea in prandio doctoratus mei: tenebar ex lege cęsarea, vt in locatione allegauimus, & ex lege cōsuetudinaria Parisijs obseruata restituere q̄dcunq; vas pditum qualitercunq; perisset: & tamen aromatarius vasorū solus erat dns: ego autē assecurās: nō dns. Sed dicis. ponens operā in societatē/post societatis cōplementū, crebrime refundit totū capitale pecuniam ponēti: vtputa si aggregatū ex capitali & interusurio nō sit in fine partiendū: ergo ponēs operā nec est dns nec cōdominus illius pecuniæ. ¶Respōdeo. cōsequētia est nulla. nōne vides q̄ mutuatarius mutuū restituere est obstrictus: & tñ est solus dns mutui: quia in mutatione mutuator dominio cessit. Si queras an sequat: sortes est cōdominus in societate istius totī⁹ pecunię: ergo est dominus istius totius. Dico siue sequatur siue nō quid ad a: sed illam cōcedo: alioquin Adā in statu innocentiæ nullius rei fuisset dns simpliciter. simpliciter autē dico qđ sine addito dico. primo Priorū. Sed nisi nobis esset fixus animus diuersum ab hac materia seu impertinēs nō aggredien dt: mente occurrit replicatio de religiosorū bonis. Nam quilibet. xxx. canonicorū sanctę Genouefę est cōdominus bonorū cœnobij: & tamen nō dicimus quēlibet illorum bonorum esse dominum. Ex his patet aditus ad decisionē cuiusdam quęstionis quā doctissimus Ioannes Eckius gymnasij Ingolstadiensis procancellarius optime meritus, ad nostrā facultatē transmisit.

¶Distinctionis Decimęquintę Quæstio Quadragesimanona.



Germanus quidā doctor Theologus eruditissimus, de quo in quęstiōis prę cedentis calce mentionē fecimus: quandā quęstionē sup quodā cōtractu ad facultatē nostrā trāsmisit vt ipm vel reprobaret vel approbaret. sed qa ob varia impedimēta nostrę facultatis doctores sup hoc nō fuerunt congregati: nihil est ab eadem sacra facultate definitū. Dicā cū benigna permissiōe seu supportatione opinionem meā particularē in hac parte: prius tamen casum proponēdo, qui est iste. Petr⁹ consignat centum florenos apud Paulum mercatorē: & ei pro parte lucri sui capitali saluo assignat per annū quinq; florenos, residuo lucri Paulo seruato. Vel casus sic clarius proponit vt ipsum proponit Ioannes Crotus de monte ferrato, iuris pōtificij lector ordinari⁹ Bononię. Nā Bononię presente prefato Croto Ioannes Eckius hāc quęstionē in publico disputauit cōsensu: quare verosimile est eos in casus positione cōuenire. sic apud Ioannē Crotū figurat casus: vt scripto in hāc vrbē misit Ioannes Eckius. Titius habēs certā summā pecunię negociatiōis expers: in illa se exercere nō audet: ne ex imperitia suū patrimoniū diminuat: nec reperit annuos census prędiales sibi idoneos qui sint vēdibiles. Ideo prouidus & circūspectus circa subsistentię suę conseruationē dictā quātitatē cōmittit Gaio honesto & probo mercatori sua in dustria plurimū solito lucrari: quē rogat vt ex ea negocietur. Gaius autem ex certis causis suum animū mouentibus nolens eū acceptare ad lucrū & ad damnū/pacisc itur cū Titio vt capitali saluo accipiat ꝓ portione lucri sui cuius quātitas incerta est, florenos quinq; pro singulis centū. Fit etiā conuentio vt vtriq; cōtrahentiū liberū sit hunc societatis cōtractum dissoluere cū placuerit: dūmodo vnus ab altero certior super hoc fiat in quarta anni. Sup hoc casu contentio est: an iste cōtractus sit ęquus & licitus: ita vt Titius ad restitutionē illorum quinq; nō teneat in foro animę.

¶Super hac quæstione duas ponā conclusiones. Prior est: Cōtractus iste nō est vsurarius: sed licitus. probat pars affirmatiua, puta q̄ cōtractus est licitus: qa sequit ex quęstione prędcenti. Secūdo probat idem. Iste cōtractus ęquiualet societatibus ex tribus contractibus licitis sibi mutuo nō aduersis conflatę: ergo iste contractus est licitus. consequentia est nota: antecedens probatur: quia ęquiualet tribus cōtractibus quorum vnus est societas: secūdus est contractus assecurationis: & tertius est venditio lucri incerti pro lucro certo: quorū quilibet est licitus. siue ergo dicatur societas mixta/ vel contractus mixtus/ nō magis denominatus societas q̄ alter aliorum duorum contractuum/vel societas habens conditiones cōtra naturam societatis, & nō contra eius substantiam: in idem redit: & eadem est sententia quo ad esse licitum & illicitum. quēadmodum in artibus licet hæc propositio trm̄ homo est animal/ dicatur categorica simplex, vel hypothetica ex varijs categoricis conflata: in idem redit quo ad veritatem & falsitatem. sic in proposito. sed de hoc in secunda conclusione loquar. Assumptum patet. qa societas est licita dūmodo sit citra monopolū: similiter assecuratio vt in materia vsurę dximus. pati forma licitum est vendere lucrū incertum maius pro lucro minori certo. & ista nō repugnant societati vel alicui cōtractui licito quocūq; nomine vocetur. & patet exemplo: vt in quęstione prędcenti processimus. Habeo mille scuta a maioribus relicta: negociari nequeo: nec terras vendibiles

Universidad de Deusto
Biblioteca

truenio mihi idoneas. gnarū mercatorē adeo cupiens inire cū eo societatē: & participare lucrū & damnū. & si pecunia esset posita in societate: iudicio prudentū mercatorū in fine anni lucrarer centum francos: & ita mihi referūt astātes. obijcto periculo dāni. me obijciēte sortes ꝓ vigīti frācis (gratia exēpli) subit omne periculum. esse em̄ subiectum pīculo est redimibile precio. Possum offerre adeo parū vt iudicio prudentū mercatorū pars mea sit melior q̄ sortis. possum gradatim ascendere offerēdo pecuniā sorti excessiuā vt periculū subeat. & si iudicio prudentū nimis offerā: iudicabitur pars sortis melior q̄ mea. offerā ergo tm̄ manendo in latitudine iustę oblatiōis vel matus. illo em̄ casu sum securus de dāno euitando: quocūq; casu damnū cōtigerit. Tunc sic. verosimile est iudicio prudentū ꝙ in lucro habebo. lxxx. francos in fine negociatiōis: quia socius meus est peritus sciens vbi res vili precio emūtur & care vendūtur quas prudenter & circūspecte seruare didicit. tunc sic inter prādendū dico certā euitationē mei dāni: & ꝙ ꝓbabile lucrū. lxxx. frācorū gr̄a exēpli expecto. Plato hoc audiens: offert mihi de lucro certo xl. francos: relinquēdo sibi lucrū incertū & ꝓbabile. lxxx. francorū. Hęc oia audiens mercator mihi offert tātū quātū sortes & plato. & videtur rationabilius. erit enim sollicitior in mercibus tam emendis q̄ conseruandis. nec dabitur mihi occasio mali suspicandi ꝙ non partiatur mihi partē lucri fideliter: cū iam habeā determinatum lucrum in fine negociatiōis: ergo tot⁹ iste cōtract⁹ quocūq; nomine vocet: quē ineo cū mercatore socio: est licitus & reipublicę vtilis. Patet. per hunc cōtractum pupillorū & laborare nequētium bona conseruātur: & instrumēta negociatorib⁹ ad negociādū cōcedunt. Forte dicis. est vsura: qa capio lucrū certū de pecunia aliena. Cōtra hoc arguitur. Nō exut a me dominiū pecunię mę: ergo tollo lucrū de pecunia mea propria: & de instrumētis meis. assecuratio enim societati non aduersat. hoc est: non est contra ei⁹ substātiā. vt patet ex superiorib⁹ in locatione & in cōmodatione. Nec refert siue successiue siue simul omnes hos contractus ineamus. verosimile tm̄ est ꝙ isti contractus successiue primo erant introducti: nūc ꝓsupponunt a communi consuetudine. sicut ludentes sortes & Plato dicūt ꝙ vn⁹ contra aliū in a. ludo ponet duo: & mox in campum ponūt non dicētes expresse ꝙ ille q erit victor in ludo habebit dominum pecunię alteri⁹: & ꝙ consentiunt ita in se inuicē: licet primi ponētes hęc oia expresse dixerint. aliquin lucrans nesciret quo titulo lucrū acqreret. sic est in ꝓposito.

¶ Secunda conclusio. Prædictus cōtractus est vera societas & licita. ꝙ sit licitus contractus. patet ex cōclusione prędecente. Q̄z sit societas. sic ꝓbaī. qualitates q̄ sunt cōtra formā substantialē aquę vel prēter formā vt alijs loqui placet: non tollunt ei⁹ substantiā. quod patet de calore remisso respectu aquę. sed cōditiōes adiectę nō sunt cōtra substantiā societatis plus q̄ contra substiātiā locationis vel cōmodatiōis. Et istud manifeste patet de hoc contractu Institut. de soci. §. de illa. vbi imperator sic dicit. Nā & ita coīri posse societatē non dubitat: vt alter pecuniā conferat: alter non conferat: & tamē lucrum inter eos cōmune sit: quia sępe opera alicui⁹ pro pecunia valet. Et adeo cōtra Quinti Mutij sententiam obtinuit: vt illud quoq; constiterit posse conuenire: vt qs lucri partem ferat: de damno non teneatur. quod & ipsum Serui⁹ cōuenienter sibi existimauit. Quod tamen ita intelligi oportet: vt si in aliqua re lucrū in aliqua damnum illatum sit: compēsatiōe facta solum qđ supereſt, intelligat lucri esse. Quib⁹ verbis imperator vult dicere ꝙ alter socioꝝ tenetur esse omnino subiect⁹ periculo dummodo capiat cōpēsationē per ęque expetibile/ac subitre tale pīculum est fugibile. Glosa Accursij in verbo (partem) dicit. Partē non totum. alias esset leonina, vt dicitur in fabula Aesopi. &. ff. eo. l. Si non fuerit. §. finali. &. l. Si vnus. §. Et si precium. in fine. Innuit fabulam inter leonem/capram/ouem/& iuuēcam ęqualiter laborantes pro ceruo capiendo: quē solus leo habere cupiebat: secundum illud Aesopi. Vt ratione pari fortunæ munera sumant, Sumunt fœdus ouis/capra/iuuenca/leo. Societas ista non est leonina. Leo enim vult quatuor partes solus habere vt fabulatur Aesopus: nihil alijs bestijs refundendo. secus esi de isto pecuniam in societatem reponente. Secundo ꝓbatur idem. Omnis contractus habens essentialia societatis licet aliqua habeat cōtra naturalia vel accidentalia sua, est simplex & vera societas. iste cōtractus est huiusmodi. igitur. Maior patet ꝓ simile: sicut homo essentialiter ex materia & forma constat licet aliqua cōtra suā dispositionē naturalem habeat. similiter de aqua calefacta. Minor patet: quia nō est de ratione societatis ꝙ consodj ęqualiter habeant de lucro & de damno: vt ex imperatore allegauimus. Sed dices. & aliud nō est dicendū: vterq; cōsocius ęque ꝓportionabiliter habet: & plus ponēs in capitali plus capiet in lucro. tunc plus capiens de periculo dūmodo releuamē habeat aliunde/ęque proportionabiliter capit. igitur. Non faciam aliqua argumēta: tum quia ipsa solui possunt ex dictis in hac distinctione: tum quia doctissimus Ioannes Eckius late materiam prosecutus est. ¶ Concludendo dico cōtractum hunc nō esse vsurariū. nam ponens pecuniā manet verus socius: nec abdicat a se dominiū suę pecuniæ: sed assecurationem pecunię cōseruandę capit ne in sua manu pereat: & incertū lucrū ꝓ minore certo vēdit. Oia em̄ ista tā in societate q̄ in alijs cōtractibus valent. dat em̄ alteri/puta pecuniā suscipiēti, optionē, an velit has duas cōditiones societati adiungere: an tenere regulas cōmunes societatis. ergo est bona fraternitas. quemadmodū si essent duo ponentes aliqua in cōmuni, Sortes & Plato: & Plato semp daret Sorti optionē, esset bona fraternitas. Secūdo dico ipm̄ non esse illicitū: nec ipm̄ includere speciē mali si bene circūstātionet. Rationes Conradi & alioꝝ in pcē dētibus euacuaui. Vna aūt circūstātia est & requisita ad hoc vt cōtractus sit licitus: vc: ꝙ non capiatur vltra latitudinē iusti precij in illis duabus cōditionibus adiectis: siue dicātur cōtractus siue nō: puta ꝙ alter socioꝝ libētius vel saltē ita libēter (sed honestius est libētius) assecuret pecuniā ponentē: malens capere diminutionē lucri/& imponentē pecuniā assecurare/q̄ oppositū. Eodem grano salis condiatur alia cōditio adiecta: sc: vē dēdo lucrū incertū ꝓ lucro certo: quia multo minus de lucro certo pōt lucrū in spe incertū valere Et ſcđm magnitudinē periculi diminuendū est lucrū istud. Propterea istud clanculū nō debet fieri nisi iam a cōsuetudine cōtractus inualuerit: qđ qualiter ꝓsequendū sit statim cognoscit. Secūdo cōsiderandū est, an negociatores pecuniā capiētes passim fiant ditiores: quia hoc indiciū est ꝙ pecuniā ponētes nō notabiliter habēt meliorem partē: & licet securiorē habeāt, nō refert. hoc em̄ crebro est in mutuo & in emptione. Multi aūt cōtractus nō cōsiderātes multos licitos reprobant. sane istū nō iudico reprobandū. non tamē sum nescius quin a cōtractu periculoso abstinēdū sit. Et licet iste sit licit⁹, prout existimo: vt multi alij sunt: nō tū in sermone ad populū mercatorū aliquid sup hoc dicerem. Etiā nullus cōtractus de quo nō sufficiēter constat ꝙ sit illicit⁹, inter mercatores vsitatus tāq̄ vtilis, est reprobādus. Vlterius patet ꝙ iniquus est cōtractus quo socius tā tū in lucro certo accipit quātū alter in lucro anciptiti: puta cōponēdo cū cōsocio vel alio, de incerto lucro. Ex eodē fonte sequit ꝙ si pecuniā capiens subiectus sit periculo: & nō releuetur soci⁹ per æquiualens, hoc est ꝓ aliquid eligibile æque ac illud est fugibile: cōtractus est iniquus. Insup si hoies passim hūc cōtractū exerceāt: nō emētes agros vbi in cōpetenti ꝑcio inueniri possunt, vel nō expectātes naturalia societatis de periculo & damno, cōtra contractū est mala pręsumptio. nā quęro ex eis quare hunc contractum alijs neglectis exerceant. Qui circūstātias oēs nouit a cōtrahentibus: qui vt puto variantur ad contrahentiū arbitrium: potest melius de singulis iudicare. qui libet enim est bonus iudex eorū quæ nouit. Ego autem in certo numero & specie circūstātiarum cōtentus maneo: quia in specialissimis iubet Plato quiescere.

¶ Distinctionis Decimequintæ Quęst. Quinquagesima & Vltima.

TAm nouem & quadraginta quæstiones in hac distinctione vtcūq; pro tēporis penuria absoluimus: & potissimū de restitutione a decima quæstione loquuti sumus. reliquū est ꝓ numeri quinquagenarij cōplemēto qstionē quinquagesimā adijcere, quęrendo de ordine restitutionis: quia sup hoc mētionē nō fecim⁹. Propterea qn quagesimo circa hāc distinctionē q̄rit: Vtrum in restitutione pluribus faciēda aliqs sit seruandus ordo, & quis. ¶ Respondet ꝓ duas cōclusiones Prior est. restitutio primo est faciēda cognitis & certis. patet cōclusio. quia cognoscit dns cuius bona ipso inuito detinētur. de alijs aūt potest eē dilatio ad tēpus. Semp em̄ domini rerum si res ipse extent: oibus sunt ꝓponēdi. l. Veri. §. In bonis. ff. de priui. cre. & si res fuerint translatę in aliū puta in emptorē: restituā pecuniā: & antiquo domino reddā. ¶ Secūda cōclusio. Cęteris paribus prius restitutio debet fieri illi a quo prius res ablata est. nā qui prior est tēpore: potior est iure. si aūtē vnus magnā patiatur necessitatē & alius nullam: cętera sunt imparia.

¶ Ecce quintādecimā distinctionē: in qua memorię mādabis ꝙ restitutio famæ est periculosa & difficilis: & multi in ea delinquūt. cauēdum est ergo summe: ne quis illo peccato pecet quo alterius iniuste famā lacerat. Q uādo aūt peccatum aliquod est secretum: nec est suspicio vlla de viro: non debet homo ipsum cōfiteri superiori quęrenti: sed dicere ei inquirenti: ꝙ inordinate hęc inquirit: & forum dei sibi vsurpat. Et eodem modo respōdendum est si abbas vel aliquis superior dicat in capitulo. sub pœna excōmunicationis dicat mihi quilibet peccata secreta socij sui vel sua ipsius. si vn⁹ sciat peccatū meū secretum: non debet illud propalare. & per consequens nec ego meum. superior autem male facit hęc inquirendo. Circa materiā homicidij dixi hominem posse ad mortē damnari ne comedat: & si cibus ponatur ante eum: potest quis damnari ad mortem, & apertis ostijs omnibus carceris

Universidad de Deusto
Biblioteca

non abscedere: ergo potest non comedere cum sit iuste damnatus: q̄uis cibus ante eum ponatur: quicquid dicat sanctus Thomas in secunda secundę. ¶Quando quis est in extrema necessitate, dicebam probabile esse si haberet rem alienam: alio eque cito in extremam necessitatem cadente: ipsum posse re illa uti. & si alter moriatur defectu illius rei: non imputabitur ipsi mors illius. ratio est: quia habet dominium naturale in re omni ad se releuādum in extrema ꝝcessitate. & in illo casu dominiū ciuile cedit, vel dominio ciuili æquialet possessio rei, si ante habuit alienum: quia homo plus est sibi obnoxius q̄ alteri: nisi alter esset multo utilior reipublicę. Potest tamen licite alteri dare rem illam in extrema necessitate, esto moriatur. Ratio est: quia duplici iure ad alterum spectat: alter enim habet etiam dominiū naturale cum ciuili: quæ duo iura probabiliter concludunt q̄ potest illi rē hanc dare: & mortem patienter tolerare. alterutrum autem faciendo non peccat. Et licet homo habeat dominiū naturale ad omnia necessaria pro se conseruando in necessitate capiēda: hoc intelligitur medio licito. hoc enim possumus quod de iure possumus. ff. de verbo. signi. l. Nepos Proculo. Per aliud autem ius naturale vel positiuum potest nobis constare quando homo absoluitur a sui conseruatione: vtpote quādo est damnatus ad mortem: licite potest nō abire data opportunitate. vel deo præcipiente potest se perimere vt fecit Sanson. Iudicum. xvj. vel pro opere consilij potest martyrium pati: vel pro vtilitate reipublicæ: vt in acie belli iusti: vel restituendo alteri quod suū est laborāti simili necessitate. ¶Quādo quatuor sunt in naui quæ non potest superferre omnes: possunt sortiri quis sit eiciēdus: vel vnus alium propellere si iudicent q̄ non saluabūtur alia via. sed si vnus sit in naui: & alter extra nauim: in illo casu male faceret existens extra nauim, alium a sua possessione pellendo: quia iam nauis quo ad vsum est sua. intelligo de ea quæ non potest plures saluare. quemadmodum quando proiicitur pecunia in vulgus: a primo occupante alius auferre non potest: licet ante acquisittonem poterat elaborare primo pecuniam habere. & q̄uis forte peccaret alium trudendo ne pecuniam habeat: si primo acquirat, non tenetur acquisitum restituere: quia efficitur primo occupantis. quemadmodum contingit de occidente auem, & eam insequente. nam si alter eam prius occupauerit: occupantis efficitur. Et hęc de quęstione p̄senti: & tota hac decimaquinta distinctione.

¶Distinctionis Decimęsextæ Quęstio Vnica.

Magister i hac decimasexta distinctiōe loquitur de cōtritione, oris cōfessione, & satisfactione, quomodo sunt partes pœnitentię. Pro quo animaduertendū est q̄ nō sunt partes pœnitentię virtutis vel eius actus. quod patet: quia non sunt partes essentiales pœnitentię: vt sunt materia & forma in toto composito. nec partes integrales, vt manus & caput in composito: quę sunt eiusdem rationis cum toto. nec sunt partes subiectiuę: hoc est secunde intentionaliter: quia soli termini inferiores sunt partes subiectiuę ad superiores. Et per idem cōcluditur q̄ non sunt partes pœnitentię sacramenti: quæ nihil aliud est q̄ voces a sacerdote prolatę. Sunt tamen partes pœnitentię tanq̄ aliqua prarequisita ad hoc vt pœnitentia sacramētū digne suscipiatur. sicut humores & aer sunt partes necessatię ad hoc vt homo naturaliter sit: nō sunt tamē partes essentiales eius. ¶Solent aliqui circa hāc metriā q̄rere: an prius sit peccati expulsio q̄ gratia infundatur. Ad qd breuiter dico q̄ non est aliqua prioritas temporis vel instantis. Si em̄ cōtritio in instanti elicitur: primū instans esse contritionis est primū instans nō esse mortalium. si pure partibiliter: vltimū instans non esse contritionis est vltimū instans mortalium. Sicut enim non datur homo (potissimū post primos parentes) quin sit i gratia/mortali/vel originali, ita nullus est in gratia & i tali peccato simul scd̄m legē. Probatur hęc conclusio: quia data eius oppositi sequitur q̄ talis si decederet, saluaretur & damnaretur perpetuo: qd̄ liquet esse falsum: ergo oppositum huius conclusionis est falsum, & per cōsequens conclusio vera.

¶Quam conclusionem post materiam positiuā quintędecimę distinctionis paulum oppugnabo: & hoc sic. suppositio q̄ præcipiat deus Sorti nūc existenti in gratia vt diligat se ante a. instās terminatiuū huius horę, omittat Sortes, & simus nos iam i a. istanti: arguitur sic. iam Sortes est i peccato, quia culpabiliter omittit (de mortali culpa intelligo) & est in gratia: qd̄ probo: quia in quolibet instanti intrinseco huius

¶Sed hic dubitatur: quia superius dictum est q regulariter homo non tenet nisi semel in anno confiteri: quare dicit regulariter. Respondet: quia stat q alias homo ad vocalem cōfessionē teneat etiam laicus de quo loquor, in aliquibus casibus. vtpote quando qs vult suscipe eucharistiam: & forte ita est i ordine & matrimonio, vt cōmuniter obseruat. nisi qs non possit habere copiam sacerdotis, vel sacerdotis inidonei solū: & celebrare expediat vel communicare. Secundus casus est ratione periculi: vt i magna ęgritudine: vel vt generalius dicam, in periculo vitę. vt bellum iustum ingressurus: vel itineri periculoso per terram vel per mare se accingēs: in quo plerunq; homines perire solent: vl in amentiam verosimiliter casurus. Tertius casus ratione dubij: quando homo probabiliter iudicat q amplius illo anno non occurret sibi copia confessoris valentis nexus sui peccati dissoluere, vel a casibus reseruatis: vel ab excōmunicatiōe: & tā habet talem præsentem. Quartus casus est ratiōe conscientiæ: vt qñ habet conscientiam q tenet statim post pctm̄ cōmissum confiteri: tunc si contrauеniat suæ conscientiæ, peccat. Ipse em̄ iudicat si nō confiteat in hac hora se mortaliter peccare: & cōformare se suæ conscientiæ in hoc casu non est malum: cum non sit cōtra aliqđ p̄ceptum. Quintus casus. si existimet se non posse commendare memorię omnia peccata sua: sed timeat se incursurum peccatū omissionis mortale si nō cōfiteat pluries: tunc de per accidens videtur teneri pluries in anno confiteri vt se ab huiusmodi transgressione præseruet. Si vero in charta vel aliter possit sua peccata memoriæ commendare: nō oportet. Sextus casus. si homo vouеat q pluries i anno confitebit si peccet mortaliter. ¶In hac quæstione capitulum Omnis. de pœniten. & remiss. vtcunq; succincte exposuimus, dicentes nullum esse obnoxium sola venialia confiteri, siue mortalibus iūgant̄/siue nō. Diximus etiam q mortale est prius detestandū q̄ homo obliget ip̄m confiteri: et (vt opinor) homo tenet detestari suum mortale commissum quando ei (saltem primo) occurrit perfecta notitia illius. secus est de confessione vocali: vt superius diximus. Et quia circa materiam præfati capitis nonnullæ dubitationes occurrunt: æquum censui eas in medium p̄ferre.

¶Distinctionis Decimæseptimæ Quæstio Tertia.

Tertio igitur pro maiori intelligentia dictorum quæritur. an quilibet adult⁹ teneatur cōfiteri omnia sua peccata proprio sacerdoti. Et sit conclusio affirmatiua præcedentis quæstionis ex c. Omnis. Contra quam conclusionem aliqbus rationibus instabim⁹. Pria ratio q̄ ex parte pctōrum oblitorum sumitur/est talis. Sortes commisit centum peccata mortalia i isto anno: quorum viginti sua memoria exciderunt post omnē peccatorum explorationē. Hæc ergo quia sue menti non occurrunt: non tenetur ea confiteri: alioquin ad impossibile obligaretur. ¶Respondet. homo prius q̄ confessorem adit debet de peccatis a se post vltimam confessionem commissis magnam facere indaginē: vt omnia suæ menti

occurrant: ac si sermonem latine ad eruditos auditores esset facturus: vel rationem de longa & diuturna pecunia exposita auaro domino & vigilanti red ditur⁹. & si post indaginem aliqua peccata ei non occurrant: non imputabuntur ei dein ceps. Si vero a multo tēpore non fuit confessus vel tardæ fuerit memoriæ: ad maiorē tenet inda ginē nisi mortalia commissa successiue mādaue rit scripto put perpetrata sunt: seruans scriptum in loco secretissimo: vel sic scribēs vt nullus ali⁹ a se legere valeat: vel literam pro certis peccatis reponēs: vt a. pro supbia. b. pro iuidia. c. pro fornicatiōe simplici. d. pro adulterio. & sic i alijs peccatis. & licet scribat circunstantias & omnia quę ad grauitatem peccati faciunt: nullus tamen alius intelliget scripturam. Et hoc modo tota vita sua vti potest. & si solū semel in anno confiteat & pluries peccet, circa istud euigilare debet more procuratorum longam rationem in fine anni colligentium. ¶Accedendo igitur ad ꝓpositum argumenti pono hanc maximam. Nemo ex qua cunq; culpa præcedente rationis compos/ad impossibile obligatur: quin ei pateat noua via salutis. Plerisq; em̄ qb⁹ ipossibile ē reuocare oia peccata pręterita i particulari ad mentē: sufficit post peccatorum venationem de qua loquuti sumus recitare ea quæ occurrunt: & detestari omnia i generali quæ commiserunt. & negligentiam confiteantur ad cautelam: quia non commendauerint oia sua peccata mortalia memoriæ: parati reliq̄ confiteri: si occurrerent: etiam si a vigiti annis p̄teritis non fuerunt confessi. & hoc qđ diximus faciant propter deum, quem offenderunt, proponēs secundum suam fragilitatem in posterū ab omnibus peccatis abstinere: volēs efficaciter satisfacere qb⁹ tenentur. Oēs nāq; sic facientes nō sunt amplius in peccato mortali vllo imputabili per theoricam quam recitaui. Nemo est rationis compos etiam ex quacunq; culpa vel culpis p̄cedentibus cui non pateat via salutis. Signāter (rōnis compos) propter cadētes in vesaniam petuam ex culpa mortali præcedente: vel sine culpa in amentiam perpetuā cadētes, suppositio q erant in mortali aliunde. sed de hoc in q̄stione sup̄ma huius distinctiōis dicem⁹. Si vero a mōto tpe homo remāsit non confessus: vtpote vno anno vel pluribus: statū suū præteritū recogitet: in quo officio: in qua societate versatus sit: & pctā omnia mortalia in mentem recolligat. & si nesciat numerū peccatoꝝ distinctum asserere: accedat peccatorū numero q̄ proxime poterit. & cōfiteat etiam ad cautelam q numerum peccatorū distinctum attingere nequeat. & hoc sufficit ei ad salutem: quantumcunq; etiam enormia peccata ab eo commissa fuerint: periuria deliberata: quicunq; luxus, vel homicida pontificum aut regum: vel qualiumcunq; excommunicationum nexus vel irregularitatis inciderint. ¶Forte dicis. In lo instanti homo detestatur omnia sua peccata Potest enim fieri q intellectus eius qui est finitæ capacitatis actiuę terminetur in sex vel septem actibus: etiam quacunq; remissione actuum data. alioquin infinitos actus remissos homo posset habere: syncategorematice saltem capiendo infinitum? Tunc sic. quando primo occurrebant ei septem illa peccata, non sunt ei dimissa. Impiū nanq; est a deo dimidiam sperare veniam. scđm Augustinum. Cū vero timat alia. vij. ista septē more fluentis aquæ labuntur. ergo veniendo ad vltima septem quando erit indago sufficiens facta: primo erit extra peccata. vel impossibile ē secundum legem vt ponat se extra peccata. ¶Respondetur. si peccator sit prudens, detestabitur peccatum q̄primum ipsum ē commissum. Ad hoc enim tenetur quando habet plenam notitiā peccati. vt nuperrime diximus. & ita faciet de omnibus peccatis suis. xxx. vel. xl. in anno commissis: quod faciendo nunq̄ erit i duobus peccatis simul. & licet peccauerit quadraginta peccatis in isto anno: in nullo instanti vel parte determinata istius anni verum est dicere: iste est in quadraginta peccatis. semper de mortalibus totalibus loquor. Aliqui tamen ineruditi post mortale cōmissum credunt se in peccato esse quoad confessi fuerint: quibus ostendatur contrarium: q̄ scilicet sufficiat eis habere displicentiam de peccato perpetrato propter deum: cum his quæ superi⁹ diximus. Si cum prudentia non stet peccatum mortale committi: paucos in mundo prudentes dabis. Et vbi homo sic detestatus est omnia peccata sua, in nullo est peccato. quo non obstante debet illa confiteri. non tamē tenetur (vt opinor) iterato quodlibet in particulari detestari: sed sufficit vna generalis omnium detestatio. Et est color licet ad confessionem teneatur q̄ non teneatur ad contritionē de singulis: cū qđlibet sit cōtritione extinctum quo ad culpā. Sed si non erat prudēs, nec detestatus est omnia peccata post eorum cōmissionē, sed manet in pluribus: si tria memoriæ occurrāt simul qđ est possibile, sufficit (vt reor) vna detestatio super illa tria simul cadens: & non requruntur tres ꝑticulares detestatiōes. et si omnia sua peccata ei subito occurrāt: vna detestatio illa oia tollit quo ad culpā. immo post q̄ ꝓponit quis omnia sua peccata indagare: & detestat̄ omnia inquantum dei offensiua: omne dei offensiuū detestatur: quia propositionē vniuersalē illa reduplicatiua infert. & intendens reddere Cæsari quæ Cæsaris sunt / & deo quæ dei sunt: & confiteri secundū p̄ceptū ecclesiæ: non est amplius

Universidad de Deusto
Biblioteca

in peccato mortali vllo.& si tūc moriaṫ/saluabiṫ Nullus tñ est tam imprudens quin tempore quo sua peccata suo sacerdoti recitat:illa formaliṫ vel virtualiter detestet. ¶Sed contra ista arguitur. Peccator teneṫ peccata obliuioni data confiteri si postea menti occurrāt: ergo oblita peccata nō erant ei dimissa. Forte dices & bene q̄ hō creberrime tenetur confiteri peccata dimissa. Sed contra.hoc non sufficit.Nemo em̄ teneṫ cōfiteri peccata a quibus est absolutus. sed plerique prudentes confessores dicunt,absoluo te ab oībus peccatis tuis confessis & oblitis.igitur. Respondeṫ. homo teneṫ confiteri peccata sua oblita q̄ sibi occurrunt,eodem præcepto quo tenebatur confiteri alia peccata sua. Absolutus aūt erat categorice quo ad culpam ab oībus peccatis tam cōfessis q̄ non confessis:sed opinor q̄ virtute clauis nō dimittitur portio pœnæ debitæ peccatis non cōfessis.sed reliqua peccata post occurrētia hō tenetur cōfiteri.alioq̄n in nouum pctm̄ labiṫ, scilicet omissionis.Et si aliqua peccata occurrant statim post cōfessionem:& præsentia sacerdotis habeaṫ q̄ reliqua audiuit:pctm̄ post cōfessionē occurrēs vel plura si occurrant,ei cōfiteberis. Si vero non habeaṫ idē sacerdos: pctā occurrentia alteri sacerdoti confitearis.& si aliqua pctā fuerint cōmissa post primā confessionē:ista cū illis pariter cōfiteberis. Sed dicts.tunc licita est peccatorū partitio. distinguo. vel homo partiṫ cōfessionē vt appareat melior q̄ sit, vel ex verecūdia: & sic nego. hoc em̄ est hypocrisis & inique actum. vel est rationabilis causa partiendi: vt post indaginē sufficientem factam.& sic cōcedo.nec hoc est incōuentēs Signanter (post sufficiētem indaginem) quia si esset insufficiēs indago:homo teneretur iterato omnia confiteri vniːnisi p̄sens occurreret ille q̄ audiuit reliqua peccata.ex labore aut̄ assūpto pōt homo in seipso deprehendere melius q̄ alter,an indaginem sufficientem de suis pctis fecerit. Et est sermo de mortalibus:quia scienter pōt homo vnum veniale confiteri/de aliis tacendo:cū non obligeṫ aliq̄d veniale confiteri.

¶Secundo arguitur probando q̄ teneor confiteri venialia:siue mortalibus iuncta fuerint siue non:& per consequens male dixim⁹ in quæstione præcedente q̄ (omnia) distribuit terminū (peccata) pro solis mortalib⁹. Assumptum probaṫ sic. q̄libet mortale in particulari occurrens menti homo tenetur cōfiteri, aliquod veniale est huiusmodi. igitur. Consequentia tenet in Dariː:cum huiusmodi includat medium. Minor patet.demonstrando actum quo volo occidere & mentiri iocose:per illum actum ego facio aliquid q̄d est prohibitum sub pœna peccati mortalis, & venialis:ergo & mortaliter & venialiter pecco:& actus est vnicus. Pręterea.istū actū habens tantum peccat quantum habens duos actus quorum alter est mortalis & alter venialis. sed ille mortaliter & venialiter peccatːergo & iste ¶Respondetur.peccatum datum est confitēdū de necessitate salutis. quia est mortale menti occurrens. Secunda propositio. Probabile est q̄ actus datus sit venialis.& ex consequenti concedendum est q̄ aliq̄d veniale est confitendum de necessitate salutis.nec hoc incōuenit quādo aḉ⁹ est mixtus ex veniali & mortali.sed nō est necesse confiteri illum actum secundum hoc q̄ ē venialis:puta circa mendacium iocosum.Tertia p̄ positio. Aliquod mortale remissius punietur in inferno.Patet. si q̄s decedat cum mortali dato: quem dico æqualiter peccare vel non amplius q̄ si alter haberet duos actus: vnum latum sup obiectum p̄hibitū sub pœna pcti mortalis,& alterū p̄hibitū sub pœna pcti venialis. p̄babilius reputo q̄ veniale iūctū mortali i iferno abolebiṫ Quarto seq̄ṫ,q̄ vnū mortale excedit aliud mortale venialiter solū. Quito.pctm̄ veniale nō tm̄ est eiusdē speciei entitatiue cū mortali:sed etiam eiusdē speciei in genere malitiæ. Sexto seq̄ṫ: q̄ mortale ex venialibus cōflaṫ.q̄d p̄z.qa q̄libet ps huius scd̄m intensionē est pctm̄ veniale.nā aliq̄ est pctm̄ veniale:qa nō est actus idifferens vl̄ bonus:igiṫ. Eodem mō mortale est ps pcti venialis Argumentū pōt fieri de circūstantia circūstante pctm̄ mortale:& ip̄m venialiter aggrauāte,q̄n nō cadit in ratione obiecti. Declaro exēplo. volo occidere hoiem:sic sc; vt circunstantia venialis partialiter me ad hoc ipellat.sed illa circunstantia nō est volita.

¶Tertio argumentor.homo tenetur confiteri sua peccara:& non excipiūtur venialia.ergo tenetur omnia confiteri. Præterea.mortalia sunt confitenda ne homo sit iudex in pœna taxanda.sed hoc in venialibus contingit sicut i mortalibus.igiṫ. ¶Respondeṫ. sufficienter excipiuntur p̄ p̄bationes allatas. Ad aliud dico q̄ illa nō est causa quare peccata sunt confitenda: sed vt homo sit diligens examinator pctōrū q̄ aiē culum afferunt. Illud argumentum si aliq̄d valː p̄bat q̄ homo tenetur veniale mortali iunctū cōfiteri. ¶Quarto arguiṫ.stat fortē scire se fecisse vnum pctm̄ mortale:& nescire q̄d sit illud i specie:sed tunc non pōt ip̄m cōfiteri:ergo sortes nō teneṫ cōfiteri oia sua pctā mortalia. ¶Rndeṫ.cōfiteaṫ i gñe.s.q̄ peccauit mortaliṫ/sed nescit quo pctō.sicut Nabuchodonosor sciebat se sōniare noctu,& nesciebat i pticulari q̄d eēt illd sōniū.q̄d & nobis i aliqb⁹ tpib⁹ anni potius q̄ m alijs con-

tigit. ¶Quito arguiṫ.habeat sortes cōsciētiā erroneā q̄ sit in pctō mortali:& tñ illud pctm̄ sit veniale vel nō pctm̄:nā sortes teneṫ illd cōfiteri.igiṫ ¶Rndeo.illd argumētū ē facile.nego q̄ teneaṫ illud cōfiteri absolute.sufficit em̄ deponere cōscientiā.nā ad alterū teneṫ. ¶Sexto arguiṫ. voueat sortes,si deliq̄rit mortaliṫ/an̄ diē dñicū secōfessurū platoni sacerdoti.faciat sortes vnū furtū solū mortale inter pctā positiua: & nō cōfiteaṫ platōi an̄ diē dñicū.hoc casu supposito sic argumētor. aliqua sūt pctā mortalia a sorte cōmissa q̄ nō teneṫ cōfiteri:ergo male dictū ē.cōsequētia ē nota. Probaṫ an̄s.sortes infinita mortalia cōmisit i casu.q̄d patet:qa tenebaṫ cōfiteri a.mortale an̄ diē dñicū:& hoc nō fecit:ergo mortaliṫ omisit.& illa omissio distinguiṫ a furto.dicatur illa omissio. tūc sic.sortes tenebaṫ tā a.q̄ b.cōfiteri platoni an̄ diē dñicū:& hoc nō fecit: ergo omisit alia omissione.s.c.& sic sine statu cōcludeṫ q̄ infinitis pctis nō cōmunicantib⁹ peccauit: nec teneṫ illa cōfiteri ergo intētū. ¶Rndeṫ admittēdo casum:& negādo an̄s argumēti. & ad p̄bationē nego q̄ sortes cōmisit infinita mortalia an̄ diē dñicū:sed ē dūtaxat vna omissio mortalis scilicet b.reliquæ em̄ imaginatę omissiones hñt naturalē cōnexionem ad b.& p cōsequēs nō ponūt i numerū pctōrum nec malitiā distinctā hñt a b.& hoc q̄n actus naturaliter inuolut⁹ in alio nō habet malitiā secluso actu in quo naturali cōnexiōe implicaṫ. Propterea actus exterior non habet malitiam ab anteriori actu distinctam:quia naturaliter ab interiore iperatur:& eo secluso non habet malitiam:nec cōtinuatio actus naturalis post liberam elicitionem Dixi (quando actus naturaliter in alio inuolut⁹ non habet malitiam vllam separato actu in quo naturaliter connectitur) q̄a si sic:malitiam habet separatam.vt si sortē odio p̄sequar p̄ tēpore quo teneor eū diligere:ad eⁱ⁹ odiū seq̄tur naturali seq̄la q̄ sortē nō amo.& omissio illⁱ⁹ amoris fuisset mihi imputabilis secluso illo odio.propterea illic sunt duæ culpæ distinctæ tantæ grauitatis ac si fuisset omissio amoris alio tempore sine odio:& odium pro tempore quo non teneor sortem diligere. ¶Epilogando patet q̄ si homo faciat indaginem de peccatis suis sufficientem : licet aliqua non occurrant:sufficienter confitetur. sed non ē facile interdum discernere an fecerit sufficientem sicut de probatione suiipsius superius dictū est distinctione nona hui⁹. Sed si fecit valde magnā inquisitionem:potest categorice assentiri se fecisse sufficientem.& quando fecit iudicio suo sufficientem, non formet sibi scrupulos in contrariū Item aliquorum peccatorum partitionē dixim⁹ rationabilē.secus ē q̄n fit ob hypocrisim vel verecundiam.

¶Distinctionis Decimęseptimę
Quęstio Quarta.

QVarto circa eādem materiā q̄ro.an peccatoris circunstantiæ sint de necessitate salutis confitendæ. Supponatur ex Tertij Ethi.secūdo cap. q̄ multiplices sunt circunstātiæ: sed quæ nostro proposito sufficiunt:hoc carmine continentur. Quis, q̄d,vbi,per quos,quotiēs,cur,quomodo,quādo.Quis causam efficiētē denotat:an scilicet religiosus,sacerdos, vel laicus.Quid causam materialē.hoc ē obiectū. Aliqui se fatigant inq̄rēdo an pctā sint materia pœnitentiæ:an peccator. dico vtrunq;. nam sermo est de materia circa quam: & non ex qua vel in q̄ modo circa vtrunq; istorum versatur pœnitentia.Quibus auxilijs, causam formalem importat.Vbi est circūstantia loci:vt si in loco sacro vl̄ prophano peccatum cōmissum fuerit. Per quos hoc est per quam instigationem. Quotiēs.hoc ē de numero peccatorum. Cur,causam finalem.vt an sortes dedit aliquid ob malū finem.Quomodo.hoc est de modo perpetrandi sceleris:vt proditorie hominem occidendo a tergo:vel reddendo eum certiorem vt se protegat. Secundum enim est multo minus peccatum q̄ primum:qa inuaso datur locus defensionis, & est animositas.Primum autem est vulpinum:& animositatis nihil habet.Quando,hoc est de tempore. Ad hoc autem vt actus qui est pœnitentia sit bonus hoc est vera pœnitentia:oportet omnia ista concurrere.nam bonum est ex integra causa: secundum Dionysium quarto de diuinis nominibus. & primo Ethicorum. vno modo quis est bonus multisq; modis nefandus.& non facio vim siue circunstantia cadat in ratione obiecti:siue actum circunstet.

¶Isto p̄misso dico q̄ multiplices sūt circunstantiæ in pctis,q̄dā actū attenuātes:vt futari vt pauperi succurraṫ.licet Dionysius monachus dicat nō minus eē peccatum.cui fidē nō adhibeo.tales etiam sunt confitēdæ vt supius dixi mus q̄stione secunda huius distinctionis, tū ne scandalizetur sacerdos de putato bono.tū vt cognoscat vultum pecoris sui,& pœnitētiā salutarē intūgat scd̄m exigētiā culpæ. ¶Aliæ sunt circūstātię pctm̄ aggrauātes:q̄ ip̄m i aliā speciē peccati mutāt:siue in speciē entitatiuā:siue in speciē malitiæ.sed de secūda loquor:siue prior concur-

Circunstantię q̄ sint cōfitendę.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rat,siue non/nihil refert.& istæ circūstantiæ sunt confitendæ. Aliquas declarabo exemplariter.au ferre alienum de templo ē sacrilegiū. ꝓpterea nō sufficit confiteri ablationē alieni: sed oportet etiā addere/de æde sacra. pari forma si hō cognouit suam consanguineā solutam:non sufficit confiteri de soluta vel simplici fornicatione:sed etiam tenetur addere/fuisse consanguineam : quia hoc specialē hēt deformitatē.hoc est,contrauenit vni p̄cepto rōne cōsanguinitatis. & licet isti duo actꝰ sint eiusdem speciei specialissimæ entitatiue: cognoui hāc mulierē/demōstrando consanguineā & cognoui hanc/demōstrando aliā non consanguineam:isti tm̄ duo actus differunt in specie malitię.& vnꝰ est altero peior:vnum pctm̄ virtualr cum alio pctō includens.imo si esset dispēsatio a deo de cognoscenda soluta,si nihil aliud ipediat adhuc cognoscere cōsanguineā solutā esset peccatum. Sili si qs peccauit mortaliter in die festo non sufficit illud pctm̄ sacerdoti apire:sed oportet dicere,in die festo.& sic illud qđ in alio die eēt vnum pctm̄:ꝓpter diem festum efficit duo i valore.nā in die festo p̄cipit hoc affirmatiuum:vacare cultui diuino potissimū.& vt illud libertus fiat:phibent opa seruilia q̄ talis diei cultū ipedīt inter quæ p̄cipuū est pctm̄.Ex quo patet qꝺ hęc consequentia est nulla.hic actus est tm̄ vnus:hic actus est pctm̄:ergo pctm̄ est tm̄ vnū.qa si actꝰ voluntatis esset ipartibilis (ꝓut aliqbꝰ licet minꝰ scite placet) añs esset verum & cōsequēs falsum. Et loquor de pctō ī re vel in valore: nisi esset circūstātia q̄ ꝓbabilr putaret inducere cōfessorē ad peccandū.talis em̄ non est confitenda protunc. vt bene dicit Altisiodorꝰ in.iij.licet male loquat consequenter de genere peccati: puta de muliere habente præcise vnū pctm̄ luxus in pascha:ꝓbabiliter existimante qꝺ ex sua cōfessione sacerdos mouebitur ad peccādū: dicens adhuc genus peccati esse confitēdū.nam rō quā facit contra alios de circūstantia,non minus concludit de gñe pctī Scandalū em̄ strictius ꝓhibetur q̄ confessio p̄cipiatur. Si ergo imminеat scandalū nisi ipsa tūc communicet : & non sit alter sacerdos cui possit confiteri:dico qꝺ ipsa pōt communicare:ꝓponēs confiteri ꝓ loco & tēpore : habita opportunitate sacerdotis. ¶ Aliæ sunt circunstantiæ nec aggrauantes nec attenuantes:hoc est iptinentes ad rōnem culpæ.& tales nō sunt cōfitēdæ. vt si sit sortes vel plato occisus: stat qꝺ sit grandius peccatū occidere sortem q̄ platonē:vt si reipu.sit vtilior: vel pluribus obligationibꝰ actus meus cōtrauenit.vtpote qa est mihi benefactor vel cōsanguineus:& actus est ꝓpterea magis ꝓhibitus a deo sed ꝓpter tale nomē pctm̄ nō est grandiꝰ. ¶ Alię sunt circunstantiæ speciem peccati nō mutantes sed facientes pctā differre scđm maius & minus. exemplū de ablatione furti maioris & minoris. Sācto Thomę & suis placet qꝺ nemo tenet tales circunstantias confiteri. Contra quos sic argumētor.sortes tenet confiteri furtum in loco sacro factū:qa speciali prohibitione ꝓhibetur. & hoc nō est nisi vt magnitudo pcti detegat.ſ; stat qꝺ furtum de loco sacro nō erit duplū ad furtum de loco non sacro:& vnum furtū simplex est duplicis malitiæ vel tripliciꝰ respectu alterius furti simplicis:ergo ipsum cū illa circūstantia est confitendū Non potes per hoc euadere qꝺ vnum habet speciale nomē:puta auferre alienū de loco sacro est sacrilegiū. nō sic furtū simplex magnū vl̄ parvū quia ꝓpter noia & varias noim denoiatiōes,peccata non sunt maiora vel minora. etiam dabilia sunt furta magna vel parua differentia specie entitatiue:& in specie malitiæ:q̄ oino ęqualent duobus furtis solū differētibꝰ scđm magnum & parvum.ergo si primæ circunstantiæ sint confitēdæ etiam & scđæ. Assumptū patet:qa isti duo actꝰ specie differūt.abstuli duo capitalia argēti & abstuli duos aureos. & eisdem rebus demonstratis scilicet duobus capitalibus argenti & duobus aureis : isti duo actus æquiualent eis in malitia abstuli hos & illa . Præterea aliquod furtum est veniale,& aliqđ mortale:solum ꝓueniēs ab ablatione parui vel magni obiecti. ergo hoc ē cōfitendū. ¶ Propter has rōnes & plures q̄ fieri possunt dico istas circūstantias de necessitate cōfitendas Idem censeo de magnitudine tpis,hoc est tpis lōgitudine. nam stat fortē volendo occidere vnum hoiem tantū peccare quātū platonē q ꝓputabilr occidit decē.qđ probo : qa ponatur qꝺ cōtinuet actum suū quo primū hoiem occidit solum per vnā horā:& fortes sil'em actū eliciat quo voluit occidere vnum hoiem: tunc fortes tantū peccauit quantū plato.suppono cætera paria q̄ ꝓposi tum ꝓmouent.Q n̄ autē plato occidit secundū hoiem actu continuato solū p vnam horam:pone qꝺ fortes habeat sil'em actū ita diu continuatū libere circa occisionem semp eiusdē hois:sed nō occurrit ei opportunitas sceleris ꝓpetrandi.Tūc sic.in fine scđi actus fortes est ita malus vt plato in fine secundi actus:& eodē mō in fine decimi actus.deductio est euidens.Ex qua deductione inferre potes qꝺ cognoscens mulierē decies,tātum peccat quātū cognoscens decē similes mulieres:paritate suppositа. Et eodē modo sequtur qꝺ volens cognoscere decies eandem mulierem tātū peccat quātū decē alias cognoscēs. Pronūc em̄ suppono positionē illā quā veriorē arbitror qꝺ actꝰ exterior nihil bonitatis vel malitiæ actui interiori supaddit. vt latius in.xvij. distinctione primi deduximꝰ.Confessor itaqꝫ homicidæ hēt

inquirere quo spiritu ductus hominē occidit:hoc est qua instigatione:q̄ diu māsit in illo ꝓposito:& quoties opinione sua illū actū refricuit.nisi enim has circūstātias & simles sollicite rimet confessor non facit officiū sibi iniunctū:& peccat omittēdo seu non faciendo illa ad q̄ tenet homo in suo statu:nec potest salutarē pœnitentiam recte iniunge re.Hæc declaro in simili de medico corporali patientem nō potēte curare nisi morbos cum causis suis:& eorū insultus a patiente deprehendat.nam cōtingit morbos requirere curas contrarias: vt febrim & vētris profluuiū. Sic crebro est inter peccatorū circūstantias . ¶ Sed forte dicis.ex dictis sequitur hæc conclusio disiūctiua: qꝺ aliqđ peccatū mortale nō est confitendū:vel qꝺ duo ęqualiter peccantes/inæqualiter tenent confiteri.quæ disiūctiua pro vtraq; sui parte refellenda apparet.qꝺ sequatur sic declaro:suppositо illo qđ proxime diximus,actum exteriorem nihil bonitatis vel malitiæ actui interiori superaddere.capio sortē q̄ voluit efficaciter occidere hominē quantū in se fuit: & Platonē qui ex simili actu voluntatis illum hominem vel aliū simtlē occidit. Tunc sic. Sortes & Plato æqualiter peccant.Plato tenet ad confessionem actus exterioris & interioris: quia vterq; est peccatū mortale:ergo tenet amplius confiteri q̄ Sortes.vel si non tenet ad vtrūq; confitendū: dabitur peccatum aliqđ mortale non confitendum cōtra cōclusionē principalē secūdę quæstionis huius distinctiōis. ¶ Respondet cōcedēdo qꝺ ęqualiter peccant:& æqualiter tenentur confiteri æqualitate peccatorum imputabilium ad pœnam corā deo. Sortes em̄ confitet qꝺ efficaciter voluit occidere hominem:si non fuisset aliunde prepeditus. Plato confitetur qꝺ imputabiliter occidit hominē & confitet virtualiter suū actū interiorē illius occisionis imperatiuū:quia illa occisio exterior non est peccatū.nisi ꝓ quāto ab actu interiori culpabili imperat.& quia actus exterior hominibus ē notior:illū confitet qui suum actum interiorem pręsupponit.& quia alter non occidit actualiter:tenet actū interiorem confiteri:cū non habeat exteriorē illius manifestatiuū.Nec ex illo habes qꝺ actus interior Platonis nullo modo est confitendus: imo æquualenter est confessus.

Circa hanc quæstionem dubitatur:an homo teneat confiteri circunstātias differētes secūdū magnū & parvum ex parte obiecti.nam si sic:sequit qꝺ eodem modo tenebit cōfiteri intensionē & remissionem actꝰ. ¶ Secundo dubitatur suppositо qꝺ Sortes post omniū peccatorū suoꝝ confessionem : post vnā horā redeat ad curatum.& dicat.dñe peccaui post vltimam confessionē mentiendo:per hāc ꝓpositionē,ego mentior vel mentitus sum post vltimā confessionē:an teneat cōfiteri.& ponat illius opinionis cum curato : qꝺ veniale seꝑatum a mortalibus ī pascha sit confitēdum.& nullū aliud mendaciū cōmittat.qꝺ mētitus sit ꝓbo.assentitur huic,ego mentior.vel ita est:& tunc mentitur: qa ita est in re sicut ipse assentit.si non sit ita ex parte rei vt ipse assentit:tunc ipse mentit:ergo nullo pacto patet euasio quin ipse mentiat.qđ si concedas:arguit sic.ita est in re sicut ipse assentit: & ita ipse scit:ergo non mentit:nec est confitēdum de mendacio.vel pone circunstantiā q̄ facit veniale esse mortale secundum eius opinionē : vt dicere mendacium in cōfessione.Vel succinctius mouetur dubitatio de hac.per deū domine curate ego sum periurus.iuramētum em̄ deliberatū est mortale quādo ē periuriū.& potest argumētari curato qꝺ sic. vel ita est sicut turat: vel non ita est . si primum:est periurus.& si secundū:est etiam periurus. ¶ Tertio dubitatur.an absolutio sacramētalis super eadem peccata applicata continuo pœnā peccatis debitam diminuat.ratio dubitādi ex dubitationis solutione clarebit.

¶ Ad primam dubitationem cōceditur: qꝺ debet confiteri magnū conatum vel parvum quem habuit secūdū suā possibilitatē.actus enim voluntatis sunt immanifestiores q̄ obiecta ad extra.& quia nō est possibile scire numerū graduū naturaliter:est ei ignorātia inuincibilis. ¶ Ad secūdā dubitationē hic nō respōdeo:cū non expediat eiusmodi trictis insistere pśertim inexercitatis in artiū vorticibus.iuniores em̄ theologi q artes nouerunt,in promptu respōsionē habēt. Etiam ī fine tertij in mēdacio & periurio illos casus pono. ¶ Ad tertiā dubitationem respondet qꝺ confitēs peccata semel confessa facit opus bonum : & meretur si sit meriti capax in potentia propinqua: & facit actum laudabilem:quem verecundia facit difficiliorem:& per consequens laudabiliorē.Sed an conferatur ei gratia virtute operis operati i secunda cōfessione:& diminuatur pœna: a plerisq; ambigitur.Partem autem affirmatiuam teneo ꝓ babiliorem propter has paucas ratiōes sequētes. Quarum prima est.si Sortes habeat octo peccata:& post sufficientem indaginem solum septem occurrant:confitēdo illa/dabitur ei gratia virtute operis operati:& vt clauis diminuetur pœna. Eodem modo si confiteatur octauum peccatū post ea occurrens cum illis septem/dabūtur illi duo effectus. Sed hic statim quis obiciet & ꝓbabiliter. erit diminutio pœnæ in secunda absolutione solū peccati obliti,& nulla erit diminutio pœnę peccatoꝝ ante cōfessorū.sed dabit tanta gra virtute opis opati rōne vniꝰ peccati. Opinor qꝺ sicut ha

Universidad de Deusto
Biblioteca

bēs gratiā virtute opis opati rōne multorū:sumē do eucharistiam magnam vel paruā ęqualiter ha bet de gratia:sic cōfitēdo vnum peccatū dabitur ęqualis gratia virtute operis operati,ac i cōfessiōe mille peccatorum:immo in cōfessione peccati ve nialis.pctm em̄ veniale est sufficiens obiectū con fessionis:sed nō obiectū requisitū ad pœnitentiā. Propterea cum hoc argumentū nō cōcludat intē tū:aduersarij cōcederēt q; dabit gratia & diminu tio pœnę rōne peccati nōdū cōfessi:sed nullo mō ratione peccatorū ante cōfessorū. Scdo arguit ad eandē partem,peccata mortalia erant deleta p cō trittionem ante omnem cōfessionē quo ad culpā: & æterna pœna in tēporariam commutata.& nō obstante absolutione vi clauis tollitur vna portio pœnę debitę peccatis:sed adhuc remanet aliqua pœna:& pctā in apphensione & detestatiōe sicut prius.ergo adhuc erit diminutio illi9 pœnę. Istud totū est probabile.Insup qn̄ sunt duę positiones hincinde apparētes:illa q̄ deuotionem & salutem auget:est potius fouēda q̄ opposita:si constet eā esse ęque rationabilem.sed sic est in proposito.est em̄ opus meritorium & laudabile idem peccatū pluries confiteri.nec est ratio alicuius ponderis in oppositū,q; secunda absolutio non conferat gra tiam virtute opis operati sicut prima:nec diminu at etiā portionē pœnę debitæ virtute clauis sicut prima:ergo illa est fouenda & tenēda.secus est in iudicto humano vbi post sentētiā definitiuam ni hil remanet.hic autem remanet pœna diminuen da.& si nulla maneret:non esset defectus ex parte sacramenti:quia si virtute intensæ cōtritionis tol leretur culpa & pœna:idem esset de prima absolu tione.& semp ille est susceptiuus gratię & ea eget. Cōtra illud arguitur:verba cōsecrationis ꝓlata se cundo loco nihil faciūt.similiter verba cū consen su in matrimonio:ergo nec hic. Respondet:hoc argumentū nullius est momētī:qa post verba cō secrationis non manet materia consecrabilis.nec post verba & cōsensum manet materia matrimo nialis.ita q; stantibus illis extremis in rerum natu ra manet vinculum matrimonij.Et argumentum potest duci in oppositū in aliis sacramētis.nā aq̄ quę semel erat baptismus in ꝓlatione verborum: postea iterū incipit esse baptismus:& ita millies si forma materię millies applicet.& loquor de eadē aqua numerali.hoc idem patet in confirmatione, & extrema vnctione.Et ex isto sic duco argumē tum:accepta hac maxima.omne sacramētū cui9 materia non tollitur,in applicatione formę habet suū effectū.vt videre est i sacramētis q̄ indux im9 baptismo,cōfirmatiōe,& extrema vnctiōe.in aliis em̄ sacramētis forma materię applicata,non ma net materia in potētia ꝓpinqua ad similē effectū. modo peccata quo ad pœnā aliquā sunt materia pœnitētiæ:ergo qn̄ cōfessor applicat absolutionē pctis tollit ptem pœnę in secūda cōfessione vt in prima:& in tertia vt i secūda:& ita deiceps quous q; tota pœna tollat.Et sic in qualibet cōfessione cōfert gratia virtute operis operati:hoc est vi cla uis:quousq; totalis pœna tollatur.Et licet totalis pœna peccatis debita possit hoc mō tolli:illo non obstante non est recusanda alia pœnitētia,quād modum in indulgētijs.tum quia opus satisfacto rium est etiam meritorū.tum secūdo q; nescitur quota iteratio cōfessionis tollit omnē pœnā pec catis debitā.Nec credendū est q; secunda absolu tio geometrice tollit ad primā:sed tantum pœnæ quātū prima.& ita cōsequēter ad finē pœnę inclu sive. ¶ Sed forte dicis.si Sortes habeat cētū mor talia:in prima cōfessione vi clauis tollit vna por tio pœnę illis peccatis debitę.ponat gratia exēpli vna decima pars.deinde remanēt nouem similes partes puta nouem decimę.ergo sacerdotis absolutio aduenies decē peccatis mortalibus tollit to tā pœnā cū quātulacūq; contritione.qđ nō videt dicēdū. ¶ Rndet.absolutio vi clauis a maiori pec cato vel a pluribus plus tollit.nam vbi supabun dat delictū ibi superabūdat misericordia.& patet in multis similibus.nā cōtritio maioris peccati in eadē intentione graduali tollit totā culpā maioris peccati sicut & minoris:& pluriū peccatorū sicut & paucorū.sic in ꝓposito.alioquin raro maneret aliqd pœnę post absolutionē:qđ non est dicēdū. Ex isto patet q; non sequit.virtute pœnitētię tol lit vna portio pœnę debitę mortali peccato:ergo virtute illius tollitur tota pœna debita veniali. Se cundo patet:q; duobus cōfitentibus sua peccata quę se habent in proportione dupla & subdupla: proportionaliter diminuitur pœna vi clauium: a maiore tamen plus arithmetice tollitur. Sed vt melius intelligas quomodo vi clauis aliquid pœ nę tollit,notato q; cōtritio mortalem culpam tol lit:& eternitatē pœnę q̄ mortali culpę debet.in tē porale mutat.tūc ponamus q; adhuc ante absolu tionē remaneat aliq̄ pœna:sic scilicet vt si ille de cederet:gratia exempli:puniret vno mēse in pur gatorio:ibi virtute clauis tollit vna portio illi9 pœ nę:& sic decedēs minus in purgatorio puniet:po namus.xiiij.diebus:nō q; ex natura clauis illā ꝓ ueniat:sed ex pacto diuino si applicet clauis illi q confessus est. ¶ Ecce q̄ circūstantiæ sunt cōsiten de:quę vero nō.qn̄ aūt circūstātiæ sunt turpes:dt cū loquatur confitēs honeste:circa fœdā em̄ mate riā non est illote loquēdū:ne scādalizet sacerdos. nā cū puerorū grāmatistes p̄ verecundia subticue rit pedo,dicēs:Q đ turpe sonat fit ī edi:multo ma gis in turpitudine vitij hoc est obseruādum.non tamen vmbratice quin omnia clare possit capere sacerdos:confitendum est.

¶ Distinctionis Decimæseptimæ Questio Quinta.

QVito querit specia liter de casibus reseruatis.an hō hīs peccata nō reseruata cū reseruatis:teneat omia illa curato cōfiteri. Verbi gra. habeat Sortes nouē peccata nō reseruata:& vnū reseruatū. Prēmitto q; supiores ex industria sibi aliquos casus reseruāt:a quib9 inferiores absoluere neque unt.& hoc ꝓpterea vt peccatores non sint ita pro pēsi ad peccādum:sed a peccatis abstineāt: ꝓpter erubescentiā quā habēt superiores adeundo:& p pter salubre consiliū qđ ab eis expectare habēt in pœnitentia iniungēda.Et ꝓpterea sunt aliqui ca sus papales maximo pontifici reseruati: aliq̄ epi scopales:aliquos etiam casus sibi reseruant curati ꝓpter similem causam. Sane ob hunc finē casuū reseruatio foret vtilis:si nihil aliud qđ tantum i re publica obest ꝓpter istud,quātum hoc statutum prodest,consequeretur.pleriq; em̄ sunt q nō ade unt superiorem ex verecundia:sed manet in pec cato mortali:& tn confiterentur sufficiēter inferio ri ꝑlato omnia peccata sua.Quapropter non mō portet respicere ad bonitatē vnius legis : sed ad malum qđ occasione illius legis sequitur.declaro exēplariter.bonū eēt nullā iueniri famosam mu lierem in vrbe Parisiensi:sed a prudenti legislato re hoc non est dādū executioni:ne deteriora cōtin gāt scdm Aug.in de libero arbitrio.sed ex ista ca suum reseruatione putant deteriora cōtingere: de quo qui crebro cōfessiones audit potest esse rect9 iudex:quilibet em̄ est bon9 iudex eorū quę nouit. primo Ethico.Credo cū aliis prudentib9 patrib9 q; si nō excedāt iustū numerū iam reseruati casus saltē sunt i sufficiēte numero.curatis vero pleraq; debent episcopi relinquere. Si dicas.quare nō pos sunt adiūgere vnū casum vt alij priores fecerūt? Respondet.si ita ꝓcedat reseruando:quid curatis relinquet?qui sunt de ordine hierarchico ecclesiæ sicut ipsi episcopi ex institutione Christi.qn̄ autē & vbi sit pręcisus status:iudicio prudentum relin quitur.Insuper successu temporis aliquid reperiē obesse qđ ab initio non animaduertebat.Propter ea quando non constat de casus reseruatione: iu dicetur non reseruatus.nec vlterior faciēda est in hoc cōsciētia.per consuetudinem autem loci vel per ius scriptum consuetudine vallatum,cogno scitur casus reseruatio.

¶ Nunc ad quęsitum cuius enoda tionem difficilem æstimo,casu admisso respōdeo q; Sortes debet oīa peccata cōfiteri curato suo tam reseruata q̄ nō reseruata:vt vultū pecoris sui curatus cognoscat.hæc em̄ est communis via.& debet ipsum curatus a nouem peccatis absoluere si non sit excommunicatus: alioquin non est ca pax sacramētorum secundum communem viā. a decimo autem absoluere nequit:cum non sit de foro inferioris.quēadmodum enim superior pot est absoluere a sibi reseruato : ita potest inferior a sibi concessis.nam per contritionem culpa de letur:& satisfacit ecclesiæ præcepto sicut præcipi tur.Postea Sortes superiorem qui potest absolue re adibit:cui a.vnicum peccatū reseruatum in cō fessiōe(prout moris est)patefaciet:qui eum a pec cato illo absoluet:vel eum remittet ad inferiorem cui tunc facultas est data absoluendi a casu reser uato:nec amplius ille casus est reseruat9. Ex quo patet q; hic duæ sunt absolutiones partiales:nec hoc est inconueniens:vt in cuiusdam argumenti tertiæ quæstionis solutione diximus de peccato rum partitione post sufficientem indaginem. Et duæ erunt pœnitētię iniūctæ.Vna a curato de no uē peccatis:altera ab episcopo de a.peccato reser uato.Analogiā do.cupis a me habere cōpletā ab solutionē peccator̄ toti9 vitę tuę ꝑteritæ: primo die audiam.xx.peccata circa quiq; sensus:& pro illis peccatis iniungā pœnitentiā.& sic de aliis die bus ad finē peccatorum vsq; inclusiue.dicere etiā q; sit vna absolutio:& q; illę duę partiales vnam integrent:est idem in sentētia.Istud aūt est melius q̄ dicere q; pria curati absolutio expectat absolu tionē superioris:& q; factū primū suspēdit:nec ha bet effectum donec veniat secūda absolutio quæ primā ratificat:ita vt prima fiat sub ratihabitiōe de secunda subsequutura.vt ostendimus ꝑ simi le in argumento præcedente.quia secundum hoc dicere oportet q; si confitēs moriatur anteq̄ adit supertorem:nulla portio pœnę peccatis debitę re mittatur:quia hoc dependet a ratihabitione secū dum aduersarios.Et licet non possim hoc efficaci ter deducere:sic tamen suadeo.categorice dicit sa cerdos.absoluo te a peccatis tuis.& ita est cōmu nis cōsuetudo:ergo non depēdet ab absolutione superioris.Sed dicis.sic de omnibus peccatis di cit:& tamē non absoluit ab a.reseruato.Cōtra.no uem sunt de eius foro:& pœnitens est contritus: ergo ab illis absolut9 est. obex enim ex parte par titionis peccatorum non dat impedimentum.vt ex argumento præcedenti liquet. Præterea argui tur ad idē.absolutio duo facit:scilicet remittit par tem pœnæ debitæ:& peccatorem reconciliat ec clesię militāti a qua per mortalem noxam fuit se paratus:nam omnis mortaliter peccans a cōmu nicatione sacramētorum est separatus & excom municatus quodāmodo.Sed vtriusq; istorū po test esse partitio.de diminutiōe pœnæ patet, suc

Universidad de Deusto
Biblioteca

cessiue peccata audiendo & satisfactionem succes siue iniungendo.de reconciliatione ecclesiæ etiam patet in pluribus excommunicationib⁹ irretito: qui ab vna potest prio absolui: & postea ab alijs de senten.exēcommuni.ca.Cum pro causa.vt am plius distinctione sequenti notum euadet.igitur. ¶Ex quo patet q⁹ aliqua est partitio peccatorū rationabilis vt in argumento præcedenti dixim⁹. & iam super hoc duos tetigimus casus. Secundo patet q⁹ curat⁹ virtute clauis diminuit partē pœ næ debitæ nouem peccatis mortalib⁹:& supior partem pœnę debitę a.peccato reseruato:& sic est tanta pœna deleta ab his duabus clauib⁹:ac si su perior audiuisset istum ab initio:& eum ab omni bus absoluisset. Sed dicis:ex illo sequitur q⁹ ho mo tenetur idem peccatum bis confiteri. Distin guo:vel quando quis illi confitetur peccatum q non potest ab illo absoluere:& sic conceditur.alit er negatur.

¶Contra istud arguitur. licet duo copulatiue possint eundem baptizare:& eandem hostiam consecrare:tamen oportet vnum esse mi nistrum sufficientem totius effectus sacramenta lis sine reliquo.ergo in confessione vnus debet es se minister sufficiens respectu effectus pœniten tialis.scilicet diminutionis totius pœnę vi clauis. quēadmodum si duorum vterq; baptizet: vterq; est causa ministerialis characteris baptismalis. er go sacerdos non potens absoluere a casu reseruato erit causa ministerialis sufficiens totius effect⁹: vel nihil facit ministerialiter ad effectum pœnitē tiæ:sed solus superior potens absoluere a casu re seruato.qđ dicere non potes.quia superior nō po test hoc facere omnib⁹ peccatis sibi non detectis: quēadmodum non potest absoluere ante vllum peccatum auditū in confessione.Forte dicis.vn⁹ sacerdos consecrat corpus Christi sub speciebus panis : & alter sacerdos consecrat corpus Christi sub speciebus vini.& sic sacramentum Eucharistiæ diuiditur.simile erit hic. Hoc non valet.quia illic sunt duo sacramenta:a seruicem non depen dentia:sicut est de varijs ordinibus.licet enī sacer dos non debeat consecrare sub vna specie quin sub altera consecret:potest tamen de facto conse crare sub vna non consecrando sub alia. ¶Rñ det.non ē idē in sacramēto pœnitētiæ & in sacra mēts assignatis.i varijs enī sacramētis vario mō peedēdū est:tā in ministris q̄ in forma.nā i bapti smo/cōfirmatiōe/Eucharistia/& ordine req̄r vni tas ministri:non autem in matrimonio.& idem vi detur in extrema vnctione:quando vt videm⁹,si quis est statim moriturus:in varijs partibus inun gitur a varijs sacerdotibus.sic in ꝓposito curatus absoluit ab oīmbus peccatis sui fori: & diminuit ministerialiter vi clauis partē pœnæ peccatis sui fori debitæ.sic facit superior de peccato sui fori: ita vt sit diminutio tantæ pœnæ ac si omnia pec cata essent cōfessa soli vni ab omnibus absolue re potenti.nec maior gratia virtute operis opera ti infunditur. Contra hoc arguit quidam grauis theologus neotericus. Sacerdos nō potest absol uere quempiam ex industria tacentem de aliqui bus mortalibus:& alia confitentem:vel ante con fessionem integram:ergo nec in casu nostro. Re spondetur.in argumēto non est magn⁹color.Ioā nes Gerson putat non esse necessarium confiteri peccatum reseruatum inferiori : & dicit se non au dere damnare sic facientem.sed nos vtā commu nem tenemus q⁹ peccata sint singula inferiori cō fitenda:licet dictum cancellarij non careat proba bilitate. ¶Sed Durandus in hac distinctiōe dicit hunc modū includere aliqua inconuenientia. Pri mum:q⁹ ille qui est confessus omnia peccata sua i feriori puta curato suo,teneretur oīa peccata ite rum confiteri superiori:puta episcopo vel ei⁹ pœ nitentiario:qđ est magnum inconueniens.quia q̄ uis rite confessus possit si velit iterum cōfiteri: q⁹ tamen ad hoc obligetur:non videtur rationabile. Respondetur negando q⁹ includit aliqua icōue nientia:& nego primum esse inconueniens,quan do quis est confessus illi primo qui nō potest ab omnibus absoluere.& hoc tenēdo sicut Ioannes Gerson existimat,q⁹ pœnitens debet esse parat⁹ confiteri omnia peccata sua superiori si ea audire voluerit.Hic tamen ego iudico magis probabile q̄ dictum cancellarij.q⁹ non teneatur omnia con fiteri superiori:sed sufficit reseruatum vel reseruata ei confiteri.nec talem auderem dicere esse in sta tu damnationis. Non habeo autem pro inconue nienti q⁹ homo teneatur idem peccatum bis con fiteri de per accidens quando primo est cōfessus illi qui non potest absoluere:quia ad hoc tenetur secundum communem viam. Sed contra hoc ar guit Cācellarius per theoricam doctoris subtilis. tunc duo possent contra vnum testimonium fer re:licet male agerent.& forte crimen erit plectēdū vltimo supplicio in foro exteriori. Si hæc Theo rica intelligatur vniuersaliter nego eam:cuius fal sitas manifesta est in religiosis : in quibus expres se dicit cancellarius non esse inconueniens q⁹ bis idem peccatum confiteantur.& nego q⁹ testimo nium confessorum contra confitentem vllo mo do acceptabitur in foro exteriori q̄uis essent mil le.Ad secundum argumentum Durandi qđ est: frustra fit confessio illi a quo nō speratur absolu tio.si intelligas de totali absolutione:hoc nego:& q̄uis non esset absolutio vllo modo vt in confes sione facta laico:adhuc cōfessio potest esse vtilis ob peccatorum verecundiam & eorum contritio

nem annexā.Etiam habens casum reseruatū non tenet simpliciter confiteri inferiori:sed poterat su periorem primo adire qui se ab oīmbus absoluis set.¶Vnde adhuc pro clariore intelligentia ponā propositiones vel dictis corollarias vel corollario rum pellibus indutas.Prima ꝓpositio.Confessio quę fit inferiori integre & de oīmbus peccatis nō habet absolutionem respondentem.hoc est abso lutionem ab omnibus. Secūdum corollarium est confessio quæ fit superiori de solo casu ad eum pertinente non est integra.Durādus tamen infert hæc tanq̄ inconuenientia:q̄ rationi cōsentanea di co.& dictum epilogando seu recapitulando colo rabitur.Tertio sequit⁹ q⁹ falsa ē illa opinio quam secundo loco inter opiniōes quatuor in hac ma teria Durandus recitat.dicit hęc opinio:q⁹ iferior audit totam confessionem & de omnibus absol uit:remittit tñ confitentem ad superiorem non q dem vt absoluatur a peccato:sed vt absoluat ab obligatione præcepti quo tenetur se præsentare superiori cui reseruatur cognitio talium peccato rum.Istud non valet:quia per hanc viam suffice ret episcopo vel ei⁹ pœnitentiario peccatū dicere: & protinus abire contra communem praxim ec clesię:nam homo peccatum reseruatum confitet & absolutionē sumit ab eo & pœnitētiā iniunctā. Secundo reprobatur hæc opinio:quia peccatum reseruatum non est obiectum vel materia in quā potest agere curatus:quia de suo foro subtrahitur qđ ꝓbat:quia Romanus pontifex vel episcopus inferior populū subtrahere potest ne sit de foro i feriotis.nam dato oppositio nō esset difficultas.& cum putemus eos hoc posse:hoc ipsi ponunt in esse.Recitat Durādus alias duas opiniones quas impugnat:post multa concludens q⁹ opus est ꝑ hac difficultate magna,solenni discussione & de terminatiōe Romanæ ecclesię.qđ dictum timorē incussit Ioanni Gersono : adeo vt in sermone in cœna domini habito dicat.Hæc est tam profun da difficultas vt Durādus exercitatissim⁹ in istis, tractando hanc materiam dixerit q⁹ expediret ha bere super hoc papale consilium.

¶Quia iam longiuscule materiam tractando euagatus sum:paucis modū quem cre do verū conformiter ad praxim ecclesię ponam: ipsum colorando:& obiectiones aliorū ꝑ apparē tes similitudines refellendo.& si hoc cōtigerit:alio rum rationes cuiuscunq; auctoritatis fuerint , nō erunt magni pendendę.In primis dico q⁹ supior potest sibi aliquē casum reseruare,a quo si iferior absoluere tentauerit,nihil facit:q̄ peccatū nō est de suo foro:sicut sacerdos non absoluit non sub dito.¶Scđa ꝓpositio.Non debet superior reser uare casus occultos:hoc est pcā voluntatis nō ex euntia in actum exteriorem:nec peccata multum exprobrabilia iterdum minoris culpę si nō exeāt in aliorum scādalū.Ratio est:quia multa talia pec cata sunt cōmunia:quēadmodū sunt pcā carnis & magnę infamiæ:q̄ homines nō libenter cōfiten tur:& signanter superioribus. Et licet aliqui arceā tur ab his peccatis ratione reseruationis:tamē (vt opinor)plures periclitanē ꝓpter eorum reseruatio nē,superiorem non adeūtes:pleriq; eñ suapte na tura sunt verecūdi:potissimū iuuenes vtriusq; se xus.Episcopus ergo curam sui gregis habens de bet accersere aliquos probos curatos,senes, & cir cūspectos,assuetos cōfessiones audire:& eorū cō silio vti.& si de aliquo casu reseruādo dubitetur: vtanē hac maxima. Si plures arceanē a peccato re seruando a.q̄ peccent omittendo confiteri a.reser uet.sin aliter,nō reseruet.Quēadmodū enī medi cina non adhibet corpori vero:nisi toti composi to putetur plus prodesse q̄ obesse:et si maiori par ti corporis prosit:licet paruæ pti noceat:nihilo tñ minus adhibet : sic debet esse de medicina spūali ꝑseruatiua i corpore mystico. ¶Tertia ꝓpositio. Sortes habens decē peccata pōt in primis adire superiorem:& illi omnia peccata confiteri,q eum absoluat ab omnibus:vel si pœnitentē ad inferio rē mittat:nihil est amplius reseruatū.Potest etiam solum reseruatum peccatum confiteri illi,potiīs imū si reliqua audire noluerit: adeūdo inferiorē & ei cōfitēdo oīa.vel poterat ꝯcipere ab inferiore/cōfitendo ei oīa:& suscipere absolutionem ab eo de omnibus nō reseruatis:& postea absoluet de re seruato a superiore.Ratio quare debet alteri eorū omnia confiteri,est:quia ita est in cōmuni consue tudine ecclesiæ:& in saniore opinione doctorum conformiter ad deum qui nō dimittit vnū morta le sine alio. Pœnitēs enī debet integre omnia mor talia occurrentia confiteri: alioquin non absoluet nisi in certis casibus quorum iste non est vn⁹.Vl terius dico q⁹ non caret omnimoda probabilitate dictum cancellarij dicentis se nō audere damnare hoiem peccatum reseruatum nō cōfitentem infe riori.Probabilius tamen est apud me si omnia cō fessus sit inferiori:ipsum non teneri integram cō fessionem facere superiori,q̄uis superior velit op positū.¶Sed remanet neruus quem multi plus pōderāt de cōfessionis ptitiōe.qui vt frangat:nec vllus scrupulus illic maneat:ofido cōfessionis pti tionē rōnabilē.Antiqui nāq; doctores bñ sentiē tes.& itē grauis iste theolog⁹ cui⁹ paulo ante mē tionē feci:in hac pte cōueniūt q⁹ post sufficiētem indaginē pcōrū si homo cōfiteatur omnia pecca ta sibi occurrentia non tenetur iterato illa confite ri.& ponatur q⁹ post cōfessionem occurrat ei me moria mortalis peccati nondum cōfessi:quod sit b. iste tenetur confiteri b. secundum omnes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& addo.non tenetur b.confiteri priori ſacerdoti: ergo poteſt b.confiteri alteri. Vlteri⁹ ſtat q̄ aliqua peccata homini occurrant etiam non reſeruata quæ non teneatur confiteri: ſed de illis tacebit, & reliqua confitebitur. quod patet exemplariter in aliqb⁹ caſib⁹ quos ponit Altiſiodorus in quarto. videlicet de occiſione fratris ſacerdotis ex altero parente: & de circūſtātia quā cōſueuit ſacerdos plerunq; reuelare: vel de enormi luxu q̄ erit cauſa quare ſacerdos mouebit ad libidinem: vel ſi quis propriam neptē cognouerit q̄ eſt filia ſacerdotis. In his em̄ caſibus non teneť pœnitens ſua pcta confiteri ſacerdoti: vt aliorum opinione reproba ta recte dicit. Et multiſcius ille beatus Thomas i hac diſtinctione quæſtiõe. xiij. ar. iiij. in riſione ad quintum dicit. q̄ in caſibus illis in quibus probabiliter timet pœnitens ſibi vel ſacerdoti ex cōfeſſione ei facta periculum: debet recurrere ad ſuperiorem vel ab eodem petere licentiam alteri cōfitendi. q̄ ſi licentiam habere non poſſit: idem eſt iudicium qđ de illo qui non habet copiam ſacerdotis. vnde magis debet eligere laico cōfiteri. nec in hoc caſu tranſgredit aliquis præceptum eccleſię: quia præcepta iuris poſitiui non ſe extendunt vltra intentionem præcipientis: quæ eſt finis præcepti. Hæc autem eſt charitas ſecūdum apoſtolū. Confeſſionem laico faciendam non approbo: reliqua omnia ſuſcipio. cum enim ſcandalum paſſi tuum ex infirmitate vel ex ignorātia probabiliter imminet: eſſet cōtra charitatem tunc illi ſacerdoti peccatum detegere. nec protunc ſtringit preceptū diuinū de confitēdo: q̄ q̄ immineat articulus mortis. ligat enim ſolum cum poſſumus: hoc autem poſſumus qđ iure poſſumus. Ecce ergo ſecundū caſum in quo peccatū actu occurrēs nō tenemur confiteri. ſed prior caſus eſt lucidior: in quo manifeſte patet q̄ pœnitentia ſacramentum a duobus miniſtris ſumit ſuum effectum quo ad remiſſionē pœnæ culpis debitę: & forte etiā quo ad gratiā infuſam virtute operis operati: q̄n peccatorū partito eſt rationabilis. & cū manifeſte hoc ab omnibus concedatur: & ab iſto arguente: quare mirabitur ſuper hoc in caſu reſeruato: cum illam partitionem rationabilem cōfiteatur tota eccleſia? modus eſt ergo ſecurus: nec opus eſt vlla pōtificis determinatione ſuper caſuum reſeruatorum confeſſione. vt dicit Durandus. ¶ Ex quo patet negandum eſſe quod iſte poſtremus dicit: q̄ inferior nō debet tentare abſolutionem priuſ q̄ fuerit per ſuperiorem a reſeruatis abſolutus. & nego q̄ ſacramētalis abſolutio omnia remittat vel nulla. nego vlterius, ſi ſit vnus caſus quē remittere nō poſſit q̄ penitus nihil operetur: quia vitiatur vtile p̄ inutile quando nō recipit diuiſionem: immo dico q̄ recipit diuiſionem. & improbatio illi⁹ eſt nulla: q̄ virtute clauis nihil remittitur: quādo de induſtria homo tacet de peccatis. dico enim ſi præter rationem taceat: non eſſe in bonitate conſequentię colotem.

¶ Diſtinctionis Decimæſeptimę Quæſtio Sexta.

SExto circa hanc materiā cōfeſſionis quæro: An quis licite cōpelli poſſit ſua peccata bis confiteri. Mouetur quæſtio qa hincinde ſūt apparentiæ oppoſitæ. Nam Ioannes vigeſimus ſecūdus errores Ioannis Poliacenſis reprobans dicit incō uenire quempiam aſtringi ſua peccata pluries cōfiteri. & hoc deducit Dionyſius Ciſtertienſis libro iiij. diſtin. xxiij. contra ſtatutum abbatum ordinis Ciſtertienſis: qui in capitulo definiuerunt religioſos viros & fœminas ſui ordinis debere confiteri abbatibus ſuis ſemel in anno: eſto confeſſi fuerit & abſoluti a peccatis ſuis. Recitat quēdam baccalaureum Petrum de Claravalle idem ſcribentem ad abbatem ſuum: & alios ad illud propoſitum introducere conatur.

¶ Pro hac quęſtione ponam concluſiones aliquas: quarum prima eſt. Licitum eſt cōfiteri eadem peccata pluries: immo ſecunda abſolutio & ſequētes ſunt ſacramentales ſicut prima. hoc ſuperius diximus. ¶ Secunda cōcluſio. Stat aliquem licite eſſe obligatum pluries confiteri ſi mortaliter deliquat. Probatur: quia aliquis poteſt vouere in odium peccati: q̄ ſi peccauerit: bis ipm confitebitur. hoc nanq; eſt licitum: & ſaluti vouētis conducit. licita eſt enim materia voti vel iuramēti. peccet iſte mortaliter: iam tenetur peccatum ſuum pluries confiteri: ergo propoſitum. ¶ Tertia concluſio. Licitum eſt hoc ſtatutum Ciſtertienſium: & expediens vt opinor, animis religioſorū. hoc patet ex præmiſſa. ¶ Quarta concluſio. Huiuſmodi abbates poſſunt ſuos ſubiectos ad hoc ſtatutum obligare. Probatur: quia ſi non poſſint: hoc ē ꝓpterea quia ſuperiores nō poſſunt nouas cudere leges vltra regulam/ inferiorum obligatorias. ſed hoc eſt falſum: vt patet per religioſorum ſtatuta pro conſeruatione regulæ adiecta. Præterea arguit ad idem. Religioſi cultui diuino mancipati poſſunt ad aliquas leges aſtringi ad q̄s cōmunis populus aſtringi non debet. ſed multi ſapientes tenent iſtud de laicis. nam Hēricus Gādēſis i prio quodlibeto tenet q̄ cōfeſſ⁹ religioſis mēdicātibus tenetur eadē peccata iterato confiteri ſe

mel in āno ꝓprio ſacerdoti. Et pōt dari analogia. ſi curatus ſancti Nicolai Pariſienſis daret facultatem omnibus parochianis ſuis cōfitēdi Sortilegis vel Platoni preſbyteris ſi velint: quo nō obſtāte erūt obligati confiteri ſibi in paſcha: tūc vere abſoluti tenebuntur ſua peccata confiteri iterato. Præterea Ioannes monachus, Archidiaconus, & plerique canonici iſtud tenent. & in rei veritate extrauagans Sixti Quarti in ca. Vices. de treuga & pa. ad hoc eſt multum apparens: in qua dicit verba q̄ ſequūtur. Q̄ etiā ipſi mendicātes deſiſtāt ꝑdicare q̄ parochiani non ſint obligati ſaltē in paſcha proprio cōfiteri ſacerdoti: quia de iure teneť parochian⁹ ſalem in paſcha ꝓprio cōfiteri ſacerdoti. ergo videť Sixt⁹ Quart⁹ voluiſſe dicere q̄ homo teneatur peccata confeſſa reconfiteri: q̄uis non tenebatur i diebus Ioannis viceſimi ſecūdi: quia inter conſtitutiones aduerſas pontificias priori poſteriori derogat: ergo Sixtus Quartus alium ſequēs videť relinq̄re Clemētinā Dudū. de ſepul. vel caſum excipere ab ea: & redire ad ſtatutum Oīnis vtriuſq; ſexus. quia non videť aliud ius cōmune de cōfeſſione facienda in paſcha. Circa dies Sixti Quarti abhic trigintaquatuor annos quidā frater Ioānes Angeli ꝑdicauit aliquas ꝓpoſitiōes Tornaci: quarum hęc erat vna. Parochianus cōfeſſus fratrib⁹ mendicantibus ſatiſ facit decretali Omnis vtriuſq; ſexus. nec teneť confiteri proprio curato ſemel in anno: nec ab eo petere licētiā. & cū varię ꝓpoſitiones illius viri eſſent ad facultatē noſtram miſſę approbandę aut caſtigandę: ſic hāc adornauit ſeu qualificauit facultas. Hęc ꝓpoſitio eſt ſcandaloſa & iuri contraria: & p̄ ſubditorū ad prelatos debita obedientia & reuerētia publice reuocanda. Martinus Quintus etiā in quadā extrauagante q̄ incipit Ad vberes fructus. ſimile dicit. ¶ Ex his multū apparens eſt q̄ homo teneť confiteri pcta confeſſa de per accidens. hoc eſt q̄n confeſſus eſt alicui qui nō potuit eū abſoluere. ſed ſimpliciter nō teneť ad illud. tum ſi non peccet mortaliter ſemel in anno. tum ſi peccet, & ſuo curato cōfiteať. Sed contra iſtud dices. Non eſt maior apparētia in aliquo allegato ad iſtd ꝓpoſitū q̄ ſit i capi. Vices. & tamē in eodē cap. habetur. Per hoc tñ ipſi fratres mendicātes nō cenſeanť excluſi: quo minus ſecūdū iuris cōmunis & priuilegiorum eiſdē cōceſſorum diſpoſitionē cōfeſſiōes audire & pœnitētias iniungere valeant. ergo nihil tollit ab eorū priuilegiis ante hāc extrauagātem conceſſis. Cōtra. hoc non videť valere: nec eſſe de mente pontificis ꝓpter allegata. & cōſiderando litē iter rectores eccleſiarū & religioſos ortam diceretur q̄ datur eis facultas vt poſſint abſoluere: ſed hoc non obſtante abſoluti ab eis tenenť ſua pcta in paſcha confiteri ꝓprio curato. Sed contra argumentor: vel abſolutus ab eis teneť confiteri omnia mortalia ab vltimo paſcha: vel poſt vltimam cōfeſſionē. primū videť oneroſum: & illo dato pauci adirent religioſos. & ſimiliter ſecūdū: quia ſtat q̄ Sortes ſit confeſſus in fine quadrageſimæ religioſo mēdicāti, non habens pctm̄ mortale poſt vltimam confeſſionem: & ita de multis aliis. igit̄. Hoc argumentū ex induſtria tetigimus: nodum de quo debet eſſe q̄ſtio inter dominos curatos & religioſos apiēs. Et inter noſtrę facultatis deputatos pluries dicebam difficultatem in hoc conſiſtere: quorum multis viſum eſt nimis hoc eſſe difficile, q̄ homo abſolut⁹ ab eis teneať iterato illa peccata cōfiteri. hoc etiā mihi difficile videť i populo. Præſertim cum religioſi ſint in poſſeſſione: & cōſuetudo inualuerit in pleriſq; locis q̄ confeſſi mendicantibus debite epiſcopo præſentatis non tenentur iterato cōfiteri curato in paſcha. Et ad allegata in oppoſitū dicať q̄ cōfeſſi mēdicātib⁹ debēt hoc curato oſtēdere, & docere de ſui legitima abſolutione anteq̄ communicent: & hoc eſt confiteri laxato vocabulo proprio curato. Impræſentiarū quouſq; docetur de oppoſito ita cēſeo dicendū: & mirandū eſt conſequenter ad iſta: quare debeat eſſe quęſtio inter curatos & religioſos. Sed quæſtionem ſequentem adhuc ſuper eadem materia tractabo.

¶ Redeundo ad proſecutionē q̄ſtionis noſtræ cœptæ: cum ſint tot argumenta de iterāda confeſſione laicorum: non debet hoc in religione reputari extraneū. Dionyſius vbi dixit ſtatutum Ciſtertienſium de iterāda confeſſione in ordine eſſe iniquum: dicit hæc verba. Scio illa quæ ego dixi in hac concluſione cum corollarijs, multis abbatibus ordinis Ciſtertieñ. nimium diſplicere. Concludendo dicit. verūtamen neſcio ſi eſſem abbas: vtrum eſſem huius opinionis: credo tamē q̄ p̄ſentis opinionis eſſe deberem. Ex his verbis & veritate ſic arguo contra eum. diſplicet abbatibus ordinis cōcluſio eius & Petri baccalaurei Clareuallenſis. & hoc non niſi quia quærunt ſalutem religioſorum ſuorum licet cum aliquanto onere religioſorum. q̄ propterea ſolum diſplicet abbatibus declaro: quia non poſſunt opes a pauperibus religioſis habere: cum opum adminiſtratio ſit in abbatum manibus: & non penes ſubiectos religioſos. non enim video aliam cauſam niſi q̄ ſalutem ſubditorum inquirunt. & patet ex oppoſito. Sæculares vt dominus Armacanus, & plerique alij conſtanter aſſeruerunt q̄ religioſi mendicātes multum confeſſionibus ſæcularium ſe implicant, vt eorum mores ſecreta & reſtituenda deprehēdant: quatenus ad ſuum lucrū cedat: ſed iſtud nō poteſt cōtingere alijs religioſis. igit̄. ¶ Dico ergo Ciſtertienſiū ſtatutū eſſe rationabile: ſicut mul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea alia statuta in capitulis religiosorum lata ꝑ cō-
seruatione regulę:non tñ nego ꝙ inferior non te-
netur parere superiori abbati vel priori i quolibet
licito & honesto:vt posthac distinctiõe trigesima-
octaua latius aperire conabimur. Sed constitutio
nes capitulares pensiculate a patribus discussę &
cribrateꝛa religiosis sunt magno cum honore sus
cipiẽdæ pariter & seruãdæ. Vlterius dico ꝙ quar
ta conclusio Dionysij est falsa ad intẽtionẽ eius:
in qua dicit ꝙ papa non potest præcipere seu fa-
cere ꝙ aliquis peccata de quibus est vere contri-
tus & confessus & absolutus:teneatur iterum con
fiteri proprio sacerdoti.licet Ioannes Gerson vi-
deatur esse illius sententię,lectione secunda super
Marcũ inquiens. Si cõfessio sacramentalis semel
rite facta est de licentia illius qui ius habet:nõ po
test iterũ cadere sub ꝓcepto pure humano. Sed di
co ꝙ cancellarius loquitur communiter:vel ꝙ nõ
licet ferre statutum post confessionem ꝙ rite con
fessus teneaꝫ iterato cõfiteri:tamen ratione vnius
præcepti ꝓcedentis,de per accidens homo teneꝫ
peccata sua iterato cõfiteri.si aliter intelligat:ratio
ni potius innitendũ est. Propositũ sic probo.põt
papa hanc legem ferre ꝙ quilibet teneaꝫ semel in
anno sua peccata cõfiteri suo ꝓprio sacerdoti:qa
ita erat tempore eruditissimi domini Innocentij
Tertij:vt patet per cap.Omnis.de pœnitentijs &
remissi. Potest insup sta tuere legem illi non repu-
gnantẽ ꝙ mẽdicãtes religiosi ꝓsentati episcopis,
possint cõfessiones audire & absoluere. Inter has
eñ affirmatiuas nulla est repugnãtia.tũc aũt ple-
riq; ad iteratã cõfessionẽ tenebunt de ꝑ accidens:
quia ꝑ hoc ꝙ sunt absoluti a mendicantibus: ab
alio ꝓcepto priori non incõpossibili nõ deobligã-
tur.& huiusmodi hõ antecedẽter volẽs ad iteratã
confessionẽ teneꝫ.qđ nullo modo incõuenit. Hæc
ratio mihi ꝓsuadet propositum.põt eñ papa tol-
lere totum priuilegium a religiosis vel diminue-
re,& semp licite. verũ de facto tam nõ loquor sed
possibili. Et quicquid sit in cõmuni populo: non
debet reuocari in dubtũ in religione,q̃ leges obli-
gatorias habet:quas nemo potest iniũgere hoim
multitudini. Abbates eñ similem legem statuũt:
pœnitentiarios idoneos assignant ꝑ toto anno:
confessionem paschalẽ sibi reseruantes. Dixi (de
ꝑ accidens)quia si religiosus nõ peccet mortaliter
in toto anno:qđ est mihi ꝓbabile de multis in re-
ligione reformata viuentibus:& a fortiori in relti-
gione nondũ collapsa:nõ poterit constrigi. ¶ As
sumit Dionysi⁹ aliquas ꝓbatiões quas dicit Hol-
cotũ q̃stione.v.quarti sententiarũ erudite posuis
se.vna ꝓbatio est hęc. Papa manens papa nõ põt
licite aliquid facere quo ꝓdat iurisdictionẽ super
quẽlibet catholicum.ergo non potest licite facere
quin possit absoluere quẽcũq; sibi cõfessum.sed
si vere papa absoluit hominẽ sibi cõfitentẽ:& ille
legitime exequit pœnitẽtiam sibi iniunctã::ꝑe est
simpliciter absolutus a papa:ergo papa nõ potest
facere ꝙ ille iterum confiteri teneatur.consequen
tia tenet:quia papa non põt facere ꝙ ille indigeat
sacramento pœnitentiæ ꝑ eisdẽ peccatis ꝑ qbus
tam satisfecit ꝑ pœnitentiam sacramentum.alio
quin primum sacramẽtum fuisset insufficiẽs:qđ
nefas est dicere. Dico ex dictis hoc argumentum
esse dilutum:ac minime discõuenire ꝙ quis indi
geat sacramento pœnitentię pro peccatis ꝑ qbus
tam satisfecit ꝑ pœnitẽtię sacramẽtũ. Quo ad au
ctoritatẽ Roberti Holcoti: dico eũ tpe quo fecit
commẽtarios in librũ Sapiẽtiæ,plura vidisse:& li
cet in libris Sentẽtiarũ vartas materias cõmunes
& spinosas cõpilauerit:paucas vel nullas extrica
re didicerat. Introducit iste beatũ Thomã in hac
distinctione ꝑ se.sed nullo modo est ꝑ conclusio
ne eius:vt cuilibet legenti patet. Prẽterea Ioannẽ
in rubrica de pœniten.& remiss.citat:quærentẽ an
peccata semel confessa teneaꝫ aliqs iterum confi
teri. Respondet dicens ꝙ nõ regulariter.dico hoc
esse contra arguẽtẽ.& cõcedo illud etiã. Demum
Aslẽsem in summa libro quinto,titulo.xiiij.itro
ducit dicẽtẽ ꝙ absolutus a quocunq; sacerdote i
casu necessitatis non tenetur iterum absolui : nec
iterum confiteri ꝓprio sacerdoti:sed sufficit ꝙ ei
notificet se fuisse absolutũ.hoc etiã concedo. Ar
gumentaꝫ Dionysius scđo sic.Nullus indiget sa
cramento pœnitẽtię nisi sit in peccato mortali.il
la propositio est falsa:& deductio cõsequẽs inuti
lis. Facit confirmationẽ q̃ est hęc.in potestate pa
pæ nõ est ꝙ aliquis innocẽs & iustus peccet mor
taliter:ergo in potestate eius non est efficere vt te
neatur confiteri. Cõcedo antecedens si sit prudẽs
iste innocẽs de quo loquitur:& ad consequens,si
sit sermo de eo qui non peccauit mortaliter: cõce
do consequẽtiam & cõsequẽs:si de alio,nego cõse
quentiam cũ cõsequẽte. ¶ Hactenus diximus ꝙ
licet de facto laicus mẽdicãti legitime cõfessus &
absolutus non teneaꝫ eadẽ peccata cõfiteri ꝓprio
curato:potest tñ Romanus pontifex legem ferre
copulatiuam talem:ꝙ quilibet laicus teneatur cõ
fiteri sua peccata proprio sacerdoti semel in anno
si quæ fecit:dando tñ facultatẽ omnibus volenti
bus adire fratres religiosos vel alios probos sacer
dotes:suscipiendi absolutionẽ ab eis de suis pec
catis.secunda enim pars nullum grauamen super
priorem legem addit nisi volenti absolute.modo
volenti non fit iniuria.v. Ethicorum . & hoc sua
sponte volenti . Nunquid iamiam plerię aliqua
peccata pluries & pluribus confitentur,vt qui ca
sus reseruatos habẽt? Ex istis datur manuductio
ꝙ liceat abbatibus Cistertiensis ordinis legẽ sta
tuere suis religiosis vt teneãtur confiteri abbatib⁹

semel in anno: vt vultum pecoris sibi commissi
agnoscant: & salubre antidotum contra morbos
peccati exhibeant.etiam dando eis religiosos pa-
tres qui possint eos absoluere a peccatis quotiens
cũq; voluerint. In hęc statuta etiã cõsentiũt ꝓfessi
post statutũ rationabile:quẽadmodũ ingrediens
Carthusiam ad nõ edendum carnes.

¶ Dubitatur. An laicus teneatur
sua peccata iterato confiteri. De peccatis in cõmu
ni mouetur dubitatio:& nõ solum de reseruatis.
& licet varij ponant varios casus de iterãda con-
fessione:pono hanc responsionem ad dubitatio-
nem. Nullus laicus rite confessus & absolutus ab
illo qui absoluere potuit, post peccatorum suffi-
cientem indaginẽ:tenetur ad eorũdem peccatorũ
iteratam confessionem. Si autẽ sacerdos dormie-
bat:& hoc constiterit:iam iste nõ est rite cõfessus.
nec ratione ingratitudinis astringitur:vt posthac
distinctione.xxij.determinabimus:siue ꝓcniten-
tiam oblitus sit:siue nõ.siue etiã aliud peccatũ oc-
currat post confessionẽ:siue non.

¶ Distinctiõis Decimęseptimę
Questio Septima.

SEptimo quęrit cir-
ca eãdem distinctionẽ. An
confessus fratribus mendi-
cantibus sine facultate ple-
bani teneaꝫ illa peccata ite-
rato proprio sacerdoti con-
fiteri,vt satisfaciat ꝓcepto
Omnis vtriusq; sexus. in secunda quęstione hu-
ius recitato & discusso. ¶ Pro solutione quęstio-
nis ponam aliquas propositiones siue conclusio-
nes:quarũ prima erit. Romanus pontifex potest
dare facultatẽ alicui sacerdoti audiendi cõfessiões
in cura alicuius plebani:nõ requisita facultate ple
bani. Probatur cõclusio. Nam plebanus facultatẽ
impertitur aliis sacerdotibus audiendi confessio-
nem:vt cõmuniter in praxi videmus: nõ quęsita
alicuius superioris facultate : ergo superior illius
plebani potest dare facultatẽ audiendi confessio-
nem sine facultate inferioris.cõsequẽtia est mani-
festa in potestatibus se habentibus secũdum su-
perius & infertus: quicqd eñ potest inferior:põt
superior:& nõ contra.sicut in logicalibus ꝑ quo-
cunq; supponit inferius:ꝑ illo supponit superius
& nõ ecõuerso.modo Romanus pontifex dat re-
ligiosis facultatẽ:vt patet ex Clementina Dudũ.
de sepul.igitur. Secũdo probaꝫ idem. episcopus
potest aliquibus dare facultatẽ audiendi cõfessio-
nes in tota sua diœcesi.ergo Romanus pontifex
idẽ põt in tota sua diœcesi:quę est tota christiani-
tas.consequẽtia sano capiti ꝓbatione nõ indiget.
antecedens patet de episcopo Parisiensi: & idẽ est
iudicũ de quolibet alio episcopo. per Innocẽtiũ
Tertiũ in generali cõcilio.prout recitatur ca. Inter
cętera.de offi.iudi.ordi.vbi ꝓcipit episcopis: vt
habeant viros potentes in ope & sermone ad cõ-
cionandũ & ad visitandã plebẽ,dicẽs. Vnde ꝓci
pimus tã in cathedralibus q̃ in alijs cõuẽtualibus
ecclesijs viros idoneos ordinari: quos episcopi
possint coadiutores & cooperatores habere: non
solum in ꝓdicationis officio:verũ etiã in audien
dis cõfessionibus & pœnitentijs iniungẽdis:ac cę
teris quę ad salutẽ pertinent animarũ. Et ratio est.
quia episcopus est ordinan⁹ singulorũ in tota sua
diœcesi.x.q.j. Regẽda.xvj.q.vij. Omnes basilicę.
& quilibet in diœcesi est parochian⁹ episcopi.
de archipresbytero.c.iij.de offi.ordi.ca. Significa-
uit. Tertio probaꝫ ab aliquib⁹ sic. curatus suã au-
ctoritatẽ habet ab episcopo:ergo si curatus facul
tatẽ impertiri potest,poterit & episcopus. Sed hęc
ratio deficit. bene verũ est ꝙ plebano episcopus
dat curã:sed auctoritas plebani instituti nõ est ab
episcopo sed a deo:licet mediãte aliquo actu epi-
scopi. Illud idẽ argumẽtũ ꝓbaret episcopos non
habere auctoritatẽ nisi a Romano pontifice: qđ
nõ cõcedo. Quẽadmodum Romanus pontifex
quilibet post beatũ Petrũ habet tantã auctoritatẽ
quantã beatus Petrus habebat:licet mediante ele-
ctione:& Petrus immediate habuit a Christo:ele-
ctores tamẽ nõ dant Romano pontifici auctori-
tatem:sed Christus mediante aliquo facto huma
no prerequisito. Sic curato episcop⁹ dat curã:sed
auctoritas curati est a Christo: hoc est curati sunt
de ordine hierarchico ecclesię sicut episcopi:& se-
ptuaginta duobus discipulis Christi succedunt:
vt dicit.xxj.distinctione. In nouo testamẽto. Pro
pterea aliter ꝓbatur siue tertio: siue quarto:nõ re-
fert de ꝓbationũ ordine. Aliqui casus reseruãtur
tam ꝑ maximũ pontificẽ q̃ ꝑ episcopos inferio-
res a quib⁹ plebani nõ possunt absoluere,etiã si at
tentauerint:a quibus episcopi & eoꝝ ordinarij ex
longa & honesta cõsuetudine iam absoluũt. ergo
eodẽ modo poterũt absoluere oẽs sibi subiectos
in suis diœcesibus. Quinto ꝓbatur.lex vel priui-
legiũ maximi pontificis rationabile sufficit subdi
tis:vt ea vel eo vti possint:sed hoc priuilegium a
maximis pontificibus cõcessum est, & approba-
tum in Clemẽ. Dudum. de sepul. Q̃ sit rationa-
bile,probatur sic. In eo qđ est ad salutẽ necessariũ
non sunt homines arctandi,ne a via salutis impe-
diantur:sed arctatio videtur fore onerosa si hoies
arctarenꝫ ad confitẽdũ ꝓprio plebano: ꝑsertim
vbi solus cõfessiones audit:vel etiã vbi ipse alijs
suam vicẽ cõmittit.tum ꝓpter verecũdos qui no
tis nõ libenter cõfitenꝫ:tũ stat ꝙ sint oẽs ineruditi
& nõ bonę famę apud suos: & cõfitens varios ha

Universidad de Deusto
Biblioteca

beat casus ancipites confitendos,& superueniat probus & eruditus religiosus:tunc.n.congruū est vt subditus possit adire quē velit:quia melius est habere duo refugia q̄ vnum:sic vt ille possit curato/vel religioso confiteri/suo curato relicto,quē stat esse ad peccatū sollicitatorē vel ineruditum. iniquum autē foret q̄ peccator tali obligaret cōfiteri.qđ em̄ institutū est p̄ charitate:nō debet contra charitatē militare.secūdū Bernardū. Sexto in dicta Clemē. Dudū.dicit. Fratrib⁹ libere possunt cōfiteri volētes.qđ nihil esset si requireret facultas plebani.nō em̄ est libertas in actu cui⁹ dispositio pēdet in alieno arbitrio:vt dicit in cap. De multa. de p̄bē. sup quo verbo(libere)cōmunes expositores ita interpretant q̄ cōfitētes possunt libere vel curatū vel fratres legitime p̄sentatos adire. Insup his dieb⁹ plerisq; habent facultatē a Romano pōtifice vt possint cōfiteri qb⁹ voluerint/non petita facultate curati.ergo eodem modo dare potest facultatē pōtifex sacerdoti alios audiendi.

¶ Secunda conclusio. Parochiani possunt sine facultate plebani fratres legitime ab eo admissos adire:& eis cōfiteri.probat cōclusio alioqn papale priuilegiū religiosorū eēt eis iutile, si posset p̄ plebanos impediri,& requireret eorū facultas:vt habet expresse cap. In his. de priuilegijs. vbi dicit q̄ fratres p̄dicatores & minores habēt priuilegiū q̄ possint in altari portatili celebrare quocūq; locorū venerint.qđ cū qđā epi impedire volētes dicerēt q̄ poterāt illud facere: facultate tamē prius ab episcopis obtēta:respōdit Innocenti⁹ tertius⁹ in ca. p̄fato. §. Cū autē eis. q̄ nō tenent facultatē episcoporū requirere aliquam nihil eis cōduceret indulgētia papę:cū possint hoc sine licentia papę,annuentibus episcopis. Eodē modo dicno est in p̄posito:cū em̄ facultatem a papa hi fratres habeant audiendi cōfessiones:nullius inferioris a papa facultatē requirere tenent.p hoc em̄ q̄ episcopo p̄sentant a superiorib⁹ suis p̄uincialib⁹,guardianis,vel priorib⁹ ipsis epis: nō capiūt facultatē ab eis si repti fuerint ad hoc idonei:qa cōtradicētib⁹ epis possunt cōfessiones audire. loquor de iure & nō de facto. Hęc cōclusio etiā p̄batur auctoritate Alexandri papę in quadā extrauaganti q̄ incipit Regnās in excelsis. vbi reputat eos hęreticos qui astruunt & tenēt oppositū. Tertio arguit ad idem omniū cōnexorū est idē iudicū. j. q. iij. Si qs obiecerit. sed audire & audiri sunt cōnexa. ergo si dicti fratres ex priore cōclusione possunt parochianos sine facultate curatorū audire: parochiani possūt eos sine plebanorū facultate adire.

¶ Tertia conclusio. securius melius & expedientius est crebro cōfiteri p̄prio plebano q̄ religiosis. p̄bat. nā interdū (vt plerūq; Parisijs videmus)curatus est tam probę & sanctę vitæ q̄ religiosus factus⁹(vt more Anselmi p̄pter discrimē ponēdū loquar)& nō mō ita eruditus⁹:sed eruditior quocūq; religioso p̄sentato vel p̄sentabili in tota diœcesi.stultū autē esset si parochianus tam excellenti viro relicto se illi cuius nec p̄bitatē nec vitā nouit: imprudēs obijceret. Sed dicis & bene vbi essent tales curati:religiosos puderet sine talium facultate se ingerere:nec vellent vti suo priuilegio:licet possint de facto in p̄sentia eorū.qa nō erat intētio legislatoris q̄ in tali casu vterētur lege.nō q̄ fas sit etiā probis curatis,impedire religiosos ne cōfessiones audiant: sed ne violet lex oportet aliqua p̄mittere. nam si eis etiā episcopis p̄sentatos religiosos abijcere liceret: ab alijs plebanis ineruditis passim id traheretur in cōsequētiam. sed qa vulgo nō sunt tales curati: p̄pterea fratres toti multitudini sunt vtiles. Aliter arguit. vbi dubiū est de eruditione plebani & vita:tutius est illum accedere q̄ alium ignotū religiosum,p̄pter multa.nam etiā dubiū est de bonitate & eruditione religiosi,esto habitū deferat. vnde em̄ constat tibi an sit sacerdos:& de p̄sentatione epō facta p superiorē? Dicis.circa p̄sentationē curatus, & episcopus de eorū ordinib⁹ explorationē facit qui est etiā superior.detur ita esse:qđ nō semp est verū:parua fit forte sup hoc exploratio vel a vicarijs dūtaxat. Adhuc arguit. curatus qui nouit modum viuēdi totius parochię:melius illius mores & vitia cognoscit q̄ alter: cū corporaliter a parochianis pascatur : & ipsi sint suus grex a superiore cōmissus:quibus sacramēta omnia in quacunq; necessitate ministrat, & ministrare tenetur, melius quoq; syncerius & sollicitius tuā salutem curabit q̄ alius qui tibi hac sola vice pœnitentiā ministrabit. Dicis forte.sunt ita verecundi aliqui vt nunq̄ sua peccata debite curato vel coadiutori eius noto panderent etiā si debeant damnari.& aliqui sunt religiosi in vrbe clarissimę famę & doctrinæ:talis autem nō est curatus. Contra hoc adhuc argumētor.tūc tolles verecūdiam quę multū facit ad meritū cōfessiōis. nā cōfitendo illi apud quē maxime erubescis, maxime mereris.& cōfitendo illi coram quo nō erubescis: quē forte nunq̄ antehac vidisti: & opinaris te nō amplius visurū: minime mereris. Respondetur.hoc est verum qđ dictum est de verecūdia:q̄ scilicet confitendo illi corā quo maximā verecundiā habes/ceteris paribus magis mereris:quia est mator difficultas proueniens et si non ex parte obiecti : tamen ex parte operantis : videlicet passionis naturalis quam homo sine sua culpa habet.sed nō est de necessitate confessionis verecūdiam hanc habere:vt patet de cōfessione facta incognito de qua loquimur. Secūdo aliq̄ sunt stupidi & inuerecūdi vt habēs

frontem meretriciā,& meretrix cōfitens:& melius est si reperiatur aliquis ita verecundus vt affert argumentū,vt saluetur cū longe inferiori merito cōfitendo incognito q̄ dānetur cōfessus curato: qa nō oibus morbis eisdem est similis medela applicanda.qui em̄ dosim vel absynthiū capere noluerit, qđ alij simili morbo laborātes capiunt,leniori medicamine curandus est. Vbi dicebas de tuo curato iprobo & de optimo clarę famę religioso:nō es in casu cōclusionis:sed assentior tecū.debes domū illius religiosi alatis pedibus p̄ cōfessione facienda adire, corā quo verecūdiam nō minorē q̄ corā duob⁹ curatis habebis si ei notus fueris.hoc em̄ habet in se virtus,vt habentē in honore habere faciat:& corā ipso verecūdemur de turpi.pōdera igit verba cōclusiōis, & quos casus excipiam.

¶ Quarta cōclusio. Potestas fratrū in audiendis cōfessionibus nō est maior potestate sacerdotū parochialiū curatorū.patet p Clemē. Dudū.§. Per huiusmodi autē. Quare nō possunt absoluere vi illius priuilegij Dudum.a casibus papalibus vel episcopalibus plus q̄ curati simplices. Sane hoc in anno cū essem deputatorū nostrę facultatis vnus cōtra quēdam p̄dicatorē oppositum asserentē: eius p̄positionē sic qualificauim⁹. hęc p̄positio est censenda falsa. quā qualificationē tota admisit facultas/demptis mendicātibus. Idē em̄ est de his quę nō sunt & nō apparēt: modo de illo priuilegio minime docent:& quātūcūq; eos rogaret facultas:nihil vidim⁹. Dicis.quomodo eos exclusit facultas cū multi sint curati re vel spe/pars cōtra eos sicut ecōuerso? Respōdeo.aliq̄ sunt in facultate curas nō habētes actu: q̄ erāt fratribus assignati:quorū nominabar vnus: qui oēs cōtra eos cōuenerunt/certe rationabiliter (opinione mea)motī:qa de suo priuilegio nihil docuerūt. Vlterius dico non valere dictū eorū q̄ episcopus nō possit ab eis reseruare casus,licet a curatis casus reseruet:quia habēt priuilegium a papa:curati autē solū ab episcopo.nā curati sunt ex institutione Christi. vt in. xxiij. distinctiōe dicemus,a qb⁹ episcopus reseruat casus.ergo a fortiori potest reseruare casus a religiosis,q̄ nō sunt de ordine hierarchico. Cū his oibus verū est q̄ fratres p̄dicti nō possunt parochianis sacramētū eucharistię/extremę vnctionis/& matrimonij solēniter ministrare sine curatorum: speciali p̄missione. vt dicit in Cle. de priuilegijs:vbi sub pœna excōicatiōis latę ista sacramēta p̄fata fratrib⁹ interdicunt:& si ea administrauerint:a solo papa sunt absoluēdi.

¶ Quinta cōclusio & vltima. Confessi legitime fratribus p̄dictis nō tenent eadem peccata confiteri p̄prio sacerdoti quē curatū vocant.voco hoiem in p̄posito legitime confessum quādo habet omnia alia requisita hoc dempto q̄ loco plebani fratri sufficienter episcopo p̄sentato cōfitetur. Probatur hęc cōclusio. Nullus laicus rite confessus tenetur eadē peccata iterato cōfiteri: sed confessus fratribus episcopo p̄sentatis est huiusmodi: ex duabus primis cōclusionib⁹. igit. Item dato oppositō inane esset eorū priuilegium in prima cōclusione cōcessum:& nemo confiteretur illis si sciret se debere iterato cōfiteri suo p̄prio curato sua peccata cōfessa. Tertio hoc idem p̄batur in extrauaganti Ioan. xxij. quę incipit Vas electionis. vbi contrariā opinionē dānat tanq̄ a catholicis respuendam. Sicut em̄ stultū est dicere q̄ papæ confessus/episcopo teneatur iterato eadem peccata confiteri:sic stultum est dicere q̄ cōfessus fratrib⁹ de qbus loquimur,teneatur eadē peccata proprio sacerdoti confiteri.sed debent huiusmodi in pascha petendo eucharistiā dicere se religiosis confessos:& si dubium sit curato:potest eis negare eucharistiam quousq; illud probauerint. Vlterius sicut in superiore quęstione diximus: sunt in possessione & vsu:adeo vt eis confessi nō confiteantur iterato eadem peccata.

¶ Ex his cōclusionibus patet respō sio ad titulum quęstionis.nec respiciendum est ad verba glossę in decretali p̄fata. Omnis vtriusq; sexus.quia cuius est condere:eius est interpretari. sed romani pontifices declararunt priuilegijs a se concessis q̄ nō est necesse petere facultatē a curatis ad hoc vt cōfessio valeat.igitur. ¶ Secūdo patet q̄ per p̄priū sacerdotē non oportet intelligere plebanū:sed sufficit sacerdos specialis / generalis vel generalissimus/vel ab eis auctoritatē habens. Nec oportet cōtra illud allegare aliquod ius antiquum Clemē. Dudum p̄cedens:quia vetustate tēporis iura corruunt.de tēpore em̄ nō habemus nisi nūc.quarto Physicorū. ¶ Tertio sequitur q̄ confitens his religiosis nō confitetur alieno sacerdoti,vt alienum distinguitur contra omnes acceptiones p̄prij:scilicet cōmunissimi/cōis/& specialis. ¶ Quarto sequitur q̄ eiusdem subditi sunt plures iudices in spiritualibus: sed nō ęque principales.nam papa est principalissimus: curatus infimus in ordinarijs:& dum p̄cipiunt oppositā:superiori obediendum est ex regula Augustī.quam magister in fine Secundi adducit. ¶ Quinto sequitur q̄ si curatus p̄cipiat confesso/ religioso de quo loquimur, sibi sua peccata confiteri: confessus nō tenetur ei parere.ratio est: quia contra legem rationabilem superiorum p̄cipit. modo in p̄ceptis superiorum pugnantibus, superiori: vt Augustī.de procōsule & imperatore dicit:obediēdum est. Si dicas.si superior contra rationem p̄cipiat,& inferior rationabiliter: iam ei parendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

est.dico q̄ male intelligis.tunc dico supremo parendum esse: vt dicitur Actuum quinto. scilicet deo hominibus relictis.

¶Contra primā & quintā conclusiones arguit simul,qa eandē materiā cōtingunt, nō pōt aliqđ priuilegiū indulgeri in alterius p̄iudiciū.vt in ca.Ex tuarū.de vsu pallij. vbi dicit q̄ licet papa det priuilegiū: nō vult tñ q̄ aliqs vtat eo in p̄iudiciū alteri⁹:qa papa nulli vult facere p̄iudiciū.xvj.q.vij.ca.Decimas quas in vsum. sed hoc ē in p̄iudiciū curatorū q̄ fratres audiāt cōfessiones.nā aquā ad suū molendinū trahūt p eleemosynas ad se & ad suas eccl'ias reparandas & hmōi. min⁹ ēt dat curatis: & fiūt min⁹ reuerētes curatos parochiani. ¶Respondeť. verū est de priuilegio enormi.vt not.in ca.Cū olim.de consue. aliud oē priuilegiū dat in p̄iudiciū.nūq̄ tñ priuilegia cōceduntur nisi p̄ter generalē legē aliqđ specialiter cōcedat.nōne habes q̄ papa dat priuilegia religiosis vt nō dent decimas de terris quas colūt? vt in ca.Ex parte.de decimis.& hoc est in p̄iudiciū tpale ecclesiarū parochialiū qa a talib⁹ fructus decimarū auferunt: & tñ ꝓpter vni⁹ ecclesię subuationem hoc facit papa alteri. Secundo nego q̄ hoc sit in p̄iudiciū curatorū. respicit cñ pōtifex vtilitatem plebis subiectæ curato. nā multo melius est plebi habere hos religiosos cū curatis admissos q̄ solos curatos.& sic si religiosi tollant aliquos paruos denarios q̄ dari fuissent curato:tollunt etiā laborē:& curatū iuuant ad populum erudiendum. nec debet dirigere obtutū ad paruum lucrum tēporale qđ amittit:nec imputabit ei illud Prouerb.xxvij. q̄ vultū pecoris in foro interiori nō cognouerit:quia per eū nō stetit: sed sufficit ei q̄ superiores dederūt his facultatē secū cognoscendi vultū pecoris.& ꝓpter hoc excusabitur curatus. ¶Secundo arguitur. in capi. Ois vtriusq; sexus,dicitur.Quicūq; vult iusta causa alieno cōfiteri sacerdoti, a ꝓprio petat licentiā & obtineat. aliter ille cū ligare nō potest nec absoluere. ¶Respondetur.subaudiēdum est:nisi sit priuilegiatus a sede apostolica:vel a iure.nam antiqua iura per posteriora exponunť & reuocanť. priuilegiū autē hoc in Clementina Dudū.derogat cōstitutioni in cap.Omis. Etiā fratres priuilegiati sunt in aliqua acceptione larga ꝓprij sacerdotes. Ad Extrauagātem Martini quinti Ad vberes.& Sixti quarti.de treuga & pace. in ca. Vices.superius respōdimus. ¶Tertio arguitur.si de duabus seruitutibus vna tollatur:altera remanet.de vsu pallij.Ex tuarū. & ff.de seruit.vrb.prēd.l.Si denegeť. ergo papa pōt dare eis solam executionē & nō potestatē vt confessiones audiant sine facultate proprij sacerdotis vt Bernardus in glossa arguit. ¶Respondetur. quando seruitutes sunt separabiles: vna concessa alia remanet:vt patet in lege allegata. nā si dom⁹ tua domui alterius sit in duabus seruitutib⁹ obligata,scilicet vt nō altius ędificetur:& ne stillicidiū super tectū illius de illa cadat:si remittatur prima adhuc remanet secūda.istę cñ seruitutes nō sunt connexę:quia licet domus altius ędificetur:nō sequitur necessario q̄ stillicidia propter hoc super tectum alterius cadant: quia per canales possunt aliunde deduci. Secus esset vbi seruitutes essent connexę.vt si cōcedas mihi ire per agrum tuum: concedes mihi facere semitam necessariā exequutioni:alioquin esset exequutio vana. Et ideo si datur exequutio priuilegiato:datur confitenti auctoritas vt in eum possit fieri exequutio:cum audire & audiri sint inseparabiliter cōnexa: vt in probatione cōclusionis supertus diximus. ¶Vnde hic inter dominos curatos & religiosos a multis annis est dissensio. Pro quo notabis:q̄ āte dies Bonifacij Octaui qui fuit compilator Sexti decretalium/prędicatores & minores habuerunt quoddā priuilegium:qđ incipiebat Ad vberes.in quo dabatur eis auctoritas audiendi confessiones: sic tamen vt cōstitutio generalis cōcilij,scilicet Omnis vtriusq; sexus:in suo robore cōseruaretur: ita vt confessi fratribus tenerentur nihilominus saltem semel in anno confiteri suis parochialibus presbyteris. sup quo inter doctores & religiosos tēpore Henrici Gandensis magnū erat certamen. Deinde Bonifacius Octauus anno domini trecentesimooctauo supra millesimū illam decretalem Sua cathedram.edidit:quę hodie est in Clemē.Dudum.inserta:quā postea Benedictus Vndecimus per suam extrauagantē.Inter cunctas.reuocauit. postea Clemēs Quintus illam.Inter cūctas reuocauit.& illam. Supra cathedrā. Bonifacij Octaui quā passim habemus renouauit.Postmodū Ioannes Poliacensis Parisiensis doctor nisus est capitulum Omnis vtriusq; sexus.tenere in ꝓpria forma,Clemen.Dudum,examinādo:qđ Ioannes vicesimus secundus in extrauagan. Vas electionis reprobauit,manutenēdo Clemē. Dudum.& eam ad Augustinenses, & Carmelitas prorogando. Item Alexander quintus Ioannis successor manutenuit Clemē. Dudum.addendo aliqua in sua Extrauagāte:quę incipit Regnās in excelsis.quę extrauagans fuit petita reuocari in cōcilio Constantiensi,& Basiliensi.sed nihil obtētum est. Et licet cap. Vices, Sixti quarti sit apparens ꝓ curatis: nō est tamen datum exequutioni.

¶Ex omnibus his nónulla epilogā do, dicā primo q̄ iura humana sunt mutabilia. & si pontifices ordinarent contraria iis quæ dicimus: sententiæ eorum,antiquioribus statutis

relictis/acquiescerēmus:& cū regula Lesbia flectere mur.Ex quo sequitur q̄ doctores tenentes positiones oppositas ante pontificū determinationes:nō male egerunt,in materia topica ꝓbabiliter vtrinq; loquentes, vt Bernardus in glossa ordinaria in cap.Omnis vtriusq; sexus.tenens q̄ requiritur p̄missus proprij sacerdotis: & multi alij tam in hac materia q̄ in alia. ¶Sed iuribus humanis relictis veniendo ad illa quę videntur mihi in lumine naturali impręsentiarū dicēda/positiuo iure neglecto:nō est inutile q̄ eruditi & probi religiosi admittanť ad audiendas cōfessiones in tota ecclesia categorematice.ratio est: qa pleriq; sunt curati ineruditi & malę famę:qui raro laborant habere subditos probos & virtute prędictos.Nam improbo gaudet improbus:ne in presentia probi,fama sua magis denigret. ¶Secūda propositio:multi sunt eruditi religiosi mēdicantes qui exercent aliquos actus potiores actibus curatorū: vt qui cōcionando/populum verbo & exēplo illuminant. nec est indecens q̄ isti a populo nutrianť:hoc cñ est de iure naturę:vt patet primę ad Corinth.ix.& in malorū curatorū pœnam & dedecus vt magis sordescāt.Opposita ei iuxta se posita clarius elucescunt. ¶Alia ꝓpositio.si fiat bona diligentia p episcopos de fratrū admissiōe/nō potest esse querimonia de eoꝝ sufficientia.nā diligentissime fuit hoc a summis pontificibus adiectū. si episcopus sibi p̄sentatos examinaret vel vicarius eius.facile autē religiosorū cōditio scientia & mores ab ēpo deprehēdent.nihil cñ occurrit quo a recto & syncero de eis iudicio distrahať:sicut in cęca collatione beneficiorū:quia sępe prece/sanguine/& seruitio permotus:populi vtilitate neglecta dat curas ineptis & male merētibus. sed ad hoc quodāmodo allicitur cū sua tamē graui culpa.hic autē in religiosis admittendis nulla est quęstio de beneficio dando:sed de sola salute plebis ꝓcurāda. ¶Alia ꝓpositio.vbi essent inutiles religiosi episcopo p̄sentati,nō deberet eos admittere.vel si inutiles reperti fuerit a curato successu tēporis:& possit hoc probare:debet eos reiscere:sicut putat⁹ bonus medicus a principio,cōperto cōtrario est remouēdus. ¶Alia ꝓpositio.nō expedit dare religiosos auxiliatores curatis in tota ecclesia syncategorematice.ꝓbatur.nā aliqui sunt curati ita religiosi in vita vt vocati religiosi:guardianis & prioribus longe eruditiores:q̄bus nō expedit dare coopatores. cōtingit etiā q̄ diligens curatus habeat paruum gregem circa quem in propria vigilat: vel si opeegeat/nouit quis sit sibi vtilis.scio probos religiosos erubescere in præsentia eiusmodi pastoris se ingerere sine ei⁹ facultate: nisi frontē p̄fricuerint. Declaro istud per analogiā de medico corporali: qui in tota vrbe categorematice est vtilis : sed nō syncategorematice,vtpote domui illi vel vico in qua vel quo est medicus multo exercitatior:secūdum verbū Christi.Nō est opus medico bene valentibus. ¶Vltima propositio.bonus curatus bonos religiosos quos nouit debet ad se in suū auxiliū vocare neglectis his paruis fortunę munusculis:gregis sibi cōmissi quęrendo salutē. & contra si curatum seditiosum & dyscolum religiosus videat cū quo non possit fructum seu ędificationē facere in populo,a loco illo ad alium secedat: vel in cellulam vnde exijt sese recipiat.

¶Distinctiōis Decimeseptime Questio Octaua.



Octauo circa hāc decimāseptimā distinctionē quęritur. An furtosi & temulenti ad hoc p̄ceptū ecclesiasticū de confessione & ad similia p̄cepta obligentur.nec hoc est ab hac materia alienū: vt terminos quęstionis confideranti clarū est.Nam & Ricardus Middilton⁹ hanc quęstionē in hac materia:licet parū de ea loquatur proponit.Et qa vt primo de anima dicit. Rectū est iudex sui obliqui: propterea si describatur sobrietas ebrietati oppositа:ebrietas notior euadet. ¶Sobrietas tēperantię cardinalis virtutis species est circa potum:quādo scilicet quis nō contrauenit rationi in bibendo: vtpote cū potus nō est in animę vel corporis iacturā: & potissimū animę.si tamē cui condescēdendum sit: vltra facultatē sumentis non bibatur:nec potus sit bibenti vetitus per votum vel aliam legem: vt videre est de Nazareis Numeri . vj. & de Rechabitis Hieremiæ xxxv. & de Aaronitis Leuitici.j. Nā pro tēpore illius legis stantibus duobus primis: quātūcunq; parum bibendo nō fuisset actus sobrietatis. Eodem modo si nunc esset aliqua lex potū vini prohibens: bibendo esset ebrietas moralis in superabundando.Notanter (moralis) quia licet sic philosophus loqui debeat / cum homo cancellos sobrietatis transcendit: tamen vulgariter non sic capimus.sed morali philosophię acceptio vocabuli applaudit. Ebrius autem iuxta nominis interpretationem dici putatur,ab ex quod est extra,& bria/mensura: quasi extra mensuram sobrietatis. sicut sobrietas secundum mensuram. vulgus tamen ebrium vocat eum qui est omnis rationis expers a potu. & potissimum de hac acceptione in titulo quęstionis inquirimus. ¶Ex isto patet: q̄ nō est eadem adequata latitudo sobrietatis oībus hominibus eiusdem ętatis:sicut non est eadē latitudo cibi:vt patet de platone & ludi magistro.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pręterea ad magnitudinem primi, vt in opipare comedente naturaliter magnitudo secundi sequitur. Tertio, aliqui ab ineunte ętate sensorum culpa sunt in abundantiore potu educati q̄ alij: ergo eis latitudo est latior q̄ alijs: nec facile possunt sine corporis iactura ad aliud extremū tendere. sicut Aristo. in problematib⁹ de Dionysio tyrāno declarat: qui propter subitam abstinentiā a vino in morbos inciderat. Quarto, nati in regionibus frigidis per antiparistasim multū caloris habent & sunt robusti: quorū latitudo cibi & potus est maior. Et licet Apparatus, xxxij. q. ij. c. Moyses, irrisorie dicat q̄ aliqui bene bibunt ne anima habitet in sicco. Et est argumentū (inquit) pro Normānis, & Anglicis, & Polonis, vt possint fortiter bibere ne anima habitet in sicco. Et Nicolaus Lyranus Hester. j. dicat q̄ aliqui venientes a polo arctico illum modum bibendi in Normānia docuerunt, ac si probrosum foret: tamē apud sapientes est eis maior latitudo q̄ meridionalibus. vt patet ex dictis. nō tamen eo inficias quin septentionalium multi in hoc exuperent. multi etiā sunt borealium sibi fabricantes tam arctam latitudinem q̄ meridionales. ¶ Secundo sequitur q̄ id qđ est ebrietas moralis vni pro aliquo tēpore: p alio est eidē sobrietas. qđ patet de Petro iuuene, & de eodem existente sene: cū senes substantialiter sicci: licet accidentaliter humidi sint: maiori egeant potu. Hinc Daniel in senectute vino vsus est qui in iuuentute fuit abstemius. Nam Danielis. x. ipe de se dicit. In diebus illis ego Daniel lugebā: trium hebdomadarū diebus panem desiderabilem non comedi: & caro & vinū nō introierunt in os meū. Ex quo per locum a cōtrario sensu colligitur q̄ iam vino vtebatur: & tamē in iuuentute omnino abstinuit: vt Danielis. j. videre est. Et patet ratione hoc esse licitum. insultus passionū in iuuenib⁹ sunt vehementes: ergo ministrare eis vinum natura calidum est flāmā flāmę addere: & cū suapte natura robusti sint: vinum nō est eis ministrādū. oppositio autē modo senibus euenit. Insuper secūdo libro Hecatonomiarū a Platone hęc lex colligitur. Pueri vsq̄ ad duodeuigesimū annū vini vsum prorsus ignorent: deinde vino moderate vtātur vsq̄ ad annū q̄dragesimū. vltra vero eā ętatē hilari⁹ in cōuiuijs discūbētes, liberi⁹ eo vtātur. Et paulopost in eadē lege platonica sequitur. Senibus autē liberior vsus remediū aduersus senectę durities elargietur vt reiuuenescere videantur: & mœstitię eos capiat obliuio: & affectio mētis veluti ferrū in igne ex duritie in mollitiē deducta, flexibilior fiat. Cui cōsonat illud Horatianū. Sollicitis animis onus eximit. Et illud Prouerbiorū. xxxj. Date sicerā mœrētib⁹: & vinū his q̄ amaro sunt animo. ¶ Tertio sequit: q̄ duo eiusdē ętatis & patrię diuersas habēt latitudines sobrietatis. patet de sanguineo vini appetēte & phlegmatico sua natura abstemio. p vinū autē, sicerā, ceruisiam, & huiusmodi intelligo. quō Angelus dixit Zacharię Lucę. j. Vinū & sicerā nō bibet. Insup aliqs est iuuenis corpore cuius passiones infirmitate vel tēperantia sunt domitę: vel debilem stomachū habens, cui aqua officit sicut vinū prodest. Propter ea Apostolus iuueni Timotheo pręcepit dicens Modico vino ꝓpter stomachū vtere.

¶ Vocabulorum significationibus vtcūq̄ explanatis ad quęstiōis elucidationē deueniendū est. Circa quā duæ sunt positiones: quarū vna & cōmunior partē affirmatiua tenet. Alia tñ quā rationabiliorē iudico, & ob id eā imitabor, est negatiua: q̄ licet prima fronte sobrias aures offendere videat (qđ vitare semp studeo) cōtrariū tamē ostendet. ¶ Pono cōclusiones sequētes ad q̄sitū responsiuas. Prima est. Assuetus seu habituatus facere aliqđ mortale peccatū extra ebrietatē: sine culpa temulentiā incurrēs: & similes actus faciēs quos ante ebrietatē facere solet: non peccat. Hanc pono ꝓpter quēdā neotericū doctorē oppositū i suo libro de tēperātia asserentē. ¶ Secūda cōclusio. amentiā ex culpa incurrēs: quicqđ tpe demētię faciat, nō peccat. ¶ Tertia conclusio. Furiā ex culpa mortali incurrēs semp i illo mortali manet q̄diu est in furia. ¶ Quarta cōclusio. Temulētiā ex culpa sua incurrēs: quicqđ tpe temulētię faciat, nō peccat. ¶ Quinta & vltima cōclusio. Ebrietas scienter inducta est fœdū peccatū & exprobrabile. & in hac cōclusione loquor de ebrietate morali quę vulgarē culpabilem includit. ¶ Prima cōclusio ꝓbatur. Nullus oī ratione orbatus quā incurrit sine culpa, peccat eo tpe quo ratiōis est expers. ebrius autē secūdum casum primæ cōclusiōis est huiusmodi: igitur. cōsequētia claret cum minore, ostendo maiorē: quia nō aliter brutorū facta non sunt imputabilia: & facta paruulorū inter baptismū & annos discretionis. Fortassis dicet aduersarius: & alia nulla est reluctatio: q̄ non est simile: quia iste habet ex malo habitu quē male acquisiuit, vel ex culpa: secus est de paruulo & de bruto. Sed contra hoc arguo. propter habitū nō peccamus. solus enī actus est imputabilis: vt patet in pessime habituato nūc primū existente in gratia. immo male habituat⁹ cęteris paribus tantū merebit quātū bene habituat⁹: ergo idē erit de male habituato & nō habituato. Pręterea, non habituatus incurrēs ebrietatē sine culpa nō peccat: ergo neq̄ habituatus. antecedens cōcedunt aduersarij: ergo consequēs debēt cōcedere. Dico vniuersaliter: q̄ male habituatus faciens actū bonū similem cum actu nō habituati saltē tantū mereť: & inter facien

tes actum malū, ad quē impellit habitus, si nō minus peccat q̄ nō habituatus: saltē peccabit ęqualiter: vel si alter nō peccat: nec ipse. Concedendū tñ arbitror q̄ contrauenies habitui malo, acquisito tēpore nō imputabilitatis, plus meretur q̄ nō male habituat⁹. ¶ Sed cōtra hanc cōclusionē arguť argumētis q̄bus q̄dam oppositū astruit. & pondus argumētorū eius in hoc cōsistit. talis scit istā esse meretricē & esse nō suam: nec ignorat aliquid eorū qđ sufficit ad reddendū actum culpabilem. Secūdo sic. assuet⁹ adire lupanar quolibet die, nūc inebriat⁹ peccat: q̄a nullus ꝓpter ignorantiā excusatur a peccato qđ alioquin esset facturus si non esset inebriatus. nā alioquin peccasset: igitur nunc peccat. ¶ Ad primū respōdetur q̄ assumptū est dubiū: quia supponimus istū oīs rationis expertem. locū enī accedere vetitū nō cōcludit eū habere rationē, plus q̄ brutum cubile ex habitu petens. Immo hoc argumentū cōcluderet: q̄ si occideret hominē sine culpa prędia, peccaret. Ad secūdum respondetur q̄ illa propositio est neganda in qua tacet pondus argumenti. nullus ꝓpter ignorantiā excusatur a peccato qđ alioquin esset factur⁹. vl̄r dico q̄ null⁹ peccat vel merebť i hoc qđ pōt facere sed i hoc qđ facit. ¶ Secūdā cōclusionē ꝓbo sic. modicā rōnē habēs min⁹ peccat q̄ habēs magnā. secūdū illud Lucę. xij. Ille seruus q̄ cognouit voluntatem domini sui: & nō fecit secūdum voluntatem eius, vapulabit multis. Q̄ui autē nō cognouit: & fecit digna plagis vapulabit paucis. & adhuc habēs minorē rōnē minus peccat: ergo nullā rationem habens nō peccat. probo consequentiā quia alioquin dabis vnum peccatū in infinitum paruum: & ita nec erit veniale nec mortale: & ad nullam pœnam imputabile: vel dabis q̄ vnus aliquid rationis habens æqualiter peccabit cū eo qui nullam rationē habet cęteris paribus. sed ista disiunctiua quę est cōsequens, pro vtraq̄ sui parte est neganda. ergo & antecedens. Et probatur consequentia: dato q̄ ille furiosus occidendo peccet: (semper intelligo de peccato imputabili) signetur malitia sui pecati a. & sit mortale: si venia le, ęqualiter arguam. a. erit vt vnum. homo prudens vt Vlysses occidens talem hominem peccat vt quatuor. homo talis, vt Aiax Thelamonius occidens talem hominē peccat vt tria: descēdēdo ad hominem qui adhuc minus peccat: & sic sine statu. Huius rationis neruum lucidius sic deduco. In prima parte proportionali horę creet deus Vlyssem: in secunda Aiacem in subduplo minus prudentem: in tertia Achillem: & sic per oēs partes proportionales vnius horę: in infinitū parum aliquis istorum est prudens, & si omnes vellent vnum interimere: semper minus rationis habens minus peccabit. sed furiosus minus rationis habet q̄ aliquis istorum, improprie minus: ergo ipe nō peccat: vel dabitur aliquis istorum qui ita parum peccat vt ille furiosus. Discursus in speciali in materia sua videtur bonus: q̄uis in alijs materijs possit dari obex, vt de partib⁹ peccati mortalis in ordine ad veniale cōparatis: quarum quælibet est peior veniali. & de qualibet parte albedinis perfectiore hac nigredine: & tamen propterea tota nō est infinite perfecta. Illic enim est comparatio eorum quę sunt diuersarum rationum: non autem hic. Secundo arguitur ad idem per Clemētinam Si furiosus. de homicidio voluntario. vel casua. vbi Clemens Quintus inquit. Si furiosus aut infans seu dormiens hominem mutilet vel occidat: nullam irregularitatem incurrit. Vbi si quis culpabiliter occidit: irregularitatem incurrit: immo interdum sine peccato. hoc patet. ff. de iniurijs. Illud canonizata. Et recitat Gratian⁹. xv. q. j. cap. Illud. inquiens in versiculo Sane. omnino in principio capitis. Sane sunt quidam qui facere non possunt: vtputa furiosus et impubes q̄ doli capax non est. nanq̄ hi pati iniuriam solent non facere. Cum enim iniuria ex affectu facientis consistat: consequens erit dicere hos, siue pulsent, siue conuitium dicant: iniuriam fecisse non videri. Et Augustinus in libro quęstionum veteris & noui testamenti. & habetur in cap. Aliquos. eiusdem causę & quęstionis, inquit. Aliquos scimus subito dementes factos, ferro, fuste, lapidib⁹, morsibus multis nocuisse: quosdam etiam occidisse: captos autē industria & iudicijs oblatos minime reos factos: eo q̄ non voluntate sed ipellēte vt, nescio qua, hęc gesserint nescientes. Q̄ uomodo enim reus constituitur, qui nescit quid fecerit? Hoc idem tenet Ambrosius in Hexamero in tractatu primi diei. Et quia hęc conclusio non ita fixe negať vt quarta: probatiōes adductę suffictāt. si aliquę probatiōes quartam inferant: istam etiā opinione mea concludent. ¶ Tertia conclusio ꝓbatur sic. nullum peccatum mortale deletur nisi per displicentiam illius, vel aliquem actum meritorium. Vnde Augustinus de fide ad Petrum. & citat Gratianus de consecra. distinc. j. Firmissime tene & nullatenus dubites, exceptis illis qui pro nomine Christi sanguine suo baptizantur, nullum hominem accepturum vitam eternam, qui non hic a malis fuerit per pœnitentiam fidemq̄ cōuersus. Furiosus autem tempore furię hoc habere nō potest, quemadmodum nec demeritum. ibi. n. illud Ecclesiastes. xi. verū habet. Si ceciderit lignū ad austrū aut ad aquilonē, in quocūq̄ loco ceciderit, ibi erit. ¶ Quarta cōclusio ex secūda sequit. Et primo sic ꝓbať. plene furiosus tempore furię non peccat ex secunda conclusione: ergo nec ebrius. Martinus concedit antecedens: et

lat platonis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

negat consequentiã.& causa est (inquit) quia furia est multo grauior pœna q̃ ebrietas, & acerbitate,& duratione:& minus rõnis habet ebrius. Hoc nõ valet.primo pœna nõ est voluntarie sumpta. secundo frequenter contingit q̃ aliquis paruo tẽpore maneat demẽs,vel habeat lucida interualla. Etiã non est verisimile q̃ furia sit atrocior pœna q̃ ebrietas:cum aliquos furiosos longęuos videamus:& intemperantia potus continuata etiã citra ebrietatem notabiliter vitã abbreuiet. Ebrietatis molestiã ac insolentiã notat Iuuena.saty.vj.dicẽs Cũ bibitur cõcha:cũ iam vertigine tectũ Ambulat: & geminis exurgit mensa lucernis. Quod de minoritate rationis dicit:nihil est.nã de pure ebrio hoc est nihil rõnis habẽte/loq̃mur.ratio eñ finita sensim potu est auferibilis.qa oẽ finitũ p ablationẽ finiti tandẽ cõsumit.j.Physicoꝝ. Si eñ aliqd rationis habeat sortes vocatus ebrius:de illo non vertitur quæstio. ¶ Secundo arguitur ad idem. Pono tres ebrios ex tribus culpis præcedentibus Titium ex veniali: Semprontũ ex mortali: & sortem ex mortali maiori.qui occidãt tres homines ęquales:ita vt cęteris paribꝰ si essent extra ebrietatem,ęqualiter peccarent.vel omnes tres in ebrietate peccant ęqualiter occidendo: & hoc est irrationabile:quia culpę ex quibus ebrietates emanarũt erant inęquales:ergo inęqualiter peccant.tenet cõsequentia: quia non aliter secundum aduersarios ebrius sine culpa occidens nõ peccat: & cũ culpa/ peccat.ergo in minore culpa ebrius minꝰ peccat. qđ si cõcedas: tunc Titius solum peccat venialiter occidendo hominẽ:qđ aduersarius debet reputare incõueniens. Etiã nõ valet dicere q̃ ebrius venialiter occidens hominẽ,venialiter solum peccet qđ probo arguendo ad hominẽ: quia sub pœna peccati mortalis obligat nõ occidere: & nõ est deobligatus p suã culpam p te:ergo mortaliter peccat. ¶ Tertio arguit.nullum est peccatũ nisi voluntum.illud homicidiũ nõ est volitum. igitur.distinguis minorẽ:vel formaliter:& sic negas:interpta tiue vel antecedenter cõcedis.velle aũt aliqd interpretatiue est velle aliquid ad qđ sequitur aliud.vt ebrius vult formaliter vinum bibere,ad qđ sequitur homicidiũ:propterea est homicida imputabiliter.Contra illud arguitur probãdo q̃ velle illud interpretatiuum nõ sufficiat ad culpam: quia illo dato sequitur q̃ occidens in ebrietate sine culpa peccat: quia vult aliquid ad qđ sequitur occisio: puta bibere vinũ qđ ipse nescit inebriare:quẽadmodum Noe qui primus inebriatus est. Ad hoc argumentũ forte dices,oportere dicere in volitione interpretatiua: quia vult aliquid siniſtre ad quod sequit aliud.Contra hoc arguo. posito q̃ aliquis velit bibere plus q̃ ratio dictat,& percipiat alienationem mentis accedentem:pœniteat de facto:& postea occidat: sequeretur talem peccare: qđ non est dicendum. Forte iterum negas consequentiã & bene:quia itelligis vbi illud peccatũ nõ est detestatum. ¶ Sed quia illud argumentum nõ videtur tibi ponderandum:Quarto arguitur.sequere tur q̃ si duo emittant duas sagittas extra muros ex ęquali negligentia:& vnus occidat: & alter nõ, occidens plus peccaret q̃ alter. quod non est dicendum.ergo volitio interpretatiua nõ sufficit ad peccatũ.volo q̃ sortes occidat: Plato vero nõ.patet.sortes vult occisionẽ interpretatiue:& nõ plato:quia vult aliquid perperã ad qđ sequitur mors & propterea plus peccabit.Q đ si forte concedas: Contra:toto tẽpore quo sagittę volitant/ęqualiter peccant: & tunc propter impositionem vmbonis quem Cicero facit ad resistendum sagittæ platonis:& quia nullus resistit sagittę sortis:sortes plus peccabit q̃ plato.qđ incõuenit. ¶ Quito sic. Sortes eliciens actum in instanti/in tempore in quo de necessitate ipsum continuat: non peccat nouo peccato: ergo neq; ebrius occidens. semper suppono ebrium ex culpa.probo consequentiã:quia vnũ nõ est magis volũtariũ q̃ aliud:primũ eñ est volitum interpretatiue si hoc sufficiat ad peccatũ quia vult aliud:puta in instanti ad qđ sequitur cõtinuatio. Huius argumenti nullam solutionẽ video neq; fractionẽ:nisi dicendo q̃ vnũ est naturalius alio:quia ebrius potest ire naturaliter cubitũ: eliciens autẽ in instanti nõ potest ab actu desistere:& sic non est idem de duobus actibus varijs & eodem. Contra.esto possit ire cubitũ:tamen obla ta occasione pugnãdi nescit discedere plus q̃ brutum.suppono eũ omnis rationis expertem: alioquin nõ est ad propositum:si eñ aliquid rationis habeat, secũdum rationis magnitudinem imputabitur peccatũ ¶ Sexto arguitur. capio sortem & platonem qui vadunt ad bibendum: habeant has volitiones:eamus ad bibendum vel inebriandum,siue sequat adulteriũ siue mors.& sic abeãt. Sortẽ in lectum Cicero ponat:& Plato vagando occidat hominẽ:sequitur iam q̃ plato plus peccaret q̃ sortes:qđ non videtur:nam actus interiores semp erãt ęquales,& actui interiori actus exterior nihil malitiæ superaddit secundum aduersarios. Et confirmatur hęc ratio. si duo nõ temulenti ex æquali negligẽtia proijciant lapides extra domũ: licet vnus occidat & nõ alter/ęqualiter peccant. ergo si duo temulenti sic proijciant/ęqualiter peccabunt. ¶ Septimo arguitur. Sortes incurrens furiam vel temulentiã ex actu meritorio quicquid agat nõ meretur:ergo eodẽ modo nec demerebit. Sed dices.plura requiruntur ad bonũ q̃ ad malũ. ¶ Propterea octauo arguit.Nullus peccator vni eo peccato efficitur peccator duobus peccatis per aliquid mere naturale qđ nõ est in potestate sua:

noe primꝰ ebrius

Sortes incurrens ebrietatem ex culpa sua anteq̃ occidat est solum peccator vno peccato : ergo si post homicidium in temulentia commissum peccet nouo peccato: efficietur peccator duplici peccato per aliqd mere naturale non situ in sua facultate.Quidam hanc maiorem capit ad probandum pollutionẽ nocturnam ex culpa prouenientem nõ esse imputabilẽ. Sed dico argumentum ęqualiter vtrũq; probare:licet possit dari qđ dam discrimen prima fronte:quia vnus dat operam rei licitæ scilicet somno : alter illicitæ scilicet homicidio.Contra hoc arguit. ergo si quis polluatur in somno qui dormiuit tempore quo tenebatur nõ dormire,talis pollutio erit imputabilis & sit q̃ non surrexerit ad matutinas nec fecerit alia quæ tenebat in vigilia facere:qđ non est concedendum.Insup brutum occidẽs hominẽ non dat operã rei illicitæ:ergo nec iste omni ratiõe priuatus dat operam rei illicitæ.qđ eñ est vni licitũ est alteri illicitum.Item ebrius trãsiens recto itinere ad forum:occidẽs primum occurrentẽ dat operam rei licitæ, scilicet eundo ad forum:sicut disponens se ad capiendum somnũ licite. Si dicas,occidendo hominem dat operam rei illicitę: eodẽ modo erit de pollutione. Et si arguens habeat venam argumẽtum dirigẽdi:discrimẽ dare non poteris. ¶ Nono arguitur.ex opposito sequitur q̃ motꝰ prio primus nobis imputaret ad culpam,cõtra oẽs.patet:quia nobis ex culpa nra p uenit/sc̃z ex originali in quo concepti sumꝰ/& ex originalis iustitiæ defectu.& in Adam post primũ peccatũ cõmissum motꝰ prio primus fuisset imputabilis. ¶ Decimo. ponat sortes qui teneat diligere deum vel facere aliquod opus præcepti in a.hora.s.duodecima:inebrietur hora decima: iam non peccat hora duodecima: ergo cõclusio nostra vera. Antecedens patet: qa si dicas illam impotentiam ex culpa eius prouenire/& sic non excusare:sequitur q̃ actus malus in instãti elicitus in quolibet instanti vel tempore naturalis cõtinuationis imputabitur ad culpam nouã. ¶ Vndecimo.ponendo duos ebrios : vnum ex culpa mortali:alterum ex veniali,& tempore ebrietatis committat vterq; vnum peccatum qđ tempore rationis esset veniale duntaxat:quæritur in qua proportione tempore ebrietatis hæc peccata se habebunt inter se. ¶ Duodecimo.Origenes presbyter Homilia quinta sup Genesim exponens ebrietatem & incestum Loth Genesis. xix. dicit Loth partim deliquisse,partim excusari: qa filiarum concubitui non cõsensit:sed deceptus erat: quia nimis vino indulserat, non solum semel,sz iterum.Vult dicere q̃ prima ebrietas non fuit ei imputabilis:qa ex ignorantia inuincibili ꝓcedẽs nec incestus:sed debebat cauere a secũda temulẽtia & cautius agere:cum nocte præterita se circũuentũ videbat.Origenem Augustinꝰ insequitur xxij.contra Faustum.Et in variis locis a Gratiano ad hoc allegatur:vt.xv.q.j. Inebriauerũt.origenẽ aũt sueuies.xxij.cõtra Faustũ capite.xliij. Ex his rationibus & auctoritatibus patet cõclusionẽ propositam quæ est præcipua huius qstionis, non offendere pias aures. ¶ Quinta & vltia conclusio de fœditate ebrietatis manifesta est.ex ea ei multa dãna sequuntur.Vñ Horatꝰ ad Torquatum epistola.v. Quid nõ ebrietas designat? operta recludit. Spes iubet eẽ ratas:ad plia trudit inermẽ. Expiatur passim quõ operta recludit propterea Aristoteles in de secretis secretoꝝ consuluit Alexandro/reddere nobiles temulẽtos vt eorum secreta caperet. Ad prælia trudit inermẽ. hoc est inconsideratum & bello indoneum:etsi alioqn esset idoneus. Hac intercidente filiũ Thomyris,& Scythas gentis insupabile bello Cyrus Persarũ rex interemit. Polyphemũ gigantẽ temulẽtũ Vlysses delusit,oculoq; orbauit. & caput Holofernis temulenti bona Iudith abstulit.Hæc in necẽ Clyti Alexãdro charissimi regem impulit.Propterea scite puerbiorũ.xxxj.a sapiẽte scriptum est.Noli regibus dare vinum:qa nullũ secretum est vbi regnat ebrietas.Hæc itẽ homines ad iudiciũ reddit ineptos.Hinc Ecclesiastici.xix. scribit.Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes.Præterea castitati est perniciosissima.puerbiorꝝ.xx. Luxuriosa res vinũ: & tumultuosa ebrietas.Et Iuuenalis satyra.vj.Quid eñ Venus ebria curat? Inguinis & capitis q̃ sunt discrimina nescit.Et Ouidꝰ i arte.Vina parãt aios,reddũtq; coloribꝰ aptos.Quocirca puerorũ curã hñs eos a vino cohibere debꝫ,& quanto magis i eis debꝫ splendere castitas:tanto magis sunt arcẽdi a vino. Propterea pręclaræ mulieres & nobiles i ocio alitæ sunt a vino arcendæ:cum equis regis potu ræ:& ad hoc ab ieunte ętate assuefaciendæ.qbus postea cum adoleuerint aquæ potus non nocebit.argumentũ est in agricolarum filiabus assuetis bibere aquam.Vlterius diligens castitatem in seipo:debet a vino abstinere:& loquor de illo vi illa in quo vel in qua est periculum castitatis perdendæ.Hinc Ecclesiastes.ij.scribitur. Cogitaui in corde meo abstrahere a vino carnem meam.Et hoc castis in pœnitentiam prudens confessor iniungere debet.Tritum nanq; est Terentianum illud.Sine Cerere & Baccho friget Venus.Ecce litem & bellum,difficultatem veri discernendi:castitatis perdendæ discrimen,poculorum & ebrietatis comites : a qua tanq̃ a Cerbero longe fugiendum est:in qua est tanta garrulitas & verborum prodigalitas,vt plerosq; cum resipiscunt dictorum maxime pudeat.cum maximo enim

arg. cõsilii alex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ꝓbro de hoīe dicimus: est vinolent⁹: magis tabernam q̄ tēplū diligit. Hinc Achilles Homeric⁹ ꝓ Briseide rapta accensus ira & indignabūdus cōtra Agamēnonē ꝓbrosius nihil obijciēdū iuenit q̄ vt temulētū eū vocaret.

¶ Cōtra secundam & quartā cōclusiones simul instabo: qa earum est eadē difficultas. Ex eis seqtur ꝙ aliqs viator ē ipeccabilis p naturam. cōtinuēs cōtra reprobat i scdo sententiarum. Añs ꝓbat de demēte/& de ebrio tpe quo est talis. ¶ Rñdet negando seq̄lā: qa dictiones terminantes i bilis aptitudinē iportāt. Licet em̄ Crassus nunq̄ riserit: erat tñ risibilis. sic licet isti non possint curari ab Aesculapio nec a medicorū quouis: peccabiles tñ sūt. Doctores etiā loquētes in secūdo intelligunt de vtētibus ratione. & i cidenter dico forte defendi posse oppositum. Sicut enim fides infusa solum inclinat i actum credendi verum, & ad oppositā successiue: sic potest dari creatura suapte natura conformans se volūtati diuinæ ꝓceptiuę. ¶ Secundo arguitur. sequetur ex vtraq; cōclusione ꝙ quis importaret lucrum ex sua culpa: scilicet ꝙ non peccabit/& potissimum si detestetur excessiuum potum anteq̄ incurrat temulētiam: quia illa successiue post potum aduenit. Virtus em̄ vini requirit determinatum tempus anteq̄ totam rationem subtrahere possit. ¶ Rēspondet negando ꝙ habeat lucrum ratione culpæ: immo punietur pro illa. de per accidens tamen aliquibus malis potest conducere vtpote si post confessionem/vnico peccato i furiā incidant: qui forte si fuissent capaces rationis in pluribus mortalibus decessissent. sed peccatū non est causa propinqua eius qđ est non peccare sed inopia rationis. secundum alios aūt peccatū excusat a tanto: magis ꝓprie minoritas rationis a culpa quæ incurritur. sicut si qs in fronte quadragesimę ex culpa sua morbū grauē incurrat: a totius quadragesimę tempo absoluit. sic in ꝓposito. ¶ Tertio arguitur. faciens aliqd mali tpe furiæ: si redeat ad rationem debet pœnitere. vt patet ex pœnitentiali Theodori. & recitatur. xv. q. j. cap. Si quis. vbi dicit. Si quis insaniens aliquē occiderit: si ad sanam mentē peruenerit: leuior ei pœnitentia imponenda est. ¶ Rēspondetur negando ꝙ teneatur pœnitere, capiendo pœnitentiam vt hactenus in quarto cepimus, saltem ratione actus perpetrati in furia: licet bene antecedentis ad illam si non fuerit detestatus ante totalem rationem deperditam. Istis tamen imponit pœnitentia ad cautelam vt caueant a similibus causis perdendæ rationis: vt dicitur. l. distinctiōe cap. Presbyteros. &. xxxiiij. q. ij. In lectū. Inhumanū etiā eēt si nō displiceret viro ꝙ talis casus sibi contigerit. quemadmodum displicet mihi si socⁱ meⁱ cadēdo, casu frangit tibiā. ¶ Quarto arguitur. secundum Aristotelem tertio Ethicorū. ebrio debetur duplex pœna. ¶ Rēspondetur. Aristoteles illic recitat sententiam aliorum. & est sententia cuiusdam legislatoris: scilicet Pittaci Mithylenei, vt patet secundo Politi. qui videns Mithyleneos multum idulgere vino, cuius ea insula est feracissima, illud voluit abolere per grauissimas pœnas. Quemadmodum Romanus pontifex prohibet potum ad haustus æquales. de vita & honestate clericorū. A crapula. i. §. Vñ. vbi sic inquit. Vnde illū abusum penit⁹ decernimus abolendum quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores: & ille iudicio talium plus laudatur qui plures inebriat & calices fœcundiores exhaurit. Non ꝓhibet pontifex istud quia semp est peccatū. nam siquis amicum gratiose ad potum inuitet: adhuc post illam legem non est peccatum. Intentio em̄ legis & non verba obligant. Turpe tamen esset graui viro aliquem ad potum æqualem inuitare nisi inuitādus eēt talis q̄ potu egeret: & nō posset honestiori vta ad potū induci. Sic dico i allegato ex Aristotele: ꝙ ex duplicitate pœnæ non arguitur duplicitas culpæ. Secundo dico ꝙ verisimiliter in temulentia contingunt nocumenta ꝓximis: ratione quorum aggrauat culpa excessiui potus. & sic virtualiter peccatum est multo peius licet non adeo malū forte in subdecuplo & amplius, ac si multa flagitia committeret in ratione vbi similia quo ad substantiam actus in ebrietate committit. Tertio dico secundum theoricā in q. secunda prologi datā. quando duo docti viri appatenter hinc inde contradicunt: possumus hūc vel illum imitari. sed Origeni presbytero & Augustino in hac materia non est minor fides habēda q̄ Aristoteli: q̄uis essent etiā æquales rōnes. nam si forte plura in logica & naturali philosophia (ꝓut reor) cognouerit Aristoteles: æquiualentiam in aliis scibilibus ad faciendam æqualitatem vterq; istorum opponet. Hæc dico propter Martinum/contra quem pro magna parte quæstionem tractamus/qui alibi in eodem libro dicit se plus Aristoteli credere q̄ mītis ex nostris quorum vnus sumpsit ab alio. Certe si ad dexteritatem ingenij Origenis/Hieronymi/& Augustini respicias: & q̄ multi scij in vario genere scientiæ fuerint: apud me indubitatum est (siue vere siue erronee/deus nouit) quemlibet horum ei æquandum esse. de gentili tamē philosopho rei publicæ nedum humanæ, sed & fideli/vtili: optime cēseo: cuⁱ dicta fidei nō cōtraria magno cū honore susc̄ipio. Contra hanc tamen conclusionem nō ē: sed ꝓ ea: vt etⁱ auctoritatem exponē

Contra martinū de mag.

tes diximus. ¶ Quinto arguit̄ per illud ex libello Pœniteas cito. Vnde Loth incestus petor fuit ebrietate. Rñdet. falsum est qđ dicit. Sed dicēs Origenes sic loquens inqt. Dicunt hoīem plene ebrium mulierem cognoscere non posse. Et hoc habet Aristoteles in tertia ptcula ꝓblematū. xj. ꝓblemate. & particula. iiij. ꝓblemate. v. Rñdet. si non erat plene ebrius, nihil ad cōclusionē. Scdo q̄rit̄ quō Aristoteles sciebat illud. si credidit aliis recitantibus vt habuit multa in de animalib⁹ & ꝓblematis: q̄ritur de primo dicente. Dicis: cognouit experientia in vxore sua qñ erat ebrius. Tertio dicit̄ ꝙ dictum Aristotelis est plerūq; verū: non tamen semp. Quarto dico ꝙ Loth nesciebat die sequente se dormiuisse cum aliqua filiarū suarū. nam in litera Geneseos dicit̄. Ingressa est maior, dormiuitq; cum patre: at ille nō sensit nec qñ accubuit filia nec qñ surrexit. sensit aūt tantū valet quātū intellexit. Memorią em̄ ebrietas obtundebat. & licet in actu quo cōcubuit cū filia virgine: eam senserit sensu interiore: forte non intellexit. Sicut naturaliter scđm aliquos intellect⁹ in somno nō exit i suas opationes ob sensus exteriores ligatos: forte sic ē i ebrietate. Potuerat etiā oblitiscī ꝙ vxor sua erat mortua, & hīe iudiciū i perfectū de ꝓpria vxore. sicut recitat Lucan⁹. v. Pharsalię de Cornelia in lecto/semisomni ob absentiā Pōpeij: putāte eū eē pñtē. vbi sic poeta dicit. Somno q̄ sæpe grauata Deceptis manib⁹ vacuum cōplexa cubile est: Atq; oblita fugæ q̄siuit nocte maritum. Sic de secunda filia dicas. & sup isto non debent Hebræi admirari dicētes impossibile virum virginē cognoscere non sentiendo: ꝙ ꝓpterea ptē literæ relinquūt. vt habet glossa marginalis Hieronymi. Appingūt (inqt) desup Hebręi obelo q̄ si supfluū: quasi incredibile sit: qa rerum natura nō capiat coire quēpiam nesciētē. vbi sentire capitur pro itelligere. ¶ Sexto arguit̄ ponēdo ꝙ platonis ratio successiue auferatur ꝓ vnam horā sic vt in instanti terminante horā primo nihil rōnis habeat: cui sit ꝓceptū diligere deū ante instans terminatiuū illi⁹ horæ: vel aliud op⁹ qđ subito ipleri pōt: ex quarta cōclusione seqtur ꝙ aliqs i finite parū peccat. cōsequēs ē icōueniēs. Consequentia patet: quia non est dabilis ratio in qua omittit: & tñ ante finē horæ omittit ex casu. ¶ Rēspondetur secundum varias imaginatiōes quarum vna est ꝙ datur minimū naturale rōnis q̄ subito ꝓducit & euanescit: & illa non pōt successiue tolli. Secūdo dicit̄ & melius: ꝙ is nullo pacto omittit, secundum vnam solutionem probabilem datam in. xvj. distinct. huius: ꝙ primo hō omittit non eliciens actum subito producibilem in instanti terminante totum tempus. Secundū aliam autem solutionem potest non improbabiliter dici ꝙ homo solū venialiter peccat ob rationis paruitatem circa materiā prohibitam sub pœna peccati mortalis.

¶ Dubitatur: quę res sit ebrietas: & quādo sit venialis, quando mortalis. Et an assuefactio faciat de veniali mortale. ¶ Rñdeo ad primū. Anima hoīs pōt dici ebrietas: ita vt terminⁱ ebrietas ꝓpria supponat non absolute/sed connotative, cōnotando ꝙ ratio eius tota sit ablata per excessiuū potū: potum inquā excessiuum i qualitate vl' quantitate. Potes em̄ dare maximū vinū qđ non pōt inebriare: & illo vino accepto per qđ cūq; ꝓpositum maius, homo inebriabit̄: & habens illud maximū vinū qđ non sufficit inebriare: parum peccabit. etiā nō incōuenienter pōt dari minimum quod sufficit inebriare. sed tales nexus iunctorⁱb⁹ theologis relinquens missos facio. ¶ Ad secundā dubitationē dicit̄. quando ebrietas est in notabilem iacturā corporis vel aīæ sciēter vel ex ignorantia vincibili: ipsa est mortalis: si vero afferat iacturam non notabilem: est solū venialis. Si quis aūt temulētiā ex ignorantia inuincibili incurrat/vel ad prouocandum vomitū scienter vel pro aliqua rationabili causa quæ euenire potest, non est peccatum: sed ꝓprie loquēdo est actus sobrietatis: quia a dictamine prudētiali vel errore inuincibili regulatus: & per consequēs actus moraliter bonⁱ & meritoriⁱ in habente gratiam: licet interdū laxato vocabulo ab aliquibus dicatur esse peccatum. sed proprie loquendo nō est. ¶ Quo ad vltimam partem dubitationis dicitur ꝙ si primus actus generatiuus habitus sit venialis: reliq oēs si nihil aliud obstet/sunt veniales. pōt tñ cōtingere ꝙ scientia i actibⁱ posterioribus actū aggrauet vt sit mortalis: qđ ostēdo exēplo. Cum volo bibere hoc vinum Creticum qđ dī mihi esse Parisiense a fide digno/nō pecco/licz temulētiā incurrā. deide potest eē tā parua sciētia ꝙ similis actus erit venialis: & demū crescēte scientia similis actus eiusdem speciei specialissimæ entitatiue erit mortalis. ¶ Summatim colligendo quæ in hac quæstione diximus cū obiter occurrentibus: dico ꝙ insanus & temulentus quicqđ faciat vel omittat tempore carētiæ rationis, nō peccat. & per consequēs nō obligat̄ ad cōfessionē protunc: siue insaniam: aut temulentiam ex culpa incurrerit siue nō. Et breuiter nullus peccat ꝓpte illo quo oī ratione spoliat̄. Et ex isto seqtur ꝙ dormiens non peccat commissiue vel omissiue ꝓ turpes cogitatiōes vel pollutionē/vel nō surgendo ad matutinas si sit religiosus dormiēs ꝓ tēpore quo alij tenent̄ adire templū. Et eodē mō sequitur ꝙ scholastici non omittunt/dormiētes tempore lectionis matutinæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Distinctionis Decimæseptimæ Quęstio Nona & Vltima.

NOno circa hanc distinctionē quæritur. An debeat iterare confessionem is q confessus est & nō pœnituit. Loqmur de illo q de peccatis dolet: sed non intēdit abstinere in posterum a mortalibus: immo intēdit ea repetere seu iterare. Hic sunt duo modi dicendi, quorum alter est beati Thomæ dicentis q; talis confessio valet ad remissionem culpæ vel valebit: quia licet tpe quo absoluit: nō recipiat fructum absolutionis: tñ recedente fictione fructū pœnitentiæ recipit. sicut superius dictū est de baptismo propter characterem impressum in ficte baptizato: q cum pœnitentia ducit/ habebit gratiam baptismalem. sic in proposito ornatus imprimitur licet confitens sit impœnitens: nec tunc infunditur gratia pœnitentialis: postea tñ recedēte fictione gratia infundit. Hęc opinio sicut multis aliis non placet: ita nec mihi. Nō em̄ existimo verum hoc qđ dicit de ornatu impresso: cum nō ponam tales ornatus impressos in aia in sacramētis iterabilibus: quia cum auctor illius opinionis neget duo accidentia solo numero differentia in hærere eidem: nō est facile saluare quin multi ornatus simul mancāt, etiam eiusdem rationis. vel causam dare oportet quare vnū alius euertat. Insuper nullum est motiuum contra communem scholā tales ornatus ponere cogens. ¶ Ornatib⁹ igit tanq̄ inanibus relictis dico q; iste nunq̄ habebit gratiā pœnitētialē siue recedat fictio siue nō. Probatur. suscipiens eucharistiam in mortali nūq̄ habebit gratiam eucharistię recedente fictione vt omnes concedunt: ergo nec gratiam pœnitētialem. & ita in alijs sacramentis iterabilibus. Præterea. vel iste fictus suam fictionem confitetur sacerdoti, vel non. Si secundum, sua confessio nō est integra: cum omittat confiteri istud peccatum Confessio autem quæ non est integra non valet exceptis quibusdam casibus quos sapientes admittunt: de quorum numero non est iste. Si vero iste impœnitens talem fictionem confiteatur: sacerdos non debet eum absoluere: cum sciat eum a deo nō absolui. non qa homo teneatur semper conformare voluntatem suam volūtati diuinæ beneplaciti in particulari cognitæ secundum apparentiorem viam: sed quia homo ē minister dei: q nihil hic facit nisi moueatur a principali agente scilicet a deo. secundum illud Dionysij i fine ecclesiasticæ hierarchię. Sacerdotes debent vti virtutibus hierarchicis quomodo diuinitas eos mouet. Aliorum autem ratio non ē pōderanda in oppositum. non em̄ est idem sicut in sacramentis initerabilibus: quia si in eis recedēte fictione nō imprimat effectus totalis sacramenti: nunq̄ imprimetur. secus est in alijs: qa si homo sit ineptus susceptioni fructus pœnitentiæ vel matrimonij in vno tpe: pōt se disponere i alio.

Operęprecium nunc est paucis colligere nonnulla dicta circa hāc distinctionem. Diximus confessionem esse de iure diuino. Nunq̄ em̄ tale iugum imposuisset ecclesia: nisi fuisset ex institutiōe Christi. & ad hoc sūt auctoritates euāgelij: & omnes theologi in hoc conueniunt. Periculosa aūt ē aliorum assertio: Apparati sc; & Panor. qa secundum eos p cōsuetudinem in oppositum potest abrogari & euerti confessio. Sed humano iure duntaxat homo obligat confiteri in pascha nisi in aliqbus casibus. Et licet Durand⁹ & aliquot alij asserant q; homo non teneat detestari peccatum suū etiam si plena memoria sui pcti sibi occurrat: sicut de confessione dicunt: ego tñ non auderem hominem sic excusare. & ratio est: qa licet confiteri sacerdoti vocaliter, sit positiuū diuinum: & pro hoc tempore, demonstrando pascha/positiuū hūanū: ad qđ nemo dicēd⁹ ē obligatus nisi hoc aliquo iure positiuo ostēdat: detestari tñ mortale pctm̄ cōtra deū cōmissum cū cōpleta illi⁹ notitia habeat: iudico esse de iure naturæ apd̄ sanū itellectū: saltē q; semel ipm̄ hō detestet nā si postea ei occurrat in via post detestatiōem p̄habitā: & nouerit q; ante detestatus est: nō constat q; teneatur iterato ipsum detestari quotiens sic occurrit. Si vero actū p̄teritū velit: vel ipso se oblectet: notum est ipsum peccare nouo pctō. Si aūt nolit ipm̄ cōmisisse: iā mereat si sit in gratia. si nec; nolit nec; velit: non audeo dicere q; peccet: p̄sertim cū iā ipm̄ alias rite detestat⁹ ē: & hoc nouit. Si aūt ex malo actu prouenit aliqđ bonū: vtputa optim⁹ filius extra matrimoniū genitus: non ē dolēdū de filio, sed solū de modo gñationis filij: licet ad ordinatā gñationē filij sequat filium esse. Non enim oportet ad nolle añs, nolle consequens. ¶ Cęterum confiteri oportet pprio sacerdoti: vel habenti facultatem ab eo. Propri⁹ sacerdos est sacerdos ordinarius: scilicet sup̄m⁹ episcopus: vel proprius & su⁹ episcop⁹, vel curatus, quē rectorē Britanni dicunt. An priuilegiati religiosi dicendi sint pprij sacerdotes, nec ne/ē delana caprina rixari. Nā sufficit i sentētia q; facultatē habeāt a pprio sacerdote. & dicere oppositū ē de solo noie cōtēdere. sat ē aūt ad cōfessionē cōdignā: siue confitens facultatē habeat: siue cōfessor. Sed cōfessio facta laico nullo mō ē sacramē

talis. nec valet argumētū. nō sacerdos dat facultatem sacerdoti audiendi cōfessiōes: sed nemo dat qđ nō hēt: ergo habet facultatem ꝓpinquā audiendi confessiones. hoc inquā nō valet. qa iurisdictionē hēt: & illā cōicat sacerdoti iurisdictionē nō habēti: q est sufficiens quo ad sacerdotiū. ¶ Præterea aliquam pctōr̄ ptittionē eē rōnabilē diximꝰ vtpote qñ occurrit hoi memoria mortalis peccati post confessionem factā cum indagine sufficiente p̄habita: item in reseruatione casuū: & tertio si est verisi'e q; ad cōfessionem peccati dabit propinqua occasio peccandi sacerdoti. tunc em̄ qñ pōt habere alius sacerdos, illud pctm̄ scandali generatiuū nō debet ei detegere: etiā si esset morti vicinus. Nā sicut confiteri vocaliter est diuinū p̄ceptū: sic est & pximū nō scandalizare/p̄ceptū vt recte dicit Altisiodor⁹, ante istud p̄ceptū de cōfessione. qđ i oi lege obligat. Et nō solū ē hoc verum in circūstantijs mortalibus: sed etiā in pctō qđ ex suo genere mortale est. Vbi adduxim⁹ de muliere habēte vnū pctm̄ carnis, dicit. Altisiodorus q; genus peccati ꝓpter deformitatem & sil'itudinē diaboli quā importat: horrorē potius incutit. & in fugā pcti quātū est de se inducit, q̄ puocet ad peccatū. Circūstantia vero non hēt illā sil'itudinē: nec incutit illum horrorē. Modus ergo faciendi vel circumstantia q̄ nō ē ipm̄ gen⁹ pcti: nō ē cōfitēda vt dicit: qñ scit sacerdos esse fragilis. Et hæc mulier confitendo genus non scādalizat sacerdotē: qa nō præstat ei occasionē ruinæ facto vel dicto minus recto, sed scandalizat se. mulier enim non dicit neq; facit nisi bonū. Vnde locū habet ibi illud euangelii. An oculus tuus nequā est: qa ego bon⁹ sum? Matthæi. xx. Sed dico q; genus peccati non incutit matorē horrorē sacerdoti q̄ circunstantia: imo pōt allicere sacerdotem ad peccandū nō secus ac circūstātia peccati. Propterea mulier in isto casu non debet pctm̄ cōfiteri: sed expectare idoneum cōfessorem. Intelligo si sit verosi'e q; scādalizabit sacerdos. nā si mulieri de hoc non constiterit: vel sit ei minus p̄babile: tenet pctm̄ confiteri siue scādalizet/siue nō Ratio. qa tunc ipsa non habet aliqd p qđ absoluat seu deobligeť a p̄cepto de cōfessiōe faciēda illi sacerdoti. Ex quo solui pōt q̄stio: an mulier a curato cognita debeat illi cōfiteri. ¶ Diximus p̄terea: quotiēs hō teneat cōfiteri. qbus addo q; toties tenet suptor ei⁹ eū audire in cōfessione vel ei aliū assignare. & nō pluries. Prior pars p̄bat: qa iterdū curat⁹ tenet audire suū subditū. & si nō qñ subditus tenet cōfiteri: nūq̄ tenet audire eū: & si semel in anno tenet audire subiectū qñ subiect⁹ tenet cōfiteri: semp ad hoc tenebit qñ alter ē obligatus confiteri: etiā si peste laboret. sed si in campis fuerit: pōt stare in aliquanta distantia ab ipso laborāte & aere infecto. Si aūt laborās sit i domo egredi nequiens: capiat sacerdos antidotū/acetū vel hmōi: & domū ingressus accedat ignē: alios domo ejiciēdo. Nō em̄ solū agit de positiuo p̄cepto cōfessionis laborantis: sed etiā forte eget cōsilio: qđ si non habeat dānabit defectu restitutionis vel huius modi. vel solus relictus desperabit. Si em̄ pro salute aiæ ouis suæ non laboret curatus: est mercenarius & nō verus pastor: aiam suā non ponens pro ouib⁹ suis: sicut saluator noster fecit. Scđa ps p;: qa dato oppositō curat⁹ obligabit ad ipossibile a m'tutudie subditor̄. Pręterea nullo iure ad hoc tenet. Forte dicis cū q̄busdam alium casum addentibus qñ curatus tenetur audire subditum: vtpote quando subditus nō pōt esse immunis a peccato nisi confiteat. Iam hoc i cludit in priore casu, quia talis subditus tunc tenetur confiteri: ergo nihil addit iste. ¶ Diximus præterea confessionem ficti esse iterandam. Nec excōicatus potest absolui a peccatis absolutione sacramentali cū nō sit capax eius: sed p contritionem potest se ab omni culpa exuere. Similiter quando est peccatorū partitio extra casus quos signauimus rationabiles: quos omnes posuisse putamus. Idem dico quādo nō est facta indago pręuia sufficiens de peccatis ante confessionem. sed vbi homo fecit indaginē peccator̄ quā iudicat rationabilem: non faciat conscientiam confidens in domino: & iudicet se fecisse sufficientē: iuxta notata in nona distinctiōe huius. Vltra ista siue pœnitentia/data sit obliuioni siue nō: hō nō tenet peccata iterare. Præterea loquutus sum de reseruatione casuum conformiter ad illa quæ in xiiij. distinctione huius diximꝰ de cōtritiōe, quō ipsa sola culpā tollit. Scđm mētem aūt doctoris subtilis tenentis q; p sacramētū pœnitētiæ cū attritione tollit culpa: nō ē ita facile rndere. nā cōfitendo inferiori sc; plebano nouē de eius foro: & decimū reseruatū qđ nō est de eius foro, videtur attritio cū sacramēto illic nihil facere: cū vnū nō sit de ei⁹ foro. Si dicas. tollit totā culpā. Cōtra. si oēs actus ei⁹ fuissent reseruati superiori: nihil abstulisset de culpa. Respondet. pōt ipse cōsequēter dicere q; culpa tollit cū attritione & sacramēto: si sint aliq̄ culpę de foro inferioris cōfessoris. ¶ Ex omnibus his patet: qs cōfiteri teneat/& cui: & qñ & de qbus: & q; ecclesia obligat sub pœna pcti occulta pctā detegere. Nullo mō em̄ placet aliorū assertio q; ecclesia non possit obligare ad actus interiores. nec multiplicanda sunt verba cū alijs dicentibus, hoc verum esse directe: tenendo eandem sentētiam. Et ex cōsequente seq̄tur nihil eē qđ Durād⁹ dicit i. xii. quæst. dist. xv. q̄rti. q; act⁹ exterior impediens attentionē celebrandi ē maius peccatum q̄ interior.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Distinctionis Decimęoctauę

¶Distinctionis Decimæoctauæ Quęstio Prima.

Magister in decimaoctaua distinctione & sequēte tractat de clauib⁹. & conformiter ad ea quę prosequit aliquot q̄stiones i hac distinctiōe ꝓponā. Primo q̄rēdo cum Magistro in capitulo q̄rto huius distinctionis: An sacerdos virtute sacramēti pœnitētię aliq̄d tollat de culpa. & qa in quartadecima distinctiōe sup hoc loquutus sum: paucis q̄stionē expediā. Secūdo ingram: qd possit clauis ecclesię i excōicatione. circa quā matertam triplicem proponere intendo quæstionem. Accedēdo ad primam: propositus est talis titulus quæstionis. An sacerdos euangelicus virtute sacramēti pœnitētiæ tollat aliq̄d de culpa. ¶Circa hanc quæstionem variæ sunt opintones. vna est Hugonis de sancto Victore libro secūdo de sacramentis: parte. xiiij. cap. viij. tenentis q̄ p contritionē obduratio seu excæcatio mentis, collata gratia tollitur: sed reatus æternæ damnationis sine cōfessione non deletur. & per consequens concedit q̄ aliquis est reconciliatus deo per gratiam: & nihilominus est filius iræ & æternæ perditionis: & ita est dign⁹ vita eterna: quā tñ ꝓ impedimentū debiti nō pōt sine confessione effectualiter consequi. quēadmodum & sancti patres deo gratissimi nullum habentes peccatum purgandum: cælestia regna ante precij exsolutionem ingredi non poterāt. Hęc opinio est multum irrationabilis: cuius refutatio facilis erit cuilibet intelligenti eam relinquendam Nullus em̄ est in gratia, quin si in ea decedat, tandem habebit gloriam. ¶Alia est opinio quæ tenet q̄ attritio cum sacramēto tollit culpam. hāc opinionem late recitauimus in. xiiij. distinctione & eam reprobauimus. ¶Tertia est opinio cuiusdam valentis theologi viuētis: qui in suo quarto tenet q̄ requiritur intensissimus actus voluntatis: & hoc idem tenet in suis Quodlibetis q̄stione quinta in tertio articulo: ponens hanc conclusionem. mortale peccatum nō remittitur adulto sine magno dolore intellectiui appetit⁹ puta voluntatis. Et respondendo ad quoddam argumētum dñi quodlibetarij, qđ est hoc. intensio seu augmentū est circūstantia actus non trahens i aliā speciē, vt manifestū est: nulla autem circūstantia quæ speciem nō mutat, potest actus conditionē in infinitum meliorem vel deteriorē facere. ergo si displicentia magna ꝓmeret peccati deletionē & grām: idem erit de quantūlibet parua displicētia: & ita quælibꝫ videt reponere ad statū grę. Ad hoc inquam argumentum respondēdo, in sentētia dicit q̄ licet actus paruus & magnus sint eiusdem speciei tā in genere naturæ q̄ in genere moris: tamen hoc non sufficit: cum vnus sit de ꝑcepto, scz magnus: & non alter, scilicet minor. Sed cōtra hoc arguit sic. vel requritur intensissim⁹ act⁹ voluntatis peccati detestatiuus ad quē aliqs homo pōt pertingere: & si sic: rudis qui non pōt hre illum intensissimum actū, non est i statu salutis. vel requritur intēsissimus actus quē iste potest habere: vel hoc est in optima dipositione ei possibili: vel in optima dispositione pronunc. Si primū sequtur ferme idem qđ prius. Si secundum, q̄rit quare hoc dicis, & qd te mouet: cū color auctoritatum in apparentiori materia hoc non concludat: vt supius diximus. Si dicas, requritur actus intensus, sed sufficit aliqs intensus gradualis citra summū: non potes illi⁹ assertionis dare rōnē Præterea arguit ad idem. sicut contra modū doctoris subtilis argumentatus sum. Q uslibet consensus deliberatus in materiā prohibitā sufficit ad peccandū: ergo qlibet dissensus quātūcūqꝫ remissus bñ circūstationat⁹ sufficit ad resurgēdū. Item quælibet dilectio det rite circunstantionata quātūcūqꝫ remissa sufficit ad ꝑpletionē ꝑcepti: ꝫ ꝑcipiat q̄ debeam⁹ diligere deū ex toto corde & tota mente. ¶Alius est modus dicēdi doctoris subtilis quē in. xiiij. dist. recitauimus, & refellim⁹. contra quē doctor iste i quarto in materia de pœnitētia sic dicit. Doctor subtilis qui omnium mitissime in hac materia loquutus est (vtinam tam vere q̄ pie). xiiij. distinctiōe quarti, quæstione. ii. art. ij. admittit pœnitentiam attritionē per oīa debite circūstantionatā tpe ꝑcedere ipsam culpę remissionē tā q̄ meritū cōgrui. addit. ꝓpter qđ deus in aliquo instāti termino tpis quātū de⁹ ad hoc ꝑfixerit, grām infundit. Sed certe sine fundamēto & absq; ratiōe est q̄ solus tpis tractus seu mora hoc efficeret vel mereret q̄ de⁹ suā grām infundat: qm̄ ex tēpore nihil bonitatis actui accrescit. Sed dico conterranei opinionē non esse mitissimā inter opiniones hic currentes. Et arguo tanq̄ examinator: q̄ istius doctoris opinio ē mitior: & hoc sic. Non requiritur nisi dolor intensissim⁹ voluntatis ad expiationem peccati: per dolorem autem debet itelligere actum peccati detestatiuum sed actus voluntatis facillime est i potestate voluntatis: nec requiritur continuatio illius actus p tempus, secundum eum. Præterea dico q̄ non sufficienter dicit cōtra doctorē subtilē vbi inqt. Sed certe sine fundamēto & absq; rōne ē q̄ sol⁹ tpis tract⁹ seu mora hoc efficeret vl' mereret &c. Nunqd ipse arguens dicit q̄ itēsus dolor sufficit ad remissionē pctōꝝ & nō remissus? quare alter nō dicit ita rōnabiliter q̄ requit aliqd tēp⁹: cuius medietas non sufficit ad hoc? Et apparentius obijcio. Nā multi diuturna ꝑce impetrant aliqd tam a deo q̄ ab hominibus, qđ prima fronte nō impetrant. Notum est apd oēm scholam q̄ act⁹ libere continuatus per magnū tempus est magis meritorius q̄ idē continuatus per breue tempus Hoc em̄ cuilibet theologo adeo ē clarum vt sua sione non egeat. Sed licet nunc in hoc, & in alijs materijs circa ittiū hui⁹ nouissimi quarti discussis pri⁹ q̄ ei⁹ quartū cōi pexissem aliter sæpicule opiner q̄ iste venerandus doctor: oia tñ eius discreti oni & iudicio relinquo. Modus aūt scholasticus ē & laudabilis vt qlibet libere dicat qđ sentit: honore tñ semper seruato tam apd maiores q̄ apd ęq̄les. alioqn theologum dedecet. ¶Alia ē opinio magistri in hac distinctione tenētis q̄ confessio sacramentalis nihil remittit quo ad culpā: sed de⁹ totam culpam remittit: & actus detestatiuus pctī meritorie siue tanq̄ meritum. de condigno/an cōgruo, non refert: quia hoc dependet ab alio ꝓblemate, An scilicet gratia concurrat ad illā detestationem in primo instanti quo infundit. Q uā sententiā insequtur Alexander Halēsis in quarta pte suæ summæ, & multi alij. Q uā & ego vbiq; seq̄r quia eam æquiorem iudico: & Augustinum & Hieronymo conformiorem. vt in litera Magistri quis intueri pōt. ¶Concludendo dico q̄ qlibet detestatio peccatorum propter deum recte circunstātionata quātūlibet remissa: in quātolibet tpe vel in instanti elicita, est sufficienter expiatiua pctōꝝ & detestatio requisit theologice loquendo. hoc ē si peccatum mortale deleatur: requit detestatio illius: vt in. xiiij. distinctione tam theologice q̄ logice prosequuti sumus. lege Magistrum in hac distinctione: qa in hanc sententiā sanctorum auctoritates eleganter adducit: & oppositum sonantes eluit.

¶Distinctionis Decimæoctauæ Quæstio Secūda.

Secundo circa hāc decimāoctauā distinctionē q̄ritur. An excōmunicatio excōmunicatū & alios excludat a communiōe mutua. Pro solutione q̄stiōis nota triplicem eē inter homines cōmunionem. Quædam est mere spiritualis & interior quantū ad charitatē & dilectionē, q̄ debet esse oim viatorum ad se inuicem: secundū quā ꝑceptum est vnicuiq; diligere proximū sicut seipsum: in qua virtualiter est tota legis adimpletio. secundū illud Apostoli ad Romanos. xiii. Q ui proximū diligit, legem adimpleuit. Secunda est cōmunio mere corporalis, in actib⁹ scz legitimis qb⁹ priuāt excōicati, q ponunt in hoc carmine. Os, orare, vale, communio, mensa negat. Os id ē osculum. nā moris est plerisq; natiōib⁹ vt cōgredientes sese osculentur, qui mos est crebertimus in vtroq; Britannoꝝ regno. & fortasse erat mos Christi & apostolorum. alioquin non videt quō Iudas post vltimā cœnā attētasset Christū oscu lari. Vel per os, oris locutio itelligit ne salutet. vñ btūs Ioānes i scda canonica. Si qs venit ad vos & hanc doctrinam non affert: nolite recipere eū in domum: nec aue ei dixeritis. Q ui em̄ dicit illi aue, cōmunicat opti⁹ eius malignis. Ex quo ptz q̄ non ꝓhibetur assurgere excōicato vel ei reuerentiā nutu exhibere. Orare, ne cū excōicato oret Cōmunio, in sacramētis. Mēsa, me cū ipso comedat aut bibat. iuxta Apostolū primæ ad Corin. v. loquentē de idololatris & huiusmodi vetandis Aliquæ tamen ꝑsonæ excipiunt q̄ licite cū excō municato loquūt: vt patet. xi. q. iii. cap. Q ñ mlt⁹. & in hoc carmine cōi cōphēdūt. Vtile/lex/humile/res ignorata, necesse. Vtile, cum qs debitū petit: nam excōmunicatū in iudicio cōuenire possū aliogn sua contumacia ei patrocinaret. etiā ob vtilitatē animæ excōmunicati: eum ad pœnitudinem reducēdo. & etiā prēmittendo alia tanq̄ viā muniētia: vt beniuolentia captetur. Sic em̄ efficacius concluditur propositū. sicut cū oculatus qſpiam aliquē conuenit: post colloqum quasi in ꝑtinentibus in oīn calce materiā q̄ est sibi cordi attingit: vbi primū in intentione est vltimum in exequutione. et si vnica vice vel bina hoc efficere nequeat, pluries pōt hoc attentare, si posse ꝑsuadere existimat. Lex. ſ. matrimoniū. q̄re vxor marito excōicato cōicādo & ꝑtra: ñ peccat. Hęc ei lex hūana de excōicato vitādo ñ pōt priuare quē piā a iure diuino seruādo. Vir aūt tenet vxori reddere debitū & cōtra. Si etiā marit⁹ vxori nō loq̄tur redderet ei contēptibilis. Hūle. ꝑ hoc famuli filij, & vasalli excusant per ius fort⁹ eos ad colloquendum & ad seruiēdū obligans. Res ignorata hoc est, si nō constet de excōmunicato. Q uō aūt cōstare debeat: postea elucescet. Necesse. Legi. n. necessitas non ē subiecta. vt si sim in regiōe vl' ciuitate siue cōfortio excōicatoꝝ, & cibū/potū/hospitiū/& cætera necessaria hre neq̄o: eis loquēdo nō pecco. Tertia ē cōmunio q̄ si media inter has duas. Primā aūt cōionē nō excludit excōicatio. nec vllus viator ab illa cōmuniōe excludēdus ē:

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum quilibet sit nobis proximus. Secūdā vero cōmunionē in sacramentis cū alijs/ excōmunicatio minor excludit.sic̄t secundā cōmunionē excōmunicatio maior tollit. Et dr excōmunicatio quasi extra cōem cœtum hoim positio vel separatio. Excōmunicatio aūt sine addito p maiori excommunicatione accipitur: & analogice minorē significat. vt habet de senten. excōmuni. capitulo vltimo. de q̄ vbiq; loqmur sine addito. & sic describit. ¶ Excommunicatio est cēsura ecclesiastica ratione mortalis contumaciæ hoiem priuās a societate humana & suffragijs generalibus sub debita forma quatenus ad cor redeat. Cēsura ecclesiastica est genus descripti. Reliquæ particulæ loco differētiæ ponunt. Dr (ecclesiasticæ) purus enim laicus non excōmunicat. Deinde excōmunicationis quatuor ponuntur causæ. Per ecclesiasticum ergo causa efficiēs intelligit. per mortalem contumaciam causa materialis,& obiectum excommunicatiōis. vt ad cor redeat, causa finalis. per certam formam tangit causa formalis: q̄ debet esse i scripto: vt patet. xi. q. iii. Audi. & i cap. Cū medicinalis. eodē tit. lib. vi. vbi dr. Quisqs igit excōmunicat: excōmunicationē in scriptis p ferat: & causam excōmunicatiōis exp̄sse cōscribat: ꝓpter quā excōicatio ꝓferat. Exēplum vero huiusmodi scripturæ teneat excōicato tradere intra mēsem si fuerit requisitus. Et licet nō sit aliqua forma determinata & p̄cisa verborum: tn̄ oportet q̄ forma exprimat consensum iudicis de p̄senti excōmunicantis: non autē de pterito vel de futuro. Nec sola intentio iudicis sufficit: sz̄ regritur expressio verborꝫ: alioquin ē nulla. quā obrem nō est temere ferenda. In definitione aūt minoris excōmunicationis ponatur (est separatio hois a sacramentis) sed hæc excōmunicatio minor non arcet alios ne communicēt etiam i sacramentis, cum excōmunicato minore excōmunicatiōe: sed ipm excōmunicatum prohibet a perceptione sacramentorꝫ seu communione: & ipse peccat sacramēta suscipiens: vel etiā alijs ministrās. vt dict̄ de cle. excō. vel inter. mi. cap. Si celebrat. Tn̄ reuera sacramēta dat/& absolutionem cōfert. Propter vinculū ergo excōicatiōis minoris nō expirat ptās absoluēdi. de sen. excō. c. Duobus. Quapropter excōmunicatus minor excōmunicatione debet suscipere absolutionē anteq̄ sacramenta det vel recipiat. Notanter sacramēta quia non peccat minore excōmunicatione mnodatus: absoluens a maiore excōmunicatione vl minore. Ratio est: qa in hoc non attrectat sacramēta aliqua: cū excōicatio nō sit sacramētū. Porro sic dicit Innocētius Tertius. Si celebrat minori excōicatione ligatus: licet grauiter peccet: nullius tamen notā irregularitatis incurrit: nec eligere prohibetur: vel ea q̄ ratione iurisdictionis sibi cōpetunt exercere. Si tn̄ scienter talis electus fuerit: eius electio est irritanda: eo q; ad susceptionē eorū eligitur, a quoꝫ p̄ceptione a sanctis patribꝰ est priuatus. Peccat autem conferēdo ecclesiastica sacramenta: sed ab eo collata virtutis non carent effectu: cum nō videatur a collatione: sed p̄ticipatione sacramentorum/q̄ i sola cōsistit p̄ceptione, remotus. Ista autem excōmunicatiōi abstractiue potissimum cōuenit: q̄ ē oratio ipsa excommunicatoria. Excommunicatio vero actiue accepta est homo excōmunicans: sicut passiue sumpta excommunicatus. Et licet ita sit metaphysice loquendo: ad hoc oculum nō flectas: sed ad illa q̄ requnt ad hoc vt homo sit iuste excōmunicatus: & ad intentionē loquētiū: & non verba te conuertas.

¶ Ex p̄libatis titulo quęstiōis pono conclusiones responsiuas: quarum Prima est Prælatis ecclesiæ collata est auctoritas excōmunicandi & hominem priuandi ab aliorum societate. ¶ Secunda conclusio. excōmunicatio non est ferenda nisi ꝓ mortali contumacia. ¶ Tertia conclusio. Sicut alij excommunicatū euitare tenent: ita excommunicatus tenet euitare alios. ¶ Prima conclusio probat sic. data est facultas ecclesiæ coercere incorrigibiles vt ad cor redeāt: hoc autem fit per iustam excommunicationem. Probat etiā hæc cōclusio Matth. xviij. vbi dicit Christus. Si peccauerit i te frater tuus &c. & paulo post. Si te nō audierit, dic ecclesię: quā si nō audierit: sit tibi sicut ethnic⁹ & publican⁹. Insup apostolus & p̄res sancti hac in primitiua ecclesia vsi sūt: & nō fecissent hoc sine ptāte sibi tradita. igit. Maior patet primæ ad Corin. v. vbi apostolus fornicatorē manifestissimū tradidit Sathanæ. & primæ ad Timo. i. Ex quibus est Hymeneus: & Alexander: quos tradidi Sathanę. Excommunicatos enim tunc torq̄bat dęmō: qa opus erat miraculis quę nunc non sunt necessaria pro ecclesię plantatione. sicut teneras hærbas nouo solo iseritas, quoad coalescere incipiāt: peritus hortorum cultor noctu aqua madefacit ad tēp⁹: quas post ea humori cęlesti & naturali relinqt. ¶ Secūda cōclusio ꝓbat. xi. q. iij. Nemo episcoporꝫ. Ille aūt ē cōtumax q̄ non paret vbi tenet. Et ꝓbat per locū a contrario sensu, ex verbo Christi Matthæi. xviij. Si ergo ecclesiam audierit non debet esse sicut ethnicus & publicanus. Item prælatus ecclesiæ debet more periti præceptoris in docendis iuuenibus, rem aggredi: primo leniter & māsuete eos monendo: & si proficiant, non sunt castigandi. Alioquin non erit peritus pastor: sed ille manus carnifex: q̄ statī itētat ꝙua verbera & ma

excōicatq minore excōicatiōe peccat dans vel recipiēs sacrā.

ximam pœnā. Excōmunicatio ergo est maxima pœna ecclesiæ. Vnde dict̄ mucro episcopi. xvj. q. ij. Visis. xxiiij. q. iij. Corripiāt. Præterea platus ecclesiasticus q̄ est medicus spiritualis: debet procedere more medici corporalis. sed imperit⁹ esset ille medicus: qui cū per dietam & cirupum, lentam tertianā febriculā posset curare: daret medicinas vehemētes patiētis alteratiuas in naturæ grauamē. sic imperitus foret medicus spiritualis si ꝓ alio crimine q̄ ꝓ cōtumacia excōmunicaret. Et perinde ac si quis muscas a frōte calui in æstate simulans abigere frangeret et frontē: sic facit prelatus quātū in se est inferēdo p excōmunicationē damna q̄ excōmunicato cōtingere solent: pro musca spirituali abigēda. Preterea Christus summo sacerdoti Petro instante passione dixit. Conuerte gladiū tuū in vaginā. qđ moraliter exponi pōt de excōmunicatiōe: q̄ est gladius spiritualis. Omnis ergo qui gladio percutit, gladio p̄ibit. hoc est qui temere excōmunicat, delinquit. Insup crebra excōmunicatio se subditis cōtēptibilem reddit: nā scđm sapientē, Qui nimis emūgit elicit sanguinē. Alia pars q̄ scilicet ꝓ contumacia mortali excōmunicatio sit inferēda, Probatur sic. Dyscoli & incorrigibilis maxillas oportet frēno cōstringere: quia clauū clauo retundere oportet: vt tandē edometur & rationi obtēperet. sicut scholasticus dulci monitione nō emēdatus, verberibus est afficiendus: & si inemēdatus perseueret: eius pœna erit alijs in metum peccandi. sicut ergo membrū tabificū & veneficū reliquorū membroꝫ infectiuū in corpore vero peritus chirurgus tollit, ne pars syncera trahatur: sic in corpore mystico chirurgus spiritualis facere debebit: ne reliquū gregem inficiat: quia vnica prana pecus inficit omne pecus. xxiiij. q. iij. Resecādæ sunt carnes putridę: & scabiosa ouis a caulis repellenda: ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant. Arrius in Alexandria vna scintilla fuit: sed quoniam non statim oppressus est: totum orbē eius flamma populata est. Quis autem id sit malum huic personæ, vtile tn̄ est toti multitudini: cuius iste est pars. ¶ Tertia cōclusio patet: quia contrauentes statuto p̄ceptorio ecclesiæ peccat. Insup peccat enetuans aut tollēs gladiū spiritualem & vltimū mucronem ecclesię de medio: contemnēs excōmunicationē est huiusmodi. igitur. Insup alloquens excōmunicatū peccat. & maior est causa in ipsomet excōmunicato. igitur. Et si nō fieret hic relatio æquipantię: parū prodesset si alius ꝓhiberet loqui cū excōmunicato: & nō econuerso: sed ipse tibi loqueret tota die. & sic esset irrisio excōmunicationis. ¶ Ex istis patet q; male agūt excōmunicātes pro leui causa, vt pro solutione pecuniaria vbi ęgre homo pōt satisfacere. ¶ Secūdo patet q; male faciunt citantes peremptorie vnico contextu triplicīter virū honestū: de cuius fuga nequaq̄ est timendū. Interdū ergo hoc faciūt ad petitionē partis & ꝓ leuibus causis Trina aūt monitio debet p̄cedere. di. xxij. Si qs episcopus. Nec debet ferri cū impetu: sed cū deliberatione & causę cognitione. xj. q. iij. Si episcopus. & cap. Seruetur. ¶ Tertio patet q; nullus ē excōmunicandus ab ecclesia maiori excōmunicatione nisi qui seipsum prius minore excōmunicatione excōmunicauerit: hoc est, nisi mortaliter peccauerit: & sic cōtumax sibi ipsi damnū infert & nō ecclesia: sed eū damnificatū auctoritati ue ostēdit. ¶ Quarto sequit. Si quis sit obligat⁹ sub pœna solū ad satisfaciendū pro debito in a. termino: & supueniat casus q; soluere nequeat: is coram deo non debet excōmunicari: siue excōmunicatio figatur in valuis ecclesię sancti Petri Romę, siue alibi. Et si ab hominibus excōmunicatus reputet: hoc non nocet ei ad vitā æternam nec ecclesia talē priuare intēdit suffragijs suis. & ita semp quādo ecclesia fallitur iudicādo aliquē contumacē, quādo non est. ¶ Quinto sequitur q; ecclesia in excōmunicatione non infligit pœnā excōmunicationis. vltimate sistēdo in pœna illa: sed ꝓ bono animæ: vt scilicet contumacem reducat ad viā salutis. sicut demonstrator ad impossibile, manifestū impossibile ab occulto euellit, vt ex euulsione consequētis manifesti impossibilis, occultū qđ in antecedēte latuit detegat. sicut deus superbū i scelera exprobrabilia sinit incidere, quatenus sua fragilitate cognita humilietur. & Apostolus primę ad Corinth. v. Iudicaui eū qui sic operatus est (vxorē sc; patris sui polluendo) tradere sathanę in interitū carnis: vt spiritus saluus sit in die dn̄i. i. iudicij.

¶ Cōtra p̄dicta arguit. crebro homo est excōmunicatus sine cōtumacia, vt patet si quis percutiat clericū. xvij. q. iiij. Si quis suadēte diabolo manus violentas iniecerit in clericū. talis ergo est excōmunicatus: & tn̄ non est contumax. ¶ Præterea. stat percutientē clericū non peccare mortaliter qui tn̄ erit excōmunicatus: ergo citra mortale quis est excommunicandus. ¶ Respondetur q; hæc contumacia potissimū requiritur in excōmunicatione ab homine lata. nec ꝓprie requirit cōtumacia ad hoc, vt quis excōmunicetur a iure vel canone: licet laxato vocabulo quis possit dici contumax, quia canonum violator. ¶ Ad aliud argumentū dicit q; nullus percutiens clericū est excōmunicatus, nisi clericū verberet vel in carcerē detrudat: vel ei nocumentū in quo mortaliter peccet inferat etiā in effectu

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam volens occidere ſacerdotē,licet tātū peccet quātū eū occidēs:pro ſolo tñ actu interiori nō eſt excōmunicatus. Ex quo patet q̄ ſi qs ex motu ſubito veniali percutiat clericū in naribus ad ſanguinis effuſionē:nō eſt ꝓpterea excōmunicatus. Secūdo ſequit q̄ ſi qs parū trāſgrediat̄ modera mē inculpatę tutelę percutiēdo vel occidēdo clericū inuadētē ſe:nō eſt excōmunicatus.qđ patet/ quia ſolū venialiter peccat:& ſi eſſet moderamē inculpatę tutelę,nō peccaret. De his aūt q̄ laudabiliter clericos percutiūt,loqui nō oportet:quem admodū ſunt clericoꝝ p̄ceptores & religioſorū parētes vel ſuperiores. De quibus ſunt carmina. Officiū/ſceluſq;/pater/doctorq;/propinqui⁹:Affectus/dominus/vis/& correctio ludus. Quiſquis expertus/ſi ſit moderamine rectus. Officiū.prælati & ſuperiorꝝ ad quos ſpectat inferiores caſtigare.& licet per laicos faciāt eos includi carcere: nulli tñ illoꝝ peccāt.de ſen.excō.c. Si clericus.libro ſexto. Scelus. Clericus ſi perturbet rē diuinā licet eū violēter eijcere. Reliqua ſunt clara. ratio oīm iſtoꝝ eſt,qa in his caſibus & multis alijs nō peccat mortaliter clericū pcutiēdo vel carcere includēdo.Et ꝓportionabiliter dicat in oibus.

¶Secūdo arguit. aliqua eſt excommunicatio iniuſta:& tñ illa eſt timenda & tenenda:vt dicit Gregorius. Et recitat. xj.q.iiij.cap.j. ¶Reſpōdet.dupliciter ſentētia dicit̄ eſſe iniuſta. Vno modo ſic eſt iniuſta vt ſit nulla. & hoc pōt cōtingere vel ex parte iudicis nō habētis iuriſdictionē in excōmunicatū,vtpote nō eſt de ſuo foro.vel p̄latus eſt excōmunicatus. Vnde excōmunicati/interdicti/ſuſpenſi a iuriſdictione nō poſſunt excōmunicare.xxiiij.q.j. Audiuimus.& de cōceſ.p̄ben.ca.Quia.& hoc ſiue p̄latus ſit occulte excōmunicatus ſiue publice.nā ad excōmunicādū requirit̄ poteſtas libera & non ligata.modo licet excōmunicatus habeat poteſtatē iuriſdictionis in aliquos:habet tñ eā ligatā.Eodē modo deſuſpēſo.qđ intelligēdū eſt de ſuſpēſione a iuriſdictione.Eſt em̄ q̄dā ſuſpēſio ab officio & nō ab exequutione iuriſdictionis . & eſt q̄dā ſuſpenſio ab executione iuriſdictionis,& non ab officio.& eſt ſuſpenſio ab vtroq;. Primo modo ſuſpēſus non pōt celebrare:poteſt tñ excōmunicare. Secūdo modo ſuſpēſus nō poteſt excōmunicare: poteſt tñ celebrare. Tertio modo ſuſpēſus neutrū pōt facere.Vel ex pte ipſius ſubditi poſt appellationē legitimā excōmunicati.Vel qa in excōmunicatiōe cōtinet̄ itolerabilis error.vt in ca.Pertuas.& in.c.Solet.titu.in quo ſumus. Intolerabilis error eſt qñ aliqd ſub vi p̄cepti continet̄ i ſentētia qđ cōmuniter vel in ſuo genere eſt peccatū. vt quādo Sortē excōmunicat quia eleemoſynā dedit:aut quia nō fecit illicitū.aut etiā excōmunicat me vt librū reſtituā quē dicit falſo me furto abſtuliſſe. aut excōmunicat me quia nō do ei capitiū meū qđ poſſum ei dare ſine peccato:ſed tñ non teneor. Si excōmunicatio ſit iniuſta his modis,vel aliquo eoꝝ ſic vt ſit nulla:nullo pacto eſt timēda:ſiue corā deo,ſiue coram hoibus. & hoc apud ſapientes & eos q̄ excōmunicationē noue rūt eſſe nullā:& corā ſolis talibus fugiēdū nō eſt ab eis. Signāter(ſolis)quia ſi fuerint aliqui ſuſpicātes me excōmunicatū,vel dubitātes : ſeruabo ſentētiā corā eis quoad eis perſuaſum fuerit me non eſſe excōmunicatū:ne videar eccleſię cōtemptor:& ad cautelā abſolutionē petā. Vnde dico q̄ ſicut ſupiorū oppreſſiones nō ſunt leges obligatorię,ſic nec eoꝝ excōmunicationes. ¶Alio mō pōt excōmunicatio eſſe iniuſta,q̄ tñ tenebit. hoc eſt:oīa eſſentialia excōmunicationis manēt: ſed aliqua ſolēnitas accidētaria p̄termittitur: vel mala circūſtātia inuoluit.puta fit ex ira vel inuidia vnius ptis vel nimia affectione alterius ptis. Ad hoc aūt vt actus ſit iuſtus: multa req̄rūtur. In ꝓpoſito requirit̄ q̄ cauſa ſit poſita: ſc3 quia homo eſt contumax. q̄ inferat̄ excōmunicatio propter finē debitū,puta p emēdatione hui⁹ contumacis: & vt ad cor redeat actualiter vel virtualiter:& q̄ nō inuoluat̄ aliqua mala circūſtātia cadēs in ratione obiecti.nā circūſtātia circūſtās nō vitiat actū bonū a bonitate morali, etiā ſi circūſtātia ſit moralis.Excōmunicatio aūt primo mō non eſt excōmunicatio.& nego q̄ illa teneat vel ſit timēda:quēadmodū homo pictus non eſt homo.Excōmunicatio vero ſcdo mō eſt excōmunicatio:ſicut malus homo ſimpliciter eſt homo. In prima acceptione eſt diuiſio vocis i ſua ſignificata.In ſecūda:ſupioris i ſua inferiora. Primo mō iniuſte excōmunicatus nō priuat̄ orationib⁹ eccleſię.Ratio eſt:qa reuera non eſt excōmunicatus:ergo nec eccleſia triūphans nec militans intēdit ipm priuare orationibus ſuis: vt i corollarijs diximus.immo quādo qs eſt iuſte excōmunicatus,& pœnitet de ſuo facto: & q̄rit abſolutionē mediis ſufficiētibus,non priuatur ſuffragijs eccleſię:licet teneatur euitare aliorū ſocietatem quo uſq; abſoluatur.

¶Tertio argumentor.Petat Titius a Sēpronio a.ſummā pecunię corā officiali ſancti Andreę:quā dicit ſe mutuo tradidiſſe Sēpronio.& ponatur q̄ nihil dederit,adducat tñ viros Belial Sortē & Platonē habitos in exteriore homine bonos,qui teſtant̄ p Titio. tūc dñs Hugo officialis excōmunicabit Sēproniū ſoluere recuſantē: Sēpronius i iſto caſu nō teneť vitare ſocietatē fideliū:cū cōſtet ſibi q̄ iuſte ſit excōicatus.

¶Reſpōdetur p ꝓpoſitiones. Prima eſt. Maior eſt fides habenda teſtibus q̄ Sēpronio:& Hugo iuſte excōmunicat:qa facit alijs qđ facere teneť, & cōformat ſe cōcluſioni hui⁹ ſyllogiſmi practici. In quēlibet cōtumacē ferēda eſt ſentētia excōmunicationis: Sēpronius eſt huiuſmodi.igitur. Aſſentir̄ licite antecedēti & bonitati cōſequētiæ: ergo & cōſequēti licite aſſentir̄. Secūda ꝓpoſitio Sēpronius ē iuſte excōmunicatus.patet ab actiua ad paſſiuā. Tertia ꝓpoſitio. Sēpronius debet ſe ſeparare ab alijs,& alij ab eo:ac ſi ex omni pte eſſet iuſte excōmunicatus.de alijs nō eſt difficultas cū credat eū eſſe iuſte excōmunicatū & iuſte accuſatū.q̄ ipſe ab alijs ſe debeat ſepare/ patet: alioquin reputabit̄ cōtemptor eccleſię & eos ſcandalizabit.nec debēt ei ſoli credere dicēti oppoſitū vbi teſtes ſunt oīm exceptione maiores. Quarta ꝓpoſitio. Si Sēpronius fuerit in ſolo loco in quo ſunt teſtes & actor:non teneť ab eis ſe elongare.patet:qa ipſis conſtat q̄ corā deo nō eſt excōmunicat⁹. Sed ſubdubitabit Sēpronius quid facturus ſit.quare ponit̄ Quinta ꝓpoſitio.cū ſit inter Scyllā & Charybdim,elōget ſe a Scylla,appropinquādo Charybdi.nā e duob⁹ malis min⁹ eſt eligēdū. Conſideret nocumētū qđ poſſet pati ex ſolutione pecunię,& iacturā quā patiť iterim ex pte excōmunicationis: & minus pœnale accipiat.vt ſi pecunia ſit parua:vel ipſe multū diues ſoluat.ſi ecōtrario,non eſt opus ſoluere.ſi æqualiter ponderet,erit ei optio.

¶Quarto argumētor. Titius excōmunicatus inſequit̄ Platonē: & Plato p te teneť eius ſocietatē vitare:ſemp igit̄ inſequente Titio in campis neceſſe erit Platonē currere p terrā inultā:quia in recto itinere opponit ſe Titius excōmunicatus. Inſup eſt aliqua diſtātia itra quā homo peccat manendo cū excōmunicato:& aliqua in qua nō eſt peccatū ꝓpter longitudinē: vel dat̄ minima diſtātia ꝓpe excōmunicatū in qua non peccat̄.& tūc ſedēs in extremo illius diſtātię non peccaret:ſed mouēs digitū, excōmunicatū verſus,erit excōmunicatus:vel articulū pedis parū mouēs: quia iā habebit aliqđ mēbrū infra punctū in quo peccat̄. Si des maximā diſtātiā i qua peccat̄: idē erit mouēdo pedē p granū miliſ,qđ nō erit peccatū.& pone vnū pūctū extra illud pūctū:& aliud infra:quid erit? Itē videť: q̄ quanto homo magis accedit tanto peccatū erit maius.& ſic volēs appropinquare:magis & magis peccat & ſucceſſiue elongans, minus & minus peccat. ¶Reſpondeť.ſufficit viro facere qđ in ſe eſt ad fugiēdū ab excōmunicato,& roget eū vt abeat: & ſi alius proteruus noluerit,nō peccat.Non em̄ eſt intētio eccleſiæ in illo caſu ipm obligare. Ad aliud.tranſeat q̄ eſt ſtatus,& da minimā ꝓpinquitatē in qua nō peccat̄:vel maximā in qua peccat̄ Sed ſtat⁹ debet iudicari cōſilio prudētū:ſicut frequēter in ꝓpoſito cōtingit dubiū.vt ſi Sortes in uitet excōmunicatū ad prādiū,te inſcio:te exiſtēte i principio prādij & excōmunicato ſupueniēte & aſſidēte i extremo,vel in alia mēſa vicina:vel ipſo ſucceſſiue tibi appropinquāte in eadē mēſa prudētū eſt interp̄tari intētionē eccleſiæ qñ ſit ligamē:qñ vero nō.Quādo aūt qs eſt i latitudine ꝓpinquitatis in qua peccat̄:nō oportet q̄ quāto magis accedit: tāto plus peccet. vt ſi ſit tibi vetitū mihi appropinquare ad duos pedes: qñ intra latitudinē venis,peccas.ſed nō augeť peccatū cōtinuo appropinquādo. Si qs aūt fingat ſe alloq excōmunicatū vt eū corrigat:ſed de hoc parū curat:vel eſt ipſi veroſile q̄ nihil ꝓficiet exōicatus ſuis monitis:is ſe illudit & non eccleſiā.ſecus eſt vbi homo poſſit alīū corrigere: & hoc ſit ei verū ſimile. ¶Quinto argumētor.ducat Sortes Bertam ficte i facie eccleſię:& poſtea vere Tebergā. eccleſia Sortem excōmunicabit:vt Teberga relicta Bertę adhęreat:& tñ nō peccat mortaliter manēdo cū Teberga:imo ad hoc teneť. ergo aliqs eſt iuſte excōmunicandus ſine peccato. Ad hoc argumētū reſpondebit infra in de matrimonio. ¶Sexto argumētor.aliqs facit vnū actū alioqn licitū niſi eſſet ꝓhibitio ſub pœna excōmunicationis: & ignorat ꝓbabiliter illā pœnā latā: & tñ eſt excōmunicat⁹.ergo male dictū eſt. ¶Reſpōdeo.ſi ita ſit vt argumētū aſſumit:nego q̄ vllo mō ſit excōicatus:cū nullo mō peccet vbi actus nō eſt iure diuino vel nature malus, ſed pure licitus. Faciēs em̄ ignorāter illū actū nō peccat:& p cōſequēs nō eſt excōicatus. Vlterius dico q̄ licet homo peccet i actu peccati vbi eſt ſentētia excōmunicatiōis ab inferiori q̄ papa:nemo tñ incurrit ſentētiā excōmunicationis qui habet ꝓbabilē errorē illius ſentētię.hoc patet expreſſe in.c. Vt animarū.de cōſti.li.ſexto.Nā erat illic mētio de furto,qđ etiā lege diuina ꝓhibeť: & tñ ignorātes & furantes non erāt excōmunicati.vt dicit pōtifex Si vero factum ſit ꝓhibitū iure diuino: ſpm faciēs contra ꝓhibitionē papę: licet pœnā neſciat, eſt excommunicatus.

Circa hanc materiā proponā aliquot q̄ſtiūculas. Primo q̄ritur quis ſit effectus excōmunicationis. Reſpōdetur. duo ſunt effectus eius. Primus eſt ſeparatio a diuinis. Secūdus eſt ſegregatio a conſortio fideliū in humanis actibus. Per primū membrū excōmunicat⁹ ab ingreſſu eccleſiæ ad diuina officia audiēda ſecluditur:excepta ſola p̄dicatione quā audire poteſt:qua finita tenetur ſtatim exire.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Excludit ista excōmunicatio a generalibus eccle sie ſuffragijs:ita vt ex intētiōe eccleſiæ generalia ſuffragia q̄ fiūt generaliter ꝓ oībus fidelibus, ad eos nō extendātur,poteſt tñ quis in priuato deū orare vt excōmunicatus ad cor redeat. Suſpēdit ab officio & beneficio:& reddit hominem inidoneū ad electionē tam actiuā q̄ paſſiuā. Inſup priuat eccleſiaſtica ſepultura:qđ patet de atrociter ꝓcutiente clericū in veſte clericali incedentē. ſed ſi barbā nutriēs aliter incedat:ignorās nō eſt excōmunicatus.de ſentē.excōmu.c. Si vero.licet faciat qđ iure diuino ꝓhibitū ē. Dico tñ q̄ iſte nō magis peccat q̄ ſi nō eſſet excōmunicatio.qđ ꝓbo:qa eſt ei ignorātia inuincibilis more theologorū loquēdo:vel ꝓbabilis error more canoniſtarū: ſed talis ignorantia excuſat a toto:peccat tñ cōtraueniēdo legi diuinę.& cū rē a deo ꝓhibitā fecerit:nō eſt excuſatus a pœna lata a canone quā neſcit. Si aūt ſciuit hāc eccleſię ꝓhibitionem:vl ex ignorātia culpabili neſciuit:magis peccat. Et quādocūq; excuſat q̄s ne excōmunicet vel grauius peccet:a fortiori excuſat colloquēs. & hoc patet ꝓ primū mēbrū.nemo em excōmunicatur expers peccati.nō peccat ergo vetula loquēs cū percutiēte clericū:neſciēs excōmunicationē propterea latā.ipſa em illā ius neſcit,nec ſcire tenet. Si vero q̄s fuerit dubius an talis ſit excōicatus, nō oportet ab eo fugere corā aliis quouſq; vlterius doceat.aliq̄n vtū infamię de qua nō conſtat,notabit. Quo ad aliud mēbrū:tenetur ſe ab aliorū conſortio ſegregare,niſi in caſib⁹ ꝓmiſſis.

¶ Secūdo q̄ritur: an vniuerſitas poſſit excōmunicari. Reſpōdet Innocēti⁹ Quartus,q̄ nō.ca. Romana eccleſia.de ſentētia excōmunicationis. lib. vj. tñ licet excōmunicare oēs cōmittētes culpā. Ratio nō eſt,quia eccleſia non eſt ſuppoſitū:qa hoc nō requirit ad cēſurā eccleſiaſticā,vt patet de iterdicto.nec valet ratio aliorū q̄ talis excōmunicatio includat oppoſitū in adiecto:qa (vt dicūt) excōmunicatio eſt ſeparatio a cōmunione omniū hoim:nō aūt ſui. ſi autē excōmunicet vniuerſitas: ſeparat a cōmunione hominū,& nō ſeparat a cōmunione ſui. Hęc inquā ratio nihil valet.quia licet ſi iudex dicat,excōmunico vniuerſitatē Pariſiēſem:excōmunicatio ſit nulla:ſi tñ dicat, excōmunico oēs de vniuerſitate Pariſienſi q̄ fecerūt a.crimen : ſecunda excōmunicatio tenet:& eſt licita. & ſi de facto q̄libet illoꝝ ſit excōmunicatus:quilibet tenet vitare aliū:& quilibet ſeparat ab alio:quēadmodum vnus excōmunicatus tenet fugere alium. Licet em cōmunitatē aliquis poſſit iuſte excōmunicare:tñ nō licet excōmunicare ſub forma cōmunitatis:quia tunc innocētes includerētur.& hoc niſi conſtaret de vna parua cōmunitate q̄ oēs eſſent nocētes. Alia pars patet:quia iſtos iudex poteſt excōmunicare:& hi ſunt vel poſſunt eſſe cōmunitas:ergo cōmunitatē iudex poteſt excōmunicare.minor eſt nota. Et licet poſſit defendi q̄ totum ꝓ ſe ſit tertia entitas ab oībus ſuis partibus diſtincta:nulla tamen eſt apparentia de toto per aggregationem.

¶ Tertio dubitatur:quis poſſit excōmunicare,& ſoluere. Ad priorē partē dubitationis dicit:q̄ oīs eccleſiaſticus nō excōmunicatus nec ſuſpēſus:habēs iuriſdictionē coerciuam (ſic em appellant) poteſt in ſuos ſubditos ferre excōmunicationis ſentētiā,etiā inuitos. Probat. aliquis talis poteſt excōmunicare:& æqua eſt ratio in oībus:ergo quilibet talis poteſt excōmunicare. Multifariā aūt quis cōſequit iuriſdictionē in aliū.quandoq; ex cōmuni iuris diſpoſitione, vt ordinarij in ſibi ſubditos.quādoq; ex ſpeciali cōmiſſione,vt legati & commiſſarij.nonnūq̄ ex cōſuetudine, vt ſacerdotes parochiales in furto & rapinis excōmunicāt. Cōſuetudo em dat iuriſdictionē ex delicto, vt ordinarius habet iuriſdictionē in alienū peccātē in diœceſi ſua: qualitercūq; em quis habeat iuriſdictionē in illū: in hoc eſt eius ſuperior. Ex iſto ſequit q̄ laicus nō pōt excōmunicare in ſenſu cōpoſito:nec ſupior pōt excōmunicari ab inferiori inquātū huiuſmodi: nec par a pari:nec idē a ſeipſo:qa non eſt ſupior ſeipſo. ¶ Ad ſecūdā partē dubij reſpōdet:q̄ q̄libet ſacerdos poteſt excōmunicatū minore excōmunicatione abſoluere:ſiue ſit proprius, ſiue cōmiſſarius,ſiue ſit excōmunicatus ꝓticipando cū excōmunicato excōmunicatione maiore:q̄ interdū eſt venialis:interdū mortalis,ſi ſit in mortali. Sed maiore excōmunicatione innodati a iure & non a iudice,interdū conditor canonis abſolutionē ſibi vel alteri reſeruat:& tūc ali⁹ abſoluere nequit: vt eſt de percutiēte clericū. xvij.q.iiij. Si q̄s.qđ intelligo qñ mortaliter peccauit:& niſi fuerit puer/mulier/religioſus/ſenex/ī cauſa mortis/delicatus qui infirmo cōparat/ pauper/ qñ nō pōt ire tpe belli ſine periculo vitę,qñ eſt dubium de excōmunicatione,famulus vel filiusfamilias viuēs cū alio in ſodalitio,qui crebro poſt ludum incidūt in pugnā:vt habet de ſentētia excōmunica.ca. Ex tenore.oīno in fine. Nonnūq̄ conditor canonis non reſeruat ſibi abſolutionē. & tūc (vt exiſtimo) poteſt abſoluere ſacerdos ꝓprius, epiſcopus,vel curatus q̄ pōt abſoluere a peccato ꝓ quo lata eſt ſentētia excōmunicationis a iure:ſcđm Innocētiū Quartū in ca. Nuper.& communiorē opinionē.cui alludit cap. Nuper.quam etiam ſequitur Hoſtienſis.& placet mihi illa ſola

quæ quemadmodū eſt cōmunior: ita & rationabilior:cū excōmunicationes ſint multū rigoroſę. & hoc niſi epiſcopus ſibi vel alteri abſolutionem ſpecialiter reſeruaſſet ꝓ rationabili cauſa. Si vero fuerit excōmunicatio lata ab homine:poteſt abſolui ab eo qui eā tulit:quia q̄ poteſt ſoluere,pōt & ligare,& econtrario. xxiij.q.j.c. Si Petrus. Idem poteſt ſuperior i hoc,vel eius ſucceſſor: vt Innocentius Octauus abſoluit Venetos a ſe & Sixto Quarto excōmunicatos. & ab Alexādro Sexto dñs Ioannes Picus abſolutus eſt:qui ab eodē Innocentio excōmunicatus erat. Archiepiſcopus tñ nō poteſt abſoluere a ſentētia excommunicationis epiſcopi/ſuffraganei/aut aliorū inferiorū:quia q̄uis ſint de ſua prouincia: tamē nō ſunt de ſua diœceſi. ca. Romana.& ca. Venerabilibus.de ſen.excōmunica.li. vj. niſi cōſuetudo ſit in contrariū:vel ad eum appellatū fuerit. Et licet epiſcopus non debeat abſoluere excōmunicatū ab archidiacono vel inferiori eius : quia iuriſdictionē non ſeruat ſuis ſubditis.de ex. ꝓla.c.ij. tñ ſi attentet abſoluere:abſoluit de facto,quia ordinarius eſt totius diœceſis. de offi.or.ca. primo. Item tales officiales dicūtur vicarij epiſcoporū. de offi.archi.cap. j.& hoc niſi ex cōſuetudine habeat archidiaconus vt a ſe excōmunicatus non poſſit ab epiſcopo abſolui.de officio archi.c. Dilecto. Si quis aūt in a.diœceſi excōmunicationē a iure incurrat:& ſe ad b.diœceſim trāſferat: pōt abſolui ab epiſcopo vel curato b. diœceſis.non aūt abſolui pōt ab excōmunicatiōe ab hoīe lata. In iſtis em humanis iurib⁹ ꝑeminētiā ſeu ſupioritatē dātibus,multū cōſuetudo facit:q̄ leges humanas interꝑtatur:& nūc ſolidat,nūc eneruat.

Diſtinctionis Decimæoctauę Quęſtio Tertia.

Tertio circa hanc diſtinctionē q̄ritur/An omnis participās cū excōmunicato mortaliter peccet. ¶ Pro ſolutione q̄ſtionis ponūtur cōcluſiones.quarum Prima eſt. Participās in crimine cū excōmunicato ꝓ quo lata eſt excōmunicatio:cōſentiēdo crimini tali,cōſulēdo/ſuppetias ferēdo/ vel inſtigando ad hoc faciendū:mortaliter peccat.probatur:quia conſentit in peccatū mortale: vel ad ipſum perpetrādū cooperatur: ergo mortaliter peccat.patet antecedēs:quia maiore excōmunicatione mulctatur. per ca. Nuper. de ſentē. excōmunica. vbi dicitur:q̄ cōmunicans ſciēter nominatim excōmunicato in crimine,ei conſiliū impēdendo,auxiliū,vel fauorē:qa ratiōe damnati criminis delinquere videtur in eū qui damnauit:a b eo vel ſuperiore, merito delicti erit abſoluēdus: cū factēntē & conſentiētem par pœna cōſtringat. & in cap. Si cōcubine. eiuſdē titu. dicit. Non eſt dubiū ſentētia maioris excōmunicationis inuolui qui poſt latam ſentētiam cōmunicāt in eodem crimine criminoſis.& potiſſimū ſi ſine tali ope vel ſuggeſtione tale crimen nō cōmitteretur aut continuaretur. ¶ Secūda cōcluſio.communicans cū excōmunicato maiore excōmunicatione in diuinis vel in alio mortali q̄ illo pro quo lata eſt excōmunicatio,peccat mortaliter: & hoc ſi deliberate cōmunicet. circa præcepta eñ decalogi vt cōmuniter tenetur:ſunt actus veniales:ergo hic a fortiori. Q̄ nullꝰ talis ſit excōmunicatus,patet:quia nullo iure eſt cautū. Signāter dicitur (excōmunicato maiore excōmunicatiōe) quia colloquens cū excōmunicato minore excōmunicatione non excōmunicatur:& excōmunicatio non tranſit in tertiam perſonā. Et quia hęc concluſio ab omnibus conceditur:non eget externo teſtimonio. ¶ Tertia concluſio.communicās cū excōmunicato maiore excōmunicatione in aliis actibus legitimis,vt ſalutando,colloquēdo,ſolum venialiter peccat: niſi cōmunicet contra præceptum ſuperioris expreſſum:ſecundum illud vulgare,mitius agitur cum lege q̄ cū miniſtro legis.ff. de arbi.l. Celſus. vel in contemptū clauiū vl iudicis:puta eſt ei veriſimile q̄ ex ſuo colloquio contemnētur claues:quo non obſtāte non abſtinet. Excipio ſemper caſus in quibus ꝑcepto alio fortius ligante homo licite loquitur: puta ꝑcepto diuino vel naturę: quę obligant hominem ad colloquendū cum excommunicato. quorum aliqui in q̄ſtione præcedēte notati ſunt. Probatur hęc concluſio. Non eſt veriſimile q̄ ꝓ vnius culpa eccleſia vellet ferre ſententiam mortalis peccati in multitudinē innocentem ad collo quēdum ꝑcipitem. quēadmodū diſtin. xxxviij. huius dicetur de tranſgreſſione ſtatutorum religionis. Præterea ſcribitur de ſenten. excō. cap. Q̄ in dubijs. q̄ illi qui nominatim excōmunicatis præſumptuoſe participant præter perſonas exceptas niſi ab eorum participatione cōmoniti forte deſtiterint:ſunt excōmunicandi. ergo ante monitionem non peccarūt mortaliter. Alioquin poſſent excōmunicari propter communionē habitam ante monitionem. Et habetur etiam alibi q̄ cōmunicans in humanis cum excōmunicato non poſſit excōmunicari niſi prius fuerit ter monitus. videlicet in ca. Statuimus.& in cap. Conſtitutionem. eo.titu.libro.vj. ergo ante monitionem participando in caſibus non permiſſis non eſt peccatum mortale. Si vero poſt trinam

Universidad de Deusto
Biblioteca

monitionem qua ſpecialiter noiatim ꝓhibeť, in himōi ꝑticipet:peccat mortaliter ꝓpter inobediētiā & contumaciā mādati ſibi ſpecialiter ſignificati:& tūc poterit excōmunicari. Sed Remūdus & Gofridus tenēt oppoſitū:dicētes hanc poſitionē blādiri peccatoribus. Sed licet hoc dicāt, nihil probāt. & tñ magna requirit ꝓbatio ꝓ opinione nō veriſimili:qualis eſt hęc quā afferūt. Etiā hæc cōcluſio quā poſuim⁹, apud Canoniſtas & theologos multo cōmunior eſt contraria.

¶ Sed cōtra tertiā concluſionē arguitur ſic. ex ea eneruatur rigor excōmunicationis. nā hoies venialē noxā incurrere non formidāt. Pręterea hæc participatio eſt cōtra legē diuinā a Chriſto inſtitutā: ergo eſt peccatū mortale. antecedēs patet Matthęi. xviij. dicēte Chriſto. Si eccleſiā nō audierit:ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. cū qbus cōmunicādū nō eſt. Idcirco nāq; Phariſęi Chriſtū reꝓhenderūt cū publicanis māducantē:licet imperite: quia ꝓ eorū ſalute cū eis verſatus eſt. ¶ Ad primū negať antecedēs. timorati eñ viri formidant deū offendere venialiter: quia veniale non eſt cōmittendū ab aliquo, etiā ꝓ quocūq; bono tēporali, vel ꝓ mortali in alio euitādo. non timorati vero nō retrahūtur ob mortale nec veniale. Ad ſcdm dicť q; illic ꝓhibeť ꝑticipatio cū infidelibus in diuinis:nō aūt in humanis. vt patet. j. ad Corinth. x. vbi Apoſtolus ait. Si qs infidelū vocat vos ad cœnā & vultis ire: oē qđ vobis apponiť māducate:nihil interrogātes ꝓpter cōſcięntiā. vbi Apoſtolus nō ꝓhibet cōmunicare cū gētilibus i cibo: ſed dicit cauēdū eē a ſcandalo puſillor. Similes auctoritates ſi inueniātur intelligunť de cōmunicatione i diuinis vł in crimine: vel de cōmunicatione cū excōmunicato in actibus legitimis:ꝓ quā veriſimiliter eneruatur excōmunicatio & mucro eccleſię.

¶ Dubitatur:quę certitudo excommunicationis regrať ad fugiēdū excōmunicatū. Reſpōdeo ex concluſis in concilio Conſtātienſi: cuius tenor ad verbū ſequiť. Ad euitādū ſcandala & multa pericula q̄ conſcięntijs timoratis cōtingere poſſunt:Chriſtifidelibus tenore p̄ſentiū miſericorditer indulgemus:ꝓ nemo deinceps a cōmunione alicuius, ſacramētor; adminiſtratione vel receptione, aut alijs qbuſcūq; diuinis ītus & extra ꝓtextu cuiuſcūq; cēſurę aut ſentētię eccleſiaſtice, a iure vel ab hoie generaliter ꝓmulgatę, teneať abſtinere, vel aliquē vitare, aut interdictū eccleſiaſticū obſeruare:niſi ſentētia vel cēſura huiuſmodi fuerit illata cōtra ꝑſonā, collegium, vniuerſitatē, eccleſiā, cōmunitatē, vel locū certū, a iudice publicata vel denūciata ſpecialiter & exꝑſſe: conſtitutionibus apoſtolicis & alijs in contrariū facientibus non obſtātibus quibuſcūq; ſaluo ſi quē ꝓ ſacrilega manuū iniectione in clericū ſententiā latā a canone adeo notorie conſtiterit incidiſſe, vt factū nō poſſit aliqua tergiuerſatione celari:nec aliquo ſuffragio excuſari. nā a cōmunione illius licet denūciatus nō fuerit: volumus abſtinere iuxta canonicas ſanctiones. Q đ vide in pragmatica ſanctione Gallica. ca. de excōmunicatis non vitādis:addente etiā de interdicto & alijs pœnis canonicis. Vbi ſolū habes duo genera hominū vitanda. Primū, quādo aliquis eſt a iudice publicatus & denūciatus expreſſe:hoc eſt publicatio eſt in ciuitate de pœna canonica, loco ſeu parochia excōmunicati, in publica miſſa populoſa, ſermone, vel in alio actu frequentato per populū:aut ꝓ affixionē ſentētię in locis publicis denūciata. Denūciationē aūt poteſt facere ordinarius, licet non excōmunicauerit: quia ſuū officium eſt excōmunicatos denūciare. xj. q. iij. Curę. Expreſſe, nomine ſcilicet proꝓrio expreſſo, vel nominatim. nō enim dicitur quis nominatim & expreſſe nominari niſi eius proprium nomē explicetur. Et in iſtis odioſis non eſt recedendum a propria ſignificatione vocabuli niſi de mente cōſtet. vt in ca. Statutum. de elec. lib. vi. niſi circūſtātię ſint ita expreſſę & ſtrictę: vt ex toto importent vices ꝓprij nominis. facit pro hoc. l. ij. ff. de lib. et poſthu. Secundū eſt:quādo licet quis non ſit publicatus & denūciatus pœnę canonicę ſubiectus:tamē ita notorie in excōmunicationis ſententiam cognoſcitur incidiſſe percutiendo clericum: vt nulla poſſit tergiuerſatione celari. Si autem ſcias aliquem excōmunicatum: & probabiliter tibi conſtiterit de eius abſolutione:non amplius eſt tali iudicio ꝓbabili durante fugiendus. Ratio eſt:quia tu es poſitus inter duo præcepta, quorum alterū ſcilicet excōmunicatio eſt pœnalis. ad alterum itaq; declines.

¶ Diſtinctionis Decimęoctauæ Quęſtio Quarta.

Veriť quarto. vtrū cōmunio cū excōmunicato ſit de lege diuina, an humana prohibita. Reſpondeo. Probabilior videtur pars illa q; cōmunicare cū excommunicato in diuinis ſit contra ius diuinū:quia excōmunicatus eo q; eccleſiā audire cōtemnit eſt ab eccleſia ſeparatus. & intelligo de excōmunicatione ab homine lata iuſtiſſime inflicta:in qua eſt ꝓprie cōtumacia. ſi aūt aliquis eccleſiā audire noluerit: tā q̄ ethnicus habēdus eſt:ergo fugiēdus in diuinis:niſi ꝓ baptiſmo qui in caſu paruulo eſſet neceſſarius. puta q ſtatim eſſet moriturus, & nemo occurrit ad eum baptizandū niſi excōmunicatus. ſed fidelū & infideliū idololatrarū nulla poteſt eſſe cōmunio in diuinis. ij. ad Corith. vj. Quę aūt cōuētio Chriſti ad Belial? aut q̄ pars fideli cum infideli? Qui aūt conſenſus tēplo cū idolis? Infideles eñ indigne tractāt diuina, & cōtra deū. quia Matthęi. xij. ſcribitur. Qui nō eſt mecū contra me eſt. ergo cum agāt cōtra legē diuinā: & eis excōmunicati cooperētur: hi de iure diuino ſunt euitādi. Inſup ſuſcipiēs Euchariſtiā ab hæretico letalē habet effectū:hoc eſt peccat cū ipſo in ſacramēto Euchariſtię ſumēdo. vt dicit. xxiij. q. j. c. Subdiaconus. in fine. verſiculo. Alia vēro ſacramenta, vt ſacri corporis & ſanguinis dñi excōmunicationis vel reconciliationis ſi ab hęretico vel catholico nō ſacerdote miniſtrētur: vel nullū vel letalē habebūt effectū. Secus ē de baptiſmo, vt Auguſtinus dicit in libro de vnico baptiſmo. Iſtud idē cōtineť eadē cauſa & q̄ſtione. ca. Si qs. & i vltimo capło eiuſdē. q. & cauſæ, laudať Armigildus rex a beato Gregorio q̄ noluit Euchariſtiā ab Arriano epiſcopo acciperei nō obſtāte q; ſciret ſe indignationē paternā incurſurū: ob quā in infirmitate a patre iuſſus eſt occidi. Pręterea metus non excuſat ptcipantē in diuinis cū excōmunicato maiore excōmunicatione a mortali. vt patet i cap. Sacris. de his q̄ vi met. ve cau. fi. vbi Romanus pōtifex dicit q; metus non excludit prorſus culpā ſed attenuat:rationē aſſignās: quia ꝓ nullo metu debet qs peccatū mortale incurrere. igiť illa decretalis ꝑſupponit q; cōmunicās excōmunicato peccet mortaliter:qđ cōmuniter exponiť de communicāte in diuinis. Sed ſi eſſet lex humana, nō ligaret in neceſſitate. qđ patet. xj. q. iij. cap. Q ñ. ex Gregorio ſeptimo caſus excipiēte in quibus cū excōmunicato colloquēs nō peccat: iter quos de timore & neceſſitate loquiť. Et ſi ꝓpter neceſſitatē famis euadendę poſſit homo emere vel dono petere ſi opus ſit, cibum ab excōmunicato: quāto fortius licebit cum eo loqui gratia mortis imminētis euadēdę? quia ad opa multū difficilia ſuperogationis neminē eccleſia ſine culpa ꝑuia cogere pōt: veluti ad votū caſtitatis perpetuę, vł ingreſſum Carthuſię. qa diceret de eis illud Matthęi. xxiij. Alligant onera grauia & importabilia & ꝑonūt in humeros hoim: digito aūt ſuo nolūt ea mouere. ſed non ptcipare cū excōmunicato in caſu quo homo vitā amitteret vel magnā ptē rerū ſuarū, vel enormiter ląderetur: eſt multū difficile: ergo ad hoc eccleſia obligare nō pōt. ſecus eſt de iure diuino obligāte hoiem crebro ad martyriū. Sed dices, & ita dicēdū reor, hoc eſſe ꝓpter contēptū legis. ſicut boni illi Machabęi nolebāt comedere carnes ſuillas nō obſtātibus oīb⁹ minis Antiochi, & morte crudeliſſima intētata. ſcđi Machabęor; vj. quia fuit i legis cōtēptū: & vt lege Moſaica relicta ad idololatriā ſe conuerterēt. & tñ ſi fuiſſent i extrema neceſſitate famis, & fuiſſent in occulto nihil habētes niſi carnes ſuillas, eas comedendo interpretati fuiſſent legē: quēad modū Matathias & filij eius reſtiterūt i ſabbato. Sic pōt contingere de cōtēptu legis humanę. vt ſi quis excōmunicatus minetur vtro niſi ſecū loquatur: ſe eū occiſurū: is poteſt pati mortē poti⁹ q̄ cōmunicet cū excōmunicato: quia hoc eſt in contēptū clauis eccleſię: ipſe tñ ne moriatur pōt ſumere cibū ab excōicato licite, & ei dare: quia iſtic non agitur directe in cōtēptū clauis. Quicquid tñ ſit: eccleſiā ſuſpicor non intēdere in ſua lege ꝓhibitoria excōmunicationis obligare quē piā ad hęc onera difficillima, vt ꝓ morte euadenda quis non poſſit excōmunicatū alloqui: ſi non agatur directe in contēptū clauis eccleſię. ¶ Sed hic dubitať quomodo non licebit mihi loqui cū excōmunicato diœceſis Meldenſis, cū ego Pariſienſis non ſim dño Meldenſi ſubditus? Reſpō deť. hoc eſt ꝓ legē ſuperioris ſc; Romani pontificis ꝓhibētis colloquiū cū excōmunicato, vt patet in cap. Si qs preſbyter. vij. qu. j. & iiij. qu. v. Quiſquis.

¶ Ex omnibus quæſtionibus huius materię colligitur quid ſit excōmunicatio maior & quid minor: & q; ꝓ ſola contumacia mortali ē inferēda ab homine: nā ſi quis audit eccleſiā: quare erit ſicut ethnicus & publicanus? Interdū etiā excōmunicatus non plus peccat q̄ non excōmunicatus: qđ patet de duobus, quor; vnus ſolum habet actū interiorē & alter interiorē cū exteriore. Iſti eñ æqualiter peccāt: & tñ vn⁹ eſt excōmunicatus & non alter. Pręterea diximus q; aliqua eſt excōmunicatio iniuſta & nulla: & illa nō eſt timēda coră deo nec coră hoibus qui hoc nouerunt: niſi accidat ſcandalū aſſiſtētiū, putantiū hominē contēnere eccleſiā. Excōmunicatio tñ iniuſta habēs eſſentialia excōmunicationis: hoc eſt non irritata a iure, eſt timēda. ꝓ cap. Si celebrat. de cle. ex. mi. Excōmunicatus aūt minore excōmunicatione eſt ineligibilis ad qđcūq; beneficiū eccleſiaſticū cōſequēdū. & ratio eſt ſcđm pontificē in lītera: q; ad ſuſceptionē eor; eligitur a quor; perceptione a ſanctis patribus eſt ꝓriuatus. Et hoc etiā habetur. xj. q. iij. Excōmunicatos. & c. Cum excommunicato. & iij. q. iiij. Engeltrudam. nec poteſt miniſtrare ſacramenta. Non credo tamen verum quod dominus Innocentius dicit in dic. cap. q; exiſtens in peccato non poteſt eligi in

Universidad de Deusto
Biblioteca

prælatum.nec valet argumentū q̄ est eadē ratio legis in istis positiuis.sic em̄ cōfunderetur status hierarchicus.& contra hoc est.c. Sicut.de iureiuran.& ca. Archidiaconum Florentinum.lxxxv. dist.Nec vllo pacto placet distinctio Panor. q̄ hoc est verum in peccato graui vel leui.in leui (dicit) homo facile resurgit. Hoc inquam non valet. nam etiam in graui homo potest facile resurgere. & confunderetur status hierarchicus ob incertitudinem prælati. vbi autem pontifex nō irritat contractum in positiuis,non est extensio. ¶Vlterius dictum est q̄ aliquæ personæ colloquētes animo deliberato cum excommunicato/ nullo modo peccant.excusantur em̄ ab obligatione excōmunicationis:puta admittūtur ad colloquia & conuictū humanū,extra diuina, per ali quod ius fortius ad oppositū trahēs. vt vxor tenetur reddere debitū marito: & filius obedientiā patri:quia hoc est de iure nature & diuino. Similiter si ego debeā Sorti pecuniā in a.termino: debeo ei soluere in a. termino,nō obstāte q̄ sit excōmunicatus.& ita in innumeris casibus occurrētibus,quos prudentis epicaia/materia occurrēte interpretari habet. Item dictū est q̄ crebro peccat in excōmunicatione lata ab homine: vbi triplex monitio nō p̄cedit cū interuallo dierū:sed vnico edicto & contextu triplici,peremptorie vtro honesto non fugitiuo excōmunicatio infligitur.In super crebro excōmunicant agricolę & alij artifices quos oportet vendere boues & sua instrumēta p̄ pecunia habēda cū magna calamitate & penuria:cū ratio naturalis p̄ istis pauperibus suggerat diuersum.hanc sane excōmunicationē nō intelligo:quomodo em̄ pauper teneat vēdere sua instrumēta:immo cogatur dispergere familiam ad soluendū debitū opulento viro: nō obstante quacūq̄ excōmunicatione? Etiā diximus nō excusatos participātes in diuinis cū excōmunicato,a peccato mortali:in alijs aūt actib⁹ legitimis solū venialiter delinquitur. ¶Sed vt intelligas: quādo participans cū excōmunicato est excommunicatus:animaduerte:q̄ aut excōmunicatus cū quo quis participat,est excōmunicatus cū dātibus opem/consiliū/vel fauorem.& sic si participet in eodē delicto,siue anteq̄ sit excōmunicat⁹, siue post ad ip̄m faciendū vel continuandū:ligatur eadē sententia excōmunicationis cū principali factore,& ab eodē iudice pōt absolui. Aut talis nō est excōmunicatus cū dantibus cōsiliū,auxilium,vel fauorē, & sic si quis cū excōmunicato participet in consulēdo,vł opē dando,anteq̄ ille crimē cōmittat ,pter qđ ē excōmunicatus,mortaliter peccat instigans ad mortale:sed nō excōmunicatur.si autē cōmunicauerit cū excōmunicato post crimen damnatū, dando et auxilium vel fauorem: ligatur eadē excōmunicatione cū excōmunicato:& ab eodē potest absolui.per ca. Nuper.& ca. Concubinę.de sentē.excōi. Item si sciam alterū istoꝝ (demonstrādo duos) esse excōmunicatū:neutrū scīendo esse excōmunicatū (qđ est possibile) neutrū eoꝝ euitabo separatim cū de neutrius excōmunicatione mihi cōstet . tñ eos coniūctos,hoc est eoꝝ binariū,euitabo:quia scio alterū istoꝝ esse excōmunicatū: licet neutrū sciam excōmunicatū. ¶Pręterea nullus nō peccans per actū,excōmunicationē ꝓbabiliter ignorans,est excōmunicatus:siue feratur a papa/siue ab inferiore:& a fortiore hoc ignorās cum illo loquēs.nec faciens scīēter opus malū:probabiliter ignorans excōmunicationē esse latā ab inferiore a papa,est excōmunicatus. cap. Vt animarū.de consti.lib.vj. Secus est de Romano pontifice vt illic dicit glossa. Propterea percutiēs scīēter clericum/licet nesciat se esse excōmunicatū:ē excommunicatus. Si vero abutatur alter vestibus & tōsura:ita vt ꝓbabiliter ignoretur clericus:percutiēdo eū q̄is contra ius diuinū agā:nō sum excōmunicatus. Rursus si quis cogat inuitū aliquem alloqui excōmunicatum,sub pœna carceris vel sub pœna mortis,non est excusatus a culpa: qa tyrānus hoc facit in contēptū ecclesię:potius aūt est toleranda mors.nec tūc est præceptū seruare suā vitā illa via.vt liquet ex ca. Sacris. superius inducto.si vero non fiat in contēptū legis: tenet homo suā vitā seruare,loquēdo cū excōmunicato,petendo se trahi extra puteū:vel q̄rendo opē ab eo vt liberetur a tyrāno. ¶Insup aliquis a iure potest excōmunicari/& a iudice ꝓ eodē crimine: vel ab vno de a.crimine,& ab alio de b.crimine: vel a plurib⁹ hominibus.& requiritur omniū illarū excōmunicationū absolutio vera vel ꝓbabilis ad hoc vt homo innocenter cū illo loquat. Per secundā tñ excōmunicationē homo fortius alligatur extra ecclesiā q̄ per primā. sed quo ad suffragia ecclesię æqualiter ꝓ quatuor,vel vnam excōmunicationē ejcitur.sicut ejectus ab ecclesia materiali ꝓ vnū vel quatuor passus,æqualiter est extra ecclesiā.sed si quatuor funibus innodatus sit quos oēs oporteat dissoluere anteq̄ tēplū materiale ingrediatur: quo ad illud est peius. Oēs em̄ illos nodos retexere oportebit anteq̄ templū ingrediatur. Potest quis etiā absolui inuitus:hoc est pœna canonis potest ab excōmunicato tolli ipso nolente:licet nō culpa. Ratio est:quia sicut illa pœna fuit inuito inflicta:ita potest ab inuito tolli.quēadmodū rex pœnā vltimi supplicij inuito ꝓ homicidio potest remittere: non autē culpam pro qua, vel per quā homicidiū est perpetratū. ¶Cū autē ad hominū arbitriū/excōmunications sine numero augeātur:de his theologū

loqui nō oportet.refert nāq; Ioannes Gerson in de vita spirituali aię:lectione quinta : se audiuisse q̄ Vrbanus quintus gloriabat se in Romanū pōtificem electum ob eam p̄cipue causam/ q̄ nullis cēsuris ecclesiasticis esset amplius innodadus.ex quo pulchre infert cācellarius. Si hic Vrbanus quintus ꝑximos vt seipsum dilexisset , & aduertisset: relaxasset fortasse tot laqueos,tot onera,tot picula ab eorū ceruicibus:vt aliquali etsi nō pari libertate gratulari potuissent. Postremo patet multos decedere excommunicatos & predestinatos: si fecerint ad sui absolutionem quod in se est.

¶Distinctionis Decimænonæ Questio Prima.



Væritur circa decimānonam distictionē: An sacerdos possit vti claue in quolibet. Pro solutione q̄stiōis notabis : q̄ oēs transferentes/ secundū aliquā similitudinē trāsferunt . sicut igitur ostiū matriale claudit & aperit:sic sacerdos euangelicus ꝓ potestatem sibi traditā claudit & aperit peccata in cōfessione detecta. & ꝓpterea dicitur habere claues: & claues dicunt esse in ecclesia. In lege autē Mosaica nō erant huiusmodi claues:quia dant ad aptionem regni cęlorum:qđ ante Christi passionem non aperiebatur:sed pręcesserunt dūtaxat in figura. Officium em̄ sacerdotum legaliū in tribus erat videlicet claudendo, & aperiendo mundis & imūdis materiale templū secundū ritum legis:in oblatione sacrificiorum & sacramētorum legaliū:& in mundatione aliquarum irregularitatum quę ocurrebant secundū legē. In primo / videlicet tēplo secundum duplicem sui partem/scilicet sanctum/ & sanctum sanctorum, p̄cessit figura ecclesię secūdum duplicem sui partem,militantem & triūphātem. In secūdo/scilicet in sacrificio/ figurabantur sacramenta nouæ legis respondētia. In tertio,scilicet in mūdatione irregularitatum figurabat peccatorum remissio.

¶Sed q̄ res sit clauis:dubiū est iter sapientes:aliquibus dicentibus q̄ clauis est potestas,& character sacerdotis. Et hic dicēdi modus est beati Tho. Durandi,& satis cōis. Alijs ponentibus claues esse respect⁹,& plures eē claues. Sed difficultas est potius metaphysica q̄ theologica: cum omnes conueniant/in quem effectum possit sacerdos euangelicus : sicut superius diximus de baptismo,q̄ baptism⁹ est aqua.aliter alij dicerēt: in hoc tamen cōuenimus q̄ baptizatus vno mō/ est alio modo baptizatus,nisi aliunde accidentaliter differamus. Sed quia indignum est educato i philosophia:qualis est theologus : nescire de qua re loquatur/ more pstitaci:propterea dicam qđ in hac parte censeo dicendum. Istæ claues non distinguuntur a sacerdote vel signo sensibili quo ordinatur/nec potestas ordinis . Probat sic.vel clauis est respectus distinctus a fundamento : vt aliqui existimant:& hoc non.quia nulli tales sunt:prout supponitur:& suppositio ferme ab omnibus huius academiæ admittit.Nō enim est ponenda pluralitas/vbi paucitas sufficit sine multiplicatiōe rerū.primo physicorū.Vel est character:& hoc non ordo em̄ nō potest dici character:quia est sensibile signum:cum sit sacramentum. Augustinus nā q̄ ponit signum sensibile in definitione sacramēti.vt in capite quarti dixim⁹.modo quælibet species debet includi sub genere.Item si anima p̄ byteri cum charactere ponatur in corpore Platonis laici:forte non haberet has potestates.igit cū non videat quid rationabili⁹ dici possit q̄ sacerdos:ponamus esse sacerdotem: insinuādo signū exteri⁹. ¶Sed cōtra illud argumētor.Matthæi.xvj.Christus dixit Petro & successoribus eius.Tibi dabo claues regni cælorū:ergo sunt plures:& sacerdos est vnus.igitur. ¶Præterea istę potestates realiter distinguūtur.qđ patet:quia diuersis tēporibus dātur/nunc presbyteris:& primo Christ⁹ in cœna ordinauit apostolos sacerdotes:& dedit eis potestatem suum corpus consecrandi.Lucę.xxij.post resurrectionē vero dedit eis potestatem absoluēdi. Ioannis.xx.Cum igitur diuersis temporibus dētur:possunt abinuicem separari:ergo realiter distinguūtur. ¶Ad primum.etiam vnus sacerdos est plures res:sic & verba,calix,& hostia:totum enim est suę partes:& sic de virtute sermonis sunt plures. Sed hæc responsio est sophistica.dico igit q̄ licet clauis sit plures res : non tñ est plures claues: sed est plures:id est potest in plures effectus.sicut aia vocatur plures potentiæ/quia potest intelligere & velle: & tamen intellectus est voluntas. Similiter Sortes habet duos grad⁹:scilicet in theologia & in iure pōtificio:sed q̄ res est gradus? vel quam entitatem acquirit quando est fact⁹ magister? nullam opinor:sed nunc potest præsidere publice:& prædicare in vniuersitate Parisiensi:& non ante. sic cum aliquis effectus est magister in artib⁹:potest artes docere Parisijs:& non ante. Et dicimus. iste habet duos gradus:licet gradus sit realiter homo(vt dicunt)graduatus.sed in hoc est dissimile q̄ vnum est constitutio humana:& oppositū potest fieri ab homine.nō autem in nostro casu. Ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

isto patet q̄ clauis fuit anteq̄ fuit clauis: sicut rex fuit anteq̄ fuit rex. intelligenti nāq; logicā & fundamentū/res est lucida. eiusmodi em̄ ꝓpositiões non intelligentibus logicā videbuntur extraneæ. ¶ Ad aliud. nō habet colorē: vt patet de duobus gradib⁹ succesiue acq̄sitis. licet em̄ theologia sit habitus vnus vel plures: tm̄ doctoratus in theologia est theologus. Dirige argumentū tuum contra illud magisteriū in artibus: & doctorat⁹ q̄ successiue acquirit̄. hoc est homo successiue suscipit has denominationes. Sed dicis. si successiue dentur hę potestates: aliquis posset consecrare corpus Christi qui non potest audire cōfessiones: vt apostoli ante resurrectionē. Similiter si episcopus diceret nūc requisita ad hoc vt aliquis cōsecret corpus Christi verum: nullam auctoritatem dans super corpus Christi mysticum: talis erit semisacerdos solum. Hoc argumentum equaliter cōtra oēs currit: quęcūq; positio teneat. Propterea pro oīb⁹ respondetur q̄ talis non est complete sacerdos: & non cōcludit aliud nisi q̄ possit esse separatio vt in gradib⁹ exemplificauimus. & q̄ aliquis possit consecrare qui non potest audire confessionem. hoc aūt concedo in illo casu. Sic em̄ fuit de Iuda qui accepit potestatem sup corpus Christi verū in vltima cœna: & nō sup corpus Christi mysticū quia se occidit ante illam potestatem datam.

¶ Et ꝓmaiore intellectu potestatis: animaduerte tritam hanc distinctionē. Quædam est potestas auctoritatiua: quędam excellentiæ: & q̄dā ministerialis. Pria deo cōuenit. Scda Christo homini. hoc est secundū humanitatē. Tertia p̄bytheris. ¶ Potestas ecclesiastica sic definitur. est potestas a Christo collata supernaturaliter & specialiter suis apostolis & discipulis & eorū successoribus legitimis secūdū leges euangelicas. Potestas est genus: quæ cuilibet cui est potētia, cōpetit. Ponitur (specialiter) propter fidem, spem, & charitatem: cōuenientes omnibus Christifidelib⁹. Si ponas nullū in mundo nisi sacerdotes: vane obniteris in istis definitionibus q̄ dant̄ ꝓ respectum ad res vt sese habent. Potestas ecclesiastica diuiditur in duas species. Quædam enim est ordinis: & illa rursus diuidit̄ secūdum numerum ordinum: sed de sacerdotio loqui potissimum propono. Alia ē iurisdictionis: id est ferendi ius. iurisdictio em̄ est legis ꝓmulgatio: vel potestas dicendi ius. Et iterū potestas iurisdictionis scinditur. Quædam enim est potestas cognoscendi in foro interiore in peccatis: discernēdo lepram a non lepra peccati: sicut sacerdos Mosaic⁹ de lepra materiali cognoscebat. & hæc vocatur clauis scientiæ. Clauis autē scientiæ nō ē actus vel habitus sciētificus: vt magister putat inquiens. Heu illiterati hāc clauē nō habēt. licet ille requirat̄ de necessitate ministri ad hoc vt digne id est sine peccato exerceat/si se ingerat i illud officium. hoc est: requiritur vt sciat illa q̄ suo officio incūbunt. sed est in re ipsa potestas. Alia ē potestas iurisdictionis ferendi sententiam & iudicandi in foro interiore: quæ vocat̄ clauis potentię quia est priore principalior. & prior ad hanc ordinatur. Ex istis tm̄ non sequit̄ distinctio illarū clauium in re, sed solum i ratione. quēadmodū vnū officium aliud præsupponit ad hoc vt digne fiat. Istæ enim claues fundantur in charactere sacerdotali non sicut relatio in fundamēto/more aliorum loquendo: sed illū præsupponūt tempore vel natura de lege, sicut ars præsupponit materiā. Alia est iurisdictio in foro exteriore: quæ non ita proprie vocatur clauis: cum characterem sacerdotalem non præsupponat. Non sacerdotes enim, vt officialis, archidiaconus & cæteri excommunicāt & absoluunt & disponūt ad vsum clauium: cum mediante ecclesia militante ad triumphantem p̄ueniatur. Absolutio nāq; ab excommunicatione est præuia ad hoc vt quis absoluatur a culpa. & quia ad eā disponit: non decet vt persona quæ nō potest promoueri ad ordines/ excommunicet & absoluat. Et propterea mulier nec excommunicat nec absoluit. de ma. & obe. capi. Dilecta. & de pœ. & remis. cap. Noua. licet abbatissa habeat auctoritatem corrigendi monales. Ex his liquet q̄ aliqua est potestas ordinis tm̄: vt consecrare corpus Christi verum. Aliqua iurisdictionis tm̄. vt excommunicare. Aliqua vtriusq; ponit materiā vt absoluere in confessione. Clauis autem potentiæ absoluit a culpa ministerialiter, sed de⁹ auctoritatiue. ministerialiter inquam declarando q̄d sit peccatum, quid non peccatum, quid restituendū, quid tenendum. & diminuit partem pœnæ: & cū hoc confertur gratia pœnitentialis. Nam de ratione cuiuslibet sacramenti est cōferre gratiam, si nō ponatur obex.

¶ Istis ꝑlibatis animaduerte duplicem esse positionem ad quæstionis titulū respondendum. vna est vicini nostri domini Armacani libro vndecimo ad Armenios: quā tenet Durandus probabilem. Et pondus positionis in hoc cōstat. quilibet sacerdos si attentet absoluere quēcūq; peccatorem pœnitētem/eum absoluit licet peccet propter prohibitionem ecclesiæ. vt comedens bis i die quo est ieiunādū/reuera comedit: sed peccat propter ꝓhibitionem ecclesiæ. sed alius est absolutus supposito q̄ nesciebat confitens prohibitionem: nec scire tenebatur. Si vero sciat, vel sit ignorantia vincibili: iam non est capax absolutionis cum sit in mortali. sicut degradatus peccat cōsecrando si sciat prohibitionem ecclesiæ: sed reuera consecrat. Vult dicere q̄ prohibitio non est de iure diuino: sed solo canonico. ¶ Alia est positio rationabilior quā ferme oēs tenent alteri oppositā: quā teneo cum alijs. Et ꝓbat̄: q̄a de pœni. & remiss. ca. Omnis. & ca. Si episcopus. de pœniten. & remis. lib. vj. dicitur q̄ nulla consuetudine introduci potest vt quis possit eligere confessorem præter licentiam superioris. sed contra quamlibet legem humanā consuetudo p̄scribit: ergo est de iure diuino. Item sentētia a non suo iudice nō tenet: & similiter si a suo, & sit vnus casus reseruatus. sed illic curatus nō est sacerdos eius: nec ab illo absoluere potest. Et istud est rationabile ne sit confusio in ecclesia: nam si cuilibet dare̅ passim facultas alium absoluendi: multi se a confessione subtraherent. Ex isto patet q̄ nō est idem in pœnitentia & in alijs sacramentis. In baptismo nāq; sufficit minister, baptizandus, intentio, & aqua. ītē degradatus cōsecrat corpus Christi: & episcopus degradatus dat ordines: licet non det ordinū exercitionem. pœnitentia autem est sacramentum iurisdictionis. Secundo patet hanc consequentiam esse nullā: quilibet panis triticeus siue possessus a sacerdore siue non/potest ab eo cōsecrari: ergo q̄libet peccator pōt ab eo absolui: semp loquendo in sensu cōposito. cōstat em̄ i sensu diuiso q̄ sim plex sacerdos potest absoluere: imo laicus potest absoluere. Tertio sequit̄ q̄ licet requirat̄ volūtas pœnitentis ad hoc vt absoluatur: tamen illa non sufficit. nam potestas ordinis habet materiā in potētia ꝓpinqua/quēcūq; panem triticeum siue possideat siue non: neq; extendit̄ neq; restringitur: in pœnitentia vero non sufficit peccator: sed requiritur q̄ sit subditus. Nec datur noua potestas sacerdoti ꝓ hoc q̄ habet populū subiectū: sed solū datur ei vsus potestatis suæ. sicut dans latomo vel fabro materiā in quā agat/facit eum vti arte sua: & si auferatur sacerdoti materia per suspēsionem ab officio, degradationem, vel reseruationē vnius peccati: iam non tollitur ab eo potestas: sed auferatur materia in quā agat.

Sed cōtra istud argumentor. q̄libet in extrema necessitate potest absoluere quēlibet. sed essentia sacramentorū non mutat̄ ꝓpter quācūq; necessitatem. Insuper cōfessor papæ papam absoluit: & tamen non habet super eum iurisdictionē. ¶ Ad primum concedo assumptū: quia est intentio papę vel ecclesię in illo casu dare cuilibet p̄bytero iurisdictionē in casibus reseruatis & non reseruatis & excōmunicationibus. de senten. excōmu. cap. Eos. libro. vj. de furtis ca. Fures. Et per glossam i cap. Pastoralis. de officio ordinarij. ita vt non oporteat amplius de illis confiteri: vel ad alium recurrere, etiam si sacerdos sit hęreticus, excommunicatus: vel ab ecclesia precisus dū modo alius haberi non possit. Et sic soluit̄ secūdum. papa em̄ cōmittit confessori suo iurisdictionē. nā cum sit homo infirmitate circūdat⁹ vt alius: eget absolutiōe. nemo enim ab hac excipitur. & dat facultatē se absoluendi alteri: quēadmodū facit curatus sancti Stephani qui se in cōfessione subijcit sacerdoti simplici. ¶ Tertio arguit̄. ex illo sequit̄: si aliquis non habens titulum in beneficio/audiēs confessiones toto triennio: tādem expellat̄/cognitus non habere verum titulū: q̄ subditi teneātur iterare confessionem totius triennij: qđ est incōueniens. patet consequentia: quia non erat curat⁹ eorum i rei veritate. nam in foro litigioso coram iudicibus æquis curam perdit. ¶ Respondetur. si iste de quo est sermo sit sacerdos & in possessiōe/& per superiorem confirmatus: licet legitime non obtinuerit beneficium: nego sequelā. ratio est: q̄a putabatur sacerdos, & superior dedit illi facultatē absoluendi. & si superior immediatus contradicat iniuste/modo verum ius habeat confessiones audiendi: sufficit: quia vtitur iure proprio: & sufficiēter absolut/supposito q̄ reputet superior. Si vero non sit sacerdos vel intrusus: concedo q̄ ei cōfitens teneatur iterare confessiones: sed toto tempore intermedio pœnitēs fuit excusatus: q̄a erat ei ignorantia inuincibilis. Et si quis fuerit confessus sacerdoti non suo: ratihabitio proprij sacerdotis non facit confessionem priorem valere. cuius ratio est: q̄a nulla ratihabitio facit sacramētum/ qđ fuit nullū/valere. huius autem nō est simile si episcopus ordinet alienum/ponens spem in ratihabitione proprij episcopi: quia episcopus ordinās vere ordinat: & characterē ordinum vere ministerialiter imprimit: & verum sacramentum confert: licet proprius episcopus contradicat: nec vllo pacto ē postea reordinandus. nam ratihabitio illic nō cōfert ordinem: sed ordinis exequutionē/quā prius non recepit: nec est de essentia sacramēti. ratihabitio autem retrotrahitur: & mandato comparat̄ q̄n solo mādato res a principio agi potest. Si vero nō episcopus ordinaret: ratihabitio papę nihil operaretur. ¶ Quarto arguit̄. Sacerdotes absoluunt se mutuo: & tamen nullus illorū est alteri subiectus. igitur. Respondeō concedendo maiorem negata minore: quia habent facultatem præsumptam & tacitam. superiores enim sciunt & vnanimiter tolerant: & rationabiliter frequenter communicant: quia laicis sunt prudentiores. ¶ Ecce quomodo in ecclesia sunt claues: & quomodo opinio domini Armacani & Durandi est minus rationabilis, q̄ quilibet sacerdos ex institutione Christi possit quēlibet absoluere: sed q̄ non possit indifferenter omnes absoluere: hoc ꝓuenit (vt ipsi volunt) a iure positiuo humano prohibēte. Nos autem cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

vulgari via ex determinatione pontificis dicim⁹ esse de iure diuio q̄ nullus sacerdos possit absoluere quemptā peccatorem nisi sibi subiectū.& ista subiectio esse potest quando confessor est ordinarius eius:quæ subiectio cōfessori ratione dignitatis vel beneficij conuenit:qualis est potestas episcoporum & curatorum qui facultatem aliis cōcedere possunt. sed sacerdotes iferiores facultatem habentes/ non possunt vlteriorē facultatem aliis sacerdotibus tradere: nisi curatus daret suo vicario(vt plerūq; fit)plenas vices quo ad sacramēta cōmunicanda ac si p̄sens esset:tunc enim ille vicarius facultatē talem dare potest aliis sacerdotibus ad sacramenta cōmunicāda ac si curatus p̄sens esset:& facultatē dare potens/eque bene illā cōmunicat simplici sacerdoti/ac illi qui exequutionē habet.Et ratio est peremptoria:quia in consecratiōe cuilibet sacerdoti traditur clauis potestatis,q̄ est facultas ligandi & soluendi in foro interiore.habet ergo iurisdictionem specialē si materiam haberet. iste enim facultatem dans subdito vel sacerdoti, solum ministrat ei materiā in-quā agat,quā ante non habebat.Et aliter patet. Non sacerdos curat⁹ dat vicariū in confessione audienda/tradendo materiam.Item in solutione ad quartum diximus q̄ quilibet sacerdos simplex quemlibet talem absoluit.& nō est difficultas in isto si capiatur sacerdos nō religiosus.& placet etiam via illa q̄ sufficit religiosus.ita enim fit & practicatur passim ab his qui habent facultatem a Romano pontifice/qui iferenter quemlibet accipiūt. Propterea opinio glos.in ca.Omnis.de pœnitē.& remiss.in ver.(alieno)est relinquenda. Vagabundi aūt non habētes domicilium sunt de parochia illius curati in quo sunt in pascha.& si dom⁹ aliquis nūc in hac parochia habitet:nunc in illa:est subiectus illius i cuius ditione manet pro maiore parte temporis.q̄ si æqualiter in pluribus habitet:vbi eum contingat esse in pascha:illic superiorem habet.

¶Distinctionis Decimænonę Quæstio Secunda.

De hoc vide sū breuiter lectio. seq̄nti

SEcundo circa hāc decimānonam distinctionē q̄rit̄ur.An fraterna correptio sit cuilibet adulto de præcepto. Præmittam quid nois fraternæ correptionis.deinde rīdebo ad quæsitū. Fraterna correptio sic describitur.est charitatiua admonitio de emendatione delicti.Quo supposito.Respondeō affirmatiue ad titulum quęstionis:dūmodo ponā tur illa quæ ad fraternam correptionem requiruntur.Cum enim sit p̄ceptum affirmatiuum non obligat p̄ semper.sed semper obligat: positis circunstantijs loci & temporis:quibus positis vnumquēq; adultum ratione vtentem obligat. Probat̄ per illud Ecclesiastici.xvij.Vnicuiq; mādauit de⁹ de proximo suo.Et ratione sic.Homo tenetur vitare peccatum in seipso:& secundum ordinē charitatis diligere proximum sicut seipsum.ergo tenetur vitare quantum in se est/peccatum in proximo.Præterea arguitur.quilibet habens vnde succurrere possit tenet̄ de suo facere eleemosynā corporalē/ne corpus proximi moriatur:ergo tenetur cauere a morte spirituali animę proximi.Propter ea Esaias sexto cap.sui libri,se tacuisse lamētatur inquiens. Vę mihi quia tacui.vbi glossa.qa Oziā & alios libere non reprehendi.

¶Est autem notandum q̄ aliqua requiruntur ad correptionem fraternam.Primo ex parte causæ materialis & obiecti.q̄ sit de peccato potissimum mortali vel de venali qđ p̄xime ad mortale disponit.quia si esset solū venale in causa & sequela:correptio non esset de præcepto.Petrus nāq;,ad Galathas.ij.subtrahēs se a comestione ciborum in lege Mosaica vetitorum ꝓpter aduentum missorum ab Iacobo,peccauit venialiter solum:sed quia illud poterat esse ꝓpinqua dispositio in ruinam mortalium in alijs:a Paulo publice rep̄hēsus est.fraternę em̄ correptioni nō obuiat q̄ fiat in publico. Quis autem imprudentes passim non debeant corripere pro venali euitando: viri tamen perfecti possunt vti correptione in pares:quales erant Petrus & Paulus : vbi Petrus sine iurgio cum tranquillitate & modestia suscepit correptionē Pauli.Causa finalis debet eē,vt ꝓximus a peccato abstineat.Causa formalis vt correptio fiat cū discretione: scilicet ex compassione & non ex indignatiōe vt faciunt inflati.Prouerbiorum.xiij.Inter superbos semper iurgia sunt.Propterea dicebat psalmographus.Corripiet me iustus i misericordia.Et apostolus ad Galathas.vj. Vos qui spirituales estis hmōi instruite in spiritu lenitatis.Nec fiat animo turbato. Si enim sit verosimile q̄ proximus exasperabit̄ & non emendabitur:vel sint alij ad quos magis spectat correptio: nihil attētandum est. iam enim causa formalis siue modus in correptione relinquitur . Causa efficiens est adultus,non publicus peccator ad correptionem in publico.¶Ex his sequitur.q̄ positis istis quatuor causis correptio fraterna est de præcepto. ¶Secundo infertur:q̄ interdum omittitur correptio fraterna meritorie expectando tempus opportunum:cum scilicet est verisimile q̄ si nunc corripiatur,ex impatientia deterior euadet:

ad quod aliquod aliud malum sequetur. petius q̄ illud de quo fit correptio:vtpote/percutiet me,vl̄ graue odium contra me concipiet: aut aliud peccatum cōmittet per quod fiet peior q̄ per primū. tunc itaq; est inemendabilis.& propterea insensati viri est conari eum tunc a fuga illius peccati abstrahere:secundum illud Sallustij.Frustra nitti, & nil nisi odium quærere:extremæ dementiæ est. Et Prouerbiorum.ix.ait Sapiens. Noli corripere derisorem ne oderit te.Sed licet corripientis odiū sequatur ex leni monitione eius,& stultitia correpti:non est propterea desistendum.¶Tertio sequitur q̄ homo mortaliter omittit fraternam correptionem:vt cum aliquis delinquens occurrit,& instat tempus opportunum corripiēdi:& correptionem omittit.Per tempus opportunum om̄ia ad correptionem requisita intelligo: puta q̄ verosimiliter speretur emendatio fratris:& non sit alius præsens cui ex officio corripere incumbit:vel si ē præsens/videt̄ negligens:nec apparet aliqd aliud malū vel petius inde secuturum.tunc enim si quis non corripiat:hoc est propter timorem mūdanū, vel eius amorem iordinatum:per quē postponit̄ amor dei & salus fratris:ac peruertitur ordo charitatis.¶Quarto sequitur q̄ potest homo ex ignorantia inuincibili sine peccato omittere correptionem fraternam ob p̄sentiam alter⁹ boni.vt Sortes est Platoni hypocritę putato probo viro familiaris:quem peccantem Cicero omittit corripere: quia iudicat q̄ Plato bonus vir eū super hoc corripiet.¶Quinto sequitur ex causa formali,q̄ aliquos cum honore corripere debemus. Nam correptio fraterna est omnium ad omnes ad rectum sensum.itaq; si inferior debeat superiorem corripere,vel virum in auctoritate constitutum: debebit hoc facere cum honore quem superiori iferior debet.cui quadrat illud Apostoli.j.ad Timotheū v.Seniorem ne increpaueris/sed obsecra vt patrē. Propterea Dionysi⁹ redarguit Demophilum monachum : quia sacerdotem & se maiorē corripuerat:irreuerenter eum percutiens,& ab ecclesia eijciens.Rursus declaratur exēplo. Est archidiacon⁹, episcopus,vel archiepiscopus/satis vel nimis habens in beneficijs:qui tamen adhuc laborat ꝓ alio habendo:tu qui hoc vitio non laboras/vbi cæteros negligentes vides:teneris illum corripere:& tē potis opportunitate oblata/eum benigne & mansuete corripies,pro eius dignitate.Nec obstat verbum sapientis Prouerbiorum.xxiij.dicētis. Ne insidieris & q̄ras ip̄ietatē i domo iusti: neq; vastes requiem eius.hoc enim dicit.noli explorare peccata occulta in domo habiti iusti.Quod tāgēs Augustinus in libro de verbis domini,ait. Admonet nos dominus non negligere inuicem peccata nostra:non quærendo quid reprehendas,sed videndo quid corrigas. Alioquin efficeremur exploratores vitæ aliorum . Sed vbi peccatum prodijt in lucem , mihi soli vel alijs notum:iam non vado tanq̄ explorator illius peccati sed tanq̄ illius conscius.

¶Secūdo notabis q̄ peccatum fratris mei vel est publicum & cognitum : vel occultum.Si primum:adhuc eum corripiam in occulto,explanando ei quonam pacto fama sua i vulgo laceretur:& quomodo alios male ædificet . q̄ si acquiescere noluerit:tunc illud publice poterit argui.Nam dicit Apostolus primæ ad Timotheum quinto.Peccantes coram omnibus argue:vt cæteri timorem habeant.siue enim sit inferior, siue superior:non laceras famam eius,cum corripias eum apud eos quibus cognita est eius culpa. Vel peccatum est occultum:& hoc dupliciter.vel tē solo sciēte:& hoc vl̄ in cōfessione,vel extra cōfessionem.Si primum:quiescendum est.nihil em̄ illinc potes referre:quicquid male acturus sit, siue populum a fide auersurus: siue vrbem hostibus traditurus:saltem nominatim.Si secundum: vel est aliquid magni mali facturus quod est petius q̄ denigratio suæ famæ,vtpote traditurus vrbem hostibus:vel auersurus populum a fide per hæresim: & tunc in occulto rogabo eum vt desistat:si sit verosimile q̄ me rogante desistet.si vero non sit verosimile q̄ proposito malo abstinebit,quicquid mihi dixerit:tunc nominatim de illo dicam præfecto vrbis , quatinus ab eo tollat claues:vel prælato,de hæresi:q̄ parcissime laceranda eius famam.melius nanq; est seruare innocentes,quos iste destruere proponit spiritualiter vel corporaliter:q̄ famam seruare istius nocentis, & ad hoc magis obligor. Vel est facturus aliqđ malum contra se vel alium quod iudicatur a prudente non esse petius q̄ laceratio suæ famæ : & sic vel iste adhuc insistit peccato quod commisit , cuius ego solus conscius sum:& tunc tacendum est.vel est continuaturus adhuc.hic probabilis apparet mihi illa sententia q̄ monendus est in secreto inter me & se.secundum illud Matthęi decimooctauo. Si peccauerit in te frater tuus. in te id est contra te , vel te solo sciente , siue contra seipsum siue contra alium : debes corripere eum inter te & eum solum . Si te audierit, lucratus es animam fratris tui . hoc est si tibi corripienti acquiescat.q̄ si acquiescere noluerit : non est opus dicere nescienti:licet possit adduci vnus testis nescius.& hoc supposito q̄ minus malum sit huic patri hanc famæ paruam denigrationem q̄ i suo peccato persistere & progredi. Si autem iudicetur

ꝓ fama occulti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

q̄ cōseruatio famę sit ei vtilior quo ad p̄seruatio nē a pct̄o:nō adducat aliqs testis nescius. Et proportionabiliter dicatur de scdo teste adducēdo. Si vero pct̄m aliquo modo sit occultū,& dānū publicum a paucis scitur:possumus illos paucos in testes assumere alijs testibus neglectis,secundum processum illum Matthei.xviij.

DVbitatur:an rodere viri fama sit grande pct̄m. Respondet.licet sup hoc nonnihil superius in.xv.dist. quęst.xvj.loquutus sim:adhuc tamē nōnihil adiciam.hoc nāq; diabolicū scelus tātū abhorreo:vt q̄dā dicta in eius execrationē replicare nō pigeat/ cum obiter occurrētibus:vt homines ab eo abstineant:In primis p̄mittendo quid nois famę:post ea ad dubitationē rn̄dēdo. Fama nihil aliud est q̄ opinio q̄ in populo de aliquo habet.& quādo est de bono/tunc quis est in bona fama:q̄ etiā potest dici honor in aliqua acceptione.quomō dicit Aeneas apud Virgilium in primo æneidos. Sū pius æneas:raptos q ex hoste penates Classe veho mecum:fama super æthera notus. Quando vero est de malo/capit in malam partem, vt apud eūdem Maronē in.iiij. Fama malum:quo nō aliud velocius vllū Mobilitate viget:vtresq; acquirit eūdo. Lacerare aūt famam nihil aliud est q̄ hāc bonam opinionem extenuare.& hoc potest fieri multifariā. Vno modo p diminutionē famæ bonæ. Alio modo p inductionem infamię:qđ est multo pei⁹ priore. q; autē non sit idē infamiā inducere/& famā attenuare:patet p duos:quorū vn⁹ fœtorem inducit:& alter bonum odorem diminuit,nullū fœtorem afferendo. ¶ Hoc præmisso respōdetur ad dubitationē primo:q; grāde ē pct̄m famā viri lacerare.qđ ꝓbat.nā fama ē frenū retrahens hoiem a peccato:ergo illud tollēs vt homo pręceps in vitiū ruat/est causa peccati fratris: ergo peccat,quēadmodum si quis ab equo tolleret frenū. Exēplū accipto de mulieribus impudicis quas dicunt habere frontē attritā & meretriciā: quæ fama ablata præcipites in vitia ruunt. Itē ecclesiastici.xlj.scribitur. Curam habe de bono noie.hoc em̄ magis p̄manebit q̄ mille thesauri p̄cioſi & magni. Tertio ꝓbat.tollere a viro bona fortunæ iuste est pct̄m: ergō tollere famam.cōsequentia tenet:qa mille aureis ipsa præstat ex auctoritate præcedēte. si ergo tollere min⁹ sit pct̄m:etiā tollere maius. Præterea. ne hoies in prandio & in colloquijs detrahāt alijs: ordinata est a patribus lectio in mensa.hīc Augustini carmina i lucē ꝓdiere. Q uisquis amat dictis absentum rodere vitam:Hanc mensam vetitam nouerit esse sibi. Propterea multi boni religiosi se parati in mēsa sedēt & ex eodē latere. In vitis quo q; patrū legimus de quodā religioso inciptēte discere psalterīū,q cū pueniſſet ad psalmū cuius est initium Dixi custodiam:noluit vnq̄ vlterius progredi:dicens hanc lectionem sibi in tota vita posse sufficere. Inter labia vero & dētes lingua vallat vt homo pensiculate ruminet quæ dicturus sit.& puerorum Cato inquit. Proxim⁹ ille deo qui scit ratione tacere. Cum igitur pro detractione vitāda tot salutares monitiones a patrib⁹ date sint:& magna iniuria fiat proximo detrahēdo: detractio est grande malum.& per consequēs detractores deo odibiles tanq̄ Cerberus fugiendi. Nam glossa ad Roma.j.sup illo verbo(deo odibiles)dicit. Ne putetur leue esse peccatum : propter hoc q; constituit in verbis. Prouerbiorū.xxiiij.scribit. Cū detractoribus ne commiscearis. Et psalmograph⁹ ait. Detrahentem secreto proximo suo/hunc persequebar. Et rursus. Sepulchrum patens est guttur eorum. & plus coram deo & probis hominibus fœtēt q̄ sepulchrum materiale multis recentibus cadaueribus refertum/patens oleat. Hoc concludēdo fixū aio teneas , q; de multis assuetus apud te male loqui:apd alios de te absente/peius loquetur. Nam si dente canino & serpētino famam meliorum terodat:consequēs est ipsum esse natura maledicū. Sed & istos pestiferos effugias. ¶ Secundo scito q; interdum quis famam alterius opprimit: nonnunq̄ attenuat:& interdum tollit:vel non laudando cum debet:vel laudādo exigue & frigide quē deberet exaltare. vnde Phauorinus philosophus vt Aulus Gellius.xiiij.libro noctium atticarum cap.iij.scribit : turpius esse dicebat exigue laudare atq; frigide q̄ insectanter & grauiter vituperare. quoniam qui maledicit & vituperat:quanto illud acerbius facit:pro inimico ducitur : & plerūq; propterea fidem nō capit. Interdum enim laudat versipellis detractor parua laude:vt illud quod ē magna laude dignum,vel remoueat/vel attenuet perinde acsi de ingenioso & erudito theologo dicat. est laboriosus valde & studio assidue insistit: sed si ei ingenium mater scientię defuerit:nullo labore excellenter eruditus euadet. Et sic caute tollit a viro hoc in quo eum laudare habet. sicut tertio Topicorum dicit philosophus. Studere negamus/vt ingenioſi videamur. Velæque eum in ingenio commendat:laborem vel eruditionem adtungendo in quo laudare habet : talis callide famam alterius laudando coram attenuat : perinde ac si diceret. est ingenioſus non laborioſus vel in eruditus:quia ad excellentem eruditionem requiritur vltra ingeniū labor. Et licet turpe sit nos ipsos laudare:alios tamen laude qua digni sunt efferre debemus. tum vt promoueātur:& alios verbo & exēplo ad gloriā dei illuminent. tū secundo vt ex ꝓborum vera laude ad virtutes/audientes animētur:& vt finaliter laudetur deus qui adhuc con-

seruauit.vij.milia quorum genua non sunt curuata ante Baal. ¶ Ecce quid sit correptio fraterna:& q; debeamus esse soliciti de peccato in proximo euitando,eum corripiēdo pro loco & tēpore. quid fama in cōmuni:quid bona fama & mala. q; sup primere famam proximi quem laudare debemus sit peccatum:& maius/eam attenuare in parte : & adhuc maius,totam auferre: & pessimum est infamiam excitare:& loco rosarum/ colloquintidas. q̄ sunt pessimæ herbæ,& vrticas porrigere. Quādo autem est dubium an fama viri sit reipublicę nocitura:tunc secundum consilium Catonis:parce laudare memento:simul ne inconstans dicaris:fœde denigrando eum quem heri & nudiustertius ethere dignum prædicabas. Cæterum familiarem societatem cum maledicis & detractoribus si sapis, non ineas:quia erunt tibi in ruinam. nam teneris crebro eos corripere q; maledicāt surdo absenti: & timore humano forte hoc omittis, vel fortasse qđ deterius est,eos detractantes libenter audis,& aures patulas eis accommodas:ac sic eos tuo peccato in sua malitia foues. Et licet aliquid mali verum de proximo recitent:non es a detractionis labe excusatus eos audiendo. Tum q; nō est eis habenda fides. Tum secūdo,demus esse verum:est tamē occultum:& prętermisso ordine iuris recitatur & auditur. Si dicas. hoc modo non licebit recitare in a.patria quomodo Sortes sit vltimo supplicio ob scelus commissum punitus Parisijs: cū illic sit occultum. Respōdeo. vbi culpa illa est notorie punita Parisijs:licitum est in a.patria ex qua oriundus est occisus,illud recensere:dūmodo fiat pro emendatione eorum ad quos rumor peruenerit,vt sint peritiores in similibus delictis cauēdis. Si vero in vindictam occisi vel contumeliam recitetur:peccat recitans. ¶ Postremo concludendo addemus q; aliquis est qui de bona fama adeo parum habet vt paruum sit peccatum de illo aliqd mali dicere:nec enim laceratur eius fama,cū apd probos viros nullam habeat. quēadmodum si sit aliquis vestes nullius momenti habens:paruū est peccatum vel nullum/lacerare eas. secus est de bona veste. Optimum,optimis vestibus circūamictum imaginabere:& pessimum vestibus nullius momenti.& secundum accessum ad illa extrema, medij iudicabūtur. sicut autem meliorem vestem lacerans plus peccat cæteris paribus:sic probioris viri famam lacerans plus peccat. Dixi(cæteris paribus)quia potest homo ex industria & intentione de minus bono male loqui:in quo magis peccabit q̄ quadam garrulitate vel imprudentia de meliore inique & male loquens.

¶ Distinctionis Vigesimæ Questio Prima.

IRca hanc vigesimam distictionem Quæro primo:an ille sit prorsus liberat⁹ a pœna qui adiplet pœnitentiam iniūctā a sacerdote. Pro solutione questionis notabis me nō assentiri tenentib⁹ q; latitudo iustitię sit imptibilis plus q̄ latitudo temperantię vel fortitudinis. sed sicut medium iusti precij in emptione vēditione & alijs cōtractib⁹ nō cōsistit in indiuisibili: sed ē q̄dā latitudo:intra quā si quis maneat/cōtractus est licit⁹: sic est latitudo emendæ ad offensam/& in foro humano & diuino. Verbi causa. Sortes eruit vnum oculum Platonis:potest fieri emenda Platoni auferendo lucrū putatū a Platone,& addendo dāno Sortis:reducendo ad æqualitatem. aliqui enim sapientes dicunt Platonem dare oportere sorti centum. alij nonagintaquinq; alij quinq; supra cētū: & totum istud reputatur latitudo emēdæ. Sic est de pœnitentijs iniunctis pro peccatis coram deo: & est latitudo iustæ pœnę pro peccato. Non enim est verisimile q; deus reputet talem pœnam præcisam debere inferri a. superbiæ / & nullā omnino minorē sufficere. sic em̄ raro vel nunq̄ posset prudentissimus cōfessor pœnitētiā cōuenientē iniūgere:quia semp excedet vel deficiet. vt pro a. superbia sit latitudo/dicere psalterium/& bis septē psalmos vel ter:ita vt si vnus dicat bis septem psalmos cū psalterio/satisfaciat toti pœnæ debitæ:sicut alter qui ter dicit septem psalmos cum psalterio ꝓ simili superbia:nō tñ tantū mereb⁹. nā quando fit iniunctio pœnitētię in hac latitudine/tūc clauis nō errat:qñ vero extra eā/errat. secus est de latitudine pœnę peccatis debitæ in orco:quia illic equalibus peccatis equales debentur pœnę. nam illam deus infligens punctaliter cognoscit.

¶ Hoc prenotato pono cōclusiones.

Prima est. adimplens pœnitentiā iniunctā clauenon errāte etiā in pct̄o/est absolutus a pœna,hoc est,nō patiet pœnā pct̄o debitā/nec i purgatorio/nec in inferno . ¶ Secūda cōclusio. Nō semp adiplens totam pœnitētiā iniunctam a sacerdote est liberat⁹ a pœna:sed oportet eū illā pati in purgatorio vel i iferno,si sic decedat debitor illi⁹ pœnę.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Tertia conclusio. Omittens temere pœnitētiā acceptam et iniunctam peccat. ¶ Prima cōclusio manifesta est:quia offensa reducit ad ęqualitatem p emendā sufficientē:& iniustitia ad iustitiā reducitur. Q; aūt satisfactio sufficiat in mortali/supra ꝓbatum est distinct.xv. ¶ Secūda cōclusio ꝓbatur:quia alioquin erit in potestate temerarij sacerdotis remittere totam pœnā resp̄ōdentē peccatis Neronis p orationē dn̄icā:imo p aspersionē aquę benedictę:vel p tactū digiti.immo si posset tollere ad libitum partē pœnæ debitę:posset & totam pœnam.quare si diceret,absoluo te a tota pœna & a culpa:absolueret. Insup non aliter dicimus in cōmuni loquendi modo(claue nō errante).cū ēm p̄sbyter sit arbiter inter deū & pc̄tōrē:oportet pœnitentiā iniūctā fieri de consensu partiū:& potissimum partis principalis scilicet dei.non ēm requiritur cōsensus peccatoris:sed sufficit q; consentire deberet. Itē canones frustra imposuissent pœnitentias.sed hęc ꝓbatio est debilis. Pręterea Gregorius dicit:& recitat de pœnitētia.dist.v. Falsas pœnitentias dicimus quæ non secundum auctoritatem sanctorum patrū pro qualitate criminum imponuntur. ¶ Tertia conclusio nota est:qa non paret sentētię iuste latę:& cōtrauenit suo ꝓmisso.

¶ Cōtra secundā cōclusionē argumentor. Christus dimisit peccata sine aliqua pœnitentia.vt Ioā.viij.mulieri dęphēsę in adulterio: cui dixit.Vade & iam amplius noli peccare. & lan guido. Ioā.v.sanato. Insuper Matthæi.xvj.dicit Christus.Q ḋcunq; ligaueris super terram.& reliqua.& Ioā.xx.Quorū remiseritis peccata. ¶ Ad primū.ipse nouit quantitates contritionū:& forte fuit contritio sic intensa vt sufficeret. Scḋo erat summus dispensator,potens oia remittere. Insup cōcedo q; quicquid soluit Petr⁹ aut ei⁹ successor, solutum est in cęlo:sed nō quicquid attētat soluere,solutū est. Sub aliis verbis & est eadē sententia. Christus vsus est verbo cōiunctiui modi:ligaueris,solueris,remiseritis:dando potestatē Petro & omnibus aliis:ad insinuādū debere esse cōiūctionem legis humanæ & cōsummationem scḋm inchoationē legis diuinæ. Hunc locū(dicit Hieronymus)quidā nō intelligētes aliq̄d sumūt de suspectio pharisæorū,vt dānare innoxios:vel soluere se putent noxios:cū apud deū non sentētia sacerdotum,sed reorū vita queratur. In Leuitico se ostēdere sacerdotibus iubent leprosi,quos illi nō factūt leprosos:sed discernunt qui mundi vel immundi sunt. ¶ Ex istis sequunt aliqua. Primū est. Aliqs tenet implere maiorem pœnitētiā q; culpa cōmeruit.patet:quia interdū,licet raro,p̄t imponi maior pœnitentia q; sufficiat,& pœnitēs eā suscipit. Scḋo sequit,q; alicui ponit aliq̄ pœnitentia:qui moriēs ante pactā priam statim euolabit:cōpleta scilicet pœnitētia sufficiente. Tertio sequit q; si aliquis parū distet a latitudine pœnitētię i deficiēdo/nō satisfacit.secus est in latitudine deficiēdo a medio mathematico illius latitudis. ¶ Sed pone aliquē laborātē i extremis:is nō p̄t adiplere pœnitētiā sufficientē:nemo ēm obligat ad impossibile. Insup Sortes cōtētus assumere pro peccatis suis sufficiētē pœnitētiā scḋm canones, vel arbitrariā:rogat confessorē vt iniūgat sufficiētē: ipse ēm non tenet scire canones:nec cognoscere q; sit latitudo sufficiēs:ergo videt absolutus seu deobligatus. Et p̄t dari analogia.si Sortes Platonē offenderit:cōtentus stare arbitrio iudicis vel arbitri prudētis:licet minus iusto offerat:videt deobligatus. Deus aūtē est quocūq; homine tractabilior & clemētior:ergo ipse citra latitudinē soluēs erit liberatus. ¶ Ad primū dico.qui nō habet in cre,luat in corpore.anima est in natura:& nemo tenet ad impossibile.sed potest pati anima in purgatorio. Secundū argumētū q̄ q̄ aliquid coloris habet q; sacerdos patiet aliq̄d pœnę pro eo:qa tñ hoc est durum pro sacerdote:nolo illḋ admittere.stat ēm q; deficiat a latitudine pœnitētię iniungendæ ex ignorātia inuincibili:quia credit cōtritionē cōfitētis maiorē q̄ sit:& pœnę sunt arbitrariæ.cōsonum aūt est magis q; ipse qui peccauit puniet pro suo peccato:sed multū meret sic cōfitens.& bonū ꝓpositū habet. ¶ Sed petis.quare ergo sunt pœnitētię arbitrariæ iuxta discretionē & iudiciū iponentis.xxvj.q.vij.cap.Hoc sit.de pœn.dist.j.Mēsuram:Respondet.qa aliqui non implerēt pœnitētiā iniunctā:sed peccarēt desperādo:quos melius est mittere ad purgatoriū cū pœna,q̄ periclitari i inferno.Mel⁹ etiā ē reddere rationē de misericordia q̄ crudelitate.xxvj.q.vij. De his.& capit. Alligant. In pœnitētia quoq; est cōsiderādū remediū cōtra recidiuū peccati:& scādalū qđ orit in plebe. & ob id iterdū ꝓ minore culpa iniūgit maior pœnitētia. Si aūt cōsideret grauitas delicti solū:semp ꝓ maiore peccato/maior est iniūgēda pœnitētia. Sed quia hoies i diebus istis nō ferūt ita magnas pœnitētias vt in primitiua ecclesia: consentaneū est pœnitētias cē arbitrarias secūdū moderationē & iudiciū cōfessoris:& nō iiūgere scḋm regulas canonicas.sicut nec regulę Galeni vł Auicēnę sufficiunt ꝓ qualibet medicina danda:sed eas oportet variare ad cōsiliū medicorū secundum robur vel debilitatē patiētis. ¶ Ex oib⁹ patet:q; iprudēter facit pœnitens gaudēs de exigua pœnitētia iniūcta.ratio ē:qa si habeat minorē ęquo:reliquā partem in purgatorio vel orco patiet:vbi deus in ira sua & in furore punit.a qua pœna psalmograph⁹ petit liberari.psal.vj.inquiēs. Dn̄e ne i furore tuo &c. Si vero maior sit pœnitētia iiūcta q̄ culpa me

reatur:nō patietur in alio sęculo: & etiā magis merebit.nā facilitas venię est causa delinquēdi. Et ex hoc sequit q; nō est ver⁹ amicus sacerdos paruā imponēs pœnitētiā: vbi cōfitens est paratus magnā subire.& forte imputabitur sacerdoti ad culpam in hoc mūdo/& ad pœnā in alio.quęrat igtur a confitēte an velit magnā pœnā subire: & si sic,det magnā de pręcepto:hoc est secūdum illud qđ verisimiliter alter est impleturus: reliquum de consilio addens:& doceat eum referre actus consilij in expiationem pœnæ. si vero nolit magnam subire: cōdescendat infirmitati cōfitentis: aperiēs tamen ei pœnam futuri sęculi.

¶ Dubitat circa dicta. An aliqs pro alio satisfacere possit. Dictū est q; pœnitentia valet ad duo: videlicet ad p̄seruationē a recidiuo: vt ieiunū castigat corpus ne effrene reluctetur spiritui.constat autē q; vnus quo ad hunc effectū nō satisfacit p alio:vt p carnē sortis domitā nō domat caro platonis. Quo ad aliū effectum,scilicet diminutionē pœnę resp̄ōdentis culpę:distinguit.vel ille nō p̄t satisfacere in ꝓpria,qa debilis vel statim moriturus:& sic vnus p alio satisfacere p̄t:& si non habeat cōfessor: est eius voluntas p̄sumpta: q; nec voluerit mittere ad purgatorium/nec obligare ad difficillimū. Sed decedens nō liberabitur statim a pœna purgatorij/p hoc q; alter ꝓmittit satisfacere:imo requirit q; satisfactio fuerit cōpleta: sicut in simili postea dicet de suffragio. Ex isto patet q; cōducit morituro querere aliquē amicorū fidelem vel plures ad implendā pœnitentiā quā sacerdos p̄t iniungere laborāti: quā si nō expleant in hoc mūdo:moriēs in purgatorio torquebit. Sed vn⁹ nō p̄t p eundē actū satisfacere p se & alio: sicut nec satisfacere ieiunio eccl'ię & pœnitētię iniunctę simul.vt dixim⁹ supius de eleemosyna data illi q; est in extrema necessitate:quicqd dicant alij.

¶ Dubitatur secundo. An pœnitentia facta in extremis valeat. Respondet.licet raro valeat vel sit periculosa:nō implicat de lege: imo bene stat q; valeat. qđ patet:qa male habituatus difficulter euellitur a suo malo habitu: vt quādo homo est in periculo cadendi e pinnaculo vel in mare:cōuertit se totū ad sibi succurrendū ex inclinatione naturę:sic vt egerrime se cōuertat in detestationē sui peccati. Si autē dormiens vel nō aduertens vel in actu peccati occidat:tam lignū vbi ceciderit siue ad aquilonē siue ad austrum:ibi iacebit. Propterea de tali serotina pœnitentia timendum est ne dicatur pœnitentia Troianorū sera. Sed quia voluntas est libera:potest homo detestari sua peccata in quātolibet tempore quātūcunq; pusillo imminente morte sicut longe ante mortē: quēadmodum demereri potest. Contrariū autem asserere est error Beguardorū & Begutnarū, vnus ex octo reprobatis in Clemē. Ad nostrū.de hęre.

¶ Distinctionis Vigesimę Quęstio Secunda.

Secundo circa hāc vigesimā distinctionē quęrit. An indulgētię vtuis & mortuis prosint: & ad quid. In hac quęstione sic procedendum est. Primo explicandū est vocabulū. Secūdo quęrendum fundamētum indulgētiarū: videlicet ex quo iure eaꝝ valor probari possit. Tertio ad quid & quib⁹ valent. ¶ Circa primū scito q; indulgere teste Laurētio apud auctores multos tantū valet quātum cōcedere & delicate tribuere: vel intēdere vt apud Maronē. in.viij. Aeneid. Indulge hospitio:causasq; innocte morandi. Et Cato inquit. Indulgere gulę noli.sic dicimus.iste indulget genio. & indulgentia est delicata permissio atq; cōcessio. Quintilianus. Mollis illa educatio quā indulgentiam vocamus: neruos oēs & mentis & corporis frangit. Et hinc theologos in hui⁹ vocis vsu barbaros/aliqui satyrico sale respersi appellāt. Theologi ēm in alia significatione vtuntur. pro venia scilicet & remissione in peccatis.vt in collecta. Fideltum deus omniū. Et in vsu indulgentissimos principes vocamus eos qui sunt faciles ad dandā veniā. Et ratione arguit.ex vsu loquētiū vocabula significāt: nō aliter ēm dictiones ęquocas cōcludimus nisi qa alij vocabulo in a.significātia vtūtur:alij autē in b. Et sermones accipiendi sunt secundum materiā subiectā. At forte dicis.imperitorū vsus barbariem in facundiam nō mutat:sed bene loquentū cōsuetudo.quēadmodum improborū cōmunis vita sufficientem consuetudinē in moribus non introducit:sed solum proborū.hoc nō sufficit. In ecclesia nanq; varij sunt & fuerunt eloquētes & eruditi viri qui sic vocabulo vsi sunt & vtūtur:ergo qđ pro illa tēpestate erat barbarū/nūc efficitur lepidum. Nōne vides q; peccatus in quarta declinatione & in masculinio genere apud maiores erat in vsu ad dies Ciceronis eloquentię parētis vsq; inclusiue: nūc hoc exulauit & in dissuetudinem abijt. Eodem modo concludendum est de hoc vocabulo paraclitus pœnultima breui/ spiritū sanctum apud ecclesiam significante:licet apud grecos(vt dicunt)tantū valeat quātum infamis.propterea volunt debere dici paraclet⁹ pœnultima longa & cum secūda vocali:in quo hisce diebus nōnulli nō erubescunt theologos appellare ineruditissimos & ineptissimos:ac si in hoc hę-

paraclitus

Universidad de Deusto
Biblioteca

retici essent. Idem asserit Calepinus: cū modestia tamen de ecclesiasticis nihil dicēs. sed Franciscus Philelphus est latinorū primus quē super hoc me legisse memini in quadā epistola ad ministrū generalem fratrū minorū missa. ¶ Sed his & similibus respondendo dico: q; sicut in consuetudinibus aliquibus positiuis male introductis/ hoc est cū peccato: successu tēporis q̄d ante fuit illicitū/ postea fit licitum: vt in materia consuetudinis in xv. distin. huius ostendimus: sic euenire potuit q; aliqui primi erronee (paraclitus) loco (paracletus) scripserint, & posteri sic vocabulo vsi sint: sicut de lege consuetudinaria diximus. Q; hoc Philelphus neget a libris Augustini/ Hieronymi/ & Ambrosij/ omni ꝓbabilitate caret: vt liquet eorū libros inspicienti. Ipsi em̄ & theologi posteri sic vocabulo vsi sunt. secūdum illud Horatianū in arte poetica. Mortalia facta peribunt: Nedum sermonum haud stet honos: & gratia viuax. Multa renascent quę iam cecidere/ cadēt q; Quę nūc sunt in honore vocabula si volet vsus: Quē penes arbitriū est & vis & norma loquēdi. Insuper quęlibet ars suā moralē habet logicā: ergo suam rhetoricā appropriatā quęlibet habet. antecedens patet: qa signū vniuersale affirmatiuū & negationē in calce orationis loco propositionis vniuersalis & negatiuę rhetor locat: nulla alia ratione adductus nisi principum suæ artis vestigia sequēs. oppositio modo logicus/ philosophus/ & theologus in logicis educatus loquuntur. Dicis illud esse verū in integra oratione: nō autē in vna dictione. Obijcio sic. hominū vsus consuetudinē obligatoriā introducere potest: ergo & vocabulum solo vsu in vna significatione vsurpari potest. & ostēdo exēplariter de isto termino northmānus, qui ex duob⁹ vocabulis germanicis siue britānicis est cōflatus: tantū in nostra lingua sonās quātum septētrionalis homo. illud em̄ totū loco alterius extranei capimus in gallia: ita vt significationē habeat aliēnā & non cōpositā. Pari modo dico q; paraclitus est dictio pure latina nullo modo infamē significās: nec cū simili dictione greca cōmerciū vllum habēs. & ita de oībus similibus dictionib⁹ quibus ecclesia vel aliqs hoīm cœtus eruditus vtit, dicendum puto. Ecclesia tamē potest si velit vti illo termino paracletus ꝓ spiritu sancto: & hoc vocabulū paraclit⁹ destituere a significatione quā habet: qa noia significant ad placitum: etiā sumēdo occasionē ab ineruditis vocabulum ꝓhibētib⁹. quēadmodū si aliqs ineruditus inculcaret gallorū capitib⁹ q; teneantur tetunare nouē apostolorū ꝓfesta/ successu tēporis cōsuetudo aboleret & ad legē scriptā haberetur recursus. Secūdo dico secundū dictū cōmune Hilarij: & recitat de verborū significatiōe cap. Intelligentia. Non sermoni res: sed rei est sermo subiectus. vbi erudite glossa dicit. Verba ad extraneū sensum sunt trahēda: vbi res aliter salua esse nō pōt. Ad hoc introducit lex quędā. C. de verb. signi. Theologus nāq; & philosophus de lana caprina/ & verbis nō cōtendit: sed sensum sub verbis latitantē venat. & quāto ingeniosior fuerit: tanto magis a verbali disputatione se elōgat. Ex his ergo de vocabulo indulgētia in titulo quęstionis ꝓposito habes quō nec ipm nec paraclit⁹ apud eruditissimos ecclesiasticos capit in significatione illa qua alij putāt. secūdo q̄uis solū illā significationē ꝓpriā haberēt (q̄d nō cōcedo) sufficiebat vno verbo dicere, theologi aliter vocabulo vtuntur.

¶ Nunc ad secūdum deueniendum est: quo scilicet iure idulgētię (vt iam vtimur ipis) fundandę sunt. Q ua de re Durādus in hac distinctione sic dicit. De indulgētijs pauca dici possunt p certitudinē: qa nec scriptura expresse de eis loquitur. illud em̄ Matthei. xvj. Petro dictū. Tibi dabo claues regni cęlorū. Et q̄cūq; ligaueris &c. intelligitur de potestate ei data in foro interiori vt dicit ille, & apparēter: qa certū est q; oportet intelligere illam auctoritatē cū sale/ claue scilicet non errante. Item apud Hilariū/ Hieronymū/ & Augustinū/ & breuiter ante Gregoriū primū de indulgētijs in significatiōe qua quęrim⁹, nihil legim⁹ vnq̄. Nec iuuat dicere. locus a nō legit negatiue est nullus: qa tēpore eorū maxima i diuinis scripturis erat exercitatio/ & studiū continuū: & aliq̄d fuisset ab eis determinatū si expresse locū in nouo testamēto inuenissent. De Gregorio tamē primo legim⁹ q; alias quas paruas dedit indulgētias Romę. vnde glos. in. c. Q d aūt. de pœni. & remiss. dicit. Quid valeāt huiusmodi indulgētię: vetus q̄rela est: sed adhuc satis dubia. Et semp ecclesia relaxauit iuramēta & vota deo quęsita ꝓ rationabili causa. ergo in obligationibus ratione delicti acquisitis relaxare pōt. nam paribus est ratio vtrobiq;. Scdo ꝓbat, oppositū syllogizando ad impossibile. Si indulgētiæ nihil valerēt sed essent inanes: sequeret q; ecclesia esset deceptrix & circūueniret suos ꝓmittendo eis quę dare nequit. cōsequēs est incōueniens: ergo & antecedēs. sequela est manifesta. Nam Bonifac⁹ Octau⁹ in quadā extrauagāte. de pœni. & remiss. cap. Antiquorū. cōcedit nubileū & plenissimā peccatorū veniā visitātibus basilicam Petri & Pauli Romę de cētesimo anno in cētesimū. q̄d Clemēs sextus ad quinquagesimū, & Sixtus Quartus ad vigesimū quintū annū ampliauit. vt patet in extrauagantib⁹ rubricę signatę cap. Vnigenit⁹. & ca. Quēadmodū. & cū isti concedant plenissimā peccatorū veniā vrbē visitantibus: si visitantes non assequantur promissum/ ipsos fallerent. Forte dicis: Bonifacius Octauus de quo habita est mētio

in quadam extrauagante quæ incipit Vnam sanctam ecclesiā. de offi. iudi. ordina. apparenter multum definit q; roman⁹ pōtifex est iuper reges in tēporalibus. quod tamē perspicacissimi theologi dicunt esse falsum. ergo nō inconuenit ecclesiam/ capiendo ecclesiam pro vno prelato ecclesię/ posse fallere. Nam & quidam grauis & antiquus theologus Guilielm⁹ Altisiodorus in quarto suo de hac materia loquens concedit q; multa promittit ecclesia quę nō seruantur corā deo. dicit tamē q; nō fallit cū deformitate. Istud nō sufficit. licet em̄ pōtifex supremus vt particularis homo possit falli & fallere: tamen nō debes insurgere contra illam decretalem determinationē cap. Vnā. allegati. quia ad bonum intellectum illud est verum. de quo in xxiij. distinctio. huius loquemur. Etiā in concilio Viennensi per Clementē Quintū de reli. & vene. sancto. Si dominū. hoc conclusum est. & intolerabile nefas est dicere q; concilium indubitatum hereses admittat: ergo nulla via rationabiliter euadere potes. ¶ Teneo ergo q; indulgentię aliquid valent claue nō errante: hoc est dummodo ponātur requisita ad indulgentias: scilicet auctoritas indante, qualis est in romano pontifice in indulgentia plenissima: episcopus qui in dedicatione ecclesię concedit vnum annū & nō vltra: & tēpore anniuersarij dedicatiōis/ quadraginta dies. de pœni. & remiss. c. Cum ex eo. & illud erat ab Innocentio Tertio in concilio concessum. & sic habetur aliud argumentū ꝓ indulgētijs. Rationabilis causa cōcedendi/ quę tangit honorē dei: vt ad impugnandos fidei hostes: ad extruenda loca sancta & religiosa vel ipsa manutenenda/ vt sunt hospitalia pauperibus necessaria: ad extruendos pontes sup flumina ꝓ saluanda vita transeuntiū. Nec sit tibi curæ quę causa adequate sufficiat: sed supponas pontificem cū suo concilio te prudentiorē. & licet interdum ꝓ eodem opere detur mator indulgētia nōnunq̄ minor: hoc nō obstat. quia stat causam semp esse rationabilē. sicut em̄ latitudo precij/ & virtutis/ & pœnitētię est diuisibilis: ita in ꝓposito. & tu existens in gratia/ indulgentiā sumens mereberis: nec ex adequatione indulgentię ad rem data aliter deprehēdere potes. A lijs autē placet: licet pontifex male agat sine rationabili causa conferendo indulgentias: tamē dicunt factum tenere qualitercūq; det. quēadmodū prodigus crebro cū peccato dominiū rei in alium transfert. Sed quia istud nō credo verū: q; possit ad nutū magnā vel paruam indulgentiam exhibere sine causa: plus q̄ vota mutare vel dispensare nisi secūdum rectam rationē, prout omnes fatentur: ꝓterea istud voluntarie dictum surda aure ptranseo: verbū apostoli. j. ad Corinth. xiij. cōmemorās. Sic nos existimet homo vt ministros Christi: & dispensatores ministeriorū dei. si em̄ irrationabiliter prelatus aliquid promittat: hoc nō seruat deus. Requirit aūt in accipiēte q; det secūdum q̄d cōtinetur in indulgētijs: & sit capax fructus indulgentię. ¶ Secunda conclusio. Indulgentię valent ad diminutionē pœnę solum. Probat. ad aliquid valent ex cōclusione precedente: & nō ad gratiā & gloriā nisi virtute operis operātis/ quā homo ex quolibet actu meritorio cōsequit. Istud autē pōtifex cōcedit ex thesauro ecclesię qui ex merito Christi & oīm sanctorū colligitur. Christus nāq; multa passus est ꝓ nobis: & beatitudinē habuit sine meritis: vt cōmunis habet opinio: & si ei ꝓ meritis habuit beatitudinē sicut christifera virgo & alij sancti: hoc nō obstat. Sācti etiā multo plura mala pœnę passi sunt q̄ eorū peccata cōmeruere. Nec valet dicere q; premiati sunt ꝓ oibus tormētis quę ꝓpessi sunt. quia opus pœnale satisfactoriū nō est min⁹ meritoriū q̄ nō satisfactoriū: ergo licet sancti abūde premiati sint ꝓ suis meritis: eorū tñ culpę nō requirebāt tot cruciat⁹/ quot passi sunt. & hęc merita formaliter vel virtualiter volebant alijs applicari: & pontifex superior illa formaliter applicat. & hoc sufficit q̄d patet: qa vnus pōt ꝓ alio satisfacere dūmodo illud ꝓueniat auctoritate suptoris vt supius dixim⁹. ergo & hic. Itē ecclesia p modū suffragij pōt ista facere: hoc est orando ꝓ alijs egētibus: ergo ꝓ indulgētias. Nec nascentis ecclesię modus ꝓcedēdi hunc modū cōferendi indulgētias modo rationabiliter cōferātur, impedit. ratius em̄ tunc hoies peccabāt: deuotiores erant: & maiores ꝓ peccatis suscipiebant pœnitētias q̄ nūc. sicut vides in religione particulari nup fundata vix cōtinuari primū feruorē. ex quo ꝓuerbialiter dicim⁹. iste est error nouitius. nō sic tamē: quasi semp ꝓcedatur de malo in peius. nā post multos malos prelatos aliqui boni succedunt: & aliqui infertores prelatorū loca supplēt q; de lapidib⁹ filios Abrahę suscitāt. sicut licet plerisq; mali reges i iudea Dauidē sequuti sint: non defuere tamē Ezechias & Iosias reges digni cū Dauide certare de bonitate. ¶ Tertia cōclusio. ad hoc vt hō indulgentiā cōsequat oportet vt cōsideret intētionē dantis/ quę ꝓ verba in indulgētijs posita adiuncta rōne colligit. plurimū autē dātur cōditionaliter: quare nō extāte cōditione nō cōstant. Interdū datur indulgentia sub hac forma (oibus cōtritis & cōfessis) & tūc vtrūq; requrit. pōt tamē dari cōtritis & nō cōfessis: vel cōtritis & confessis ante vel post in anno/ vt in pascha. imo pōt dari existēti in peccato mortali: sic scilicet/ q̄n erit cōtritus/ valebit ei indulgentia. ante cōtritionē em̄ indulgentia suum effectum nō habebit.

¶ Vt autē materia paucis absoluatur ponā propositiones/ siue oēs corollarie sequāt

Universidad de Deusto
Biblioteca

siue nō. Prima est. quādo indulgētię sunt ppetuæ in aliquo loco/quolibet die locū accedens eas consequitur. semp suppono causam rationabilē/& ea quę diximus requisita ad eas cōsequēdas. Probat: quia si pluries locū adiens nō acquirat indulgentias: nullo modo sunt perpetuę. & ita videtur dicēdum in pluribus partib⁹ dict. Et probabile est cōsequēter qn indulgentię sunt tēporariæ vt totiens quotiens in illo determinato tēpore homo accedit illum locū: cōsequat illas indulgentias. Dixi (pbabile est) qa potest bene teneri q; homo solū semel obtineat illas. nam dātur plures dies ppterea, vt qui nō potest venire in pfinito die, veniat in alto.

¶ Secunda ppositio. volens consequi indulgentias & nō dans sicut in bulla cōtinetur, nō cōsequitur eas. patet: quia cōditio nō existit. tamē efficaciter volens eas assequi & nō potens: tantū meretur de gratia & gloria quātū eas assequens, licet nō ad remissionē pœnę. & sic actus exterior interiori nihil supaddit quo ad vitā ęternā. ¶ Tertia propositio. in anno iubileo duo venientes Romā itineribus inequalibus: vt ex Viterbio & Hadingtona in Britānia, equaliter cōsequūtur indulgētias quo ad remissionē pœnę: sed inequaliter merentur. nā vnus actus est difficilior ex parte obiecti q̄ alter.

¶ Quarta ppositio. Diues dans tres duodenos tantū vi indulgentiarū cōsequitur quātum pauper. qd pbat: qa vterq; acquirit secūdum tenorē bullę soluēdo qd continet in ea: sed pauper multo plus meret: quēadmodū vidua euāgelica. Et licet actus vnius sit equaliter intensus cū actu alterius: est tamen difficilior suppositā equali liberalitate naturali. Sed hic dicit a doctore Seraphico & nō improbabiliter, q; diues nō tātū cōsequit quātū pauper nisi ppportionabiliter det in ea ppportione qua opes suę opes paupis exuperāt. Cōtra hoc tñ arguo: si ponat determinata pecunia: vtpote si sic dētur indulgētię: quilibet dans quinq; duodenos hospitali Parisiensi / habebit plenariā remissionē peccatorū suorū: tūc equaliter eas cōsequunt: vel vterq; cōsequit plenariā remissionē peccatorū/ & sic æqualiter q̄tū est ex pte indulgētiarū: vel neuter cōsequit aliqd. qd nō videt dicēdū. Hic respōdere pōt dupliciter. vno modo, q; vbi ponit determinata pecunia, equaliter cōsequunt. secus est quādo eorū arbitrio relinquit, vtpote cū sic indulgentię dātur. damus plenariā remissionē peccatorū porrigētib⁹ manus adiutrices hospitali dei. hic ern homo debet dare proportionabiliter ad suas opes. vt si quinq; duodeni debeant iudicari sufficientes p paupere: nō debent iudicari sufficientes p opulentissimo. sed diuiti ad partē indulgētiarū cōsequēdā, sufficiūt: pauperi autē ad cōsequēdam totā. Sed dicis. sic nō cōstat qn pauper consequitur indulgētias cōplete magis q̄ diues. Respōdetur. hoc nō est incōueniens. nā potest homo scire eas sibi valere: licet nesciat q̄tū valeant: vt est de aureo nūmo peregrino. Secundo potest dici: q; siue ponat determiata summa/siue nō, inequaliter valent indulgētię si equaliter porrigāt: qa est inequalitas ex parte dantiū. vtriq; tñ aliqd valebunt, qd sufficit. & hoc est magis ad mētē bti Bonauēturę.

¶ Quinta ppositio. vbi est taxa de dando scuto pro plenaria remissione cōsequēda, dans malum scutum nō cōsequitur indulgentias, q̄uis inuincibiliter credat illud esse bonū. patet: quia malū scutum nō est scutū: cū nō habeat oīa essentialia scuti. sicut credens se inuincibiliter cōfiteri sacerdoti, q tamen est laicus: vi clauis nihil habet pœnę diminutū, licet satisfaciat precepto p tēpore quo est ei ignorantia inuincibilis. Similiter fingēs falsas indulgentias vt plerique faciunt, nihil pœnę remittit accipientibus, esto alijs sit ignorantia inuincibilis. ergo idem est in proposito. Et eodē modo dans triginta quatuor duodenos nō consequitur plenariam remissionē peccatorę: sed forte partem. ratio est: quia videtur ecclesia verba sonantia de tali toto ad partem trahere. Secus est de scuto cui dimidium granulum deficit, qd in foro inter alia scuta valet scutum: licet arguenti istic locus replicæ non desit. ¶ Sexta propositio. Religiosi, virgines, & multę mulieres non debent late vagari pro consequendis indulgentijs: immo potest esse q; multo plus domi mereantur: & forte eis oberit esse in fluctibus seculi. ¶ Septima ppositio. Ad remissionem culpę nihil valet indulgentia. patet: quia ad remissionē culpę requiritur martyrium vel contritio. & q̄uis sufficiat attritio cū sacramento pœnitentię, vt volunt alij: nondum tamen a quo q̄ sapiente cōcessum est q; culpa aliter dimitti possit. Alioquin cōcedere oportebit q; ei cui peccatū mortale placet, culpa dimittitur: qd nō est audiendum. Quādo autē dicitur: est indulgētia a pœna & a culpa. hoc intelligit, est a pœna culpę debita. similis modus loquēdi habet secūdi Machabeorū. xij. Sācta & salubris est cogitatio p defunctis exorare, vt a peccatis soluāt. de veniali nō loquor

¶ Octava ppositio. cōtritio est optima idulgētia & securissima. de bonitate manifestū est, qa tollit culpā mortalē: & ęternitatē pœnę in tēporariā mutat. de securitate sit, qa de hoc nemo vnq̄ dubitauit. ¶ Nona ppositio. Q̄ varij pōtifices relaxāt varias ptes pœnę/forte geometrice nō arithmetice laxāt. verbi gra. interdū vn⁹ pōtifex remittit septimā partē pœnę debitę peccatis cōtribuentis ad summā pecunię sctō sepulchro in ciuitate Spirēsi si sex alij pōtifices tātū cōferrēt: dans septē duodenos erit absolutus ab oi pœna perinde ac cōsequens plenarias indulgentias anni iubilei. Cui tamen hoc absonum videbitur, hāc capiat nonam

propositionem quę sequitur. ¶ Decima propositio. licet confessus tēpore indulgentiarū nō teneatur suscipere pœnitentiā iniunctam: securius tamen est eam suscipere & adimplere. prior pars probatur: quia pœnitentia suscipitur pro expiatione pœnę peccato debitę: quę per indulgentiam tollitur. secunda pars patet: quia forte peccator est vel erit debitor pœnę ratione illorum peccatorū: ergo melius est in via mediocrē implere pœnitentiam: q̄ rigidam & difficilem in purgatorio. & licet sic fuerit peccatū mitius punitū: tamē per cōtritionē punitur: & reliqua pars pœnę per indulgentiam tollitur: sicut per suffragia. clementia etiā inclinat habentem ad mitigandam pœnam iustitię debitam: nec iustitię pererā repugnat. sicut nulla virtus alteri praue aduersatur.

Dubitatur circa ista: quid valeat hoc dicere. damus q̄draginta dies indulgentiarū vel centum annos. Respondetur. hoc est dicere. Indulgentię tantū tibi proderunt/ac si quadraginta diebus vel annis pœnitentiam impleres: & tantum de pœna culpis debita diminuunt, ac si pœnitentiā tanto tēporis curriculo impleres. Sed de qua pœnitentia intelligatur, deus nouit: quia sint duo ieiunantes decē dies: vnus forte in pane & aqua ieiunat: alter satis splendide semel in die comedit. Facile est dicere. verba accipiūtur in potiore significatione: & latissime in beneficio principis. de verbo. signi. cap. Olim. sicut multi voluntarie loquuntur. Ex hoc apparet q; cuiusdam obiectio est nulla: dicentis q; nihil conducit dicere: damus centies mille annos indulgentiarū: quia homo nō ita diu manet viator: nec ita diu manebit purgatorium. Nam licet primū dictū sit verū/ & secundum probabile, q̄ q̄ id solus deus nouit: tamē hoc nō pungit. Vlterius patet, id qd dicit (relaxamus de pœnitentijs iniunctis) debere intelligi de pœnitētijs quę rationabiliter possunt iniungi.

¶ Secundo dubitatur: an existentibus in purgatorio/papa possit cōcedere indulgentias. Hostiensis & multi theologi partē negatiuā tenēt. & primo anno quo doctor eram, hac materia proposita in facultate nostra: multi grauissimi magistrorū nostrorū partem negatiuā tenuerunt. Nup vero dum eramus in cōsessu pro quibusdā propositionibus discutiendis: e scrinijs facultatis/ minister publicus seu bedellus nobis attulit ppositiones Ioannis Angeli. de quo in. xvij. distin. Ioquutus sum. Quarū vna fuit hęc. animę in purgatorio existentes sunt de iurisdictione papæ: & si vellet posset totum purgatorium euacuare. super qua hoc fuit examen facultatis nostrę. Hęc propositio est in se dubia, & ad mentem asserentis p modum iurisdictionis & ordinariæ potestatis de falsitate suspecta/& scandalosa: & nullatenus populo publice prędicanda. Ego qa super senes nō intellexi: sisto in illa examinatione. Sed dicis. Pius secūdus, Sixtus quartus, & Innocētius octauus, concesserūt visitantibus ecclesiā Sanctonensem, quatinus possent liberare animā e purgatorio. & Callistus tertius hoc cōcessit in Hispania ecclesiæ Tyracinēsi. idem legimus de Pascasio quinto. Et hoc vndecim pontifices cōfirmarunt: vt in literis authēticis in introitu sacelli ecclesię sanctę Praxedis Romę legitur. Idem cōcessum est visitātibus ecclesiā sancti Laurētij extra muros. Respondeō. semp in illis cōcessionibus apponitur (per modū suffragij.) ¶ Sed circa hoc: quia indulgentię in articulo mortis q̄plurimæ datę sunt ab Eugenio quarto: Tertio dubitatur: vtrū dentur vere morientibus an presumptione morituris. ¶ Respōdetur. si nō plus habeat ex forma indulti: nec cōcedens aliter suā intētionē exprimat: intelligēdū est de mortis articulo presumpto & nō vero. sicut extrema vnctio quę est sacramentū exeuntiū, debet ministrari his q̄ secūdum cōmunē existimationē hominū putant morituri: & tamē si euadāt, iterū postea inungūtur, nihilo tñ minus extrema dicit: qa ab hominib⁹ existimabatur fore extrema. Secus esset si in forma diceret q; talis effectū indulgentiarū cōsequat etiā si moriat. ¶ Dubitatur vltimo quę sit indulgētia plenaria. Respondeō. licet plenū prima fronte nō videat recipere cōparationem: cū eius pprietas nō valeat augeri vel minui: tamē scriptura & loquēdi vsus aliter vtitur vocabulo. nā vas ferme plenū, vulgus plenū plenūq; vocat. Et Stephanus erat plenus gratia & fortitudine: plenitudine sufficiētię. Actuū. vij. sed Christi fera virgo erat gra plena: quę gratiā diui Stephani longe exuperabat: plenitudine eminentię. capacitas tamen passiua animę in neutro erat totaliter plena. Anima vero Christi est gratia plena plenitudine infinitatis (vt opinor) hoc est, gra eius est infinite intensa. Plena potest vocari dimissio peccatorum confessorū. & sic siquis decederet, plenā indulgentiā habens pro venialibus & mortalibus nondum confessis: in purgatorio plene punietur. Plenior dimissio est totius pœnę debitę oīb⁹ mortalib⁹ tam cōfessis q̄ nō cōfessis. Plenissima vero est omnis pœnæ siue mortalis, siue venialis, tam confessi q̄ nō confessi remissio.

¶ Summatim colligā ea quæ de indulgentijs occurrūt dicenda. In primis tantū valent quātū sonāt claue nō errāte. hoc autē includit rationabilē causam. nā si romanus pontifex velit ad nutū dare cuilibet danti turonū p reparatione templi, plenissimā remissionē peccatorū: deus nō

Universidad de Deusto
Biblioteca

plus acceptabit q̄ dispensationē eius in votis/beneficijs/& in alijs materijs/absq; rationabili causa. Vnde dicit Ioānes Gerson in tractatu de absolutione sacramētalis cōfessionis. Cū potestas concedendi indulgētias nō sit nisi quędā potestas dispēsationis/quę debet esse rationabilis & ad ædificationē: ideo si dent sine causa rationabili p solo intuitu fauoris humani vel alio tali modo: nō oportet q; huiusmodi indulgentię valeant quantū sonant. Propterea fatuę & superstitiosę sunt quędā inscriptiones viginti miliū annorū, vbi quis dixerit quinquies Pater noster, ante talem imaginē &c. & deberēt prelati illas reijcere & ꝓhibere: qa cedūt in contēptū & derisionē indulgentiarū: nec continent veritatē. In hac autē distinctione loquens de remissione tertię partis/cū indeterminate datur indulgētia cōtribuentib⁹ ad ędis sacrę reparationē: intelligit de auxilio qđ sit cōueniens ei q dat: & secundum q; accedit ad hoc: plus vel minus de indulgētia cōsequitur. vt paup dans vnum denariū totā indulgentiā cōsequit: diues vero nō: quē nō decet ad tam pium opus & fructuosum tam parum dare. sicut nec diceret rex alicui auxiliū ferre cui obolum daret. ergo secūdum eū duorū facientium similia opera secūdum substantiā: vnus plene cōsequitur indulgentiā: alius partē trī: & plus vel minus secūdum q; accedit ad causam ꝑ qua concesse sunt indulgentię. Et doctor Seraphicus vltima q̄stione huius distinctionis sic dicit. Dans indulgentiā considerat causam ꝑ qua reputat eū dignum tanta gratia: & secūdum q; plus vel minus accedunt homines ad illam causam: plus vel minus participant de indulgentia. verbi gratia: Indulgentias stationum in vrbe instituerunt sancti patres propter pegrinos qui delonge veniunt nec existimauerūt dignum tanta gratia qui est natus iuxta ecclesiam/sicut qui delonge venit: nec tantam recipit indulgentiā sed aliquātam. Concedo igitur (inquit) q; indulgentię q̄tum est ex parte dantis tantū valent q̄tum promittunt: nō tamē equaliter omnibus: sed secūdum existimationem eius quā habuit vel habere debuit qui indulgentias dedit: quam nō oportuit exprimere: quia oēs fideles debent in corde presupponere q; dona & miserationes spiritus sancti donentur cū equo & libramine. Nec hoc debet aliquem ab his retrahere: quia semper plus valent si homo sit in caritate q̄ obsequium vel aliud pro quo indulgentia conceditur. Omnes igitur recte loquentes volunt ad hoc vt indulgentiæ valeant requiri iustam causam. Nec ecclesia fallit/sed tacet verum quod dicere nō tenetur: sed si homines credant indulgentias in omnem euentum valere ad nutum pontificis: tunc sese fallunt, nec eos ecclesia fallit. Et hoc est sub honestiore locutione cum Altisiodoro co incidere in sentētia. Pręterea ex dictis patet q; nō constat vllo modo: an romanus pontifex habeat iurisdictionem super existentes in purgatorio. apparet q; nō/per verba Christi Petro dicta. Quod cunq; ligaueris super terram. hoc est in hac terrena & mortali vita. per modum tamen suffragij potest super existētes in purgatorio magis q̄ alius particularis homo. Vlterius dico q; indulgentiæ nō sunt nimis multiplicandę/in clauium contemptum. propterea prudentum consilio Sixtus Quartus plures indulgentias a se ab initio pontificatus concessas/tandem reuocauit. Amplius, sicut est latitudo iusti precij intra quā si homo maneat: potest licite carius vendere vni q̄ alteri: sic est in latitudine pœnitentiæ iniungendę: & etiam in indulgentijs vt opinor. nec in hoc clauis errat. & per consequens possunt duo inæqualiter diutes æquales consequi indulgentias/equales dantes pecunias. quod patet: quia indulgentię nō conferunt gratiam virtute operis operati. & licet minus dives plus mereatur q̄ dives si cętera sint paria: tamen remissio pœnę potest esse equalis dūmodo sit vtrobiq; status in latitudine iustæ pœnitētię. exēplum in simili. Sacerdos in cōfessione iniungit vni dicere quinquies orationem dominicam: & alteri quater: vterq; complens pœnitentiā iniunctam/satisfacit: nec amplius punietur vnq̄ in alio seculo: dummodo vtraq; pœnitentia cadat intra latitudinem pœnitentię iustæ. Concludendo dico q; sufficit respondenti theologo sic dicere. indulgentię tantum valent q̄tum sonant/claue nō errante. quando autē erret/quando vero nō: melius eo superiores nouere. ¶ Cęterū innumeri sunt in indulgentijs abusus: potissimū per eos qui eas falso cōminiscuntur, deinde magnæ fiunt impensæ vt habeantur: & habitę/ab episcopis diuulgari permittantur. mille quoq; modi a questuarijs istis adinuenti pro habenda pecunia a plebe. Laudo factum optimi cuiusdam viri & doctissimi Ioannis Raulini piæ memoriæ: qui cum in theologia licentiatus esset: & hi quæstuarij sibi offerrent pecuniam pro suo doctoratu/ea lege vt cum eis proficisceretur de parochia in parochiam concionando: q̄uis pauper esset: id tanq̄ se indignum recusauit. Quales confessores admittātur in his locis publicis: deus nouit: & q̄ celeriter finem imponant, vt lanam ab ouibus colligant. Nam vbi solent esse casus conscientię intricatissimi: quibus in promptu vix posset respondere cō summatus theologus: asellus quispiam ægre capiens significationē propositi casus, omnia ocyus sime expediet.

¶ Distinctionis Vigesimeprimæ Questio Prima.

IN hac distinctione vigesima prima quęrā tria. Primo. an aliqua peccata dimittātur post hanc vitā. Secūdo de sigillo secreti. Tertio de sigillo confessionis. Quęro itaq; primo. An aliqua peccata dimittant post hāc vitā. ¶ Pro questionis solutione ponā duas conclusiones. Prior est. decedenti cū solis venialibus sine mortali dimittunt pcta post hāc vitā. ¶ Secunda conclusio. decedenti cū mortali & veniali/veniale dimitti sine mortali est rationabilē oppositō: licet oppositū possit defendi: immo ab vno cōterraneorū nostrorū theologo ꝑfundissimo/Ricardo de sancto Victore defendit in quodā libello sup hoc cōfecto ex idustria: quē Alexāder/beatus Thomas/& doctores in hoc fere sequūtur. sed alterius cōterranei scilicet doctoris subtilis sententia plus in hac parte placet. vtrāq; tamē prob abilem (quia ita reor esse) tenebimus. Prior conclusio probatur: quia talis in gratia decedit: ergo interdū habebit gloriā: sed nō anteq̄ punietur ꝑ peccatis suis: vel aliquis satisfaciat ꝑ eo: vel dentur ei indulgentiæ. secludo duo vltima: & volo q; nō applicentur. q; nō anteq̄ punietur: patet. nam primę ad Corinth. iij. per fœnum/lignū/& stipulam intelligit Apostolus punitionē peccatorū venialiū. & quia aliqua sūt maiora/aliqua minora: dicit fœnum/lignū/& stipulam. hoc docet Augustī. xxj. de ciuitate dei. & de vera & falsa pœnitētia. sed si quis decedat in gratia: saluabitur. constat autē q; nō simul habebit pœnam & gloriā: nec pœnam post gloriā: ergo prius vapulabit p ignem purgatorij. Nec iuuat dicere q; in mortis tolerantia veniale quodlibet cōsumitur: quia licet homo sit memor in extremis de venialī scito tali/& ipsum nō detestatus fuerit: non videtur mortaliter peccare: quia sicut consensus in veniale est venialis: ita nō videtur detestatio eius occurrentis sub ꝑna peccati mortalis requiri. & dato q; taliter negligētem in extremis dicas mortaliter peccare/qđ nō admitto: nō euadis difficultatē de illo qui est in solis venialibus: & dormiens occiditur: vel in amentiam perpetuā cadit. nam iste nō manebit perpetuo in purgatorio ratione peccatorū venialium: nec beatificabitur cum culpa vel culpis venialibus: ergo aliquādo culpę illæ venales omnes post hāc vitam remittentur. ¶ Dico ergo q; veniale potest deleri post hāc vitam. Sed de modo quo deletur varius est: modus respondendi tam apud doctorem sanctū q̄ seraphicū: quorū nullus placet. Doctor subtilis in hac distinctiōe recitat tres modos & in nullo stat fixus. Primus est. idem est peccatū veniale deleri & pœnam pati debitam illi. quē modum auctoritate sanctorū impugnat. vel vt dicit/per merita in vita habita reseruata in diuina acceptatione. Postea subiungit. si neuter modus placet, quęratur alius: quem difficile est inuenire. nam ipsum deleri per bonū motum: non est doctrinæ Theologicę conforme. tamē doctor sanctus hūc tertiū modum asserit. Sed dico q; cōterraneus cō sequēter ad suam sententiā debuit imitari primū modū. & illum ego amplector: quia multo ꝓbabilius est apud me q; veniale remittitur in inferno. Dico ergo veniale deleri in purgatorio vel in inferno, nō esse aliud q̄ pœnam pati venialī debitam. Ex quo sequit q; aliquis decedit cū culpa & debito pœnę. qui nō diutius erit in purgatorio/q̄ decedens sine culpa debitor solum pœnę. quod patet si fortes decedat cum venialī fœno/qui est debitor paruę pœnę: & plato cum debito magno pœnę. Ex isto ferme sequit q; veniale tunctum mortali solum punietur tēporaliter ratione venialis. ¶ Et sic secunda cōclusio probabiliter ex priore sequitur quo ad partem priorem. Nam venialī secundum legem de per se debetur solum pœna tēporaria. ergo propter coniunctionē eius cū mortali non debetur ei maior pœna. Insuper. virtute clauium deus magis malo remittit maiorem partem pœnę q̄ minus malo, vt supra ostensum est. & hoc est quia maiore misericordia eget: ergo saltem non decet suā clementiā punire veniale vltra pœnā ei debitā solū & seorsum. nec ex assumpto pretendo q; veniale minus punitet iunctū mortali q̄ sine mortali: sed equaliter. Secūda autem pars probabit respōdendo ad oppositū. Vlterius sequitur q; alicui dimittit culpa cui nō augetur gratia, nec gloria. qđ patet de punito in purgatorio habēte gratiā: similiter in inferno de peccato venialī. saltem culpa dimittit. Sed dubitando pones aliquē decedere stipatum multitudine solorū venialium circa diem iudicij. Dico q; deus potest illum tātū punire vna hora quantum alius punitur vno anno: immo septem annis, per intensionē pœnę. accipe scalam intelligētię p hemicraneū vel colicam passionem, & lentam febrem.

¶ Contra priorem cōclusionem & eius probatiōnē quæ stat in hoc q; nemo manet perpetuo in pœna rōne venialiū, argumentor sic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ponamus deū phibere Sorti cōtinuare a. actum per quācūq; partē ꝓportionalem vnius horę ſub pœna horę vel diei: ipe decedens cū gratia punie tur ęternaliter, ꝓbatur. in infinitis venialib⁹ deceſſit: & ꝓ quolibet punietur vna hora: ergo infinitis horis punietur: quæ reddunt tantū tēpus quantū infiniti anni. Eodē modo ꝓhibeat ſorti deus vel abbas/ trahere digitū vltra primā partē ꝓportionalem huⁱ⁹ pedalitatis ſub pœna diurna: vltra ſecundam/ſub ſimili pœna: & ſic de qualibet parte ꝓportionali: trahat ſortes digitū ſcienter ab vno extremo in aliud. Dicis. caſus eſt irrationabilis: cū nō poſſit cognoſcere illas exiles partes ꝓportionales tēporis vel albedinis: & ꝓ cōſequens nō pōt cognoſcere quādo peccat diſtincte & nouo pecca to. Cōtra hoc arguo, quis peccat inſtantanee, & tñ nō cognoſcit inſtans: & ſic poteſt peccare in quali bet parte ꝓportionali/licet eā nō cognoſcat: ergo notitia partis nō requiritur ad peccatū. ſicut multi peccant peccato omiſſiōis: & neſciunt quę res ſit. Quicqd ſit: caſus eſt prēter legē. de potētia tñ dei abſoluta caſus eſt poſſibilis. q; qs decedat in infi nitis venialibus habendo cuiuſlibet partis ꝓportionalis notitiā diſtinctam. & vel creaturę creabili vel homini q nūc eſt, poteſt id imputare ſicut ori ginale imputat: ſed hic homo pōt cauere ne delin quat. ſicut Adam poterat nō peccare dum iuſtitiam originalē habuit. Peccatū aūt in maiore parte cōtinuatū eſt peius q̄ in minore. & ſic inęqualiter puniendum eſt a deo ſecūdum legem. De potentia vero abſoluta poteſt deus hominē punire ęternaliter ꝓ ſolis venialib⁹. ſed de lege loquimur. Secundo dicatur ad hoc ſicut diceretur de omittēte diligere deū ꝓ vnā totā horā, qui in nulla parte illius horæ deū diligit. In. xvij. diſt. primi, & alibi ad ſimilia reſpōdimus. De abbate loqui nō oportet: qa non teneor eo prēcipiente ad oīa licita: ſiue eā facā ſiue nō, nullo modo pecco. vt videbitur poſtea diſtin. xxxviij. huius. ¶ Cōtra ſecūdam cōcluſionem arguitur. In inferno nulla eſt redēptio, vt ait Iob. Forte dicis & bene. nullus qui eſt in inferno/liberatur ab eo & de faucibus eius: bene tamen eſt redemptio quo ad peccatum veniale: vel quo ad mille venialia: quia homo debet ſolum ꝓ eis ſolutionem pœnę.

¶ Alia poſitio contradictoria ſecundę cōcluſioni tenet: q; veniale nō dimittit in inferno ſi iungatur cū mortali: & hoc eſt de ꝓ accidens ꝓpter conjunctionē alterius: de per ſe eā debetur ei pœna finita. Sed contra hoc dices. ſi quis decedat cū originali & veniali: is punietur in inferno pro aliquo tēpore: & tandem ab inferno liberabitur: & ibit ad limbū puerorū. Q; punietur ꝓ tēpore in inferno, ꝓbat: qa nō punietur illo tpe in purgatorio: nam purgatorij erit finis. nec punietur in limbo: quia illic ſolum punientur paruuli pœna damni. Reſpondeť. quicqd ſit de liberatione eius a tali ſitu ſemp manebit damnat⁹ pœna damni. vbicūq; eā quis poſt hanc vitam punitur: ibi eſt eius infernus vel purgatorij. cōcedo tamen q; de loco in locū variabitur: & minus in fine punietur q̄ ab initio puniebatur. Et quia beatus Thomas negat caſum: amplius deducitur in ſecūdo poſſibilis: & ad ipſum reſpondetur.

¶ Cōtra hanc poſitionē arguo. decedat Sortes in veniali & mortali. vel illud veniale delebitur in alio mundo, vel nō. ſi primū, habetur propoſitū. Si nō deleatur: ſortes habens originale & veniale punietur de ꝓ ſe pœna ſenſus ęternaliter ꝓ veniali: cōtra hanc opinionē. immo Sortes nō punietur ꝓ originali pœna ſenſus. vt cōmuniter tenēt oēs. Et cū puniatur pœna ſenſus ęterna liter: oportet dicere q; veniale ꝓ ſe ſit cauſa illius. ¶ Reſpondeť dupliciter. Primo negando caſum in quo ſortes decedit cū ſolo originali & veniali, ſecundū beatū Thomā/ & doctorē ſeraphicū. & cā eſt ſcđm eos qa nō pōt añ ānos diſcretiōis aliqs veniaľ peccare: & ſi omittat tunc baptizari, & nō ſit baptizat⁹: culpabiliter mortaliter omittit. quare nō datur caſus ſecundum eos. Sed quia illud falſum exiſtimo, ideo aliter reſpondeo: admiſſo caſu cōſequēter cōcedo q; talis puniet ęternaľ ꝓ venia li pœna ſenſus/ pœna qdē ſatis miti quo ad intēſionē/qa ꝓ ſolo veniali. & illa pœna ſenſus ē ſola cauſa ꝓpetuitatis illius pœnę ſenſus: ſed nō eſt ꝓ ſe cauſa illius. Voco illud cauſam ꝓ ſe qđ eſt cauſa oīni alio ſecluſo: modo ſemoto originali ſi iſte decederet in ſolo veniali, nō puniret ęternaliter ꝓ illo. Originale eā eſt cauſa ꝓpetuitatis pœnę: veniale aūt cauſa pœnę ſenſus immediata. & ſic nec veniale eſt ꝓ ſe cauſa perpetuitatis: nec originale cauſa per ſe pœnę ſenſus: ſed illorū peccatorum vnio/ē cauſa talis pœnę: licet illa vnio nō ſit aliud ab illis peccatis vnitis. ¶ Secūdo arguiť cōtra eādem poſitionē. decedat ſortes cū a. mortali & b. veniali: & plato cum c. mortali ęquali a. vel ſortes punietur intēſius q̄ plato ęternaliter: vel ęque intenſe. Si ſecūdum/nō punietur ęternaliter ꝓ veniali. ſi primū/ ſignet: & ſit illa triſtitia vnus gradus vel medius gradus. ſi ergo ſortes punietur ęternaliter acerbius q̄ plato: ſtat q; Cicero faciat mortale ęquale a. & adhuc aliud mortale ꝓ quo puniet vnico gradu: quo facto Cicero ſolū ęque intenſe puniet cū ſorte & ęualiter quo ad durationē. qđ eſt incōueniens. ¶ Ad ſecūdū admiſſo caſu dico q; ſortes puniet ęternaliter intēſi⁹ q̄ plato: & ęqualiter quo ad durationē. & cōcedo q; ſortes ęualiter puniet cū Cicerone in duratiōe & in intēſione

graduali: ſed nō in ratione offenſę diuinę. Illę eā pœnę ſunt improportionabiles: quēadmodum punctū & linea. de hoc infertus i materia pœnarū diſt. xlvj. ¶ Tertio. pono Sortē qui decedit ſolū cū tribus venialibus, & Platonē decedētē cū vno mortali & duobus venialibus ęqualibus Sortis. Arguitur ſic. deus plus punit Platonē ꝓ ſuis venialibus duobus q̄ Sortē ꝓ ſuis: immo ſequitur q; deus plus punit illū qui decedit cū vnico veniali & mortali, ꝓ illo veniali/q̄ vnū aliū qui decedit cū mille venialibus. qđ negādū videť a miſericordia diuina. ¶ Ad tertiū reſpōdeť conceden do q; deus plus punit Platonē ꝓ ſuis duob⁹ venialibus q̄ Sortē. ſed de per accidēs illa peccata ſunt inæqualia: quia Platonis peccata cōſūgūtur mortali. Et concedit hęc concluſio q; deus plus punit aliquē ꝓ vnico veniali iuncto mortali vel originali q̄ ꝓ quibuſcūq; finitis venialibus. non ne vides q; malus denarius vel nō bonus in ſocietate bonoꝝ a mercatore ſuſcipit: & coniūctus malis cū alijs reijcitur? ſic eſt in ꝓpoſito. ¶ Epilogando, diximus quo mō aliquis decedit cū ſolo veniali vel venialibus: & tēporarie ꝓ illis punit: & q; culpa venialis poſt hāc vitā dimittit in purgatorio. ad venialis eā delectionē ſufficit pœnā pati, quā vltor illius infligit. & cū pœna venialis ſeorſum ſit tēporaria, ſi coniungat originali vel mortali: veroſimilius eſt q; deus illā culpā ſolū tēporarie punit i inferno: & nō acerbius q̄ ſimilē ſeorſum in purgatorio: licet oppoſitū poſſit defendi ꝓpter hoīs ingratitudinē in mortali decedētis. & ſic de ꝓ accidens venialis culpa æternaliter punit. Et licet exiſtēs in purgatorio poſſit habere cauſas venialiū expiatiuas: vt in hoc mundo, puta contritionē vel deteſtationē eoꝝ (de nominibus nō refert) vel referre actus in delectionē illorū peccatoꝝ: vel alios actus charitatis habere: tñ cū nō ſint in via: vero ſimile eſt q; non acceleрāt ad gloriā: nec poſſunt ſe iuuare ad hoc illi ſpiritus beati i ſpe: licet nos iuuare poſſimus. oportet eā patiātur pœnā a deo ſtatutā: niſi a viatoribus iuuētur. & q̄is ponātur ſe poſſe iuuare vt liberētur a purgatorio: de exiſtētibus in inferno hoc dicere nequimus. & cū teneā venialia illic remitti: oportet q; hoc fiat ꝓ tolerantiā pœnę. cōis eā ſchola non admittit q; aliquos actus bonos moraliter elicitāt. ergo eodē mō dico eſſe in purgatorio & in inferno. Pręterea diximus q; poſſibile eſt quēpiā decedere cum originali & ſolo veniali: quia cū primū venit ad annos diſcretionis nō teneť ſtatim ſub pœna peccati ſuſcipere baptiſmū: & interea pōt mentiri ſocoſe & protinus mori: cui veniale remittetur, & de purgatorio ad limbū puerorū trāſfereť. tenēdo aūt oppoſitum ſemp punietur pœna ſenſus. Petrus Paludanus in. xvj. diſtinctione huius. q. j. dicit q; veniale ab originali abolebitur: nō aūt a mortali. ratio eiⁱ⁹ eſt quia habēs veniale cū originali poteſt habere bonū actū: nō aūt habēs mortale cū veniali. hoc nō placet. Nā cōſequēter ad poſitionē quā imitatur/ nō eſt improbabile quin exiſtēs in inferno poſſit habere actū moraliter bonū. Etiā bonus actⁱ⁹ vt opinor, in alio ſęculo non tollit veniale. fateor tñ dictū eius nō carere ꝓbabilitate. Concludēdo dico ne te moueat q; diſplicētia quātūlibet remiſſa tollit culpā mortalē: & nō totā pœnā venialibus debitā: qa tollēs malus nō ſemp tollit minⁱ⁹. Nā cōtritio vt vnū tollit totā culpā/& ęternā pœnā: & tñ ſimilis cōtritio non tollit pœnā tēporalē totā ſequentē. pœna eā & culpa ſunt alterius rationis. ſic in propoſito.

¶ Diſtinctionis Vigeſimęprimæ Quęſtio Secunda.

Secundo loco in hac diſtinctione q̄ro: an ſigillū ſecreti ſit oīni mō ſeruādū. Pro q̄ſtionis ſolutione ſcito hoc cōplexū (ſigillum ſecreti) eſſe ſupius ad hoc cōplexū (ſigillū confeſſionis) nā omne ſigillū confeſſionis eſt ſigillū ſecreti: & nō contra. ¶ Hoc ꝓmiſſo reſpondeť affirmatiue ad q̄ſtionē, & q; tale ſecretū reuelans, peccat. Probatur ſic. quicūq; contrauenit iuri naturę peccat: ſeruare ſecretū proximi eſt de iure naturę, pariter & diuino. nā Matth. vij. ſcribit. Omnia q̄cunq; vultis &c. hoc eſt, nemo debet alteri facere qđ nolit ſibi fieri. ſed nemo vellet peccatū ſuū ſecretū alteri detegi. igitur. Pręterea Prouerb. xj. dicitur. Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana: qui autem fidelis eſt, celat amici cōmiſſum. & recitatur. v. q. v. Qui ambulat. ¶ Ex concluſione ſequitur q; ſecretū omne fratris cuius reuelatio eſt in eius dedecus, eſt ſeruādū. Itelligo ſcđm dicenda in argumentorū ſolutionibus. ſiue dicat, recito tibi hęc ſub ſigillo confeſſionis: ſiue non. ſed ſi ſic dicat, reuelando peccatū eſt maius. nam promiſi ei vel verbo tacere vel virtualiter nutu: ſiue ſit vitium naturę: ſiue vitium animę ab hominis voluntate dependens: ſiue verū ſiue falſum non refert. ¶ Secūdo ſequitur q; ſi reperiam libellū in quo quis ſcripſit ſua peccata: & illum alicui alteri cōmunicem, pecco: & debeo illum libellū vbi ſcriptor non occurrit lacerare tā̄ famoſum: vt C. de libel. famo. l. Si quis famoſum. & v. q. i. ca. Si qui. immo ſi in libelli principio conſtet de ſecreto: mortaliter pecco ſi ipſe legam. ¶ Tertio ſequitur q; grauiter peccant illi verſipelles curia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

les aliorū literas secretas aperiendo:& quiuis alij/ nisi habeant cōsensum interpretatiuū eorum ad quos spectant. ¶Quarto sequitur ꝙ nemo debet peccatum suū secretum extra confessionem propalare.probatur:quia nemo debet peccatum proximi secretum referare : ergo necsuū ipsius. tenet consequentia: quia dato oppositio cōsequētis cum antecedente:sequitur hęc absurditas: ꝙ aliquis plus tenetur diligere proximū q̄ seipm. qđ est falsum.nam dicitur.ix. Ethicorū. Amicabilia ad alterū, referūtur ad amicabilia in ordine ad nos.& dilectio suiipsius est mensura dilectionis proximi.Hinc p̄cipit Saluator noster dicens Diliges proximū tuū sicut teipsum. Insup peccat qui bona sua propria dissipat : vtpote proijciens triticum in aquam: vel domum propriam comburens sine necessitate & vtilitate . non licebit ergo famam quæ hęc bona extuperat, cōtēnere &eneruare.

¶Contra hanc conclusionē arguitur sic.scio in secreto Sortem vrbē hostibus traditurum, vel pestiferam hęresim sparsurū in vulgus.sed si nō liceat peccatū occultū istius i secreto acceptum prodere: vrbs tradetur hostibus:& multi innocētes occidētur.cōtra id qđ Prouerb. xxiiij.scribitur. Erue eos qui ducūtur ad mortē: & qui trahūtur ad interitum liberare ne cesses.castę mulieres stuprabuntur:& multa alia flagitia p petrabūtur.magis autē obligor istis periculis occurrere,q̄ non referare secretum istius mali viri. igitur. ¶Respōdetur.argumentū sufficienter p̄bat,seruare secretū nō esse de iure naturæ in oēm euentum.immo nullo modo est p̄ceptum quā do fortuus vinculū superuenit ad oppositū obligatorium.vt in ꝓposito.& habetur.xxij.q.v.ca. Hoc videtur.si tamē possim persuadere ei vt desistat a ꝓposito suo cōcepto:teneor eius peccatū secretum seruare:nam sic aliis sufficiēter succurro:immo sic vtrūq; præceptū seruo. sed vbi nō possum:superiorē adibo,& istum sceleratum nominatim manifestabo:etiam si iureiurando affirmassem ei seruare omnia quę mihi dixerit secreta:& postea mihi mentē suā de concepto scelere aperuisset:quia intelligitur iuramentū meū : nisi fortiori vinculo obliger ad manifestandū. sed si iurarem ei post sceleris manifestationē me illud nemini proditurum:incaute iurarem:& per cōsequens non obligarer illud iuramētū seruare. Ex quo patet per locū ab oppositis, ꝙ si religiosus sciat peccatum occultū fratris sui qđ nec tendit in damnū corporale nec spirituale aliorum: non debet illud abbati etiam p̄cipiēti sub pœna ex cōmunicationis detegere. ¶Secūdo arguitur. si sim interrogatus super occulto peccato Sortis qđ solus scio, a iudico : & iurem dicere veritatē teneor tunc propalare peccatū occultum Sortis. iuxta illud qđ scribitur Leuitici. v. Si peccauerit anima,& audierit vocem iurantis, testisq; fuerit ꝙ ipse vidit,aut cōscius est,nisi indicauerit portabit iniquitatē suam.vbi Nicolaus Lyranus dicit.in Hebręo habetur. Si audierit vocem iurati: qua scilicet adiuratur dicere veritatē. ¶Respondetur sicut dicit Nicolaus: illic est sermo de iudicio exteriori: & per cōsequens peccatum non est penitus occultū.si enim sit peccatum penitus occultum, qđ ego sciam solus:dicā iudici ꝙ trāscēdit rationis limites talia q̄rendo. & licet dicā me nihil super hoc scire:intelligens in mente ad ei significandum:non pecco nec mentior: nec ꝓprie fallo.ꝙ non mentiar patet sic:solus ille mentitur qui vnū ore vel scripto enūciat: aliud habens in mente.& vt vulgo dicitur,mentiri est contra mētē ire. qualiter tamen hoc sit verum,alibi tāgitur. sed ille assentitur sicut profert cum expressione quā addit in mente.Et eodē modo potest respōdere religiosus patri abbati q̄renti in casu corollarij in fine argumenti p̄cedentis illati. Qz non fallat proprie,patet:quia fallere vt in primo dixi mus,deformitatē importat : & propterea dicens qđ licite dicere potest nō fallit.quo modo Iacob non fefellit:sed pater seipsum fefellit. ¶Tertio arguitur. vulgariter fertur excōmunicatio in oēs qui sciunt impedimentum affinitatis vel consanguinitatis inter matrimonio coniūgendos:vt in ecclesia audis.sed interdū non potest impedimētum ostendi nisi detegatur peccatū occultū fornicationis sponsi vel sponsę:ergo in illo casu teneor peccatū occultū sponsi vel sponsę prodere. ¶Respondetur.si sciam tale impedimētum,debeo secrete adire illum qui peccatū cōmisit:& dicere ei seorsum alijs inscijs peccatū illud gratia cuius inter eū & Bertam nō potest esse matrimonū ob affinitatem talem vel talē.si Berta crimen cōmisit:id idem et in secreto aperiā.forte em̄ ipa credit ꝙ hoc matrimonio ante dispensationem non repugnat.ꝙ si a matrimonio desistere noluerit:crimen occultū dicā superiori vel illi qui potest matrimonū contrahendū impedire.& hoc si probare possim:alioquin quiescā.hoc autē fit ne continuo maneant in peccato.quare rationabilē causam habeo occultū peccatū stantibus his circūstantijs detegendi:vt alia peccata impediam. ¶Quarto arguitur. mulier tenebatur peccatum occultū zelotypię referare: vt p̄cipit Numeri.v. Nam cū mulier suspecta erat de adulterio,qđ nō poterat aliunde in foro exteriore ꝓbari: maritus eā ad sacerdotem adduxit:offerēs pro illa decimā partē sati farinę hordeaceæ: nec imponi debuit thus nec oleū:quia sacrificiū zelotypiæ est

& oblatio inuestigās adulterium:ac debuit sacerdos scribere in libello maledicta in eā,si polluta fuisset & commixta viro alieno:vt putrescat femur & tumens vterus distrūpatur: vt sit in exemplū populo Israel. ¶Respondet.quia populus ille qbusdā vitijs deditus erat:vt in ꝓposito,mulierū excessiuo amori,& inordinato homicidio: vt ex varijs scripturæ locis legimus: propterea deus eis quo ad aliqua ꝓtēpore illius legis condescēdit.vt in ꝓposito ne occiderētur vxores:ad quas occidēdas ob amorē inordinatū procliues erant:hāc legē seruatā voluit,& miraculose deus illud peccatum detegebat.Nobis aūt dedit leges multas,scilicet naturæ, quas in cordibus nostris tāq̄ in silice sculpsit:ac alias positiuas leges: & in istarū multis dispensauit:vt in homicidio innocentis Sāsonis.Iudicum.xvj. Sic in ꝓposito de peccato hoc occulto qđ debuit a muliere referari muliere inquā Hebręa.altarū enim nationū mulieres etiā illo tempore ad hoc nō obligabantur: nec aliquę in mūdo hodierno die. ¶Ecce q̄ graue sit peccatum/ occultū fratris prodere: nisi vbi homo habet p̄ceptū aliūde cui aliud præceptū cedere debet. Interdum tamē nō est facile iudicare qđ p̄ceptū alteri cedere debeat: nōnūq̄ facile.vnde hoc dico:ꝙ vtilitas mea vel proximi nō est causa sufficiens ad hoc vt peccatum occultū fratris detegam.qđ probo: quia nō licet auferre bona fortunę proximi ob meā vel proximi vtilitatem:ergo nec famā.patet cōsequentia:quia illis bonis p̄stat fama. antecedens manifestū est ex Aug.xiiij.q.v.cap. Forte.& ex Grego. j.q.j. cap.Non est putanda. Sed si prodere peccatū occultum fratris sit necessariū pro salute spirituali vel corporali aliorū innocentū:ne iniuste opprimātur:possum illud referare:vt in solutione primi diximus. Vlterius ex dictis in.xv.distinctiōe quęstione.xvj.sequitur.si socius meus & ego imposuimus Sorti aliquod falsum crimen: teneor illud reuelare restituendo Sorti suā famā: & p cōsequens reuelo occultū peccatū cōplicis mei. nimirū proprīū etiā pando. Pręterea sequitur. si solus sciam Sortē equū abstulisse: qđ Platoni imponitur:& ꝙ occidetur nisi peccatū occultū Sortis detegam:debeo illud manifestare: vt vitā innocentis & famā protegā . sic em̄ Daniel vitam Susannę seruauit:occultū crimē sacerdotū reuelando. Danielis.xiij.ratio est.quia plus ponderāda est innocentis vita:vel etiā bona fama,q̄ nocentis. Insup cōtingit dare occultū peccatorē fama indignū:cuius tamē peccata si detegam:iniuste ago.vt occultus hęreticus est dignus qui bona perdat:& tamē nō possum ante sententiā datā & publicationē,eius bona auferre. Sequitur præterea ex solutione ad primū:ꝙ si sit vn⁹ vel plures fures vel latrones incorrigibiles/possum eorū furta & latrocinia occulta reuelare vt innocētum vitas protegā.secus si sint corrigibiles:vel cōstet de correctione : nisi speciali ordine iuris seruato de illis specialiter & nominatim interroger : quia iam teneor veritatē dicere. Vltimo notādū est ꝙ homo tenet seruare famā personę cū qua peccauit:nisi illius ꝑsonæ detectio requirat ad peccati proprij cōfessionē. Ratio est: nam alioqn reuelabit sine necessitate peccatum occultum proximi quod est vetitum.

¶Distinctionis Vigesimęprimæ Quęstio Tertia.

Ertio circa hanc distinctionem q̄ritur: an sacerdos teneatur celare peccatū sibi in cōfessione detectum. ¶Respondet ad q̄stionem affirmatiue.probatur sic. oē secretū de necessitate est seruandū:sed omne peccatū in sigillo confessionis detectū est secretū:ergo omne tale est seruādum. antecedēs patet ex q̄stione p̄cedenti.& cōsequentia est in barbara. Secūdo ꝓbatur idē : quia illud est de iure naturę,diuino,& humano strictissime prohibitū:ergo est ad vnguē seruādū.de iure naturę constat ex q̄stione p̄cedēti.& de iure diuino vltra legem naturę patet:quia alioquin eneruare tur p̄ceptū diuinū de confessione facienda. quis quęso ille est qui si sciret suū peccatum occultū ꝓpriæ famæ denigratiuū detegēdū/id alteri referaret? De p̄cepto autē humano patet de pœnitē. & remis. cap. Omnis vtriusq; sexus. vbi de sacerdote dicitur. Caueat autem omnino sacerdos ne verbo aut signo aut alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorē. Sed si prudētioris cōsilio indiguerit:illud absq; vlla expressione personæ caute requirat:q̄n qui peccatū in pœnitentiali iudicio sibi detectū p̄sumpserit reuelare:nō solum a sacerdotali officio deponēdū decernimus/verū etiā ad agendā perpetuā pœnitentiā, in arctum monasteriū detrudēdum. Tunc sic.peccatū quāto pluribus deformitatibus est inuolutū:tāto est peius.sed sigillum cōfessionis aperiēs illis deformitatibus inuoluitur.igitur. Peccatū nāq; in cōfessione auditū reuelare nedū est peccatum : sed grande valde & insolitū : hominū a lege diuina de confessione faciēda/maxime impeditiuū. Ex quo patet longe maius esse peccatū cōtrauenido sigillo confessionis q̄ sigillo secreti nudi/siue nō cōfessionis. Potest tamē sacerdos dicere: hūc vel illū in confessione audiui,nō nominādo eius peccata in speciali. vel dicere potest.audiui a.pec

Universidad de Deusto
Biblioteca

catum in confessione. vt habet in textu allegato & in cap. Officij. eiusdē tituli. vbi papa nō reprehēdit legatū petentē cōsilium de peccato qđ asserit in vniuersali se in confessione audiuisse. Non tñ potest dicere copulatiue, audiui a. peccatum illi⁹ in confessione.

¶ Contra hanc conclusionem argumentor. possum dicere, audiui peccatum Sortis in cōfessione: semper loquor de posse iuris & nō facti. ergo hoc vel illud: demōstrādo superbiam vel trām. cōsequētia est descensus supposita constātia: & antecedēs licitū: ergo cōsequēs est licitū. Forte dicis, & ita respōdendū est: cōsequentia est bona: sed antecedēs est æque illicitū vt ipsum cōsequēs propter defectum cōstātię. etiā nego q̄ liceat dicere. audiui peccatū istius in confessione: sed possum dicere, audiui istum in confessione. stat enim q̄ nullū habeat peccatum: nec mortale nec veniale sibi occurrens post vltimā confessionem: & tamē satisfaciat p̄cepto. huic enī nō repugnat auctoritas beati Ioannis. primę Ioānis primo. Si dixerimus quia peccatū nō habem⁹: nos ipsos seducimus: & veritas in nobis nō est. nam stat virū esse in nullo peccato vel nō habere peccati memoriā: qui tñ male ageret dicēdo se nō cē in peccato. Ex quo patet q̄ non possum dicere, audiui grādia peccata istius in cōfessione. & licet apparēter cōcedat, audiui peccata istius in cōfessione: ergo mortalia vel venialia: nō tñ est concedenda vna pars illius disiunctiuę.

¶ Secūdo arguitur. ponēdo q̄ Sortes & Plato conspirent paritet ad occidendū Ciceronem sacerdotē in nemore: & ante nemoris ingressum Sortes hoc presbytero cōfiteatur: asserens hoc certū q̄ si ingrediatur nemus: occidetur a Platone. Isto casu supposito arguitur sic. vel Cicero presbyter nō intrabit nemus: & sic Plato reputabit eū confessionis reuelatorē, quia sciebat Plato q̄ presbyter nemus intrasset nisi Sortes ei fuisset confessus: & hoc etiā scit Sortes. Si dicas presbyter intrabit nemus, tūc occidet. ¶ Respōdetur. stante toto casu presbyter nō tenet nemus intrare: sed potest retrocedere dicēs se habere necessariū negociū in villa aliq̄ vel loco alio: & hoc est verū, nec mētitur si ita assentiat: quia hoc est ei necessariū p̄ sua vita seruāda. & nego q̄ sit p̄ditor confessionis: licitū enī est viro facere aliqd indifferens qđ de p se nō detegit audita in cōfessione: licet aliquibus ex aliquo præsuppositio sit magis determinatū signū reuelandę cōfessionis q̄ cōtrarij: quia hoc nō prouenit ex parte eius qđ fecit. Et eodē modo respōdetur de abbate habēte religiosum priorē extra monasteriū: vel aliud officium habētē, religiosum inquā negociorum sollicitatorem vel huiusmodi: & sciēte ex confessione q̄ ille prioratus vel officiū sit contra salutē animę eius. Si enī possit ex cōsuetudine imponere & deponere ad nutum priorē & istituere quos velit: pōt ip̄m exauthorare: quia licet cognouerit ineptitudinē & p̄ditionē ei⁹ p cōfessionē: tñ iditferens est sic eū exauthorare: quia aliunde potest p uenire causa eū exauthorandi, scilicet volūtas superioris: vel fingere potest aliquē aliū casum in foro exteriore honestum/dicendo, quia est industrius vult vt habeat tale officium in cœnobio: aut vult ei honorem impartire. & hoc si non possit aliter persuadere vt sua sponte officiū relinquat. qđ prius tētādū est. varias nāq; rationes potest excogitare ad hūc remouēdum ab officio sine cōfessionis detectione. si vero nullam aliam inuenire poterit: potius subditū in peccato relinquat q̄ ipse cōfessionē detegat: quia inuitus aliū permittit permanere in officio. Eodē modo dicatur si cognoscā aliquē inutilē in episcopatu p cōfessionē qui in exteriore homine apparet bonus & idoneus. possum nāq; alium eo relicto eligere: quia q̄ eum nō eligā potest multis modis prouenire. Forte enī aliū æque idoneū iudicor plus diligere: vel multis aliis modis. licet notitia peccati occulti in confessione sit causa per quam in istius inidoneitatem deuenio. & ita ad similes casus dicatur.

¶ Tertio arguitur. confitens dare potest facultatē cōfessori suū peccatū reuelandi: ergo in aliquo casu reuelare licet. consequētia tenet: quia tota ratio illiciti est ne detegatur peccatū occultū cōfitētis cōtra eius volūtatē: qđ hic nō cōtingit. ¶ Respōdet. Beatus Tho. hoc cōcedit & sequit Paludanus: mihi aūt nō placet. propter ea nego añcedēs. & si det quā in se est facultatē referandi: cōfessor illa facultate vti nō pōt. ratio est: qa illud nō solū est in p̄iudiciū istius: sed totius reipublicę Christianę: & in fractionē diuinæ legis. sicut clericus nō potest licite consentire vt ducatur ad forū laicale. de fo. cōpe. ca. Si diligēti quia hoc esset contra libertatē ecclesiasticā. Item si hęc cōfessionis reuelatio esset licita: iudex passim cogeret cōfitentem dare confessori facultatē referandi hoc quod in confessione audiuit. & vbi esset p̄batio semiplena: ferre posset sacerdos testimoniū cōtra confitētem: qđ esset causa non plenę confessionis faciendæ. Non placet qđ iste neotericus doctor dicit: q̄ celatio secreti confessionis est per se & primo in fauorem priuatorū. quēadmodū sigillū secreti & priuilegiū fori quo ad clericos est per se & directe in publicum fauorem. Dicit insuper nullam rationem sibi videri

quare licētiādo iuri suo quis renūciare possit quo ad sigillū secreti: qn idē sit de sigillo cōfessionis. Falsum est enī primū dictū eius: q̄ celatio secreti i cōfessione est primo & p se in fauorē priuatorū: imo est primo & p se in fauorē totius reipub. seu cōitatis. Insup illud est de iure nature/diuino & humano. qđ non putat a multis eruditis viris de iudicio clericoꝝ: vt i vna solutiōe dñs Duns tenet in. xiij. dist. iiij. & Ockam in dialogo. sed de hoc alias. Secūdū etiā mottuū eius minus apparēs est. nā cōsequētia nihil valet: strictius enī obligat sigillū confessionis q̄ sigillū secreti nudū: vt ipse bene cōcedit. Secūdo nego ātecedēs. nam si dixi in secreto Sorti peccatū meū extra cōfessionē famę meę denigratiuū: & tyrannus cogat me dare ei facultatem referandi: vel si egoipse mea sponte eū ad hoc rogē: dicere nō debet: sed me p mittet dicere si velim. Sed dicis. tyrannus potest cogere confitentē dicere sacerdoti peccatū extra cōfessionē qđ audiuit in confessione. hoc nego. cū enī pœnitens nō fateatur suū peccatū occultum corā tyrāno: indiciū est etiā q̄ non propalabit ip̄m sacerdoti extra cōfessionē. Et licet sacerdos reuelans confessionē vltra graue peccatū qđ cōmittit: debeat puniri scām pœnā statutā i cap. Omnis. tamē si aliquis laicus tale peccatum a sacerdote audiat, vel in cōfessione inopinate vel ex industria, vel aliter, nō est hac pœna puniendus: sed tenet seruare secretū sub pœna maximi peccati mortalis. & si Sortes illud peccatū dicat Platoni, & Plato Ciceroni, & Cicero Ioāni, & sic mille alijs: quilibet tenet illud seruare secretum: licet non possint pœna ca. Ois, puniri: sed aliqua alia arbitraria scām discretionē eoꝝ ad quos ptinet: & debet esse multū grauis vt cæteris ad multos dies cedat in exemplum.

¶ Quarto arguitur. ponatur q̄ aliquis dicat se facturū multa mala: illud licet reuelare, quia nō est dictū in foro pœnitētiali. Similiter si quis dicat se hęreticum: & q̄ alios intendat inficere: nemo tenetur illud celare, quia astringit ad oppositū fortiori vinculo, vt in q̄stione prece dēti diximus. Respondet Innocētius, & Panor. in ca. Omnis. de pœnitē. & remis. insequitur, q̄ sacerdos tale crimē in confessione auditū potest propalare. sed hoc est male dictū. nā sic aperiret alijs via dicēdi se talē casum audiuisse/ asserturis q̄ volebat cōfitēs malum facere: & p cōsequens liberū esset eis peccata secreta alterius detegere: & retraherētur p hoc homines a cōfessione. sicut populus Israel ꝓpter peccatū Ophni & Phinees retrahebatur a lege. j. Regū. ij. Eodē modo de hęresi. huiꝰ enī carminis iniqua & diabolica est sententia. Hęresis est crimen qđ nec confessio celat. quia nullum peccatū in confessione auditum est dicēdum: siue cōfitens pœniteat siue non: nec in vita: nec qđ amplius est/in morte: quia mortuo & suis infamia obijceret. multi nāq; multa egregia & p̄clara faciūt, allecti etiā gloria mortē secutura: licet gloria nō sit finis vltimus: sed deus. id circo homines ab infamia etiā post mortē p̄cul esse studēt. vt habet ex cap. Perlatū. de his q̄ vi me. ve cau. fi. ergo si liceret post mortē peccatū occultū referare: homines retraherēt a cōfessione cōplete faciēda in vita. Sed vbi cōfitēs cōfessori restitutionē relinqueret in morte suis liberis faciēdā: est difficultas an confessor posset illud hæredibus significare. licet enī restituere non sit peccatum: per hoc tñ deuenirent alij in notitiā peccati. Credo q̄ in generali potest eis dicere, restituite talia si defuncti animā diligitis. nō q̄ hęredes possint animā ei⁹ ab inferno tollere vel cęlo reddere, sed purgatorij tēpus abbreuiare. nec dicet q̄ illā in cōfessione audiuit: sed cōsulet eis tāq̄ vir prudēs. vel capiat istud dicēdū extra confessionem.

¶ His dictis respōdeo ad pūctū argumenti, fortiori vinculo obligor propalare hęresim q̄ celare peccatū occultū istius in cōfessione auditū, vt in q̄stione p̄cedēti dictū ē de sigillo secreti. negādo assumptū, quia nullū est p̄ceptū ab isto absoluēs seu deobligās quodcūq; sit illud: qa si liceret propalare hęresim in cōfessione: mali sacerdotes q̄n vellēt alioꝝ peccata secreta pādere, fingerēt cōfitētē hęreticū. & sic hęc lex dei de cōfessione faciēda semel in vita: vel ecclesię semel i anno: raro cōplete seruaret: qa ipsa est multis difficilis & potissimū verecūdis. nullū igit p̄ceptum occurrit cui istā cedere debeat. sed econuerso huic quodlibet aliud occurrēs dat locū & desinit esse p̄ceptū: qa inter p̄cepta rationabilia nūq̄ est bellū. licet inter dū primo aspectu videātur cōtra se acies oppositas moliri. Ex quo patet q̄ lōge amplius & strictius seruādū est sigillū cōfessionis q̄ sigillum secreti. hoc enī alijs p̄ceptis in casu dat locū: illud vero nulli retrahit pedem: sed inuiolabile permanet. sicut in arce hominibus vtilissima & necessaria, ab hostibus obsessa: vbi grauior est insultus, opus est fortiore muro, adamantino, & inuiolabili si haberi possit.

¶ Quinto arguitur. ponatur casus q̄ sacerdos sciat Sortem fecisse a. crimen: qđ audit in confessione: sacerdos potest a. crimen etiā in iudicio pandere: & tamē est peccatū in confessione auditum: ergo licet peccatum in confessione auditum reuelare. q̄ possit a. detegere, patet: alioquin Sortes malefactor si dephēdat q̄ vn⁹ sacerdos vel plures suū crimē pcipiāt: poterit a. vni sacerdoti si viderit, vel pluribus si viderint

Universidad de Deusto
Biblioteca

confiteri:& sic occultabitur factū dolo malo qđ reipublicę expedit reuelare. ¶Respōdetur.casu admisso sacerdos potest contra talē deponere:& dicere se vidisse eū hoc facientē :sed nō nisi p necessitate vel vtilitate,vel si iurauit dicere veritatē sed caueat dicere,scio hoc p confessionē:vel hoc audiui in confessione.cum enim dicit se vidisse: tam recitat cognitū alia via q̄ per cōfessionē. nec dicat,scio hoc extra confessionē:licet sit verum: ne fimbrias confessionis lacerare videatur.nec p istud datur sacerdotibus via frāgēdi sigilli secreti:cū absq; cōfessione viri Belial possent cōtra innocentes æqualiter falsa crimina confingere. Ex qua solutione sequit q; peccatū auditū in cōfessione licet detegere.qđ patet arguēdo expositorie.hoc peccatū licet detegere:hoc peccatū est auditū in confessione:ergo peccatū in confessione auditū licet detegere.sed non detegitur p notitiā quę habetur ex confessione. Vlterius sequitur q; hęc illatio est inualida.confessor nō potest reuelare hoc crimen ex notitia quā habet ex cōfessione ergo hoc crimē reuelare nō potest.Vnde hic notato q; si semiplene homo aliquid intellexit extra confessionē:& plene in cōfessione totū negociū cognouit:nō potest amplius exterius detegere q̄ in foro exteriore nouit.hoc est scđm notitiam se miplenā testimoniū deponet. Si autē confessor sit prudens:in initio confessionis potest cōfitēti dicere.peccatum tuū extra confessionē scio. vidi te calicem subtrahentē/& de te est mala suspicio. si iuridice ex me de te q̄ratur, habeo fidele ferre testimonium. Et eodem modo si quis de aliquo crimine suspectus,aut reus,timēs q; episcopus sit contra se processurus vt se puniat:ipsum adeat dicendo ei crimē illud in cōfessione vt pœnam euadat:episcopus dicet ei.hoc peccatū non recipio sub sigillo cōfessionis seruādū: nā super hoc publice accusaris.bene tū facis scelus cōfitēdo.Et debet eū episcop⁹ a culpa absoluere : quo nō obstāte poterit cōtra eū inquirere, & eū conuictū punire scđm exigentiā delicti.vt patet p no. in ca. De his.de accusa.&.xxxiij.q.ij.ca. Admonere. Licet etiā episcopus nō protestatus fuerit se hoc non accepisse sub sigillo secreti seruādū:pōt nihilominus illud peccatū audire vt cōfessor : & eū absoluere : & vltra hoc tāq; iudex pcedere ad correctionē eius qui delictū cōmisit: nullū respectū habēdo ad illā confessionē. Sed si solū sciat delictū per cōfessionem:nullo modo potest pcedere ad punitionem aliam a pœnitentia fori interioris & secreti.

nota de impedimento in confessione cognito

¶Sexto arguit.ponatur confitens abscindēs presbyteri bursam in cōfessione:si teneatur tacere hoc in cōfessione acceptū : carebit sua pecunia:qđ nō videtur dicendū.ergo detegere potest illud crimen occultū. ¶Respondeť.aut confitens cōfitetur de hoc q; bursam sacerdotis abstulit: aut nō:sed presbyter id alia via dēphendit.si scđm: presbyter potest illud reuelare : siue eū dēphendit tēpore quo furtū cōmisit siue non sed postea.ratio est:quia nō habet illud in cōfessione detectū:licet tēpore cōfessionis bursam alter abstulerit . si primū, hoc est dupliciter: aut cū hoc p̄sbyter alia via p indiciū a sensibus acceptū hoc dēphendit:puta p tactū,vel visum:aut solū per cōfessionē.si primū,patet solutio ex argumēto immediate p̄cedēti.si scđm,vtpote si facta cōfessione sacerdote parato absoluere,cōfitens dicat,expecta dñe curate:adhuc remanet vnū peccatū cōfitendū,furatus sum tibi bursam tuā:cōfiteor illā culpā:& nolo pnūc restituere:illud mēbrū est magis ambiguū: & hincinde possunt esse rationes oppositę.sed opinione mea illic tacēdū est:nec restat alia via presbytero nisi eū admonēdo vt restituat/vel postea i generali admonēdo, & excōmunicādo in generali:vel clanculū capiēdo de rebus istius furis si pōt. Sed si confiteat se habere equū vel anseres p̄sbyteri:potest cōfessor simulata opportunitate facere iter per loca illa:& habere viā in foro exteriori ad equū: & ipm auferre,si inueniat: ac sibi vēdicare.sicut dixim⁹ in solutione ad argumentū de ingrediente nemus. Sed dicis.dūmodo cōfitēs nō cōfiteatur de ablatione bursę,presbyter potest inquirere in foro exteriore de bursa vt dixim⁹. sed ponamus q; cōfitēs dicat:licet sit falsum:q; hoc ei reuelauit i cōfessione,& q; presbyter sit reuelator cōfessionis. Hic q̄rit cui credendū sit vtrobiq;: quādo p̄sbyter dicit se scire casum aliūde q̄ p confessionē:& confitēs dicit oppositū. Respōdetur.in talibus omnibus si cōfitēs imponat cōfessori q; aliquid reuelauerit qđ probare nō potest: illic standum est.cū enim actor contra reum nihil probat,reus absoluēdus est ab impetitione accusantis. si vero constet q; cōfessor crimen reuelet:sed dicit se extra confessionē illud intellexisse:si non probet illud,p̄sumitur in cōfessione audiuisse. nō tamē debet puniri (cum non sit conuictus) pœna statuta in cap. Omnis. de pœnitē.& remiss. sed ad arbitrium iudicis.

¶Septimo: supponatur sicut moris est,prius q̄ Sortes & Berta matrimoniū contrahūt,cōfitētur curato:i qua cōfessione curatus intelligit aliquod impedimētū gratia cuius non potest inter ipsos contrahi matrimoniū, vtpote affinitatē ob fornicationē occultā cōmissam: vt in argumēto p̄cedēti tetigimus.tūc sic:vel sacerdos cōplebit matrimoniū:& sic cooperatur peccato eorum: quia scit nō esse matrimoniū:& per cōsequēs q; peccāt manendo simul:& q; cōmittitur simplex fornicatio vel incestus.ponať q; sit inhabilis persona cōtrahēs.si non cōpleat matrimoniū:oportet ostēdere causam:& nullā iueniet nisi reuelet casum hūc in confessione auditum. ergo secretum in cōfessione auditū licet publice detegere. ¶Ad septimum dico q; admisso casu presbyter debet facere quātū in se est : vt psona ratione cui⁹ q̄uenit impedimētū, nō cōtrahat: & aliquā honestā excusationē contrahēdi effingat. q; si desistere noluerit:debet sacerdos si est curatus ad quē spectat officiū eos cōiungēdi, pro eo tpe eos cōiūgere matrimōio. & nego q; cooperatis cooperetur vbi facit qđ in se est ad hoc vt nō cōtrahāt:& displicet ei q; cōtrahāt:sed qa nō habet excusationē in foro exteriori quare nō debeat cōtrahi matrimoniū:eos cōiūgit.& ita ad similes casus dicendum est.

¶Octauo:ponatur q; Sortes absoluit aliquē in cōfessione,hoc est fecit more absoluentis:sed peccauit/absoluēdo quē absoluere nequibat.ponať eps qui simoniace episcopatū habuit:quē ab hoc absoluit.intelligēs postea se male egisse:nō pōt cōfiteri peccata sua nisi hoc peccatū detegat qđ est in cōfessione auditū : ponať q; sit suspicio de epo ipm esse simoniace promotū: & cōstet de illo sacerdote q; eū audiuerit &c. pone oia q̄ casum pmouēt. ¶Respondeť:si similis casus euenerit,q̄rat sacerdos cōfessorē qui de illo casu nihil nouit,& qui iudicio verosimillimo nihil vnq̄ postea sup hoc intelliget:qualē si nō possit inuenire,quia forte est claudus, vel in carcere detētus vel pxime moriturus:& nō possit confiteri suā culpā:quin aliū pdat:in illo casu nō tenetur illud peccatū cōfiteri.nā p̄ceptū est affirmatiuū cōfiteri singula peccata p loco solū & tēpore. Vbi enī occurrit fortius vinculum:vtpote de occulto in cōfessione detecto seruādo: nō teneť vllo pacto hoc cōfiteri.multa enī cōcurrūt ad hoc videlicet seruare peccatū secretū episcopi:seruare secretū in cōfessione auditū. Sed cōtra hoc instō. ergo si quis cognouit suā filiā vt Loth,vel sororē:nō pōt vnq̄ sup hoc cōfiteri : quia psonā cū qua peccauit detegeret cōtra ius naturæ. Respondeť.hic casus est ambiguus, nō enī sufficit dicere.cognoui consanguineā:quia cognoscere sororē est multo grauius peccatū q̄ cognoscere aliquā in quarto gradu cōsanguinitatis. Dicts.si habeat filiā/sororē/& matrem.sufficit dicere, cognoui vnā in primo gradu cōsanguinitatis: qa quelibet illarū triū est in eodē gradu cōsanguinitatis.Contra hoc argumētor. grauius est peccatū cognoscere mulierē in linea recta q̄ collateralī & in linea recta grauius est peccatū cognoscere mulierē in linea ascendēte q̄ descēdēte:& circūstātia mortaliter aggrauans est cōfitēda de necessitate salutis ex.xvij.distinctione huius. igit. Item hoc nō soluit argumētū.ponať nec habere sororem nec filiā:iam in cōfessione oportet psonā cū qua peccauit p circūstātias primi gradus detegere. Respōdetur.hic est difficultas.de secreto in cōfessione iam respōdimus.sed an idē sit iudiciū in sigillo secreti,prima fronte nō cōstat.dico q; cōfitēs debet petere facultatē a curato vt alteri cōfiteatur:& debet pficisci in regionē distantē vt cōfessorē habeat qui matrē cōfitētis nō cognoscat: nec verosimiliter in vita est cognosciturus. Sed vbi psona cōfitēs esset psona publica:& illud fieri non posset,est maior difficultas. Sed cōmunis doctoꝝ sentētia in hoc cōuenit:a qua impruden tis est decedere,q; debet personā reuelare cū qua peccauit:& peccatū occultū alterius detegere:qa dicit solū illi qui pōt pdesse & non obesse: & qui iure naturę teneť hoc occultū peccatū seruare secretū:quēadmodū i correptiōe fraterna licite peccatū occultū referať illi q pōt pdesse . multis enī modis peccatū occultū fratris licite reuelamus, vt patet ex q̄stione p̄cedēte,& in correptione fraterna. Istud enī peccatū refero p mei correctione spirituali quā cōfessor mihi ministrabit. Iste ergo nō est casus diuidēdę cōfessionis: vel nō cōfitēdi integre peccata.

¶Nono arguitur. si iudex tyrānus cogat cōfessorē respōdere:an in cōfessione auditus tale crimē cōmisit:& sit ita q; ipm cōmisit: si dicat nescio:falsum dicit.nā bene sequit.scit illd crimē i cōfessione:ergo ipm scit.si dicat, scio:est proditor confessionis. si taceat:habebitur ille de quo q̄rit cōuictus. ¶Respōdeť sicut i q̄stione p̄cedēte respōdimus:qa licet sigillū secreti ab aliq bus reuocet i dubiū:nō tū hic ab aliquo.dicet cōfessor,nescio:itelligēs ad tibi significādū. & semper hoc i mēte itelliget.Et qñ argumētaris. bene sequit:scit illud in cōfessione:ergo scit illud.& dicit se nescire illud:ergo duo contradictoria sunt ab illo cōcedēda. Respōdetur. illa nō cōtradicūt. scit illud:& nescit illud ad tibi significādū:qa nō habēt eadē p̄dicata mētaliter,qđ ad verā cōtradictionē requirit.Et si dicat tyrānus.rnde ad hāc.nō scio illū tale crimē cōmisisse:si illā cōcedis:cū cōtradictoria sit vera:duo cōtradictoria sunt vera. q; illi cōtradicat,patet:qa nō est verius cōtradicere q̄ toti ppositioni negationē anteferre : si nulla ponať in fronte. vel etiā si ponatur:non curando de superfluitate. Respondetur.cū proterue arguēteris proteruā mereris solutionē. nego illā regulā vniuersaliter.nō est verius cōtradicere q̄ tq

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti ꝓpositioni negationē ꝑponere.nā eius falsitas patet hic.a.homo nō est animal:nō a.homo non est aial.& hois a.asinus quodlibet rudibile est. si a.cōfundat cōfuse tm̄ terminū imediate sequētē. cōtradictoria ergo istius:nō scio ad tibi significā dū, est hęc.scio ad tibi significandū.quę est falsa capiēdo (significandū) nominaliter vt tātū valeat quātum dignū significari. participialiter aūt nō facit ad propositum.

¶Decimo arguitur.scia ego aliquē in cōfessione excōmunicatū:teneor ab illo aufugere:& sic sum proditor peccati i cōfessione audi ti.¶Respondeť.si alter sit in publico: nullo mō ab eo aufugiā.in secreto aūt si mihi appropinq̄t est maior difficultas : & illa pars mihi placet etiā ꝙ possum cū illo manere.ratio est: qa debeo eo dē modo agere ac si nihil scirē:& si nihil sciā/possum cū ipso manere.Insup ꝓpter illud positiuū de excōmunicatione nō debeo isti dare occasionē timēdi me de hoc qđ in cōfessione scio. nā si hūc in secreto euitarē,ellem ꝓditor secreti cōfessionis,respectu eius a quo aufugio. eodem ergo mō me habebo in occulto cū illo quē audiui in cōfessione,quo ante cōfessionē.ca.aūt.Cū nō ab homine.de sentē.excōi.intelligiť:quādo scio alia via in secreto q̄ per confessionem.

¶Vndecimo arguiť.cōfitēs potest reuelare in cōfessione audita: ergo & cōfessor.tenet cōsequētia:qa fortiori vinculo teneť seruare illa p q̄ fama sua denigrať q̄ cōfessor. ¶Rndeť. cōsequētia est nulla:nā fortiori vinculo cōfessor obligať:quia difficilius est peccatū alterius celare q̄ ꝓpriū.& ex vno nō dabiť occasio abstrahendi hoies a cōfessione sicut ex altero.etiā nego antecedēs.Vnde triplicia sunt illa q̄ audiunť in cōfessione.quędā sunt referatiua culpę cōfitētis, directe vel indirecte.Quędā sunt q̄ possunt esse in ꝑ iudiciū cōfessoris:vtpote si ꝑcipiat mulieri ipudicæ abstinere a societate talis lasciui:& ille hoc sciat:posset nocere confessori.Tertia sunt q̄ nec sunt in ꝑiudiciū cōfessoris nec cōfitētis: vt dicēdo. inūgiť mihi in pœnitētiā dicere has ꝑces vl̄ illas.peccatū est duo prima referare: & bonū ē & expediēs etiā tertiū celare: licet homo ad hoc nō obligeť. ¶Epilogando sparsim dicta patet ꝙ secretissimū debet esse sigillū cōfessionis. nec cōfitēs laudādus est,nec vituperādus.Duorū autē in confessione auditorū vnū laudando de altero tacēdo:vnū noto . qđ ein de vno negať:de alio concedi intelligiť.ca. Nōne de ꝑsump . Bonum aūt virū cuius confessionē frequēter audiui:post mortē possum laudare:dicēdo ꝙ mortuus est in corrupt⁹ vel huiusmodi:dūmodo aliter auditos non notē:qa aliquos laudare & nō alios/est indirecte alios notare.mō confessor debet cauere ne detegat peccata in cōfessione audita directe vel indirecte. Si aūt sint aliqua ad peccata nō ptinētia:vtputa cōfitēs recitat aliqua imptinētia:ex q̄ bus nullo mō pōt cuipiā constare de peccatis cōfitētis:de illis pōt loqui:securius est tm̄ assuescere de oibus tacere.nā opinor illā esse vnā causarū, quare Christus non admisit mulieres ad sacerdotiū:qa ꝓpter sexū & mollē cōplexionē nequirēt secretū celare. Vlterius notādū est ꝙ is q̄ furē vl̄ alioquin sceleratū in confessione audit,proxime suspēdēdū: etiāsi ipm opineť innocētē nō debet pro eius vita itercedere:sed silere ac si nihil i hac materia nouisset. nescit ein an illud crimē subticuit,vt imprudēs confessor de eo taceret. Prēter ea si cōfitēs imprudēter vel prudēter forte dicat in cōfessione,se allici ab aliquo vel aliqua ad peccādū:confessorē nihil posse dicere illi vt ipm vel ipsam ab hmōi peccato deterreat vel impediat: bene aūt illi q vl̄ q̄ cōfiteť.Vltimo patet ꝙ incōpatibiliter maius secretū est sigillū cōfessionis q̄ sigillū secreti non confessionis.vnū ein nulli ꝑcepto dat locū:altetū vero aliqbus:vt in q̄stione p̄cedēti:& in hac disseruimus. Et licet in casu homo sit obligatus suū crimē occultū prodere:hoc tm̄ non pōt confessor facere.eodē aūt mō te habebis erga auditū in confessione,ac si nihil mali in eo cognoscerēs.Hoc quoq; moneo,cū viri cōfessionē audis:nō sis rigidus obturgator eius:ne eū a confessione deterreas:sed cū omni humanitate & māsuetudine ei consulas.

¶Distinctionis Vigesimęsecūdę Quęstio Prima.

Magister in hac vigesimasecunda distinctione loquitur de resurgente a peccato. An scilicet redeant merita. Et similiter in peccante:an redeant priora peccata. Et cōformiter ad hoc quērā duas q̄stiones. Prior erit.an quilibet resurgens a peccatis mortalibus resurgat ad priora merita vel gratiā. Respondeo potest esse sermo de resurgente ad meliorē statū q̄ erat status in quo erat ante primū mortale cōmissum: vel de resurgente ad maiorē gratiā vel gloriā meritis debitā. Et circa hoc sapientum positiones recitabo: paucis reprobando qđ censuerimus rationi minus consentaneū,& approbādo

per conclusiones ea q̄ saniora iudicabo. ¶Sit omniū dicendorum hæc prima conclusio. Resurgens a mortali peccato non resurgit ad maiorem statū & pfectiorē q̄ erat status a quo cecidit. qđ patet:quia a statu innocentiæ vt innocentia actu ali peccato opponitur,cecidit:& ad statum pœnitentiæ solū redit. sed status innocentiæ statu pœnitentiæ est perfectior & nobilior. sicut cadens a statu virginitatis,& ad statum viduitatis vel castitatis coniugalis rediens: ad iperfectiorem statum redit:licet hoc possit esse sine peccato in matrimonio. Et hoc tenet glos. Amos.v. super illo verbo:Domus Israel cecidit:& non adijciet vt resurgat.

¶De resurgēte autem ad gratiā & gloriam, varius est modus opinādi. Vna positio tenet ꝙ gratia amissa per pctm̄ non restituit:nec ei æqualis:nec præmiū gratiæ mdens.sed resurgit ad gratiam secundū conatum actus mediante quo resurgit. hoc est:si ille actus sit magnus: gratia erit ꝓportionabiliter magna. si paruꝰ,gra ꝓportionabiliter parua. Sed opa q̄ reuiuiscūt ad præmiū non reuiuiscunt scđm grām a qua elicita sunt:sed secūdum quantitatem finalis grę:ac si eēnt ab illa elicita. Et sic si gra finalis fuerit minor q̄ gra a qua elicita sunt,minus ꝑmiabuntur actus meritorij: & si maior,magis ꝑmiabuntur. si æqualis,æqualiter ꝑmiabūtur. ¶Alia ē opinio in parte cum hac conueniens sc; de gratia: non aūt de ꝑmio. Vnde tenet hæc positio idē de gra cū ꝓdictis doctoribus. Sed de ꝑmio dicit ꝙ pmiū respondens meritis antiqs,redit:sed pmiū gręantiquæ mdens nō redit. Ratio secundum doctorem hanc positionem tenentem est:qa meritum est opus hominis : gratia vero est donum dei. Et sic etiam præmium gratiæ respondens distinctum a præmio meritis respondente non redit.& ex consequenti dicēdum est ꝙ non semp resurgit hō ad maiorē beatitudinē . & rō est:quia vnum ꝑmium respondet meritis , & vnū distinctū gratiæ.& si gratia sit magna/præmiū gratiæ est magnū:si vero gratia fuerit parua: ꝑmiū illiꝰ gratiæ est paruum.ergo frequenter contingit resurgētem resurgere ad minorē beatitudinem: vt pote si ꝑmium gratiæ respōdens sit maius q̄ ꝑmiū actui volūtatis mdēs p quē resurgit.l; semp resurgat ad maiorem beatitudinem meritis respondētem:qa habebit nouam beatitudinem rō ne noui actus per quē resurgit: & beatitudinē primis actibus respondentem. Addit etiam ꝙ pro meritis remissis non dať gra qn̄ homo actus meritorios elicit:sed in fine vitæ conferť gratia tota & in fine multorū actuum remissorum confirmatur in gratia:& non quando eliciuntur. ¶Contra hanc positionem de gratia arguiť.dicere ꝙ gra i instanti mortis & nō i vita infundatur,est ꝑter rōnem . qđ sic ostendo.gratia concurrit actiue ad actum meritorium:& plus gratiæ habens faciliꝰ & citius elicit actum bonum q̄ gratiam non habens:ergo cum bene agat & meritorie : deus dat tale auxilium ꝙ actibꝰ bonis etiam quantūcunq; remissi fuerint. Nō iuuat ad esse meriti post mortem.Nec valet qđ dicunt:meritum est opus hominis:non autē gratia. Licet ein substantia actus meritorij fiat ab homine: tamen in esse meriti est a deo. Et si ponatur auxilium speciale requiri ad oēm actum bonum:qđ est ꝓbabile: talis actꝰ nō pōt fieri sine dono dei speciali. Etiam hō ꝙ suam opationem merek gratiam:ergo de lege gratia ē ei debita. Argumenta autem ꝓbantia hoiem resurgentem ad plura merita,quodāmodo antecedunt ad maiorem grām in resurgente.propterea ad illā ptē argumētabor. ¶Contra priorem positionem arguiť.merita non ꝑmiāť a charitate a q̄ non eliciuntur:quia a sola charitate a qua elicitur habēt acceptabilitatem:talem aūt acceptabilitatē nō trahunt ab aliquo posteriori.sed gratia finalis omnibꝰ meritis est posterior.igiť. Scđo arguitur.isti antiq doctores ꝑsupponunt vnū falsum:ꝙ scilicet actus ꝑmiati magna gratia vel ab ea eliciti sint magis meritorij. Altisiodorus nāq; dicit.sunt aliqua vera non prædicanda: vt facere grande opus ex parua gratia:vt pati martyrium vel extruere templū non est maioris meriti q̄ dare turonum pauperi ex magna gratia.Non ein q̄ libet actus elicitus a maiore gratia est maioris meriti loquendo de gratia infusa.nam penes conatū volūtatis potissimum attenditur meritum:& nō penes elicitionem a maiori gra.Insup ꝓ meritum operās acqrit ius ad certū gradum glorię:qđ ius suspendiť per sequens mortale:& sic opus meritorium mortificať:& ꝓ ablationem illius impedimenti scilicet peccati remissionem,opus illud vlt unificatur:& per consequēs habet idem ius ad beatitudinem qđ ante mortale habuit. Ius ein semp manet saluū in acceptatiōe diuina. Et ꝓbať istud ꝑ id qđ scribiť Ezechielis.xviij. Si impius egerit pœnitentiam &c. vita viuet & nō moriet:omniū iniqtatū eius quas operatus est non recordabor: In iustitia sua quam opatus est viuet. Recordaretur autem deus iniqtatū eius si minus tribueret in gloria pro meritis suis ꝑtentis,q̄ si nō peccasset. Item non minus diligit peccatorem resurgētem q̄ si nō peccasset: alioqn adhuc memoraret iniqtatū eiꝰ.Hoc etiā ꝓbať ꝑ illđ Ezech. xxxiij. Impietas impij nō nocebit ei in quacunq; die cōuersus fuerit ab impietate sua.multum aūt noceret pœnitenti ꝑterita impietas si nō restitueretur præcedens gratia & gloria per impietatem amis-

sa. Insup Iohelis. ij. Reddam vobis annos quos comedit locusta/bruch⁹/& rubigo: & eruca. vbi glossa. Non patiar petire vbertatē spiritualium quā animi perturbationibus perdidistis. si autem non redderet gratiam & gloriam perditam: peteret vbertas spiritualiū. Præterea. non videtur verum qđ vnus istorum dicit, q⁹ est vnum præmiū gratiæ respondens distinctū a præmio actui meritorio respondente: immo gratia est maximum accidentale præmium in via & arta gloriæ: tamē virtute operis operati in sacramentis datur gloria penes proportionem ad gratiam: non autem in operibus alijs: sed in eis gloria actibus respondet: & nulla distincta gloria rñdet gratiæ. Insup ille est melior in quo gratia dei est maior: ergo cū resurgens crebro sit melior q̄ ante erat/plus gratiæ habebit.

¶ Propter hęc & similia pono duas conclusiões in hac materia: quarū prior est. Quilibet resurgens resurgit ad maiorem gratiam q̄ vnq̄ habebat. Probatur: qa habet gratiam quā ante habebat ex dictis, eandem in numero vel similē. Vtrunq; eīn est deo possibile: sed secūdum verosimilius. & habet gratiā nouā rōne boni motus pœnitentiæ. ¶ Secūda cōclusio. Quilibet resurgens resurgit ad maiorē beatitudinem q̄ erat beatitudo ei debita ante resurrectionem. Ex his duabus tñ non seqtur q⁹ ex suo peccato importet lucrum: sed exposuit se malo statui: & tēpore quo erat in mortali/nihil meruit: licet fecerit multos actus moraliter bonos: & sic habet grandem iacturam de pctō. non tñ inconuenit concedere pctm̄ eē causam occasionalē meriti & virtutis, sicut virt⁹ nōnūq̄ ē cā p accidēs supbię & vitij. Ex quo patet: q⁹ licet non omnis cadens semp gratius cadat q̄ pri⁹ eciderat: tñ sēp resurgēs resurgit gratior q̄ ante fuit. ¶ Sed contra istud arguitur. gra inclinat ad bonū & resistit culpæ: & quāto maior fuerit/tanto magis inclinat. ergo sii resurgente sit maior gratia q̄ erat ante vltimū peccatū cōmissum p qđ gratia amittebat: homo debet esse promptior ad bonum q̄ erat ante gratiā amissam: etiamsi mansit i pcto mortali vno mē se vel duobus/cōtra experientiam. ¶ Rñdet cōcedendo antecedens: sed consequentia est inualida. nam si homo diu iacuit in peccato: acq̄siuit multos malos habitus tempore peccati qui inclinant ad malum. sed tepiditas bene agendi non prouenit ex pte gratiæ: sed ex parte istorum malorum habituū: & nisi bene vtatur sua gratia/facile cadet. sicut longa febri corrept⁹ conualescere incipiens, per modicā intēperātiam iterato i morbum incidit: vbi tamen si diu conualuisset: et eadem intēperantia vteret: ipsa non sufficeret morbum generare: sed p paruam abstinentiam curaret. Sic est i ꝓposito de infirmitate spirituali. sed exerceatur resurgēs in schola morum aliq̄ diu bonos habitus acquirendo & corrumpendo malos: & occasio supueniēs non inducet morbū spūalem/quē a pricipio induxisset. Sed contra istud arguit. virtutes infundūt in baptismo: & gratiam cōcomitant. vt in. iiij. dist. huius dixim⁹. ergo redeunte gratia redeunt virtutes: & p consequens solutio nulla. Rñdeo. si loquaris de virtutibus infusis generalibus/adhuc licet concedant infundi in baptismo, nihil dictum est sup hoc q⁹ gratiam cōcomitarent. sic. s. q⁹ ipsa ablata resecarent & ipsa posita ponerent. Sed illo ꝺato peccata mortalia reliq̄runt habitus malos suapte natura ad huiuscemodi mala inclinantes. q habit⁹ non corrūpuntur nisi p cōtraria: nō em̄ p cessationē ab actibus: quia sic nulli habitus corrūpunt: vt circa finem libri dist. xlix. plixius deducemus. ¶ Recolligēdo fasciculos in q̄stione dispsos etiā cum occurrentibus, qđ crebro epilogando facimus, patet q⁹ qlibet resurgens resurgat ad maiorem gratiā q̄ vnq̄ prius habuit. Et dico vlterius q⁹ sicut actus intensus infusionē gratiæ meret: ita actus remissus remissā gram̄ meret. & sicut qlibet act⁹ quātūcūq; paru⁹ gnat habitū l; minorem q̄ act⁹ intensus: sic de gra. nō tñ q̄si act⁹ sit efficiens naturale gię. ipsa. n. a solo deo creat. Si qs em̄ actū meritoriū eliciat i istāti: gra infundit et i eodē. si succedat illue: de⁹ pōt i quocūq; istāti vel tpe illi⁹ elicitionis gram̄ infundere. Sed verosimili⁹ ē q⁹ succedat illā infundit scđm ꝓportionē act⁹ meritorij q gra ē prior i gne causæ materialis. Et pęs patet act⁹ meritorij tātū gratiæ & gl'ię meret quātū vn⁹ act⁹ itēsus eis ęqualēs: vtpote q̄tuor dilectiones dei quater elicitæ, quarū q̄libet ē vt vnū: æq̄lem gram̄ & gloriā merent cū dilectiōe dei itēsa vt quatuor/cæteris oib⁹ paribus. Sed cōtra hoc adduci pōt qđ Apoca. iij. scribit. Vtinā frigidus esses aut calidus: sed qa tepid⁹ es: & nec frigid⁹ nec calidus, incipiā te euomere ex ore meo. ergo opa remissa & tepida nō merent gram̄ & gl'iam. Rñdet. p tepidū itelligit torpēs & acidiosus. sic em̄ glossa interlinearis exponit. mō act⁹ remissus est bonus: torpor aūt & ociū i omissione cōsistūt Per frigidū itelligit illū q deuitat trāsgressiones timore pœnæ. Et glossa interlinearis dicit. qa spes est de frigidis maior. Ex quo patet q⁹ hæc auctoritas non iuuat positionē beati Thomæ, tenentē ad hoc vt actus sit meritorius requiri q⁹ eliciat a toto conatu gręe. quia reor hoc esse falsum: & i secūdo illud latius reprobabimus.

¶ Distinctionis Vigesimæsecundę Quæstio Secunda.

Secundo circa hanc distinctionē q̄ro. An i labēte i mortale pctm̄ post gram̄ redeant priora pcta. Respondet negatiue/& quo ad substantiā act⁹: & quo ad reatū culpæ vel pœnæ. Hęc cōclusio negatiua ex dictis i q̄stione præcedēte seq̄t. Auctoritas etiam Ezechielis xviij. ad hoc est sufficiens. Si impi⁹ egerit pœnitētiā &c. oim iniq̄tatū et⁹ quas opat⁹ ē nō recordabor/id est nō amplі⁹ imputabunt ad culpā: qa oim ꝓteritoꝝ sicut p̄sentiū hēt memoriā. ¶ Cōtra hoc arguit. Secundo peccās post q̄ culpa ꝑdēs erat ei dimissa ē ingratior q̄ erat an̄: & post illam culpā dimissam tertio peccās est magis ingratus. & sic quarto peccās post gram̄. quēadmodū si offenderē regē vel alium pluries q pepcit offensis meis: vltio offendēs esse magis ingrat⁹, & grauius delinq̄rē ratione ingratitudinis q̄ pri⁹: ergo peccata redeunt quo ad ingratitudinē. Pro solutione huius argumenti notabis: q⁹ sicut argumētū bene colorat: quotiēscūq; qs peccat/totiens efficit ingratior. Sunt em̄ aliquæ circunstantiæ q̄ peccata augent. vt christian⁹ in eodē genere peccati plus peccat q̄ Paganus. xxxij. q. iiij. In eo. nā peccata scientiū peccatis ignorantiū præponuntur. vj. q. j. Quæro. Sic in ꝓposito. Item is cō trauenit plurib⁹ bonis ꝓpositis: ergo cæteris paribus plus peccat. consequētia ē nota. & añs ꝓbatur: quia mentaliter ꝓponit quando resurgit non velle amplі⁹ peccare: si digne egit pœnitētiā. Potest tñ qs dicere q⁹ nō intendit se ad hoc obligare & sic hæc rō nō vīceret. Sed forte tūc dicis. si dimissiones primoꝝ peccatoꝝ sunt circūstātię peccatū augētes: tales circūstantiæ sunt confitendę. consequēs est falsū. Cū em̄ peccata sint semel rite cōfessa: nō sūt āpli⁹ cōfitēda. ꝓbo cōsequētiā. quia mutāt peccata, & non venialiter: ergo mortaliter. modo de quolibet mortali faciēda ē cōfessio. nā de aliquo facienda ē cōfessio: & æqua est rō de oib⁹. igit. Et vt res fiat lucidior/sit iste casus Sortes fecit a. mortale qđ detestat. rursus fecit b. circa idem obiectū in sui intensione graduali cū a. & foret cum a. æqualis malitiæ hoc solo dempto q⁹ ingratitudo facit b. pei⁹ a. & per idem c. ē peius q̄ b. d. peius q̄ c. & sic sine statu. ergo si essent infinita peccata/dabitur vnum infinitæ malitiæ. Non em̄ discōuenit inter extrema finita dari infinitam multitudinem creatā: nec dat certū creatum immediate ante vltimum. vt si in qualibet parte proportionali vnius horæ & in instanti horam terminante crearet vnus angelus: iam inter illum & primū sunt infiniti. Si aūt b. est peius q̄ a. & non venialiter: ergo mortaliter: igitur ipm est confitendum. Præterea. ponat plato qui nullum mortale fecit toto hoc anno vel duobus: et nunc faciat actū sui em a. ita vt cætera sint paria hoc dēpto q⁹ vni peccata sunt crebro dimissa. s. sorti: & plato non peccauit hoc anno. peccatum platonis est adeo malū vt a. sortis vel b. nā quāto gradus altior, tanto casus grauior. ergo cadēs a statu innocentiæ tātū peccat quātū recidēs seu recidiuās, & cadere ab innocētia est circūstātia aggrauans: ergo quāto magis accedit ad inocentiā tanto pctm̄ est grauius: sed primū pctm̄ est vicinius innocētiæ q̄ secundū, & secundū q̄ tertiū: & sic consequēter: ergo cæteris paribus primū est maius secūdo: & secūdū tertio. & sic sine fine. Deus itē tantā gratiā fecit beatę virgini quantā Magdalenæ: vnam p̄seruando: & alteri parcendo, licet plus remiserit beatæ Magdalenæ q̄ beatæ virgini: cui ꝓprie nihil dimisit. Analogia est, do sorti centū liberaliter. platoni mutuo cētū: quoꝝ remitto vnā dimidietatē: plus platoni remitto q̄ sorti. sed sortes est mihi magis deuinct⁹. Sz istud ægre argumēto satisfacit. nā q̄stio semp est de a. & b. p ordinē. Et p illo ponā ꝓpones: quarū pria est. Protoplastus a statu innocētiæ cadēs pl⁹ peccauit q̄ alius vel ipsemet in sui actu: illo statu amisso. Rō est, qa casus et⁹ erat alt⁹: & mīstis tenebris tā se q̄ hūanū gen⁹ iplicuit. Scda ꝓpō. Aliq̄ est circūstātia q̄re a. debet excedere b. i malitia: & aliqua q̄te ecōtrario q̄ facit b. eē pei⁹ a. & simplr b. est pei⁹ a. & c. pei⁹ b. & sic cōsequēter. duæ priæptes inter arguēdū tangunt. vltima ꝓbat sic. vel a. est peius b. vel cōtra: vel sunt æq̄lis malitiæ. si tertiū, non est peccatoꝝ aggrauatio: cuius oppositum asseuerant oēs: nec mitabere q⁹ vna circūstantia actū augeat quo ad malitiam, & etiā illius oppositū. sicut ratione vnius circūstantiæ pctm̄ Euæ erat minus q̄ peccatum Adæ: quia minus rationis habuit. ratione aūt alteri⁹ erat maius: qa Adam ad peccandū alliciebat. hic tñ non est oīno similis analogia. sed sat est q⁹ nullā repugnātiā inuoluit a. habere vnā circunstantiam quare ē peius b. & b. habere aliā quare est pei⁹ a. sicut vno respectu platoni in beneficio sortes est p̄ferend⁹ alio ecōtrario. ¶ His p̄notatis ad argumenti formam deueniendū ē: vbi q̄rit an sc; istæ circūstātiæ ingratitudinis confitendæ sint. & dico q⁹ non nam licet possint hoc modo confiteri: non est nouum pctm̄ aliud a factis post vltimam cōfessionem confiteri. Hoc sic declaro exēplariter. ego in vltimo pascha confessus: iam i pētecoste confessorem adeo: quatuor mortalia sc; a. b. c. & d. ei cōfitendo: & quia deū mihi de confessis in pascha dedisse veniam reor: sed mea culpa lapsus sum & sum in eum ingratus. mō ingratitudo est cir

Universidad de Deusto
Biblioteca

cūstātia quare a. est maius pctm q̄ fuisset si nō fuisset hæc ingratitudo: & forte ē circūstātia mortal' & ita de trib⁹ alijs pctis meis. tūc i pētecoste cura to meo dicā post ista q̄tuor pctā ei detecta. ecce patet, q̄tuor pctā tibi cōfessa: q̄ ratione ingratitudinis iudico eē maiora: qa alias deus (vt existimo) mihi veniā de mītis pctis a me ꝓpetratis ꝯtinuit: de qb⁹ tñ añ cōfessus sum: propterea nō teneor ea amplⁱ⁹ i pticulari cōfiteri. Ecce q̄is ingratitudinē cōfitear: p eā cōfessor si me priⁱ⁹ i cōfessione nō audiuerit: nihil noui cognoscet. nā q̄ ita sit sicut ei narro bñ existimasset sine mea relatione. De infinitate aūt pctōꝝ loqui nō oportet: cū de lege infinitos act⁹ faciat null⁹ nisi de act⁹ pti b⁹ iequalib⁹ loq̄tis, q̄ ad ꝓpositū nihil faciūt.

¶Et pro clariore intelligētia nonul las ꝓpones adhuc inferā: mixtim ex hac q̄stione & p̄cedēte cū qua affinitatē hēt ista. Pria ꝓpō sit corollariū. Multū ꝑdest diu viuere: si hō plerū q; viuat bona vita, etiā si crebro i mortalē noxā labat dūmodo in gratia tandē decedat. Hęc ꝓpō ꝓbat: qa ad maiorē gratiam & gloriā resurgit q̄ erat illa a qua cecidit. quapropter si Enoch & Helias ad paradisū terrestrē trāslati viatores sint (qđ nō credo) magnā ꝓfecto gratiā habebūt & habēt. Aliq aūt quærunt diu viuere i vita mortali vt mereant. Alij vero cupiūt dissolui & eē cum Christo. vtriq; aūt bene volūt. ¶Scđa ꝓpō. Matus bonū ē bene viuētib⁹ diu viuere q̄ sit male decedentib⁹ i mortali, ꝯpposito q; eque diu viuat. ꝓbat. qa ad oia merita bon⁹ resurgit: & i pristina demerita alter nō incidit. Stat em̄ q; male viuēs in paucis pctis mortalibus decedat si habeat cōtritionē paulo añ mortē/& postea recidiuet: & sic cū paucis pctis decedat. Nec illud Iacobi. ij. Q ui in vno offendit, fact⁹ est oim reus. obstat. Nā id ita intelligendū est: q; tantū extēsiue punieť ac si cum oibus decederet: remissius tñ i acerbitate punieť. vel sic: ad ꝓpositū hui⁹ q̄stiōis. remissiones oim pctōꝝ: ante ꝓpetratorū/hūc actū ratione ingratitudinis magis reū faciūt. ¶Tertia ꝓpositio pleriq; sunt damnati q maiorē gr̄am habuerūt q̄ multi existētes i cælo. hoc pat; de mītis reprobis vt de Iuda: de quo est verisimillimū q; erat non solū in gratia circūcisionis, sed etiam in pſonali. ¶Ex qua tertia propositione seqtur quarta: q; deus non semp assumit hoiem in optimo statu suæ vitæ. cōtradictoriū aūt huⁱ⁹ est error Parisijs & merito damnat⁹. ¶Quito seq̄ť q; melⁱ⁹ est viuere tota vita male & in vltimo die ad cor redire vt fortasse bonus latro fecit: q̄ sanctissime viuere ab vnguiculis & teneris annis: & tandē male mori. non tamen est malum a crepundijs sancte viuere: imo illud est splendidissimum & optimū quoniam iuxta Horatij sententiam, Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu. & per cōsequēs sentētia huius carminis ē iniqua Angelicus iuuenis senibus sathanizat in annis. ¶Sexto seqtur q; licet peccans cui priora pctā dimissa sint, posterius ratiōe ingratitudinis q̄ antea cæteris semp paribus grauius peccet: tamen maximā vtilitatē consequitur crebro resurgens p cōtritionem: qa tunc peccata præterita cribrātur/ad culpam nunq̄ reditura. ¶Septima ꝓpositio. deus confert multo maiorem gratiam Sortiq est i decuplo platōe peior q̄ platoni/ꝯpposito q; ambo resurgant, & sortes sit nunc multo peior platone: prius tñ erat multo mellor: sed diu p mansit in peccato mortali.

¶Cōtra tertiam propositionem arguit ꝓbādo q; nullus dānat⁹ qui aliq̄n habuit gratiā: & q; nullus talis merit⁹ est vnq̄ gratiā vel gloriam. & capio Iudam de quo habita est mentio i illa propositione. Et sic argumētor. Iudas habuit actus meritorios vitæ æternæ: & tñ nunq̄ habuit vitā æternam, nec aliq̄d æqualens: ergo nō meritus est vitā æternā categorice, sed solū cōditionaliter, ꝯpposito q; decessisset in meritis. Præterea capio sortē reprobū & Platonē ꝑdestinatū: si sortes categorice meruit: pōt eē q; equaliter meruit cum platone ꝑdestinato: ergo si sortes æqualiter meruit: æqualiter merentes de⁹ inæqualiter præmiat. qđ concedi non solet. Si dicas ꝓpter ista & sili'a, q; sortes vel Iudas nō meruit categorice, sz cōditionaliť. Cōtra hoc arguiť. Petr⁹ categorice de meruit: siť Magdalena: & categorice meruerunt pœnā in inferno: quā tñ nō habuerunt nec habebūt: ergo pariōne stat aliquē mereri vitā æternā q; eā nūq̄ habebit. Rñdeť concedendo q; aliq⁹ meruit vitā ęternā categorice quā tñ nō habebit Oppositū aūt tenet Dionysi⁹ Cistertieñ. in. viij. dist. ij. qđ reuocauit frater Guido ordis Eremitarū. vt cōspici pōt i articulis Parisiēsib⁹. & patuit rōne p Petrū & Magdalenā quos oēs cōcedunt categorice mortaliter peccasse. Et tūc respondeť ad illas duas obiectiūculas: quarū prior erat. Iudas habuit actus meritorios &c. cōcesso toto antecedente, negato consequente: & ex consequenti consequentia. Nam categorice viator meretur sed nō habebit btitudinē nisi cōditionaliter: ꝯpposito q; decedat in gratia. nam pctm̄ obstat, & impedit ius qđ habet ad beatitudinem. Ad secūdum concedit q; æqualiter merentes non semp habebunt æqualia præmia nisi decedant in gratia. ¶Sed contra principalem solutionem arguitur sic. Iudas meruit beatitudinem: ergo hanc vl illam: ꝯpposita constātia. cōsequens est falsum. Quæro em̄ quam beatitudinem demonstras. vl

illā quā habebit, vel illā quā nō habebit. nō primū p dicta: qa nullā habebit. Rñdeť. merit⁹ ē illā quā nō habebit. cuilibet em̄ actui meritorio btitudo determinata a deo ꝓpter ꝓpria rñdet, & illā habebit qui meretur si decedat amic⁹ dei & in gr̄a: & si sic non decedat, nullus hanc beatitudinē habebit. de beatitudine aūt formali loquor. eadem em̄ nūero est beatitudo obiectiua cū. nā p̄scit⁹ mereť secūdum p̄sentē iustitiam: licet non secundum æternam prædestinationem.

¶Ecce quomodo culpæ nō redeūt in recidiuāte. quo ad entitatē em̄ culpæ nō p̄t redire. ꝓbat: qa vl'a creatura, & hoc nō. vel a deo: & hoc nō. Deus em̄ nō pōt ꝑducere culpā se solo l3 culpā se solo ꝑducere possit. nec redeūt quo ad inputabilitatē. Vlterius dico q; licet post veniā peccatoꝝ cōmissorū hō peccet/& pctm̄ sit maius ob ingratitudinē: pctā tñ dimissa non sunt ꝓpterea rursus confitenda. qđ patet a posteriore: quia nō est consuetudo ecclesiæ ita peccata confiteri. & sequitur ex illo q; hō in abissū teneret sua peccata confiteri. nā si i scđa cōfessione cū venit ad ānos discretionis: teneat cōfiteri peccata p̄cedētia: & in tertia sil'r: & sic cōsequenter, erit ꝑcessus sine fine homini importabilis. modo nec de⁹ nec ecclesia obligat ad illud qđ vires cōmunes hoim trāscendit. A priore etiā ꝓbat: quia nō cōstat an hæc circūstantię ingratitudinis mortaliter aggrauēt. etiā intensio actus facit mortale sup actū remissum & talis circūstātia etiā mortalis vbi ē nobis ignota/q; hoc statu nō ē confitēda. Præterea licet aliq̄ dicant maius esse peccatum post innocentiā vel post minorem nocentiā q̄ post maiorem: alijs tñ probabiliter placet oppositum: & q; ille cui plura peccata dimissa sunt/reciduans plus peccet ratione ingratitudinis q̄ cadens ab innocētia. ratio eorum est: quia est inimicus dei. modo si qs pluries inimico remittat offensam: offendens iterato pl⁹ peccat q̄ inimicus semel vel raro offendens. Ad huc magis ad propositū argumentor. remissiones peccatorum dimissorum sunt circūstantię & causæ quare actus sequētes sunt grauioris culpæ & non culpæ p̄teritę: illæ autem remissiones nō sūt culpæ nobis: & p cōsequēs nullo modo cōfitendæ sunt plus q̄ multa alia bona q̄ de⁹ nobis dat: vt donū intellect⁹: donū sciętię: charitas & hmōi Rursus l3 culpæ p̄teritæ dimissæ vel nō dimissę essent causæ q̄re act⁹ sequētes sunt graviores: cū sint confessę rite: nō sunt amplⁱ⁹ cōfitēdę. Ex his patet q; intelligēti null⁹ manet scrupul⁹ q; culpæ p̄teritæ in recidiuāte sūt cōfitēdæ. Si dicas: circūstātię pctm̄ mortal'r aggrauātes sunt cōfitēdę. distinguo. si sint rite cōfessę: nego. si nō fuerint cōfessæ: concedo. Scđo itelligit hoc de circūstātijs culpabilibus. Ista aūt dona dei/scz peccatorū remissiones: non sunt culpæ. ¶Ecce limitē confessionis. memor sis q; pctā licite interdū i cōfessiōe dtuidunt. Prio venialia de qbus non est necessaria confessio/quorum vnū pōt remitti scđm culpā alio manent, scđm legē. Scđo mortalia cum post sufficientē indaginē hō cōfiteť oia sibi occurrēta: & postea vnū vel plura occurrūt: nō ē simpliciter necesse ista pctā priori sacerdoti cōfiteri. Tertio hoc contigit in casibus reseruatis. Quia to ne scandalizetur sacerdos tam in circunstantijs q̄ in gr̄ę. Quito cū hō peccauit absoluēdo quēpiā quē absoluere nō poterat: ad bonū sensū itel ligas: & illā circūstātiā cōfiteri nō pōt alteri sacerdoti nisi sacerdos ille habeat notitiā tā pctī q̄ illⁱ⁹ q; pctm̄ ꝓpetrauit. Tūc em̄ de illo tacēdū ē apud illū sacerdotē. Pl'es casus mihi nō occurrūt in q̄bus licite possit qs partiri pctā in cōfessione. & q̄ q̄ post sufficientem cōfessionē factā hō pōt vnū illoꝝ peccatoꝝ confessorum vni sacerdoti confiteri: aliud secundo: tertiū tertio: nihil ad dicta accumulas. Sapiētū tñ cōcors est sententia q; si qs peccauit cum muliere occulte: non potest de illo peccato apud confessorem silere: etiam si eo mō in notitiam deueniat mulieris cum qua pctm̄ est perpetratum. In multis nāq; casibus sigillum secreti non est seruandū: & pctm̄ secretū de p accidēs est apiendū. peccat tñ cōfitens/pſona occulta ꝑdens in confessione: si sine reuelatione ei⁹/sufficiēter possit pctm̄ suū detegere: & confessor hoc audiēs cōfitēti iprudēti silētiū sup hoc imponere studeat. iste tñ cōfitēs (vt credo) teneť si cōmode possit/adire aliū sacerdotē q; tertiā pſonā cū qua peccatū ē: nō nouit: nec verosil'r vnq̄ cognoscitur est. sed etsi aliū adire non pōt: cōfessio tñ non est partienda.

¶Distinctionis Vigesimętertiæ Quæstio Prima.

Rovigesima tertia distinctione in q̄ magister de extrema vnctiōe loqtur, q̄ro: An extrema vnctio sit sacramētū nouæ legis. Pro solutione quæstiōis notato q; extrema vnctio ē sacramētū a pſbytero infirmis applicatū in determinatis ptib⁹ corporis: gr̄a venialiū au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferendoꝝ.determinatæ aũt ptes sũt qnq; sensuũ exteriorũ instrumẽta,sc; oculi, aures,manus,nares,labia,pedes,& renes. In lingua eñ ꝓpter horrorẽ/licet illic vigeat gustus/nõ damꝰ.etiã multerũ renes ꝓpter honestatẽ non inũgunt. Si qs aũt in mẽbris mutilus fuerit:in ptibꝰ viciniorib9 vngat. Forma est talis. Per istã sanctã vnctionẽ,& suã pissimã misericordiã indulgeat tibi dñs qcqd oculorũ vitio deliqsti i noie patris & fi. & s. s. amẽ.& sic de cæteris sensib9. ¶Ex q̃ definitiõe i ferꝝ solus ægrotꝰ ẽ capax huiꝰ sacramẽti/& nõ ingrediens piculũ sine ægritudine. Istud patet Iacobi.v.vbi dr. Infirmat qs i vobis: iducat pbyteros eccleslae & orẽt sup eũ: vngentes eũ oleo in noie dñi.& oro fides saluabit i firmũ:& alleuiabit eũ dñs. Scdo seqt qꝺ solꝰ sacerdos ẽ mtr̃ister huius sacramẽti:vt dr in ca. vnico de sacra vnctione. Et hꝫ in sola volũtate sit pctũ:tñ ꝓ has ptes pctã exercemꝰ:& tales opationes exteriores sunt pctã tanq̃ actus impati. Vlteriꝰ pꝫ qꝺ vnꝰ effectꝰ extremæ vnctionis ẽ tollere pctã venialia:q̃ pñt esse tã pauca vt ea oia tollat.& si venialia auferat etiã pœnã eis debitã tollit. Insup alleuiabit laborãt̃ si ei9 saluti cõducat. Est etiã ei effect9 cõis cũ aliis sacramẽtis:cõferre gratiã virtute operis operati. Extrema autem vnctio in re est oleum bene dictum:vt superius diximus de baptismo & cõfirmatione.

¶Istis pręmissis respondet ꝓ extrema vnctio est sacramẽtũ nouæ legis,vt patet Iacobi.v.Iacob9 tñ non fuit institutor hui9:sed ꝓmulgator. Et ex isto cũ notissimis seqtur:qꝺ si sint duo quorum vnus habet extremã vnctionẽ & alter eam non habeat,cæteris oĩno paribus,prior cũ maiore gratia decedit q̃ posterior:& ex consequenti maiorẽ beatitudinẽ habebit i patria:qa vtrobiq; in sacramentis vna beatitudo formalis gratiæ sacramenti:& alia actui bono rñdet: & nullo modo in alijs vt opinor.

¶Contra hanc conclusionẽ arguit sic. Si extrema vnctio non sit applicabilis nisi in ægritudine & mortis periculo:seqtur qꝺ qs non posset pl'ies vngi.oppositũ seql̃ crebro videmꝰ igit. Præterea. vel põt applicari iuuenib9 nondũ confessis/vel nõ.hoc argumentum inq̃situe tu ipse deducas. ¶Ad primum respondet.quodlibet sacramentum in quo non imprimitur character ẽ iterabile:alia vero sũt iiterabilia:vt sũt hæc tria sola/baptismꝰ,cõfirmatio, & ordo.& hoc sacramentum est iterabile quotiensc̃unq; hõ laborat nouo morbo & graui. Et si diu laboret eodẽ morbo & post aliqualẽ conualescentiã recidiuet põt iterato suscipi. Ad secundum non video q̃ re non possit dari iuuenibus/nec quare confessionem in iuuenibus rõnis incapacibus præsupponat. ¶Tertio arguit,& etiã iquisitiue.vel est sacramentũ necessitatis vel voluntatis:sed nec hoc nec illud:ergo nõ est sacramẽtũ.non necessitatis quia multi decedunt sine extrema vnctiõe: & tñ non est verisile ꝙ propterea damnent.non pure volũtatis:qa si qs possit cõmode extremã vnctionẽ hre & eã nõ suscipiat videt ꝓprię salutis cõtẽptor viso fructu: quẽ ex sacramẽto cõseqũt. ¶Rñdet. Aliqua sunt sacramẽta puræ voluntatis:q̃licet homo cõmode suscipere possit: nõ tñ tenet:& nullo modo peccat illa relinquẽdo. vt ordo & matrimoniũ. Seruantes eñ virginitatem postposito matrimonio nõ peccãt:& hoc vt plurimum. Stat eñ dare casum in quo si quis non contraheret/peccaret. vtpote si propter continẽtiã filij regis vnici seq̃retur schisma pniciosum i repub. vel,ꝓpter paucitatẽ hoĩm. sed istud solũ casualiter & non regulariter contingeret. Simile matrimonium cõtrahẽs ordinib9 relictis nõ peccat. Reliqua quinq; sacramenta sunt de p̃cepto affirmatiuo ꝓ loco & tpe obligãte:aliter tñ & aliter. Baptismꝰ eñ oẽs obligat adultos si possit haberi sub pœna noui peccati.nõ sic stricte obligat cõfirmatio:nec extrema vnctio. Itẽ si sit adultus non confirmatus:presens episcopo confirmante & nõ suscipiat cõfirmationẽ cũ alijs, nec habeat impedimentũ legitimũ excusans:est cõtemptor sacramẽti vt opinor& peccat.eodẽ modo de extrema vnctione . Multa tñ impedimenta in his duobus sacramentis excusarent q̃ in tribus alijs excusationẽ simílem non admitterent.& vna excusatio in argumento sequenti tanget. Licet aũt extrema vnctio i releuamẽ ventaliũ pctorum detur,& hõ non teneat sub pœna pcti in pticulari confiteri venialia:hoc nõ obstãte si verosiliꝫ viã vniuersę carnis igressur9 possit facile habere sacramẽtũ extremæ vnctiõis:& si reddat memor illius:decedens sine eo peccat,& videtur sacramenti contẽptor, qa ex culpa sua nõ capit.sed secundum circũstantias a prudẽte põt iudicari quando sit peccatũ & qñ nõ. contingit.n. ꝙ morbus sit vehemẽs:& in subsequẽte luce laborans ꝓponit sacramẽtũ hoc accipe:nec putat ab eo vel p̃sentib9 morb9 eẽ ita piculosus vt ẽ,qn bene posit in craftinum differre sacramenti sumptionem tũc isto die moriẽs nõ peccat. Sikr si nõ occurrit memoriæ suæ:& nemo sup hoc eũ reddit memorẽ.Et ita de sil'ib9:de qb9 sapiẽs habet cõsiderare qñ est pctm & qñ nõ. Sed ꝓ via tutiore qñ dubiũ est de piculo i mora/qꝺ.s.morier, añ finẽ tpis dilati suscipiẽdũ ẽ. ¶Quarto arguit. Sacerdos nõ tenet ministrare sacramẽtũ extremæ vnctionis cuilibet suo , morbo laborãti.ergo laborans nõ

¶ Ecce paruulus in cunabulis (vt a calce incipiam) potest ordinari de facto sacerdos in sensu composito. in sensu eīn diuiso nō est dubium. & q̄ græci contrahunt in minoribus ordinibus: & q̄ nunq̄ ab exordio nascentis ecclesię licuit dispensare cum existētē in sacris vt matrimonium contraheret. in cuius argumētum est apud antiquos de voto plerunq; dubitatum. sed post susceptos sacros ordines, non est reuocatū in dubium. Sed dicis. nūquid pro re ardua & toti ecclesię vtilissima licet dispensare cum sacerdote vt cōtrahat: vt si filia Mahumeti Turcę vellet cōtrahere cū filio a. regis. vel si oriret magnum schisma in republica mortuo primogenito, quia sacerdos frater succedēs, non duceret vxorē. ¶ Respondetur: si sit de iure diuino: & hoc infallibiliter cōstet: non licet dispensare. non enim sunt facienda mala vt eueniant bona. ad Romanos. iij. Secūdo dico. nollē tā cōstanter stare in conclusione vbi maxima vtilitas spiritualis reipublicę christianæ contingeret, quę alia ratione procurari non posset. mihi sat est q̄ non potest pontifex dispensare rationabiliter citra talē causam: siue dispēsatio teneat: siue non. scio nāq; multa tenere q̄ fieri nō debent. vt est vēditio equi in festo & multa alia. si aūt fieri nō possit sine causa multū ardua: magis habeo ꝓpositū. Vlterius dico. siue dicat continentia sacerdotum esse de cōstitutione ecclesiæ siue de voto: parū refert qñ quis sua sponte assumit ordines q̄ bus continentia est annexa: siue et displiceat, siue nō: nā tacite & virtualiter vult continere: qa vult illud qđ est eis annexum. Præterea diximus sacerdotū cęlibatū reipublicę christianę vtilissimum tēporaliter & magis spiritualiter: qđ magis est curādum: pariter & honestissimū: licet sit difficilis & a principio nō fuerit facile hūc cęlibatū introducere: & q̄ confugati nō ꝓmouerent ad sacros ordines. hoc tñ nō obstāte maiores nostri q̄b⁹ erat sūma cura honesti nō destitere quoad voto potiti sunt. Tēpestate vero nra ñ memini me accepisse cū plurib⁹ dispēsatū fuisse q̄ his trib⁹ de q̄b⁹ mētione fe

ci. In neutro Britannorū regno me audiuisse memini aliq̄d de dispēsatiōe in hac materia. Hoc insuper addam: q̄ si ob ignorantiā meā in alterum extremorū labi contingat de manutenētta huius statuti, vel oppositio: malim in primū ob honestatem incidere. ¶ Potest autē homo hic varios tueri modos. quorū vnus asserit de iure diuino esse q̄ nullus existens in sacris possit postea ꝓmoueri. & in hoc nō potest esse dispensatio ex quacūq; causa ab hoibus: nec est idem de religioso simpliciter. simplicē voco nō sacerdotem. quid autē de religioso cēseam: postea videbitur. Secūdus modus est q̄ peccat pontifex dispēsando cū existente in sacris vt cōtrahat matrimoniū sine causa multū ardua: & alter peccat dispensationē petēdo/siue factum teneat in ecclesia militāte/siue nō. quēadmodum secūdum oēs nō potest pontifex dispensare cū religioso simplici vt matrimoniū cōtrahat sine causa arduissima. & si fiat pro causa leui & nullius momēti: tam dispensans peccat q̄ etiā dispensationē ambiens: nisi esset excusatio per ignorantiā inuincibilem. & secūdum hunc modū ęque difficile est dispēsare cū religioso ac cū sacerdote vt matrimoniū contrahat. A posteriore mō nō discedo q̄ q̄ est cōtra sanctū Thomā. Sed hic verba istius Angeli in summa, in vocabulo (papa) recēsere libet. q̄ sic dicit. Vnde firmiter credo q̄ si aliquis petens dispēsationē in aliquo casu cōtra legē dei nō interponat iportunitatē munerū vel precū: si simpliciter ponat se in manus papę exprimendo casum suū: q̄ deus nō p̄mittet errare vicariū suū in dispensando. Istud sine libramine vllo dictū est. Nam debuit in primis excipere sanguinem ante munera & preces. cuius rei exēplum apd̄ historiographos videre potes de Innocētio. viij. & Sixto iiij. quos in hoc solo sapiētes reprehēdunt: in cęteris vero extollunt. qđ & apud multos alios intueri nunc potes. Secundo. si deus vicariū suum ab omni malo indesinenter ꝓtegere velit ne peccet: munera pontificē a recto flectere nequibunt. perinde est ac si dixisset: pontifex dispensat allectus prece vel precio: & cōtra talia nō adiuuat de⁹: vel ꝓtectio eius cōtra talia allectiua/nō sufficit. vbi tñ talia nō sunt a recto abstrahētia: deus eum ꝓtegit: vel protegere potest. Dico ergo q̄ deus relinquit pontificē maximū in manu consilij sui: quēadmodum Petrū pontificē primū ad Galathas secundo. nā ad hebręos quinto dicit Apostolus. qñ & ipse pontifex circundatus est infirmitate: & propterea debet quēadmodū ꝓ populo: ita etiā ꝓ semetipso offerre ꝓ peccatis. Et q̄ hic temere nō loquar, patet a signo. Nam beatus Thomas, & ante eū Guilielmus Altisiodorus & alij multi, tenuerūt pontificē maximū nō posse dispēsare cū religioso vt cōtrahat: & tñ pontifices dispensarunt: & ita in alijs materijs. Licet autē assertio illa putetur minus rationabilis: vtri tamē illi suā opinionē in medium afferētes nō debēt iudicari temere scripsisse. ergo nec hāc sententiā tenētes si fuerit rationabilior vel nō minus rationabilis. Hęc dicere volui cōcludendo, vt nos nō putes cū Chanaan verenda patris scilicet maximi pōtificis detegere velle: sed vt hoc statutū ꝓ virili seruare conemur: putantes etiā maximū pontificē libēter ratiōes hinc inde circa ea quę supremā suā potestatem cōcernūt/velle audire. Et hęc pauca de hac quęstione cū pmissione benigna ꝓnunc dixisse sufficiat.

¶ Distinctionis Vigesimęquartę Quęstio Tertia.

Ertio circa hāc distinctionē quęro: an Petri⁹ & successores eius primatū habeāt in terra ex institutiōe Christi tam in spiritualib⁹ q̄ in tēporalibus. ¶ Respondetur. licet circa vtrūq; mēbrum varie a varijs respondeatur: & multi sint dicentes q̄ nullus episcopus ex institutione Christi habet superiorē in spūalibus: & quēadmodum q̄libet rex in suo regno est suprem⁹ monarcha: & superiorē in tēporalib⁹ nō agnoscit: ita esse iactant isti de quolibet episcopo in suo episcopatu. Et si roman⁹ pōtifex supioritatē habeat: dicūt q̄ illam ab hoibus acceperit: vel de facto.

¶ Sed ponā conclusiones sequētes quid sentiam explicantes. Quarū prima est. Petri⁹ ex institutione Christi est institutus apostolorum vertex & caput/& supra quēlibet aliū, siue particulare ecclesiā. Impręsentiarū eīn de prēminētia seu superioritate inter maximū pontificē & vniuersale concliū loqui nō ꝓpono. probat cōclusio. Ioannis vltimo Christ⁹ dicit Petro. Pasce oues meas. pasce agnos meos. Dicis sicut alij dicunt. nō est data ei per illa verba auctoritas super aliquē apostolorū: quia illa intelligūtur de pastu spirituali & corporali si essent in necessitate. etiā indefinite ꝓtulit ad cuius veritatē sufficit veritas vnius singularis: licet eīn illa sit oratio imperatiui modi: & per cōsequens nō ꝓpositio: tamē loco futuri indicatiui capitur. Contra. pascere in scriptura capitur vt tantū valet quātum potestatiue alere. vt Ezechi. xxxiiij. Ve pastoribus Israel qui pascebāt semetipsos. & Ioannis. x. Qui nō intrat per ostium nō est pastor ouium. Præterea. æque expediens erat populo Christi habere pastorē potestatiuū vt pastorem qui verbo vitę & corporaliter pasceret. ergo sicut vnum concedis: reliquum concedere de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bes. Q d dicis Christum indefinite locutum: nihil valet: quēadmodū em̄ in cōcessione beneficij: vel priuilegij cōcessio indefinite & simpliciter facta intelligitur generaliter. de priuileg. c. Quia circa. sic cōmissio potestatis vel officij indefinite & simpliciter facta debet intelligi vniuersaliter: vt scilicet omnia intelligātur cōcessa quę nō sunt ꝓhibita, & de quibus est cōmittendi ratio: de quibus non est verosimile q cōcedens/vnum cōmitteret alicui & aliud seruaret. quia qui nihil excepit & potuit excipere: totū cōmisisse videt. ¶ Scdo arguit ad idē. Christus legislator optimus optimā politiam in ecclesia instituit. sed illa est regalis. vt patet. viij. Ethi. & iij. Politicorū ex philosopho. nec videtur cui alteri a Petro hanc potestatem cōmisit. igitur. Insup Matth. xvj. Christus dixit Petro. Tu es petrus: & sup hanc petrā ędificabo ecclesiam meā: & portę inferi nō prealebunt aduersus eā: & tibi dabo claues regni celorū: & qdcūq; ligaueris sup terram erit ligatū & in celis: & qdcūq; solueris super terram erit solutū & in celis. Sed dicis. p ꝓnomen hanc/nō demōstrault Simonē petrū sed seipsum quē Petrus confessus est: qa quęsiuit Christus ex Petro. Quem dicūt hoies esse filium hominis? & paulopost respondit Petrus. tu es Christus filius dei viui. Cui Christus. sup hanc petram quā confessus es/ ædificabo ecclesiā meā. & hoc patet per glossam interlinearē & Augustinū in libro retractationū sic dicētē. Dixi in quodā loco de apostolo Petro q in illo tanq̄ in petra ędificata sit ecclesia: sed scio me postea scripsisse: me sic exposuisse quia a dño dictum est. Tu es petrus & sup hāc petrā ędificabo ecclesiā meā. & sup hunc intelligeretur quē cōfessus est Petrus &c. Bene in his verbis (dicūt) Petro promittūtur claues: sed nō cōuincitur ex ipsis q eas sup alios habuerit apostolos. quia Ioannis. xx. ludifferēter oibus dixit. Accipite spiritū sanctum: quorū remiseritis peccata &c. Hoc nō valet: nam licet quis scripturā pro Petro adductā per aliam scripturā sic exponere laboret: hoc nō sufficit. & ratio est: Nā qñ sunt multi sensus scripturę: & dubitat in quo sensu scriptura intelligatur: ille sensus est indubitatus qui a viris oi exceptiōe maiorib⁹ colligit. sed sic est in ꝓposito. Anacletus em̄ apl'orū cōtēporaneus. xxij. dist. c. Sacrosancta romana. sic inqt. Sacrosancta romana & apostolica ecclesia non ab apl'is: sed ab ipso dño & saluatore nr̄o primatū obtinuit. Idē ostendit testimonio Marcelli papę & martyris. xxiiij. q. j. c. Rogamus. & ita tenuerunt in tota illa ętate: & postea exercitatissimi & fūdatissimi doctores: qb⁹ cōtraire in hac parte extremę temeritatis est.

¶ Sed cōtra hāc cōclusionē arguit. Petrus nō erat supra Paulū: ergo nō sup quēlibet constitutus est a Christo. Antecedēs ꝓbat: qa ad Galathas. ij. sic dicit Apl's. Mihi em̄ q videbātur esse aliq̄d nihil cōtulerūt: sed cōtra/cū vidissent q̄ creditū est mihi euangeliū pręputij, sicut & Petro circūcisionis. Q ui em̄ opatus est Petro in apostolatū circūcisionis: opatus est & mihi inter gentes. Ex istis formā argumētū. si petrus fuisset institutus vniuersalis pastor ecclię. poterat ęque imediate suū officiū in quolibet loco exercere: & sic prędicare gētib⁹. ¶ Respondet. argumentū nihil aliud ꝓbat nisi q officiū euāgelizādi seu apostolat⁹ nō accepit a Petro: sed missus fuit a deo prius q̄ Petrū adiret. oēs em̄ erāt Petro pares q̄tū ad ordinē & episcopatū. Ad illud de determinato loco dicē q in plurib⁹ locis Petrus prędicabat Iudęis: inter dum gētilibus, vt Centurioni. & cū ab Antiochia transiret Romā: nō est verosimile quin transeundo semiauerit verbū dei. Et licet Paulus dicat doctor gentiū qa gentiū cōuersioni & eruditioni plurimū inuigilauit: interdū tn̄ etiā iudęis verbū dei effudit. vt patet Actuū. vij. & xiij. Petrus tn̄ si voluisset, suū officiū in quocūq; loco poterat exercere. ¶ Secūdo arguitur. Anacletus papa vt scribit xxj. dist. c. In nouo. dicit sic. Cęteri vero apostoli cū eodē pari cōsortio honorē & potestatē acceperunt: ipsumq; principē eorū esse voluerūt. Et confirmatur hęc auctoritas a signo. qa greci sequunt cōtradictorū cōclusionis nostrę: & nō est dicendū q tātus populus in re tam ardua erraret: ppl's inquā qui fidē ante romanos suscepit: & pleraq; ecclesię bases habuit. ¶ Ad secūdum respōdet glossa q̄ secūdario volebāt Petrū esse caput cęteroꝝ: sed hoc primo a Christo habuerūt. nā si Christus politiā aristocraticā in spiritualibus reliquisset: nō potuissent apostoli eā in regalē mutare. Ad aliud nō est verosimile q primi illi magni greci tenuerint oppositū. de hęreticis aūt Bohemis & posteriorib⁹ grecis loqui nō oportet. Hic pōt fieri argumentū de Indis & christianis in alijs locis separatis: q si reliqua necessaria ad fidē crederēt: nescij q romanus pōtifex sit caput ecclesię: durū est dicere q sint in statu dānatiōis. Ockam i fine tertię ptis dialogi ꝓbabile putat q politia regalis eccl'ię pōt ꝓ vrgētissima cā duob⁹ ex equo cōicari. licet glo. in. c. Nō aūt. vij. q. j. teneat oppositū: qa est vna ecclesia catholica. Hoc idē tenet Armacan⁹ lib. vij. ad Armenios ca. xv. Sed tō glossę ē nulla. eccl'ia em̄ nō dicit vna ab vnitate capitis ministerialis: sed a Christo & vnitate fidei: vt videre ē post mo tē papę ante creationē alterius. porro si essent duo vterq; posset absoluere quēlibet sibi subiectū. An autē ita fieri possit ab hoib⁹ ꝓ vrgētissima causa ius diuinū exponēdo/nō insisto. loquor de facto nūc. ¶ Tertio arguit. nō est vnū caput in tēporalibus cui reges sint subiecti oēs: ergo hoc nō con-

gruit in spiritualibus. Respondet. cōsequentia est nulla. Nā primo summus pontificatus est ex institutione Christi: nulla tn̄ monarchia in tpalib⁹ est ex eius institutiōe: & hoc est rationabile. nā cū modica impēsa/gladio spirituali vtitur pōtifex: vt ex cōmunicatiōe/& interdicto & cęteris canonicis pœnis. gladius aūt ꝛmpatoris debet esse magn⁹ exercitus: q si pdat: victus habebit cōtēptui, nā euentus belli est dubius: & nūc hūc nūc illum cōsumit gladius. Secūdo. bona spiritualia in nulli⁹ possessione sunt: sed sunt cōmunitatis ecclesiasticę: qua propter cōgruū est habere vnū caput ꝓ illorū bonorū administratione. bona vero laicorū sunt singulor⁹: scdm q hoies iustis titulis sua bona acq rūt/emptione/ hęreditate/vel alia via. quare nō est opus vno capite pro illis. Insup variarum regionum diuersi sunt mores in tēporalibus: ergo congruum est habere caput secūdum morū exigentiam. Sed duobus regibus contēdentibus. quis item dirimet? satius ergo est habere vnū caput in tēporalibus. Respondeo. qs pacē inter Federicū tertiū, & Matthiā Pānonię regem composuit, cū imperatorē a Vienna sui ducatus primaria vrbe/ etecit Matthias? In nullo em̄ senatu ꝓ regnoꝝ partitione disputat: sed finē litis de regnis partiundis gladius iponere solet. loquor de facto. Dicis. qs finem materię litigiosę inter romanū pontificem & alium inferiorē ponet? Si dicatur acquiescendū esse capitt: sic dices de ꝛmpatore & rege. dico non esse idē. vt patet ex discrimine superius tacto.

¶ Secunda conclusio. Episcopi reliqui a maximo pontifice sunt ex institutiōe Christi sicut maximus pontifex. probatur. nam. xxj. distin. c. In nouo testamēto. scribitur. Cęteri vero apostoli cum eodē pari consortio honorē & potestatē acceperūt. & intelligo de sacerdotio & episcopatu: & nō de turisdictione. si em̄ tunc nō fuissent episcopi/nō fuissent Petro pares in honore. Et in eo. ca. Ipsis quoq; decedentibus in loco eorū surrexerūt episcopi. Idem patet. xxj. distin. c. j. in ver. Simpliciter. vbi dicit. Simpliciter vero maiorū & minorū sacerdotū discretio in nouo testamēto ab ipso Christo sumpsit exordiū: qui. xij. apostolos tanq̄ maiores sacerdotes. lxxij. discipulos quasi minores sacerdotes instituit: Petrum vero quasi summū sacerdotē elegit. &c. Prętera glossa marginalis Lucę. x. dicit. sicut in apostolis est forma episcoporū: sic in. lxxij. discipulis est forma presbyterorū. hoc est curatorū. Et ex istis potest iterū sic formari argumentū. presbyteri hoc est curati sunt ex institutione Christi: ergo & episcopi. Amplius. de summa trinitate & fid. catho. c. j. §. Vna. dicitur. q̄ sacramentū eucharistię nemo potest cōficere nisi sacerdos qui rite fuerit ordinatus secundum claues ecclesiæ quas ipse concessit apostolis eorūq; successoribus Iesus Christus. sed sacerdos nō ordinatur a claue sacerdotali sed solum episcopali: ergo Christ⁹ claues apostolis tradidit episcopales. Rursus, dato oppositō, scilicet q episcopatus & curati non sunt ex institutione Christi, sed ex institutione summi pōtificis: ita q Petrus sua auctoritate instituit apostolos/episcopos: & maximi pontificis auctoritate instituuntur alij episcopi: ego romanus pontifex potest vnūquēq; episcopum & curatū & oēs destituere de potētia sua absoluta/nō creando nouos: quia quos vnus pōtifex sua auctoritate creat/ nō obligat suos posteriores siue successores cōtinuare. nam par in parē nō habet auctoritatem. & omnis res per quascūq causas oritur: per easdem dissoluitur. de regu. iur. Oēs. sed hoc cōcedere nō reputo cōueniens. igit. Insuper idem habet de cōsuetu. c. Quāto. Itē cōmuniter tenetur q̄ episcopi possunt confirmare & nō simplices sacerdotes vllo pacto. sed non video q̄ maximus pontifex possit hanc potestatē episcopalē plus q̄ sacramenta instituere. Si dicas. Petrus fuit minister creando reliquos apostolos episcopos: & deus hāc potestatē dedit. q̄ possent cōfirmare & dare ordines: sicut sacerdos baptizat & de⁹ characterē baptismalē infundit: iam habeo intentū. Postq̄ hęc scripsi ante ipressionē occurrit mihi alia ꝓbatio istius cōclusionis. Nā prim⁹ arti culus fratris Ioannis Angeli prędicatus Tornaci fuit iste. Fratres præsentati episcopo & admissi sunt proprij sacerdotes & veri curati, & melius q̄ presbyteri parochiales: qa facultatē suam habent a summo pōtifice: & dicti presbyteri ab episcopo duntaxat. Ecce examinationē facultatis nostrę a xxxiiij. annis pręteritis. Q uicquid sit de prima parte propter æquiuocationē istius termini proprij: dicit tamē facultas q̄ propositio in se & quo ad omnes reliquas partes & probationē partis vltimę qua dicitur (ab episcopo duntaxat) est scandalosa/in fide erronea/ hierarchici ordinis destructiua/ & pro cōseruatione eiusdem ordinis publice reuocanda & abiuranda.

¶ Tertia conclusio. maximus pontifex nō habet dominū tēporale sup reges. probatur. nam dato oppositō sequit q̄ reges sunt eius vasalli: & eos ad nutum a regno trudere potest de facto: licet peccet sine causa eos expellendo: quēadmodum fortallis contingit de multis eius officialibus & subiectis in tēporalibus. sed hoc nō est concedendū. Secundo arguit ad idem. nullum titulum habet sup regnū Francorū, vel Hispaniarum in tēporalibus: ergo nō sunt ei subiecta in tēporalibus. antecedens patet. Nā quęro quē titulū? Si dicas. succedit Christo, & Christus est domin⁹

Universidad de Deusto
Biblioteca

omniū. Contra. probare nō potes q̄ Christus secūdum humanitatē sit dñs oim: cū dixerit Pilato Regnū meū nō est de hoc mūdo. & illo dato cōsequentia est inualida: & impossibile est eā probare. crebro enī vicarius nō est tantę auctoritatis quātę est superior cuius est vicari⁹. nā Christus instituit sacramēta: dedit legē gratię: & pōt reuocare omne ius diuinū positiuū: hoc tamen nō pōt pontifex. Tertio arguit. dato oppositō sequit hęc cōclusio: Cōstantinus nihil dedit Syluestro: sed solum restituit ei debitum. cuius cōtrariū dicit. xcvj. distin. c. Constantinus. & xij. q. j. c. Futurā. Pręterea ipi pōtifices fatent ad se nō spectare iurisdictionē tēporalem, nec velle iuri regū detrahere: vt Innocētius Tertius. in. c. Nouit. de iudicijs. & Alexāder Tertius. in. c. Causam. q. filij sint legitimi. & in illo famato. c. Per venerabilē. eo. ti. Innocētius Tertius dicit q̄ rex Francorū superiorē in tēporalib⁹ minime recognoscit. ꝓpterea cū fillo tanq̄ cū inferiore diſpēsare poterat. Sed dicis cū glossa. nō recognoscit de facto: debet tamē de iure. hāc glo. ꝓbo esse Aurelianēsem, & textus corruptiuā. qa si sic: roman⁹ pōtifex nō sufficiēter respōdisset illi nobili de Monte Pessulano petēti dispēsationē ꝓ suo spurio: quo mō rex cū suo illegitimo filio dispēsaret. Nā dixit roman⁹ pōtifex. rex Frācorū est supmus in suo regno in tpalib⁹. si loquut⁹ fuisset de facto, trisio fuisset nulla. poterat em̄ sic ille nobilis rndere. ego nō cognosco vel nō cognoscā amodo supiorē de facto. Quito arguit. oppositū asserēs/& maximū pōtificē & reges offendit & eis nocumētum prestat: ergo sapiens nō debet illud asserere. q̄ nō ꝑtit pōtificibus manifestū est: qa facit eos q̄tū in se est sollicitos, vt illud Mathematicū imperiū in tpalib⁹ manutencant, qa nō patiunt diminutionē in tpalib⁹ ad se spectantib⁹ vere vel apparēter: & sic ministrat eis materia rapiendi alieni imperij: qđ nunq̄ ad finē deducere poterūt: vt legimus de Bonifacio octauo cōtra Philippū Pulchrū & alijs varijs. Similiter est nocumentū regibus in tēporalibus ꝓ suis regnis defendendis: & in spiritualibus: qa multa mala tēpore belli cōmittuntur. propterea Ioannes Gerson asserentes talia blandientes appellat. Sexto arguitur. multi deoti reges a pontificibus maximis canonizati nunq̄ romanos pontifices supra se in tēporalibus admisertunt: & in hoc mortui sunt: ergo signum est q̄ romani pōtifices nō habēt dominiū omniū in tēporalibus. Septimo arguit. papa nō est dominus omniū bonorū ecclesię: ergo nō est dominus oim bonorū tēporaliū. antecedens patebit paulo inferius in hac distinctione. & cōsequētia est nota.

¶ Contra secundam cōclusionē arguitur. probādo q̄ solus Petrus est institutus pōtifex a Christo: & omnes alij instituti pontifices a Petro: argumētis aduersariorū scilicet Petri Paludani in tractatu de potestate ecclesię: & Ioānis de turre cremata cardinalis sancti Sixti, quib⁹ tenēt oppositū. Primo arguitur p. c. Porro. lxvj. distin. vbi dicit. Porro hierosolymitanus primus archiepiscopus beatus Iacobus, qui iustus dicebatur: & secūdum carnem frater domini nūcupatus est: a Petro, Iacobo, & Ioāne apostolis est ordinatus. ergo Iacobus alphei nō est ordinatus episcopus a Christo imediate. ¶ Ad hoc argumentū rndet glossa multifariā: cuius alīq̄ expolitiōes sufficiūt. vna q̄ nō ordinarūt eū episcopū sed archiepm: & sic ordinauerūt eū in administrationē alicuius certi loci. prius enim erat episcopus sine titulo. Sed contra hoc replicant isti. si hęc nō erat vera ordinatio episcopi facta: nō conuenienter suscepерūt ex ea formā ordinationis episcoporū in ecclesia: cōtra Anacletum in dicto. c. In nouo. distin. xxj. Responsio. quęritur ab alijs quis ordinauerit Petrū: & nō dabunt tres. dico ergo esse constitutionē humanam q̄ episcopus ordinetur a tribus. Paulus enim non quæsiuit duos pro ordinatione Titi, & Timothei. Nam primę ad Timotheum. iij. dicit. Noli negligere gratiā, quę in te est. q̄ est tibi data per prophetiam cum impositione manuū presbyteri. glossa autē marginalis dicens (presbyteri pro presbyteroꝝ) est voluntaria magis literę repugnans q̄ eam explicans. Rursus romanus pontifex si velit potest solus episcopū aliquem ordinare sine duorum ope. vt Hugo, & multi alij concedunt. Pręterea Rusticus, & Eleutherius qui cū beato Dionysio ad Gallias venerunt, non erant episcopi: sed Galliæ episcopos solus Dionysius ordinauit. Ecclesia tamen vtitur nunc tribus episcopis in pontificum creatione ad imitationem Petri, Ioannis, & Iacobi maioris, qui Iacobum Alphei creauerunt. vt dicitur in. c. Porro. Item in capi. Archiepiscopus: eiusdem distinctionis, habetur q̄ archiepiscopus ab omnibus suæ prouinciæ episcopis ordinetur. & si aliter pręsumptum fuerit: viribus carere nō dubium est: quia irrita erit ordinatio. sed istud non requiritur de necessitate: ergo nec aliud ei adiunctum. ¶ Secundo arguitur. in ca. In nouo. dicitur q̄ primo Petro in ecclesia pontificatus datus est. Respōdetur. hoc nō potest adiuuare aduersarios quia immediate ante illa verba dicitur. a Petro sacerdotalis exit ordo. & tamen isti alij cōcedunt oēs apostolos esse factos sacerdotes a Christo. pro talibus ergo oibus dicatur q̄ Petrus erat primo dignitate episcop⁹ & sacerdos qa generalis pastor ecclesię. est etiā verosimile q̄ prius Christus incepit a petro, vt in lotiōe pedum. qđ cōuincit ex his verbis. Nō lauabis mihi pedes in ęternū. nā si ab aliquo alio incepisset:

verosimile est q̄ ille sicut Petrus recusasset: & passim inter apostolos ab euāgelistis primus numeratur. Sed Christus dando ei ordines & episcopatum, etiā alios ordinauit. ¶ Tertio arguit. nihil est asserēdum de diuinis nisi qđ ex diuinarū scripturarū testimonio vel ratione ꝓbari potest. sed apostolos alios a Petro fuisse ordinatos a Christo nec auctoritate nec rōne cōuinci potest. Respōdeo. minor nō est sufficienter ꝓbata. nā sufficit ex maioribus nostris habere fundamētū. Porro Anacletū apostolorū vicinū vel cōtēporaneū introducim⁹ ad hoc conuincendū. c. In nouo. & refellitur argumentū quęrendo ab aduersarijs. vbi est factus Petrus episcop⁹? nō Matthęi. xvj. qñ dixit Christus Q đcūq; ligaueris &c. qa nondum erat sacerdos. & da vnū locū: idem dicam de alijs apostolis. per ista autē verba Ioannis vltimo. Pasce oues meas &c. ordinatus est vicarius dei generalis. Si dicas. constat q̄ Petrus est factus episcopus licet euangelistæ nō allegent determinatū locū. hoc eadem facilitate dicā de alijs. Sed ꝓ oibus dicitur q̄ primo erant apostoli: & postea sacerdotes ordinati in cœna: qa ante cœnā nondum corpus Christi consecratū erat sub speciebus panis & vini: & in illa cœna fecit eos sacerdotes cū dixit, Hoc facite in meā cōmemorationē. Lucę. xxij. nam satis erāt ab eo examinati sacerdotio digni. & est verosimile q̄ oēs ordines eis cōtulerit: videlicet & alios sacros, & minores. etiā dedit eis in cœna potestatē sup corp⁹ suū verū: & vt aliquib⁹ placet etiā sup corp⁹ Christi mysticū in foro interiori: qa si nō dedisset eis potestatē sup corpus Christi mysticū in cœna: nō fuissent completi sacerdotes. qđ reputatur incōueniens. siue autē per eadem verba dedit eis potestatē sup vtrūq; : siue ꝓ alia, non refert, qa vtrūq; facere poterat. secus est de episcopis nostris potentiā delegatā & subordinatā habētibus. oppositū tamē est cōmuni⁹ super corpus Christi mysticū: & credo illud esse rationabilius. Post resurrectionē vero ordinauit eos episcopos oēs. Ioannis. xx. ꝓ illa verba. Sicut misit me pater & ego mitto vos. & cū dixisset: insufflauit & dixit eis. Accipite spiritū sanctū. quorū remiseritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis, retēta sunt. nec obstat qđ post immediate subiungitur. Thomas nō erat cū illis: qa Christus poterat eum ordinare episcopū absentē. quēadmodū vt scribitur Numeri. xj. sup Heldad. & Medad regeuit spiritus absentes. etiā deus est vbiq;. Et q̄ istud sit rationabile ostendo. nā in cœna fecit eos sacerdotes: ergo habebāt potestatē sup corpus Christi verū & secūdum aliquos sup corpus Christi mysticū. ergo per illa verba Ioan. xx. dedit eis aliā potestatem constituendi eos magnos sacerdotes. i. episcopos. Nec obstat q̄ hoc dicatur sacerdotib⁹. quia idipsum dicitur in creatiōe episcoporū. Etiā in alijs ordinibus nō habes formā adęquatā qua vsus est Christus quando ordines contulit. quare arguere de ipso vt de episcopis nostris/est debile argumentū. Insup tu ipse da formā qua vsus est Christus/creando Petrū episcopū. ¶ Quarto arguit. Barnabbas & Paulus nō sunt creati episcopi a Christo: ergo nec alij. antecedens patet. quia Actuū. xtij. dicit. Tūc ieiunātes, & orātes, impoſ. ē tesq; eis manus dimiserūt illos. ergo illic facti erāt episcopi. Respōdetur. cōsequentia est nulla: quia non erant de sacro apostolorū numero duodenario: sed apli separatim. Si dicas. Iudas fuit episcopus ante mortē. Nam psalmo. cviij. & Actuū primo dicit. Et episcopatū eius accipiat alter. & tamē ipse nō erat ordinat⁹ post vltimā cœnā. ergo apostoli erant creati episcopi ante resurrectionē. Respondetur. hoc nō iuuat aduersarios. Iudas enim nunq̄ fuit episcopus. Ad verbū autē allegatum dicitur q̄ per episcopatum apostolatus intelligitur. Tenēdo etiā viam cōmunē nō fuit complete sacerdos: quia super corpus Christi mysticū nullam accepit potestatem.

¶ Contra tertiam cōclusionem arguit sic. Pontifex cōparatur soli. de Maio. & obe. Solisq; & imperator lunę. modo luna lumen capit a sole. igitur. ¶ Secundo arguitur. Zacharias papa deposuit regē Francorū, & instituit Pipinū patrem Caroli magni. vt habet. xv. q. vj. c. Altus. vbi Gelasius papa Anastasio imperatori scribit. Altus item Roma. ponti. Zacharias scilicet, regē Francorū nō tam ꝓ suis iniquitatibus q̄ ꝓ eo q̄ tantæ potestati erat inutilis, a regno deposuit: & Pipinū Caroli imperatoris patrem in eius locum substituit: omnesq; francigenas a iuramento fidelitatis absoluit. qđ etiam ex auctoritate frequenti agit sancta ecclesia, cū milites absoluit a vinculo iuramēti. ¶ Ad primū dicitur q̄ ex mystica theologia debile capitur argumentū. vt dicit Augustinus ad Vincentiū Donatistā, & Dionysius in epistola ad Titū, dicēs q̄ symbolica theologia non est argumentatiua. Item vulgo dicimus. argumētū a simili claudicat vno pede. ſ3 sufficit aliqualis similitudo. nam sicut sol lumen suū lunæ cōicat: (qđ pt3 ex comb⁹ ei⁹ oppositis soli ipsi in q̄dris, & plenilunio in oppositione) sic fidē & illustrationē in ambiguis fidei impator a maximo pōtifice accipit. & hoc sufficit quo ad aliqualem similitudinē. Et reflectit argumentū in arguentes. luna aliquod lumē ex se habet: vt videm⁹ in deliquio lunę cum sol est in capite draconis: & luna in cauda vel cōtra. & dato q̄ luna nihil luminis habeat nisi a sole: tamen influentiā aliam habet sup humida: cū medullę ossium sint in cremēto lunę maiores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

periti etiã hortorũ cultores in inserẽdis arboribus hoc nouerũt. Idem patet de fluxu & refluxu maris.& hoc per solam suam influentiã occultam habet.immo est mirabile dictu: q̃ cum est ex altera parte terrę,faciat mare fluere & refluere in parte opposita.nec ab hac influẽtia impeditur a tota sphęra terrę:& sol forte influentiã talem ob sphęrã terrę nõ habet. Sic dicitur in ꝓpositio.q̃ reges nõ habent suas potestates immediate a romano pontifice: nec influentiam ab eo vllam in tẽporalibus susciptiũt:sed cõsensu populi/ successione/emptione/donatione/vel alio titulo habent regna. Potestas eñ terrena nõ sic depẽdet a potestate spiritualis maximi pontificis vt centurio a principe militię:sed sunt duę potestates nõ subordinatę:quarũ neutra dependet ab altera. nam regnũ possidens nõ est vasallus Ro.pon.nec imperator illo modo est ei subiectus saltem quo ad terras quas nõ habet ab ecclesia.nõ eñ loquor de terris quas in Italia habet:quas tenet vel tenere debet(vti referunt) vt ecclesię obsequatur.¶ Sed cõtra hoc arguitur. ergo totus mundus monstrosus erit: cum nõ habeat vnũ caput. Item quomodo aliter maximus pontifex erit caput ecclesię? Respondeꝛ.mundus multas equiuocationes habet. capiendo autẽ mũdum pro vniuerso,deus est caput eius.& mortuo pontifice/manet caput sicut & corpus. Secundo dico q̃ romanus pontifex est caput ecclesię, immo totius vniuersi vel esse debet.per romanũ autem pontificem semp maximũ pontificem intelligo. Et sicut aĩa corpori præstat:licet aliqd possit corpus qđ nõ potest anima,tñ aĩa dicitur simpliciter perfectior.sicut facile est dare duo indiuidua se habentia vt excedens & excessum: & tamẽ qa vnum habet conditiones perfectiores:simpliciter dicitur alio perfectius.Exẽplum.quantitas continua immediatius inhęret substantię q̃ qualitas:& sic quandã perfectionẽ supra qualitatẽ habet.sed quia aliquas proprietates multo nobiliores habet qualitas: quia agit: qđ & substantijs nobilissimis conuenit:simpliciter dicitur esse perfectior. similiter peccatũ Euę in comestione pomi vetiti habebat circũstantiã aggrauantẽ: qa instigauit virũ & plus voluit: sed qa plus rõnis habebat ꝓtoparẽs Adam,datur alia circũstãtia peccatũ Adę aggrauans:quo nõ obstante vnum peccatũ dicitur esse maꝰ alio simpliciter. Simpliciter dico qđ sine addito dico.primo priorũ. Sic rex potest dispensare in tẽporalibus cũ illegitime natis vt in hęreditate succedant: & non pontifex:vt ipsimet pontifices ingenue fatentur:& eorum auctoritates sunt magis cõtra eos q̃ pro eis.Nec valet dicere q̃ hoc dicant ob humilitatẽ.quia nõ deberent illud facere: vt patet de veracitate quarto Ethi. & eius extremis. Secundo. nõ est verosimile q̃ vellent id facere in suam iacturam tẽporalem. Tertio.quicqđ ipsi dicant vel posteriores : restabit probare quo iure spectet ad eos aliorum regnum. ¶ Ad secũdum respondet glos. q̃ nõ oportet vti illo vocabulo (deposuit) in significatione qua capitur prima fronte : sed sic exponit,deponẽtibus consensit. & hoc cognoscitur ex Francorũ annalibus. Nam cũ Hildericus totus deses & inutilis regnaret apud Gallos: & Pipinus habenas reipublicæ strenue moderaretur:optimates Franciæ miserũt legationem ad pontificem maximũ: quia vniuersitas Parisiensis nondum florebat:sciscitantes ab eo an ille deberet regnare qui ocio torpebat:an ille qui æstum diei portabat. quibus cum respondisset pontifex q̃ posterior regnare deberet: primores regni Pipinum Regem crearunt.& sic Zacharias deposuit:hoc est,erat aliq̃ causa motiua quare regni proceres regem deposuerunt.sicut applicans actiua passiuis dicitur producere ignem. Insuper ex talibus factis singularibus quæ ex deuotione ad ecclesiam & nõ debito turis fiunt: nõ est trahendum aliquid in consequentiam.quẽadmodum nec ex multis alijs:vt vbi imperatores elegerunt maximos pontifices. similiter q̃ aliqui maximi pontifices depositi sunt per imperatores: & sicut recitat ecclesiastica historia:multi sacerdotes apđ Constantinũ magnũ suas querelas deponebant.ex quibus nullum potest sumi argumentũ. ¶ Tertio arguitur. per Bernardum ad Eugeniũ papam libro quarto dicentem. Quid tibi denuo gladium vsurpare tentas, quem semel iussus es reponere in vaginam? quem tamen qui tuum negat, non satis videtur attendere verbum domini sic dicentis. Conuerte gladium tuum in vaginã. tuus est ergo: & forsitan ipse tuo nutu & si non tua manu euaginandus. alioquin si ad te nullo modo pertineret : apostolis dicentibus Ecce gladij duo: non respondisset dominus.satis est. sed nimis. Item est vulgare dictum. vnum gladium habet maximus pontifex actu: alium in habitu. ¶ Quarto maximus pontifex põt dispẽsare in spũalibus:ergo & in tpalibꝰ. Nã q̃ põt in maius, potest in minus. ¶ Ad tertiũ. illud de gladijs est hyperbolice dictum:quare ex ipo nõ potest trahi efficax argumentũ. Secundo ipse ponit forsitan. & hoc sufficit pro toto. Tertio dicitur q̃ vnum gladium habet actu: scilicet spiritualem:cum interdicit & excõmunicat: alium habet in habitu.i. potest rogare principes terrenos.quatinus sint sibi subsidio.& sic habet alium in habitu.i.in potẽtia.nec capitur hic (habitu) vt capitur ab Aristote.ij.Ethi. ¶ Ad quartũ cõcedit quãdo minus includitur in illo maiori:alioquin nõ oportet.homo eñ potest ratiocinari:nõ autẽ volare.Et cõcludendo dicã q̃ hic potest esse vna disputatio verbalis

& alia realis. Nã si dicatur maximus põtifex esse dñs omniũ: & omnes alij principes eius vasalli: & posse eos instituere & destituere ad suũ nutum: licet inique faciat:hoc iudico falsum: & contradictionẽ huius sensus posui in cõclusione. Si vero dicatur q̃ nullo modo põt legitimare in tẽporalibus quo ad successionẽ in terris regum:& si legitimet vel legitimare conet:nihil agit: & q̃ reges nõ sunt eiꝰ vasalli, sed aliqđ dominiũ habet: petatur in quo sensu.hoc dixerim qa interdum inuenimꝰ verbosas positiones/in sentẽtia cõuenientes & solum verbis discrepãtes. Si eñ intelligatur habere dominiũ in tẽporalibus casualiter:& multũ posse agere ad depositionẽ regũ/suadendo/cõsultando/ immo alios ad gladium ꝓuocando in eos/quando sunt labefactatores fidei:& reipublicę christianę prorsus inutiles:hoc mitius ferendum est: nec est alienũ a dictis nostris. Si vero aliqui reges cũ populo se tradiderũt romanis põtificibus/ vt fertur de Anglis:nihil ad nos. collector nãq; romani pontificis pecuniã in Anglia colligit/ex q̃libet domo denariũ vt intellexi:q̃ denarius papalis dicit.sed illic oportet videre:an solus rex regnũ põtifici subdidit:vel rex & populꝰ. Nõ tamẽ opinor q̃ Angli vllo modo pmitterent pontificẽ destituere suũ regẽ,& alĩ constituere:nunq̃ eñ aliquẽ romanorũ pontificum hoc facere permiserunt. ¶ Hactenus quõ Petrus ex institutiõe Christi est caput eccl'ię & q̃libet eius successor: q̃uis de successore in euãgelio nõ legatur.Nã Christus legislator optimꝰ politiã regalẽ & optimã instituit: nõ pro vno sed toto tpe ad diem iudicij vsq;.Et tam episcopi q̃ curati sunt ex institutione Christi: vt Petrus. Cęterũ Petrus aut successor eius ex institutione Christi nõ habet dominiũ in tẽporalibꝰ:sed solum in illis quæ principes sæculi illi benigne & gratis contulerũt & conferunt. Dico tamẽ de iure naturę esse q̃ pascat & sustineat(si nihil habeat)se cũdum decentiã capitis ꝑ quãto vigilat & laborat pro se & reliqua parte corporis. Q̃uis autẽ leges ciuiles de prescriptionibus tollat,vt in.c.fi.de prescript.vel aliquas alias: hoc nõ arguit pontificem habere dominiũ sup reges:sed idcirco facit q̃ lex illa nutrit peccatũ:& q̃ actus ille nõ est iurisdictionis ciuilis sed ecclesiasticę:ad quã spectat singula peccata salubri remedio cohibere. alioquin nullã legẽ ciuilem tollere potest:vt dicit glos. in regula Possessor.de regu.iuris lib.vj. Habet tamẽ pontifex dominiũ in terris ecclesię a Cõstantino datis quas in Italia tenet.Nam Constantinus & populus in illam donationẽ consensit. & quicquid sit: iam in terris illis prescripsit: & peccat terras illas auferre tentans nunc ab ecclesia. Sed licet nullus rex superiorẽ in tẽporalibus agnoscat:omniũ tamen regum caput est pontifex, quia est eorũ caput in spiritualibus. Alibi autẽ prolixius materiã inter imperatorẽ & reges deduco:an vllam pręmi nentiam imperator habeat sup reges. Pręterea reliquos apostolos episcopos factos a Christo dixi mus post resurrectionẽ:& per cõsequens tam episcopi q̃ curati/sunt de iure diuino quẽadmodum romanus pontifex.nec aliqs purus homo potest illud ius & illas potestates tollere ab ecclesia/pluꝰ q̃ summũ pontificatũ.licet Petrus Paludanus & de turre cremata tenẽat oppositũ. Sed hoc qđ ipi tenent: cẽsuit in fide hęresim facultas nostra.& hoc idem alijs rationibus muniuimus.

¶ Distinctiõis Vigesimęquartę Quęstio Quarta.

Varto circa hanc distinctionẽ.xxiiij. quia in ea materiã beneficiorũ tractare vtcũq; ꝓposui:Quęro:an accipiens personas in beneficijs ecclesiasticis peccet. ¶ Pro quæstionis elucidatione explicabit quid sit acceptio personarũ.quia vt primo Elenchorũ dicitur, necesse est nõ intelligentẽ significatias terminorũ paralogizari. Is acceptor personarũ dicitur q̃ per sonam personæ iniuste prefert:siue in conferẽdo/ siue in acceptando.hoc est tam acceptione actiua q̃ passiua. (Iniuste)autem sumitur cõtrarie. ¶ Ex quo sequitur q̃ deus nõ est acceptor personarũ: licet teneatur q̃ gratis prędestinet: & nemo possit bene agere sine eius ope speciali:quã quidem sua sponte vni confert & nõ alteri.hoc patet:quia nulli est obnoxius: nec flectitur cum regula Lesbia tortuose: sed regula inobliquabilis est.Illud autẽ Petri Actuum.x.In veritate comperi:quia nõ est personarum acceptor deus.nõ concludit oppositum: quia putabat Petrus antea fidem solis hebręis esse prędicãdam,sed Cornelio gentili fidem suscipiente / sciebat Petrus deum velle suscipere ad fidem gentiles. & sic non solum accepit gentem Iudęorũ. Secũdo sequitur q̃ episcopus cõferens beneficiũ vni idoneorũ & nõ alteri/nõ est acceptor personarũ:quia non prefert personã personæ/indebite. Tertio sequitur q̃ romanus pontifex dispensans cum duobus regibus quatinus filius & filia matrimonium contrahant gratia belli sedandi & pacis nutriendæ/& non cum duabus priuatis psonis,in quibꝰ haberẽt hęc ratio,nõ est acceptor personarum. quia hoc non facit indebite. Quarto sequitur:q̃ si quis ex ignorantia inuincibili beneficiũ minus idoneo conferat: nõ est acceptor psonarũ. Quinto sequitur per oppositũ : q̃

Universidad de Deusto
Biblioteca

pontifex/rex/vel primarius collegij iniuste perso-
nam personę pręferens,est acceptor personarum.

¶ Significatione vocabuli explica-
ta pono cōclusionē responsiuā:quę est hęc.Omnis
acceptio psonarū in bnficijs ecclesiasticis est gra-
ue peccatū. & intelligo tam de acceptione actiua
q̄ passiua.hoc est tam in accipiēte q̄ in dante.Pro
batur cōclusio.omnis acceptio personarū est gra-
ue peccatū: ois acceptio psonarū in beneficijs ec-
clesiasticis est acceptio personarū:ergo ois talis est
peccatū.consequētia tenet ex primo primę.maior
est clara,saltem q̄ est peccatū:cū in quid nominis
acceptiōis personarū/ponatur(iniuste.) Sed dicis.
hoc solum cōcludit esse peccatū: & nō graue pec-
catū. Alias ratiōes ponam quamlibet personarū
acceptionē in ecclesiastico, cōcludentes esse graue
peccatū: licet vna sit alia grautor. ¶ Et primo sic
probo.acceptio personarū opponitur iustitię.mo
do iustitia est pręclarissima virtutū.v.Ethi.primo
& neq; est hesperus neq; lucifer ita admirabilis.Et
prouerbio (inquit philosophus) dicere solemus:
iustitia in se virtutes cōtinet oēs.modo quāto vir
tus est melior vel eius actus:tanto eius oppositū
est peius,ex doctrina Aristo.topica.Pręterea iusti
tiam sacrę historiæ bibliaęq; plurimū extollunt,&
iustos ratione tustitię:ergo est multū efferenda.an
tecedens patet his testimonijs sacris.Iustus vt pal
ma florebit. In memoria æterna erunt iusti. Iusti
fulgebunt sicut sol.Iustorum animę in manu dei
sunt.Et psal.cv.dicunt beati. vbi psalmographꝰ
dicit.Beati qui custodiunt iudicia: & faciunt iusti-
tiam in oi tēpore. Et Matth.v. inter beatitudines
a Christo enumerant beati q̄ persecutionē patiū-
tur ꝓpter iustitiā.ergo per locū ab oppositis/iniu-
sti sunt miseri, quorū memoria abolebit de terra
viuentiū.Et Aug.iiij.de ciui.dei.iiij.ca.ait.Remo
ta tustitia q̄d sunt regna nisi latrocinia magna? er
go cū beneficij collator tustitia repudiata benefi-
cium personę inidoneę cōfert:grauiter delinquit.
& quāto personę minus idoneę: tāto magis delin
quit. ¶ Secūdo arguit. illud est graue peccatū q̄d
est causa virtutis relinquēdę,& cōfidendi in vitijs.
sed sic est in acceptione personarū in conferendis
beneficijs ecclesiasticis:ergo est grāde peccatū.cō
sequētia tenet cū maiore.& probat minor. Nā,cū
eruditi & probi ad honores vocātur sicut Aaron:
alij ad virtutes animantur/quatinus & ipsi postea
honores obtineant. ꝓ honores autē locū vel bene
ficia honorifica/ & omne illud q̄d laude dignū a
prudentibus putatur,intelligo.nec illud est pecca
tum:quia nō est causa finalis virtutis: sed potius
effectiua etus & inflāmatiua.q; em̄ ad virtutē ho-
nor accendat, manifestum est. Honos,inquit.M.
Tullius,alit artes:& oēs ad studia icēdimur gl'ia.
Simulacrū nanq; Alexandri in tēplo Herculis in
occidentali hesperia Iulij Cęsarē ad fortiter agen
dum induxit. Non aliam ob causam fortiter pu-
gnantibus ꝓ patria triūphus & ouatio apud ma-
iores parabat.hinc Milciadis trophęū sic Themi-
stoclem inflammauit ad gloriā: vt ei nocturnum
somnū eripuerit.Et vt suos ad virtutes animarēt
prudentes illi Romani:tēplo honoris tēplum vir
tutis coniunxere,vt inquit diuus Aug.v.de ciui.
dei.c.xij.insinuantes nulli ad honorē esse aditum:
qui per virtutes gradatim nō trāsiuerit.Nemo est
tam cornea(vt aiunt)fibra,q̄ spernat honorē.Nō
secus honoratiores sedes licentia donādis tam in
theologia q̄ in artibus cōferuntur:nisi vt iuuenes
ad studium,& virtutes tam intellectuales q̄ appe
tituas alliciant. Sufficiēter ergo ostēsum ē hono
res esse virtutū ꝓductiuos.& ex cōsequenti ꝓ op-
positū,honoris ablatio inertiā & vitia nutrit. Q̄d
patet a signo.pleriq; literis apti & ad regendū gre
gem/ad curias principū & tumultus aulicos se cō
ferunt vt honoribus potiantur:vbi in schola mo
rū & literarū nō ꝓficiunt: sed deficiunt & retroce-
dunt.nemo est qui nō nouit.nō tamen nego quin
vocati ad tumultus aulicos possint illic morā tra
here sine peccato. ¶ Tertio arguit. illud est graue
peccatū q̄d est causa innumerabiliū malorū in to
ta republica. sed sic est de acceptione psonarū in
beneficijs ecclesiasticis.igit. restat solum ꝓbare mi
norē.si episcopi essent boni,solum probis benefi
cia ecclesiastica cōferrent: & sic verbo & exemplo
seipsos & illiteratos seu laicos erudirent.& per cō-
sequens tam principes q̄ laici multo meliores effi
cerentur.& sic cū quolibet episcopo bono,totam
diœcesim bonā haberes.quia ad motū primi mo
bilis mouētur sphęre iferiores,etiā motu raptus.
alios quippe male natos ad virtutes,sua influen-
tia raperent episcopi.Talia em̄ sunt subiecta qua
lia permittūtur ab eorū prędicatis.iuxta topicā re
gulam.& cū necesse sit tam regē q̄ principes esse
alicuius diœcesis:ꝓ bonos episcopos totū regnū
diuitijs spiritualibus scilicet bonitate abundabit.
Ad vitia autē quę sunt virtutibus inimica & con
traria,nō solum sequi pœnā in alio sęculo: sed &
in hoc mūdo pœnā tēporariā: gladium nōnunq̄
per bella ciuilia:interdum ab hoste extero:famē:&
pestilentias : nemo est nisi infidelis qui dubitet.
Vnde Hieremię.xv.pro peccatis populi inquit ꝓ-
pheta in psona dñi.Et visitabo sup eos quatuor
species dicit dñs.gladiū ad occisionē: & canes ad
lacerandū:& volatilia cęli & bestias terrę ad deuo-
randum & dissipandū:& dabo eos in feruorē vni
uersis regnis terrę.Et.xxxiiij.ca. eiusdem libri ait
propheta. Ecce ego prędico libertatē, ait dñs, ad
gladium,ad pestem,& ad famē,& dabo vos in cō
motionē cunctis regnis terrę.Modo ꝓ regula ser-

uabis,ꝙ ex pœnis quas deus pro pctis:scriptura
ꝓ culpis cōmemorat/edocemur sufficiēter/quare
has tribulationes in nos mittat:qa nō est malū i
ciuitate q̄d nō fecit dñs:de malo pœnæ intelligo
Ecce ergo multa mala q̄ ex malis epis sequunt.
¶ Et adhuc idē ostendo sic.dans occasionē dāni
alīq; bus/tenet eos releuare.modo instituēs inido
neū dat dāni occasionē. Isti nāq; viri spuales de-
bent esse tanq̄ bases & colūnæ in politia christia-
na.modo vbi nō est bonū fundamētū: nihil firi
mū supædificari potest.i.q.j.Cū Paulus.& de pst
byte.non bap.Ventens.Et sicut Salomon i tēplo
materiali cōstruēdo lapides quadratos & politos
accepit:sic debet ꝑlatus ꝓ ecclesia cōstruēda acci
pere viros ꝓbos:q; more tesseræ vbicūq; cadere
cōtingat,i vnā coltarū cadāt. Et rursus cōnexio
virtutū episcopi/& ecclesiastici boni q̄ spualibus
præsunt/regem & principes bonos efficerent vt
dixim̄us.nā mores regios, oēs assecle seu curia-
les libenter insequūtur vt eis cōplaceant:qa i sua
curia est primū mobile. & sic de quolibet magno
viro i sua domo itelligas. Si aūt rex & principes
essent boni: in dignitatibꝰ ecclesiasticis ad se nō
pertinentibus,quēadmodū sunt episcopatꝰ & bñ
ficia,nō se ingererēt.& si interdū rogarēt/ꝓ bonis
& ꝓbis intercederent:& boni canonici bonos epi
scopos eligerent. Cōcludēdo itaq; quales habes
epos:tales habebis canonicos:& econuerso.nam
mali canonici & veterno rubiginoso torpētes nū
q̄ eligunt seuerū & vigilantē episcopum ne eos
puniat.Verbū nāq; est vulgare, sīlis sīlem sibi q̄
rit.Episcopus vero iprobꝰ ambitiose igredīs fa
mulis,& alijs indignis/aiarū curas cōmittit:q; ad
huc curiā vt plura habeāt/insequunt: deide plus
offerenti ad firmā cura tradit:quē oportebit & il-
literatū & inidoneū eē ad populū regendū.qa li-
teratus & prudēs nouit aliunde sibi ꝓuidere:nec
datur et pro suis laboribꝰ p̄miū cōdignū: ꝓptere
ea onus curæ relinquit. Ecce ergo minorē ostēsā
q; innumera mala ex acceptione psonarū sequū
tur.Et licet i practica sic fiat inidoneorū ꝓmotio
syncera tñ speculatiua eam cōtra rationem ostē-
dit. Quis etiā sit de vita/non tñ de honestate cle
ricoꝝ sup altare dei ponere vitulos & hoim simu
lacra muta:doctos quoq; ac ꝓbos subesse:& ido
la hoim monstra p̄esse.

¶ Nunc aliquibꝰ rōnibus instabo
cōtra cōclusionē vt distinctius cognoscat idonei
tas. Et arguit primo sic.inidoneus capiēs benefi
cium non tenet sub pœna peccati ipsum resigna
re.ergo et beneficium conferens non peccat.añs
patet:quia pauciss̄imos vel nullos beneficia tōne
peccati euitādi resignātes vides:ergo vel omnes
beneficiati sunt idonei: vel multi sunt in peccatis
& in illis tandē moriuntur. ¶ Respondeo.tā con
sequentia est neganda q̄ antecedēs:quemadmo-
dū licet ꝓdigꝰ peccet dādo crebrius: tñ capiēs
nō tenet restituere datū. Sed̄o nego añs: & dico
ꝙ tenet resignare beneficiū suis humeris ipar:&
hoc quādo cognoscit se inidoneū, vel cognosce
re tenet. Ignorantia em̄ vincibilis nō excusat qn
peccet.& concedo ꝙ pleriq; manent in pctō non
restituendo/quorum multi nunq̄ faciunt conscię
tiam: etiam manentes inidonei.nam si erat qs i-
idoneus tempore acceptionis,peccauit beneficiū
quo est indignus acceptādo.& eadē ratione quo
libet tempore quo benificium tenet manens ini-
doneus. Secundo.sit sortes sciens facere omnia
quæ a.beneficio incumbūt, sed tñ occulte malus
& hypocrita.arguit sic. Sortes tenēs a.curā ē in-
idoneus:& tñ non peccat tenendo a.curam:cum
sciat facere omnia quæ illi curæ incumbūt. Dicis
forte.pōt alios reducere & rectificare se nō rectifi
cato. Contra.impossibile est rectificare vmbram
virga illius effectiua non rectificata. ergo nō pōt
alios rectificare nisi se rectificet. Respondeō.si sit
occulte malus lasciuus vel auarus:nolo dicere ꝙ
peccet tenēdo beneficiū:sed bene moraliter agit
licet nō meritorie/manendo in peccato occulto.
nec est simile de vmbra & virga:vtpote i effectu
& causa naturali:& in agente libero. Vlteriꝰ dico.
licet homo labat in peccatum publicum vel no-
torium carnis,q̄d maximę infamiæ est in vulgo
non tamen tenetur restituere beneficium,modo
sit in ꝓposito efficaci emendandæ vitæ:quia suc
cessu temporis ostendet se in alium virum muta
tum.Oppositū aūt est nimis dutum.nā cōsidera
re oportet,hoies nos esse:& non esse arborē sine
nodo. Propterea non opinor cum dicentibus ꝙ
existens in mortali non facit fructus suos in be-
neficio. ¶ Sꝫ cōtra istud argumētor. bonitas pu-
tata hypocritæ fuit causa quare bonus episcopꝰ
huic beneficium cōtulit/qui reuera est hypocrita
modo deficiente causa deficit effectus.ergo cum
non esset intentio episcopi et cōferre bñficiū: nō
habet iustū titulum i eo:& p cōsequēs ad resigna
tionem tenet.sicut diues simulās se pauperē/elee
mosynā capiēdo:eā restituere tenet. Rndet cōce-
dendo q; bonitas morū fuit vna causarū q̄re da
bat huic bñficiū,sed idoneitas ē cā p̄cipua:& alia
debꝫ reputari accidētaria.alioqn nō eēt stabilimē
tū in cōsciētijs hoim de retinēdis bñficijs. Et licꝫ
epus non intēderet conferre huic bñficiū nisi stā
tibus his duabus causis:tamen intentio cadens
sup vnā causam est ptæter rationem:si intēdit ꝙ
non haberet beneficiū & ipm restitueret si nō ha-
beret illa duo. Nec exemplū adductū de diuite cō
cludit quia reuera diues non est obiectū eleemo-
synæ: sed omnino esset simile si aliquis nebulo

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Cōtra tertiā conclusionē arguitur. i. ad Timoth. iii. dicitur. Si quis episcopatū desiderat, bonū opus desiderat. ergo licitū est viro petere episcopatū. Respōdeꝫ multifariā. primo. illa tēpestate ab episcopatibus omnes refugiebant: & in primis ad martyrū vocabātur. Nā xxxiiij. inter Petrū & Syluestrū si recte memini fuerūt maximi pontifices: quorū nullus nō martyr mortuus est. cōsimiliter erat de aliis episcopis qui primi ad martyriū tāq̄ columnę vocabātur. Etiā hos prouētus ecclesia tūc nō habebat. cōsidera tēpora & cōcordabis scripturas. quo nō obstāte viros scientia & virtutib⁹ p̄stantissimos p̄fice re studuerūt illi ad quos spectabat. Sc̄do stat virū multū idoneū desiderare episcopatū mente: & ip̄m non petere voce. Tertio (bonū) potest esse adiectiuū termini (episcopatū) vt sensus sit: qui episcopatum desiderat bonū: opus desiderat. ita vt cōnotatio adiectiui (bonus) denotetur cadere in cōnotatum termini (episcopatus). ἐπίσκοπος autē grece/tātū valet quātū supintendēs/ vel melius, obseruator/ speculator/ vel custos latine. & tūc est sensus. qui bonā obseruationē seu supintendētiā desiderat/opus desiderat. Quarto. bene velle supintendere vt quis p̄sit: est bonū opus desiderare. ¶ Hactenus de moderata & immoderata episcopatus & beneficiorū petitione dictum est: & q; patrū vestigia sequētes multo melius faciūt nō petētes honores q̄ ad ipsos anhelantes. nō petere em̄ est securius in cōsciētia. vt dicebat ille. Si nō fuissem de numero episcoporū/nō fuissem de numero reproborū. Superbus istāter q̄rit: dicēs siue vero siue mēdacio se velle ꝓdesse: tñ aduenientib⁹ ꝓcellis de dandis beneficiis. instar arūdinis a recto itinere agitaꝫ. Plerisq; etiā anteq̄ episcopatus & dignitates adepti sunt, alioꝝ errores plangētes, dixerūt: & vt reor sine mēdacio, si talia deus sibi cōferret: ꝓbe oia dispositurus: more Petri ante passionē dicētis. Et si oēs scandalizati fuerint in te: ego nunq̄ scandalizabor. & tñ ad vnius ancillę vocē magistrū quē deū sciebat/ manifeste negauit. sic est de multis episcopatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

& cœnobiorū habenas seu abbatias acquirentibus:qui ad voces famulorū & mulierū, ne dicā dominarū,in conferēdis beneficijs labūtur. Scio tñ quosdam episcopos & beneficiorū collatores viros egregios & integros, alios ædificantes spiritualiter: quorum ecclesias sine columnis deus non relinquit.

¶ Distinctionis Vigesimęquartæ Quęstio Octaua.

OCtauo circa hanc distinctionē,& quinto in beneficiorū materia q̄ritur:an cōferēs beneficiū bono meliore relicto peccet. Per bonū aūt semp idoneum:& p meliorē magis idoneum intelligo.secūdū materiā subiectā sermones accipito. hoc est clare inquirere. Sortes nouit facere oīa q̄ incūbunt pro a.beneficio administrando: Plato nouit eadē facere & meli⁹: neuter habet aliud beneficiū:& vterq; est paratus hierarchizare (vt ita dicā) iam q̄rimus an collator peccet cōferēdo a. beneficiū Sorti, Platone relicto. ¶ Hic duas scito esse positiones oppositas. sed ponit cōclusio affirmatiua q; collator in ꝓposito casu peccat.& idē intelligo de quolibet ad hoc cooperāte rege vel alio, siue eligēte/vt canonici episcopū eligūt, siue rogante. Probat cōclusio.nā.iiij.iij.Ethi.dic. Atq; magnanimus ipse cū sit magnis dignus fuerit optimus sane.melior em̄ semp maiora metetur & optimus maxima. &.v.Ethi.iij. Iustitia distributiua scdm ꝓportionē geometricā attenditur,q̄ honorē dandū scdm ꝓportionē ꝓsonarū imptitur.vt si equi non habeant equa.vel iniqui equa,nascuntur incusationes & murmura: vt si Dauid equale p̄miū Vrię & Ioab ī bello dedisset: Ioab murmurasset. Pręterea arguit.collator beneficij nō est eius dominus,sed in hoc dispensator dei:ita vt necesse sit alicui cōferre.ergo si det bono/meliore relicto:nō fideliter facit seruitium domini sui.quēadmodū si famulus regis cōduceret bonū latomū meliore relicto quē eque facile habere posset ꝓ extruēda arce in limitibus hostiū:merito esset arguēdus a rege. sed sic est in ꝓposito. Tertio arguit sic. vel collator dat beneficium bono relicto meliore intuitu inopiæ vt ei succurrat:& illa non est causa dandi beneficij. etiā melior tātum eget:aut si paulo minus:est tñ multo magis idoneus.vel dat bona intuitu vtilitatis publicę:sed ꝓbat q; nō:quia melior est vtilior.si vero intuitu amoris ꝓticularis vel alicuius ad beneficiū obtinendū nō pertinētis:iam est acceptor personarū,cū det beneficiū intuitu imptinente ad habendū beneficiū. Pręterea arguitur auctoritate Hierony. Leuiti. viij. & auctoritas est canonizata. viij.q.j.ca. Licet. Requirit ergo(inquit) in ordinādo sacerdote etiā populi p̄sentia vt sciāt oēs & certi sint:q; q ꝑfectior est ex omni populo: q; doctior:qui sanctior:qui in omni virtute eminētior:ille eligitur ad sacerdotiū. Turpe aūt esset dicere q; Hieronymus & Augustinus bonū eligerēt in casu isto:& q; esset futurus pastor:& melior, esset ouis subiecta ei: cū secūdum Greg.in pastorali,vita pastoralis sic debeat distare a plebe vt pastor ab ouibus. quo mō Aristo. in Politicis loquit de vero rege & patre populi. Et Innocentius Tertius scribens archiepiscopo Mediolanēsi in ca. vnico. vt eccle.bñ.si. di.cōfe. in.§.Oibus dicit.Circa carnalitatē animi: qa nō ex affectu carnali, sed discreto iudicio debuisti ecclesiasticū officiū & beneficiū in ꝓsona magis idonea dispēsare. Idē expresse habet in.c. Metropolitano.lxiij. distinctione ex Leone papa. Appa ratus tñ tenet oppositū. viij.q.j.c. Licet. sed rationes eius sunt iualidæ. Et hāc positionē doctores famati agminatim tenuerūt tā iuris diuini q̄ humani.vt Alexander Halensis: beatus Thomas in Quodlibetis: Gādēsis, & Godofredus Fōtanus in Quodlibetis:& ante eos Altisiodorus in scdo,& Nicolaus Ioānis.xxj.Hoc supposito sic argumētor.Quicūq; exponit se periculo cōfundēti & obruenti peccati,peccat.sed sic est de conferēte bono relicto meliore.igitur. Probatur minor:quia alię ptes sunt perspicuę.tūc est periculū cōfundēs qñ sunt æquales rōnes seu apparētiæ, vel aliquāto pauciores q; sit peccatū cōferre bono.modo in ꝓposito nō solū sunt aliquāto pauciores apparētię nec equales,sed multo plures q; tenet collator dare meliori:& cū hoc illustriū virorū auctoritates,q̄ illud sine rōne agminatim nō assererēt. Vltimo arguit. scdm hāc cōclusionē secūdū modū habes de collatione beneficii ne peccas cōferēdo. scdm positionē vero oppositā facile erit labi,eum q malus est bonū fingēdo. Licet dicas hoc nō eē ad ꝓpositū:quia q̄stio vertit de bono & meliore,cognitis talibus:ꝓpter dicta tñ teneo cōclusionē tā in cura q̄ extra curā: quia vtrinq; equaliter militāt rōnes:licet in vno sit maius pcm̄ q̄ in alio. Ex argumentorū autem solutionibus & dicendis in sequētibus,multo lucidior apparebit cōclusio. Sequēs etiā q̄stio hāc cōclusionē magis roborabit, & potissimū solutio secundi argumenti,si bene ponderetur.

¶ Quā conclusionem aliquot argumētis impugnabo,vt ipsa magis roboretur: ad officia secularia nō declinās ne a cœpto p̄pediamur. Et primo sic argumētor.scdm denomina-

tionē vniuersitatū,& pragmaticā sanctionē quā Gallī vtūtur:episcopus q̄s antiquiori ꝓmoto seu gradū adepto beneficiū facienti diligētias sua non peccat. sed ille crebro est minus idoneus, magis idoneo ꝓlatus.ergo cōclusio falsa. ¶ Respōdetur negādo q; in hoc ēps peccet.nā minus idoneū nō potest impedire ne beneficiū habeat: nec est in eius potestate situ p superiorū legē: & iā ferme habet ius acq̄situ,nō em̄ sufficit ꝓbare eū minus idoneū i foro cōtradictorio ad hoc vt nō sit capax beneficij. Vel dicit q; iste q̄ fecit diligētias,est i vicissitudine,vel vt dicūt,in turno vt sibi beneficiū cōferat:& ita ē magis idoneus vbi ius cōmune ei cōcedit beneficiū.an illud in foro aię sufficiat accipiēti,infra videbit. ¶ Cōtra hoc arguit.si ill⁹ legis cōditores adessent:nō possent huic idoneo beneficiū cōferre,magis idoneo relicto scdm cōclusionē nostram.ergo iuste nō potērāt huic dare ius beneficij habēdi. Respōdet concedēdo añcedēs & negādo cōsequētia:& ratio est quia illius legis cōditores volebāt ꝓuidere optimo mō possibili eruditis viris:q̄les i famatis vniuersitatib⁹ ꝓmoti seu graduati solēt esse. Sane i lumine naturali & a doctoribus scriptum cognouerūt in corde & i mēbrana,q; magis idoneo beneficiū dādū erat:sed hoc ab ēpis & collatoribus nō dabat executioni.propterea i cōcilio Basiliēsi alīū modū patres excogitauerūt:quos i pragmatica sanctiōe Biturigis īstituta imitati sunt Gallī. & licet legē statuētes,aliquos malos seu incōuenientū sequētiū ex sua lege essent p̄scij:nō tñ desistebāt:quia illā lōge vtiliorē rati sunt q̄ hoc collatos volūtati relinq̄re. quēadmodū si nō esset p̄ceptū de ieiunio quadragesimę vel prohibitio de homicidio:ter in die comedēs in quadragesima: vel hominē occidēs nō peccaret.Quo nō obstāte lex ē bona & vtilis:q̄a plura bona & pauciora mala ex lege sequūtur q̄ ad oppositū. qa em̄ legē cōdētes nō poterāt cōtinuo eē p̄sentes ad idoneitatē ab inidoneitate discernēdā: ꝓpterea legē rationabilē sanxerūt.secus est de collatore q liberū ius cōferēdi habet,qui est lex animata.quinto Ethicorū.licet ex hac lege aliq ad gradus aspirēt nō ob aliud,nisi vt litigādo beneficia habeāt:doctos & se literis accōmodātes,repellentes:hoc tñ Galli dicūt reipublicę suæ plurimū cōducere:qa etiā aliquibus doctis sic ꝓuidetur. Nam si omni modā libertatē in beneficijs dandis episcopi haberēt:cōsanguineis,& mulionibus/eruditissimis quibusq; neglectis prouiderēt.malunt ergo gradū adepti episcopos cōpellere facere ius q̄ eorū insequi mulas.licet potioribus membris vniuersitatū sic nullo modo succurratur. ¶ Omnibus hincinde pōderatis legē illā reipublicæ vtilē existimo.nā eorū aliqui adepti sunt gradū ꝓpterea vt hac via potiātur beneficijs.aliqui autē de hoc nō cogitātes sunt ꝓfecti. Alij vero dulcedine scientię allecti studio sese deuouent: nūq̄ litigantes: quorū aliqui ad beneficia euocantur: aliqui vero nō:prout cōtingit eis habere probū episcopū vl capitulū: vel inutilē:cōsanguineis & famulis solis ꝓuidentē.his quo ad ꝓpriculare bonū lex non est vtilis:& tñ sunt vniuersitatis nō infima membra. Aliorū autē duorū membrorum aliqui sunt eruditi viri & beneficijs digni. alii vero omnino litigiosi, beneficiis indigni. Si digni viri licite cō sequātur beneficia:nūquid hoc iustū est ℓ quorū promotio non litigantibus est materia gaudii:& oīno litigiosi paruū impedimentū eruditissimis viris p̄stant:quia vtcūq; eis prouidet. & si plura haberēt bona,min⁹ literis essent dediti.& sic quo ad se & quo ad fructū quē faciūt tā verbo q̄ scripto,& ex cōsequēti reipublicę:nō cōducit eis habere plura.oīno aūt litigiosi impediūt famulos & cōsanguineos plerūq; inidoneos episcoporū. Et ex oībus istis eorū vniuersitates & literę coalescunt in reipublicę vtilitatē. Lex ergo obicem malis collatoribus plerūq; prębet:nec probis collatoribus impedimentum vllum dat quin eruditis viris adhuc prouidere possint:vt aliqui eorum faciunt.

¶ Secūdo arguitur sic. sint Sortes & Plato æque idonei: sic vt collator habeat tot motiua q; Sortes excupat Platonē in idoneitate quot cōtra:sint tñ optimi ꝓ hoc bñficio: qa vn⁹ eis melior nō resideret. Tunc sic.collator cōferēs Sorti post sufficiētē indaginē,hoc beneficiū:dubitat an meliori cōtulerit. sed tenet dare meliori ex cōclusione:ergo dubitat an peccet. ¶ Respōdet admisso casu,cōcedendo añs & negādo cōsequētiā.cū em̄ fugiat eū qs sit magis idoneus:& libēti aio meliori cōferret si id deꝓhēdere posset: nō dubitat quin fecerit qđ in se est:melius loquēdo,illud ad qđ tenet: & qđ licite facere poterat. quia em̄ vtriq; istorū licite poterat beneficiū conferre:scit se bene egisse.

¶ Tertio arguitur.Christus Iudam ad apostolatū assumpsit:qui tñ nō erat maxime idoneus.similiter de aliis apostolis arguit. multi nāq; eorū erāt rudes & piscatores in mari Galilęę & p cōsequēs inidonei ad tale officiū. ¶ Ad tertium respondetur.in primis de aliis apostolis a Iuda:dico q; maxime idoneos accepit, quia rudes quibus scientiā cū dono prophetię infudit: p quos vniuersū mūdū erat ad legē suā cōuersurus:qđ hominib⁹ magis stupendū videretur q̄ si id fecisset in Platone, Demosthene, Aristotele, Tullio,& consimilibus.vnde.i.ad Corinthios.i. dicit Apostolus.Non multi sapientes secūdum

Universidad de Deusto
Biblioteca

carnē:nō multi potētes:non multi nobiles:sed q̄ stulta sunt mūdi elegit deus vt cōfundat sapientes.hoc est,per ignaros,mūdi sapientes cōfusibi liter vicit. Et sequit in litera apostoli:Et infirma mūdi elegit deus vt cōfundat fortia.hoc est,per xiſ. viros imbelles & senes, superbissimos reges & tyrānos cōfregit & ad fidē cōuertit:qa hoc mō glorioſius virtus dei emicuit. vt si a. rex p suos imbelles b.regis pugnacissimos fundat, clariot est victoria q̄ eos p pugnacissimos vicisse. Et p pterea ad hoc officiū erant maxime idonei isti.& argumētū est bonū p cōclusione. nā isti synceritate vitę: miraculorū pluralitate: & scripturarum elucidatione apud scripturam recipiētes:sine magna eloquētia: rudi minerua,vt expediebat, oia peregerūt:ne dicerētur philosophoꝝ argumētis, vel humana eloquentia animos hominū ad fidē flexisse.vnde ait Apostolus primæ ad Corinth. primo.Nō em̄ misit me Christus baptizare sed euangelizare:nō in sapiētia verbi:vt nō euacuet crux Christi. Et in scdo cap.eiusdē epistolę dicit. Et ego cum venissem ad vos fratres: veni nō in sublimitate sermōis aut sapiētię:annūciās vobis testimoniū Christi.ac si diceret.sicut alij nō sapiētes ad apostolatū electi sunt:ita etiā ego. Et vt dicit glossa interlinearis, qui erā sapiens fui quasi nō essem sapiens. Et illud sequit ex verbis Apostoli sequētibus.Nō em̄ iudicaui me scire aliq̄d inter vos nisi Iesum Christum & hūc crucifixū. licet em̄ in theologia esset ꝓfundissimus/nobilis & eloquens:rudi tamē minerua more apostolico & disputauit & concionatus est. Et hinc,vt existimo,licet linguas omniū gētiū in die pentecostes deus apostolis imptiuerit:nō tamē cum eloquentia.& q̄is dei perfecta sint opera,magis ad perfectionē istud decuit.quia em̄ ad oēs gentes erāt ituri:gentium linguas eis infudit: vt sine interp̄te & intelligerēt & loquerētur. Q̄z autē non elegā ter etiam in lingua vernacula & domestica loquētur:ex verbis apostoli colligitur. Fallor nisi ita optinatus est Hieronymus in primo prologo ad Romanos,disputans an Paulus epistolā ad Hebręos cōposuerit: eo q̄ eius nomine nō est inscripta:& q̄ cęteris elegātior sit. Ad quod respōdet. Non est sane mirū si eloquētior videatur i ꝓprio id est in Hebręo,q̄ in peregrino id est in Græco quo cęterę epistolę sunt scriptę,sermone. Idē dicit ipse.ij.ad Corinth.xj.Nam etsi imperitus sermone:sed nō sciētia.vbi glossa interlinearis. qa nō orno verba,vel quia impeditę linguę. Oportet dicere q̄ nō terse & ornate gręce loqueretur: quēadmodū faciebant Corinthij. sed fide in his primo ineruditis plātata,posterioribus licuit terse/nitide/& ingenioſe philoſophię rationib⁹ fidē corroborare:& philosophorū rationes suo ꝓposito accōmodare. Vnde dicit beatus Augustinus lib.ij.de doctrina Christiana. Siqua vero nostræ fidei accōmoda philosophi dixerūt: nō solū formidanda nō sunt: sed etiā ab eis tā q̄ ab iniustis possessoribus in nostrū vsum vendicanda. Hinc dicit glossa marginalis primę ad Corinthios primo. Nisi p̄cederet piscator:nō humilis sequeret orator. & propterea Nathanael doctus nō est in apostolatum electus. Apostolorū autē ruditas patet ex apertis/& vt dicūt,grossis exemplis quibus Christus pro eorū manuductione vsus est: vt euangelicę testantur historiæ.nimirū piscatores erant ab hominū cōgressibus segregati, suæ arti intenti pro necessarijs vitę acquirendis: non accōmodātes⁹ se ad strepitus forēses vel alias artes quęstuarias:sed viuentes tenuiter ex his quæ natura ministrauit in amplo & spatioso lacu Galileæ & Tyberiadis. Ex his manifeste vides q̄ maxime idoneos Christus assumpsit ad apostolatū,quia bonā & purā simplicitatē habētes cum modica peritia. Et licet Matthęus arti lucratiuæ se applicuit:tñ p̄sumēdū est q̄ erat bonis natura libus p̄ditus. Christus enim aliquos publicanos nō dedignatus est assumere:ad insinuandū,tales quādo vocātur ad bonū,posse saluari. ¶ Ad aliud de Iuda/varius est modus sapientū exponentiū illud Ioan.vj. Ex vobis vnus diabolus est. Beda dicit q̄ Iudas nō fuit ad apostolatum electus:sed solū alij vndecim:vocatus tñ cum eis: vt p proditionis eius officiū, genus humanū liberaretur. Augu.dicit q̄ erat ad apostolatū vocatus & malus a principio: sed deus eius malo bene vsus est. Ioannes Chrysostomus dicit q̄ fuit vocatus ad apostolatū,& protūc fuit bonus quia vocatio ad talē dignitatē/p̄sentē respicit iustitiā. Licet aūt harū positionū q̄libet habeat apparentiā:solū tertia,opinione mea,est vera: quia Matthęi.x.& Marci.iij.inter vocatos ad apostolatū enumeratur Iudas. & Actuū.j. ad apostolatum electus est Matthias in locū a quo Iudas p̄uaricatus fuerat.modo nullus p̄uaricatur a statu in quo non fuit. Nec est verosimile q̄ Christus ad altissimū illū statū apostolatus Iudam vocasset tēpore quo erat malus.Nā peccatū futurū nō arguebat eū malū. quēadmodū nec Saulē regē qui fuit optimus tēpore assumptionis ad regnū vt videre est primi Regū.ix.licet postea grauissime transgressus sit:qd deū priusq̄ eū regē cōstitueret nō latuit.nec Petrū in passione Christū negantē. Sic est verosimile de Iuda q̄ erat bonus tēpore assumptionis. alioquin eū iustificasset in assumptiōe:vt fecit de Matthęo.Matthęi.ix. Et istud quodā mō elicit ex illo Ioā.xvij.Q̄uos dedisti mihi ego custodiui,& nemo ex eis perijt: nisi fili⁹ p̄ditionis. hoc ē mortaliter adhuc deliquit.

quia adhuc omnes erant in vita: & per cōsequēs nullus corporaliter perijt. Et ex illo documētum bonū nobis contulit deus vt in beneficij vel honoris collatione ad præsentia obtutū habeamus & nō ad mystica futura.sciebat tamē Christus tā scientia creata q̄ increata q̄ se Iudas esset traditurus:& per cōsequēs ad officium ad qd̄ præuisus erat maxime idoneus.nullum enim eorum compulit seu necessitauit bene agere: nec cōfirmauit eos ante mortē: sed reliquit eos in sua libertate. poterat nāq̄ Christus aliter pati q̄ Iuda se tradēte si voluisset.

¶ Quarto arguitur. licet sortiri de beneficio ptendo:& tamē sors interdū cadit sup minus idoneū.ergo conclusio falsa.cōsequentia tenet cum minore:& maior ostēditur auctoritate Apostolorū Matthiam sorte eligētium.nā dicit Actuū.j.Cecidit sors sup Matthiam,& annumeratus est cū vndecim apostolis. ¶ Respōdetur. Apostoli exēplo docuerūt conclusionem quam posuimus tenendā:cū duos viros in fide instructissimos, qui Christi miraculis interfuerant: p̄posuerūt in mediū:quia vt illic scribitur: Petrus dicebat.Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt cōgregati in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos dīs Iesus,incipiēs a baptismate Ioannis vsq̄ in diē qua assumptus est a nobis: testē resurrectionis ei⁹ nobiscū fieri vnū ex istis. Cōstituerūt itaq̄ duos,q̄ visu & experiētia nouerāt cōuersationē & opa Christi:quia nihil operabatur quo ad diuulgationē fidei ante baptisma Ioānis.Et deū supplices rogabāt vt sibi ostēderet magis idoneū.& postea mittētibus eis sortes sup illos duos,sors cecidit sup Matthiā. Nec posuerūt in mediū idoneū & inidoneum: sed duos maxime idoneos. iudicabāt em̄ Apostoli & bene,sibi necessariū,alterū illorū eligere: quia vt ex serie literę constat:erāt inter oēs maxime idonei. Similiter vbi aliquid est faciēdū,& via humana nō patet exitus:licitū est sorte diuinū implorare auxiliū.Et dico hoc esse licitū adhuc in simili casu de sorte cōsultoria. Similiter sors diuisoria est licita facta via humana ptitioni: quæ fieri pōt p nutriēda pace: mittēdo sortē vl̄ p stramina lōga & breuia.vt verbi causa,agricolę i ptiēdo fœno pertes iudicio suo æquas,ponūt sortes significatiuas partū habēdarū:& ita in lignorū & aliarū rerū diuisione.alioquin cōtingit alterū putare se falli & dolere. Sors autē diuinatoria de qua alias loquemur,est vetita.Ex his omnibus & potissimū argumētorū solutionibus quas forte paulo prolixius deduximus, habetur conclusio vera. Et ne quęstio nimiū turgescat: eandem materiā adhuc prosequendo

¶ Distinctionis Vigesimęquartæ Quęstio Nona.

NOno in hac distinctione & sexto circa materiam beneficiorū q̄ritur eadē quęstio quā modo vtcū q̄ terminauimus:An videlicet collator beneficij peccet beneficiū bono dando, relicto meliore. Respōdetur affirmatiue. ad hoc probationes in q̄stione p̄cedēte datę sunt. & gesta Christi circa apostolos eligendos:& vndecim apostolorū post mortē Iudę hoc idē confirmāt. Et probatur adhuc ratione:quętendo quare collator det beneficium bono meliore relicto. si em̄ ratione sanguinis:vel quia cōterraneus/vel benefactor,vel ratione alicuius ad animarū curā non pertinētis:tiā ē acceptor personarū.si vero ratiōe idoneitatis: ergo in quo est maior idoneitas, is est prę̄ferendus.sicut si alicui conferenda sit hæreditas quia ꝓpinquus est i sanguine, in quo est maior ꝓpinquitas sanguinis,illi est danda hæreditas. Vlterius hoc ꝓbatur ex forma eligendi p̄lati data in concilio Constantiensi & Basiliensi: quę recitatur in Pragmatica Sanctione Gallica. vbi sic habet. Ego talis,puta Ioānes vel Petrus iuro & ꝓmitto omnipotēti deo,& tali sancto vel sanctę sub cui⁹ nomine dedicata est hęc ecclesia: eligere quē credā futurū ecclesię in spiritualibus & tēporalibus vtiliorē:nec illi vocē dare quē veri similiter sciuero ꝓmissione aut datione alicuius rei tēporalis seu prece p se aut p aliū interposita aut alias qualitercūq̄ directe vel indirecte pro se electionem procurare. Vides q̄ non iurat eligere vtilem sed vtiliorem: vbi comparatiuus pro superlatiuo capitur.

¶ Cōtra quā conclusionē arguitur primo.ex ea sequitur q̄ habens iuste titulum alicuius beneficij,ꝓpter supuententē magis idoneū teneatur cedere & resignare suū beneficiū. consequens est manditum.Nam hac via nūq̄ esset stabilimētum in beneficijs ob dubium melioris superuenientis.cōsequētia patet: quia videt q̄ sicut peccat collator in illo casu:sic peccet accipiens.& si peccat accipiendo,peccabit detinendo:cum sacūdum conclusionem idem sit iudicū de inidoneo in respectu, & inidoneo simpliciter.sed iidoneus simpliciter teneť restituere beneficiū:& hoc vbi ei cōstat vel constare debet q̄ nō potest satisfacere officio assumpto:exemplo Dauidis abijcientis arma Saulis:quæ propter magnitudinē & gtauitatem ferre nequibat.primi Regū.xvij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Respondetur negando cōsequētiā.nam cum sit idoneus,& hoc ei constet, remittit casum electoribus,accipiēs beneficiū:& nō peccat accipiēdo,nec detinendo.minus eñ est accipere q̄ petere vel dare.& nullo modo est simile de inidoneo simpliciter:qa sufficit isti sua idoneitas,& q̄ vocetur cū Aaron:aliquin multoz cōscientias in cōsiderate perturbabis. Ex quo patet q̄ Cicero conferendo Sorti beneficium peccat dando:sed Sortes nō peccat accipiēdo,neq; hoc est mirādū: cū simile sit de prodigo dante pecuniā Sorti cuius est dominus:quā accipiēdo Sortes non peccat,licet peccaret petendo, & alter dando peccet. Sed contra hoc argumētor. Cicero collator iniuste cōfert beneficiū a. ergo a.beneficiū iniuste cōfertur.ab actiua ad passiuā. Hoc est verū, quia iniuste cōfertur a Cicerone.vnus eñ p actū iniusti tię beneficiū confert,& alius iuste accipit.licet autem collator peccet dando : vbi tñ est collatū nō potest reuocare.immo q̄is alter esset inidoneus corā deo:& haberet sufficientia munimēta in mūdo:collatori imputaretur. difficulter certe electio irritaretur.electio eñ idonei non est cassanda.de elec.ca.Cum olim.ca.Cū dilectus.& ca.Cū inter canonicos.quia iam p electionē ferme contrahit coniugiū inter electū & ecclesiam. vt pontifex dicit in p̄fato cap.Cum dilectus.sed reuera nō contrahitur vinculū cōiugale ante confirmationem. de translatio.episco.ca.Inter corporalia.Nec eps electionē idonei cōfirmans peccat.ratio est: quia non potest electionē idonei irritare:nec expediret propter tricarū multiplicationē inutilem. Etiam nō est liberū ab electione resilire,cum iam iste habeat multū iuris acquisitū. nec de tali in cōclusione intelligimus.sed si de inidoneitate docere potest:male facit cōfirmando inidoneū. Est aūt plerūq; difficile separare inidoneū ab idoneo.& propter difficultatē homines multa tenēt in ecclesia militante q̄ in ecclesia triumphante imputantur. nā ꝓpter tranquillitatē in populo multa peccata relinquenda sunt iudicio dei,eius foro,& cōsciētijs hominū. ¶Si dicas.maior pars capituli eligit minus idoneū:& suffragiū Platonis non pōt prouidere magis idoneo & erit inane:ergo pōt i illo casu descēdere in minus idoneū. Quicquid sit de illo:nō sequitur q̄ ille in cuius potestate est conferre beneficiū, hoc possit. Secūdo negatur q̄ debeat Plato eligere minus idoneū:quia non debet sequi turbam ad malitiā:nec velle q̄ min⁹ idoneus eligatur:sed debet ꝓmouere magis idoneū quantū in sua facultate cōsistit. vbi vero nō potest, quiescat. nam frustra niti & nil nisi odiū querere,extremæ dementiæ est. teste Sallustio in Iugurtha.Item de magis idoneo in capitulo cerebro cōtenditur.vnus eñ aliquē iudicat rationabiliter magis idoneū:quē alter minus idoneū cēset. Sed contra hoc dicis.tūc si essent duo beneficia danda:a.maioris emolumenti seu vt dicunt, importantię,& minoris curę:b.econtrario, collator deberet dare a.meliori. cōsequēs est falsum: quia non faceret fideliter officiū sui domini.Respondetur.magis idoneo dabit beneficiū maioris curę & minoris importantię,& minus idoneo dabit aliud.ratio est : quia collator debet curare vtilitatem publicam, temporali commodo neglecto. modo in proposito maiore viro maior cura eget.

¶Secundo argumentor. collator confert beneficiū dandū idoneo & capaci: ergo illi dando nō peccat:cū iste idoneus sit sufficiēs: sed sufficienti dando bene facit:nō igitur peccat sicut si quis habeat bonū panem triticeum quid opus est simila? ¶Ad secundū dico q̄ nō bene dat:licet alter nō peccet accipiendo.sed non peccat bene factendo:immo male facit.nam minus bonū magis bono cōparatū habet rationē mali: sicut minus de malo habet rationē boni.v.Eth. Etsi eñ absolute iste est idoneus & sufficiēs:hoc est,scit facere omnia illa q̄ ad tale officiū requirūtur: videlicet p̄dicare,sacramēta ministrare,& ita de alijs:tñ quia collator infideliter ꝓuidet de bonis domini sui:nō accipiēs illū qui melius ea facere nouit: peccat nō faciendo illud ad qđ tenet scđm iustitiā distributiuā. ¶Contra hoc arguit. si magis idoneus habeat hoc beneficiū:nō tenebitur ad plura q̄ ad illa q̄ ad officiū requiruntur: puta ad celebrandū, p̄dicandū, & alia ad curam requisita. nā homo non tenetur facere suo officio debita optimo modo sibi possibili : sicut deuinctus quadragesimā ieiunare nō tenetur in pane & aqua ieiunare:licet bene faceret: ergo q̄is magis idoneus sciat melius facere q̄ minus idoneus:tamē nō tenetur ad plura agenda q̄ minus idoneus nouit facere & volet facere. ponat ergo q̄ nō plura faciat q̄ vnus minus idoneus ꝓpinquus sibi in alia cura.iā arguit sic.vnus istorū est magis idoneus: & nō plura facit nec facere tenet q̄ minus idoneus:ergo minus idoneus est æque vtilis vt alter: & ei licite potest dari beneficium. ¶Respōdetur cōcedendo q̄ magis idoneus nō tenetur facere optimo modo sibi possibili. & ad imaginationē ponamus statū in maximo possibili cū circūstātijs:puta cū ingenio/ cū doctrina/ cū prudentia quā habet:& ita de similibus: sicut est dabile maximū pōdus qđ Sortes potest portare tanta velocitate in tali medio. Tamē minus idoneus tenetur facere optimo modo sibi possibili stantib⁹ ꝓprietatibus quas habet:& si se exercendo efficeretur melior: quia fabricādo fabri fiunt.

mus.nam etiam magis idoneus efficitur melior non solum q̄litate arithmetica:sed etiam geometrica: qua minus idoneum tam in naturalibus q̄ gratuitis exuperat.& rarissime euenit q̄ magis idoneus solum faciat illa ad quæ tenetur : sed superimpendit. Hoc sic declaro. Si vterq; esset in die dominico,festa hebdomadę sequētis indictus:& euāgelium,gratia exēpli: Hoc est p̄ceptū meum vt diligatis mutuē sicut dilexi vos:explicaturus: magis idoneus clarius & intelligibilius per analogias si opus fuerit:& per cōsequēs fructuosius q̄ alter enodabit:cum plus ingenij,literarū,& prudentiæ habeat:nā qđ medicorum est Promittunt medici:trāctant fabrilia fabri.Et iam erit maioris famę:ac p hoc auidius eius verba sumētur. Hoc iterū sic declaro.Aristo.iij.physicorum dicit q̄ tanta est distantia a Thebis ad Athenas, quanta est ab Athenis ad Thebas.qđ dictum a multis professoribus in varijs artib⁹ applicatur.& tamen si ineruditus diceret tantam esse intercapedinē inter Calpen & Abylā:quāta est,ab Abyla ad Calpen:esset locus fabulę.Cum ergo pastor est in fama,ouis subiecta ei facile assentitur:nec de ei⁹ dicto fluctuat:memoriæ mandat:& repetit ac rumi nat:& sic cibo spirituali quē pastor ministrat auide reficitur:& spiritualiter impinguatur.Nōne vides in Sorbona idem argumentum in ore baccalaurei famati ab auditoribus ponderari vbi ingeniose deducit:cū erectis auribus sine tumultu/sine strepitu stāt erecti & attenti:at ipso finem ponente si sequaī inferior/cum inferioris imerita iniuria scholā relinqui quodāmodo vacuāi/& tamē illud argumentum in ore ineruditi contemnitur.tū qa deest ei vena argumenti dirigendi.tū q̄ licet vnū argumentum eisdem medijs deducat quibus doctior (qđ interdū est possibile)pauci aduertūt. Sic de domo fabricāda,& in alijs artificijs. ¶Ex his itaq; soluitur argumentum & conclusio principalis roboratur:q̄ præferens idoneum magis idoneo maximam vtilitatem in republica ponit: & salutem gregis negligit:ponens candelabrum sub modiū:qđ supra modium positum totā domum ad parietes vsq; illuminaret. Contra hoc arguī.ponatur q̄ magis idoneus sit piger & nolit facere nisi illa ad q̄ tenet:sicut crebro magis ingeniosi sunt minus laboriosi.& pono etiā q̄ verbo dicat se non facturum plura q̄ illa ad q̄ tenet.Rñ deo.si ex pigritie vel aliter verosimiliter cōstet q̄ non sit plura & melius facturus q̄ alter:nō est magis idoneus.stat tñ q̄ eadem dicat & faciat cū minus idoneo:sed ordinati⁹ & meli⁹:& tunc est magis idoneus cæteris paribus.Et quando ponis q̄ verbo dicat &c.nodū queris in scyrpo.is enim de quo loquimur/collatori dicit se minus male factum q̄ poterit.sicut de Iugurtha Sallusti⁹ recitat. Multa facere:pauca de se dicere.

¶Tertio.sit Sortes optim⁹ & multi alij boni pro beneficio consequendo.tunc sic arguitur.collator non tenetur dare istud beneficiū sorti.ergo conclusio falsa.antecedens patet: quia virtus non consistit in indiuisibili.ij.Ethico.ergo stat collatorem iuste agere conferendo plurib⁹.iuste igit agit conferendo alij a sorte. ¶Respondet negando q̄ non teneat collator dare beneficium Sorti.& ad ꝓbationem dicentem q̄ virtus nō cōsistit in indiuisibili:respondetur.virtus non consistit in medio mathematico:sed in medio secundū rationem qđ inter exuperantiam & defectionē cōsistit:vt ne quid minus:ne quid nimis.& plerunq; obiectum eius est extensum secundū quādam latitudinem:cuius quācūq; portionem act⁹ elicitus attingit.& hoc ad virtutem sufficit.Q đ sic declato.minus q̄ copina vini (vt vulgus appellat)mīlu sufficit in vna refectione : possum tamen sine aiæ vel corporis factura bibere copinā vel vltra: tunc act⁹ quo volo bibere copinā in hac refectione est elicitus a sobrietate : similiter quilibet alius actus cadēs sup hoc qđ licite bibere possum.& ita in alijs quēadmodū dixim⁹ in.xv.distinctione de latitudine precij q̄ est diuisibilis. Potest tñ aliqua esse virt⁹ hñs obiectū impatibile,vt dilectio dei,anmi,vel angeli:sed illa mediat inter defectum & excessum illic repibiles.ex quo patet q̄ nō est de ratione virtutis in cōmuni habere obiectum diuisibile.nam si anima separata posset officium pastorale exercere : ipsum aiæ Sortis esset conferendū in casu.sic in ꝓposito dico q̄ beneficiū vni dūtaxat est cōferēdū:& si alteri detur:peccatur in conferendo. ¶Quarto arguit. Sortes habens ius patronatus p̄sentat episcopo aliquē minus idoneū: episcopus tñ illi p̄sentato cōfert.ergo cōclusio falsa.Rñsio.si Sortes p̄sentat vnū indignū:episcopus male agit si eum admittat:& talē p̄sentās etiā peccat/infideliter agens in officio sibi commisso. si vero indignū clericus p̄sentet,ea vice priuat:vt patet ex ca.Sicut.de sup.neg.p̄la.laicus tñ nō priuat.vt elici pōt ex ca.Cū vox.de offi.ordi.sed in casu argumenti habetur solutio ex dictis in argumento primo.

¶Quito arguitur.aliquis licite fundādo beneficiū pōt imponere legē vt det vni suæ cognationis:qa in reb⁹ ꝓprijs quilibet est arbiter. ¶Et cōfirmat hęc ratio.aliqs pōt instituere bñficium dandū suis cōterraneis:vt est de bursis multis Parisijs fundatis p determinatis dioecesib⁹ & regionibus:vt de Nauarra/ Choletis/& varijs alijs collegijs. ¶Ad quintū nego assumptū.& ad ꝓbationē.qlibet i reb⁹ suis est arbiter : hoc est verum qñ rationabiliter vtit.nam si suam domum com

Universidad de Deusto
Biblioteca

burere velit/male ageret. sed in casu argumēti iste fundans beneficium res suas deo dat & ecclesiæ. oportet autem q̄ res data leges ecclesiasticas sub eat. Contra hoc arguitur. quis potest abdicare do minium alicuius ret a se, cum aliquo onere impo nendo eis quibus dat. vt facit patronus qui p̄sen tationem sibi seruat. ergo dans hęc bona ecclesiæ potest ea dare cum hoc onere, q̄ dek beneficium vni suorum consanguineorum. Respōdetur. po test annectere conditionem rationabilem: sed qa hæc conditio apposita est irrationabilis: non est admittenda. Secundo dico. si admittatur q̄ p̄sen tatio erit alicuius suæ cognationis: debet intelligi q̄ p̄sentet maxime idoneus ad hoc vt p̄sentās sit peccati immunis: quia hęc est cōclusio nostra. & hoc potest interdum valere aliquid: vbi videlicet essent multi æqualiter idonei & optimi. Et vlteri⁹ addo: q̄ talis est imprudens, magis de sua cogna tione sollicitus q̄ de Christo cui hęc bona dat. po terat tamen oīa bona licite tenere & suis dedisse. ¶ Ad confirmationem dico istas bursas cōmu nes non esse beneficia. beneficium enim est aliq̄s redditus assignat⁹ in titulum ppetuum p̄ officio diuino celebrando. modo non est de ratione bur sarum q̄ sint perpetuæ. nam q̄primū magistertū in theologia assequuntur bursarij in Nauarra, sua bursas amittunt: & alijs studentibus cedūt. Si militer de Sorbona post paucos habitos reddit⁹ bursæ vacant. Insuper dantur intuitu inopiæ vt homines literis potissimū vacēt, postmodū in vi nea dñi laboraturi: & parum ad diuinum officiū astringuntur vt liberius literis vacēt. Dixi de bur sis cōmunibus: quia ij qui dicuntur sacellani Na uarrici/possūt dici beneficiati magis ꝓprie q̄ bur sarij. Ad aliud qd̄ in argumento tangitur de aliq bus conterraneis admittendis: Respondeo nō es se idem in bursis & beneficijs ecclesiasticis. etiam si bursę nimis paruę cōmunitati fundarent: ipru denter actum esset: & causa ruinę in bursis, vbi in idonei admittunt: multis magis idoneis dimissis. sed vbi magnus populus admittit vt in Nauar ra, vt plurimū nihil mali est. Dico (vt plurimū) nā vbi ꝓpter causas occurrentes pauci reperirentur sub rege Francorum idonei: & extranei reperiren tur idonei: imprudenter ageret seruando statutū: sed regi suadēdū esset: vt in illo casu dispēsaret de statuto: qd̄ nō solū pōt licite fieri: sed etiā est debi tum. ¶ Sed quo ad beneficia semp maxime idoneus p̄ferendus est de quacūq; gēte fuerit: alio qn est p̄lonarum acceptio. nā omne solum est forti patria. vt dicebat bonus ille Anacharsis. Et dicti mei ꝓbatiuum est ca. Ad decorē. de istitu. vbi In nocentius tertius Cōstantinopolitanū patriarchā carpit eo q̄ Venetos dūtaxat in ecclesijs Constā tinopolitanis collocabat: sic inquiēs. Ad decorē. & infra. Sicut nostris auribus est suggestū: Cōsta tinopolitan⁹ patriarcha aliarum nationū clericos spernens: Venetos tm̄ in Cōstantinopolitanis ec clesijs satagit collocare: non attendens q̄ in oīi gente qui facit iustitiam acceptus est deo: nec san ctuarium dei conuenit iure hæreditario possideri. Quocirca mandamus quatinus moneatis eūdē vt viros literatos & alios idoneos, vnde cunq; ori ginē duxerint: in p̄dictis ecclesijs & maxime i ma iori instituere non postponat. Idē habeť. xl. distin. Nos qui. Nihil em̄ refert: quo loco quis natus fue rit: nec quibus parentibus. lvj. dist. Vndecūq; cap. Nasci. & ca. Domin⁹. Probať etiam ratione. Nor mānus nāq; in Francia & Picardia habet benefi cium & ecōuerso. Forte dicis: sunt sub eodem re ge. hoc non satisfacit. nam q̄n Normāni erāt sub Anglorū regibus, si fuisset vnus Normānus ma gis idoneus q̄ alius ad a. beneficiū in Francia: qs diceret esse iniquum Normāno illud beneficium conferre? Etiā diu post Christi incarnationem va ria regna fuerunt sub imperatore. Si ergo Sortes idoneus tunc erat admittendus: quare nūc nō ad mittetur? Vel si rex aliquis sui regni partē amittat: quare negabitur q̄ multum idoneus ex illa orīun dus ad b̄ficiū admittet pot⁹ q̄ min⁹ bon⁹? si lin guā non intelligat: vbi beneficium linguę peritiā requirit: iam non est idoneus: & per consequēs nō admittendus. hoc em̄ in lumine naturali est notū. & habeť. xcviij. dist. Aphros. vel si sit aliq̄d aliō qđ idoneitati obicē p̄stet: de hoc nō loquor. Sta tuta aūt regū in aliquib⁹ regnis in oppositū / sunt dispensabilia: & nō solū cū excellenter idoneis, sed & cum mediocribus dispensant: hoc est habilitāt. ¶ Sexto arguitur. homo nō teneť eleemosynam dare pauperiori: ergo nec beneficium meliori. Re spondeť. si eleemosyna dāda sit pecunia dātis: nō est simile. beneficium enim non est dantis. si vero sit sermo de eleemosynario domini: nescis ꝓbare antecedens quin male agat dando eleemosynam minus inopi putato, relicto magis paupe: nisi cau sa rationabilis aliqua excuset.

¶ Iam paucis epilogando: positiōes aliquas recitabo: imaginationes occurrētes simul adiungens. Prima positio tenet q̄ non peccat cō ferens beneficium idoneo: magis idoneo relicto. hoc tenet Apparatus. ¶ Secunda positio. peccat conferens beneficium idoneo: magis idoneo reli cto in cura animarum sed non extra curā. ¶ Ter tia positio. hoc est verū in beneficio simplici tam in cura q̄ extra curā animarum. & hęc potest diui di. Vno modo sic, vt conferens peccet & accipiēs nō peccet: etiam si sit collatio libera. Alio modo sic, vt tam conferens q̄ accipiens peccet: nisi igno rātia inuincibilis excuset: siue in libera collatione, si

ue electione, siue confirmatione, & apparēter dice ret ad iura admittentia minus idoneum, q̄ intelli guntur de idoneo nō comparatiue. ¶ Quarta po sitio. collator liberam habēs collationē peccat: nō autem partialem habens/a magna dispositione p̄ uia dependēte. exempli causa: si aliquis idoneus est electus a capitulo, licet sit etiam alius magis ido neus non electus: suptor confirmat & roborat seu ratificat electionem sine peccato: quia illic est vna magna dispositio facta de iure obtinendo ipsi ele cto: & cum ipse sit idoneus: difficile est electionem irritare in foro exteriore, esto iudicet eum minus idoneum q̄ p̄termissum. Eodē modo dicať de epi scopo conferēte beneficium idoneo p̄ patronum præsentato. Primam positionem non satis securā & solidam in via conscientię arbitror. Secda q̄ vi detur Alexandri Halensis, nō videť loqui conse quenter: quia rationes ęqualiter militant de benefi cio simplici ac de curato. Tertia opinio quo ad vtrunq; membrum est probabilis: sed quo ad pri us membrum est mitior. quā in quęstionibus prę cedentibus tueri conati sumus. Quartā opinionē teneo: quia illa est cęteris rationabilior. vt ex dictis sufficienter patet. ¶ Tenēdū ergo resolutorie pu to q̄ collator dās beneficium ecclesiasticū, curam vel nō curam minus idoneo: magis idoneo post habito, peccat: quia nō est fidelis administrator re rum dñi sui scilicet Christi: qui rerum ecclesiastica rum est specialiter dominus. & hoc si liberā colla tionem indepēdētē habeat. Similiter peccat eum instigās ad hoc faciendū nisi ignorātia inuincibi lis excuset. Idoneus autem sciens se esse talem/in p̄sentia magis idonei talis cogniti/non peccat be neficium suscipiēdo. Tertia ꝓpositio. vbi est ido neus ad beneficium electiuū elect⁹ vel a patrono p̄sentatus: superior ad quē spectat in beneficio in thronizatio & cōfirmatio, confirmādo nō peccat: quia habet ad hoc preceptum a lege cōmuni pa pali qđ allegauimus. alioquin esset strepitus inuti lis: q̄n illi ad quos spectat iuridice p̄sentatio vel electio/idoneum p̄sentant. & hoc etiā sufficit epi scopo inthronizanti Petrū in beneficio qđ via de nominatiōis habet: quia ad hoc est ei lex lata a su periori. Et quia has leges nō decet infringere/quæ rationabiles sunt: non peccat ipse confirmans ele ctum idoneū magis idoneo prætermisso: quodā modo enim ad hoc est obligatus. secus est de elec tore cuius electio est libera: & licet vox eius con tra maiorem partem non prævaleat: non habet p̄ ceptum vllum in oppositum: immo forma eligē di est de optimo. Sed cōtra hoc est parua replica tio. nam alter est iam elect⁹ a maiore parte capitu li, & per consequēs a toto categorematice: ergo ali quid iuris habere videtur. & ponatur ille eligēs vl timus vel penultimus. Dicas quæ tibi videbūtur consequenter: quia transeo. Vlterius dico q̄ licet peccet episcopus conferendo beneficiū idoneo, p̄ termisso magis idoneo: forte non teneť ad resar ciendum aliquod damnum in plebe subiecta: cū plebi dederit virum absolute & seorsum conside ratum idoneum. secus est quando dat scienter vel ignorantia vincibili inidoneum: tūc em̄ peccatis alienis communicat, & est causa damni. de iniu. & dā. da. ca. fi. & est simile de illo qui ponit gladium in manum furiosi: qui etiam verosimiliter debac chabitur in plebe multis diebus. Hinc Apostolus primæ ad Timo. v. dicit. Manus cito nemini im posueris: neq; cōcaueris peccatis alienis. vbi glo. pulchra interlinearis dicit: Quę post facit. sicut em̄ propter sequelam culpa Mahumeti & Arrij fuit maior: sic portio culpæ in episcopo beneficiū cō ferente inidoneo dependet a malo verosimiliter futuro. Quomodo autem euentus sequēs culpā præcedentē augeat: latius in. xvij. distinctione Pri mi prosequutus sum.

¶ Distinctionis Vigesimęquartę Quęstio Decima.



Decimo quæritur: an theologus tanq̄ magis ido neus in cura animarū sit iu risperito seu canonistæ præ ferendus. Hanc quęstionem idcirco propono quia eam mouēt Hostiēsis & Panor. de consan. & affi. ca. j. quorum solutio in hoc stat. Si sit beneficium etiam grande, episcopatus scili cet vt ipsi exemplificant: & in loco magis versēt causarum ventilatio: præferēdus est theologo ca nonista. Si autem pullulet hęresis vel locus sit, vi cinus hęreticis: præferendus est theologus. Hanc resolutionem falsam paucis ostendam / semp de theologo & canonista simplici loquens. quia no tum est theologum mixtū: theologo simplici cæ teris paribus præferendum: q̄q̄ theologum am bidextrum in theologia & iure pōtificio decet es se. multi tamen sunt eruditi theologi simplices.

¶ Hoc pręmisso pono hanc conclu sionem. Iurisperito seu canonistæ præferēdus est theologus omni modo siue hæreses pullulauerit siue non: cæteris paribus. hoc est: si vterq; sit peri tus in sua arte: sic scilicet vt theologus nec a limine quidem ius pontificium salutauerit: nec bibliam & theologorum scripta canonista olfecerit: nisi il la quæ in corpore iuris habet, in morum grauita te sint pares: & in omnibus aliis quæ idoneitatem augent vel attenuant. Probatur hæc cōclusio. ois ille præferendus est in aliquo officio qui melius nouit illa facere quæ officio illi incumbunt. mani

Universidad de Deusto
Biblioteca

festa est hęc maior: quia nō aliam ob causam gnarus in arte nautica i naue p̄ferr̄ perito calcifici. sed theologus nouit melius illa facere q̄ officio pastorali incūbūt. igitur. Probatur minor. nā actus potissimi i cura animarum sunt isti: ministrare sacramenta/euangelizare verbum dei/discernere inter peccata mortalia/imponere pœnitentias arbitrarias & cōsilia. hęc autem melius nouit theolog⁹, vt cuilibet notum esse debet. Insup nulla doctrina ē ecclesiæ æque vtilis vt theologia: ergo theologus inter doctos in republica est maxime vtilis. Antecedens patet ex Apostolo. ij. ad Timotheū. iij. dicente. Tu vero permane in his q̄ didicisti & credita sunt tibi: scīens a quo didiceris: & quia ab infantia sacras literas nosti, quę te possunt instruere ad salutem per fidem quę est in Christo Iesu. Omnis em̄ scriptura diuinit⁹ inspirata vtilis est ad docendum/ad arguendum/ad corripiendum/ad erudiendum iniustitia. Forte dicis. canonista nouit omnia hæc per illa q̄ habet in corpore iuris. Contra. multa habet theologus in iure non inserta seu vt dicunt, incorporata. etiā nō potest adeo perite differere aut loqui vt theolog⁹: quia circa artem illam non sic versatur. nā oppositio dato non esset simplex canonista. Insup cōclusiōes in theologia deductas canonista pro principio capit. sicut scientia subalternata p̄ principio sumit cōclusiōes sciētiæ subalternantis. modo habens scientiā subalternantem perfectius scit etiam eandē cōclusionem q̄ habens scientiam subalternatam. extendim⁹ autem scire ad cognoscere: quia si quis credat principia suæ artis in alia scientia probata: proprie non scit ea. modo conclusiones theologicę sunt principia in iure pontificio. Tertio arguit loquendo de adeptis gradū in vtraq; arte. nemo Parisijs efficitur doctor theologus ante. xiiij. annos completos in studio illius facultatis post artes complete visas: & nisi sine præsidente in Sorbona respōderit spatio. xiij. horarū non trahēdo spiritum, cuilibet arguēti in publico: sine alijs disputationib⁹ publicis sub præsidentibus. tiij. annorum spatio, omnes baccalaureos admissos in omnib⁹ actibus publice examinādo: qui solēt cursum vnū vel duos regere in artibus in. iiij. vel. v. annnorū curriculo. q̄s etiam i vtroq; iure gradū capit qui artium prima elemēta degustauit? quo modo ergo istorum duorum erit collatio? Dicis. tempore quo in artib⁹ rexit, a studio theologico retrahebatur. Respōdeo. pro vno cursu non distrahebatur. q̄d patet sic. arguendo & respondendo multo promptior, grauior, & maturior, eo q̄ discipulis adultis p̄fuit, euadit. Præterea ratione vnius cursus facultas nostra Parisiensis de vno anno dispensare solet. ergo p̄supponit tunc virum magis proficere p̄ vno cursu regendo q̄ si non regeret. Pro secundo aūt cursu nihil dat, quia tlle potius obest q̄ prodest. Nec valet dicere q̄ tempore litis canonista efficit magis gnarus. quia tu non vides episcopos & pastores in strepitu forensi pro reb⁹ ecclesię litigare. Insuper hoc est incidens & accidentarium, pro quo aduocatum habere oportet: & non immediate in hoc insistere. Item nemo militans deo implicat se negocijs secularibus: vt ei placeat cui se p̄bauit. ij. ad Timoth. ij. Immo hac via cōcluderes pastores ecclesię eligendos tempore quo ecclesia reparatione eget/de numero latomorū p̄ ecclesię materialis reparatione. sicut em̄ prælati habent cōductos latomos: sic aduocatos stipendiarios habent. Russus nullus tantum verbo dei inuigilat (q̄d aperte videmus) quantum theologus. ergo ipse est p̄ferendus. Præterea etiā in corpore iuris theologia & ei⁹ studium est maximis priuilegijs donatū: vt de mag. in ca. Sup specula. cōcedit studētib⁹ theologię vt quinquēnio integro possint p̄pere fruct⁹ suorū benefictorū. Docentibus vero q̄diu docuerint: vt in quęst. sequente lati⁹ explicabit. Itē leges p̄hibentur legi & audiri Parisijs & in locis vicinis, vt theologia floreat. de priuile. ca. Sup specula. & ca. j. ne clerici vel monachi se. negocio. se im. prohibētur contentiones & lites tanq̄ sęcularia negocia: & prohibetur religiosis ne addiscant leges vel physicam. physica aūt apd aliquos medicina vocatur. & finis legis est ne se inuoluāt p̄cessib⁹. Et idē est si quis occupet se circa materiam litigiosam iuris pontificij. Scio tñ dominos legistas & Panormitanū canonistā religiosum: nimis canonistis condescēdere p̄pter vicinitatem quā ius pontificium in aliquibus suis partibus cū legib⁹ habet: nec satis pōderare rationē quare leges his interdicūtur: quę est hęc: ne scilicet nimis se occupent in negocijs sęculi & strepitu forensi: vbi est lucrū temporale cū iactura animę. Insuper, petitur ab ordinando episcopo an sciat vtrūq; testamentum. In cui⁹ signum defert mitram. sed non petit ex eo an sciat vtrūq; ius. Postremo, ecclesia optime floruit ea tempestate qua theologi eam rexerūt: sed vbi deuenit in canonistarum man⁹, qualiter gubernetur nouerunt omnes. igitur conclusio vera.

¶ Contra hāc cōclusionem arguit. canonistę citius pastores ecclesiæ eligūtur q̄ theologi ac eis prouidetur: & frequentius episcopis assistunt. ¶ Præterea spiritualia non possunt seruari sine temporalib⁹: & isti ad talia sunt vtiliores theologis. nā etsi i p̄prijs nō litigāt: aduocatis cōsulere possunt. ¶ Ad primū respōdetur q̄ ad dignitates assumpti nō assumunt̄ de p se rōne canonū. nā post salutatā a limine grammaticā potētū filij nō submittētes manū ferulæ in gymnasijs artiū in quibus seruat̄ rigor: ad leges hūanas/diui

nis relictis mox confugiunt: quia de mūdi grege esse laborant. & p̄terea nimirū si aliqui tales/legistas & canonistas sibi assumant sui similes: vt etiā sibi consulant in beneficiorum tricis in foro exteriore/cōscientia relicta quā flocci p̄dēdūt: secūdum dictum triuiale: Semper est & erit: similis simile sibi quęrit. prudētes tamen videmus episcopos, theologos secū in magna veneratione cōtinuo hñtes. ¶ Ad secūdū respōdet q̄ superflue nimis se occupant multi p̄lati p̄ bonis tēporalib⁹: sic scilicet vt sint eis impedimēto. Hinc primę ad Timotheum vj. dicit. Nā qui volūt diuites fieri incidūt in tēptationē & in laqueū diaboli. ¶ Sed dicis. nō studentes esse diuites pro se, sed seruare bona ecclesię: q̄a vt scribit i ca. Expedit. xij. q. j. Expedit facultates ecclesię possideri & p̄priis p̄fectionis amore cōtēni. & paulo post Prosper recitat in eodē capitulo. De nīq; sanctus Paulinus (vt ipsi meli⁹ nostis) ingentia p̄dia q̄ fuerūt sua/vēdita paupib⁹ erogauit. sed cū fact⁹ esset episcopus, nō cōtēpsit ecclesię facultates: sed fidelissime dispēsauit. Idē ille narrat de sancto Hilario. ¶ Rñdet multifariam. Primo. bona ecclesię erāt episcopo & canonicis tūc cōmuna & ab episcopis summis theologis verbo & opere cęlo dignis fidelissime expensa. nec prouent⁹ maxime vberes adhuc habebāt. propterea opus erat sollicitudine pro reb⁹ ecclesię acquirēdis & conseruandis. hi certe digni erant & honore & bonis fortunæ p̄ suis necessitatib⁹ subleuādis: secūdū illud Apostoli primę ad Timoth. v. Qui bene p̄sunt p̄sbyteri: duplici honore digni habeant̄: maxime qui laborant in verbo & doctrina. Ad hoc introducit scripturā Deuter. xxv. Nō infrenabis os boui trituranti. æquum est ergo q̄ in reb⁹ diuinis & ecclesiasticis officia & onera subeūtes habeāt sufficiētē p̄fusionē pro sui sustentatione. Dico secundo q̄ aliqui hac tēpestate p̄ bonis ecclesię augendis q̄ in vtilitatem eius non cedūt, nimis insudāt. Nā cū ecclesia sufficienter in plerisq; locis dotata sit: medijs de honestate crebro suspectis: vt seipsos pascāt, bona sub velamine indigentię ecclesię q̄rūt. vtpote de capiēda pecunia i ordinū collatione, sub chartarū seu literarū vmbra: & multis alijs modis excogitatis. Et cōtra loca sācta vt hospitalia: viduas, minutā plebē sibi subiectā & pauperes nimis rigide insurgūt: putātes decorū p̄uēt⁹ ep̄ales q̄ litercūq; augere. Et tñ luce meridiana clari⁹ est: quāto episcopat⁹ est pinguior: tanto magis i speculo ponit curialib⁹ istis ambitiosis & inidoneis: vbi episcopatus & bñficia tenuia meliorib⁹ & doctioribus relinquunt̄. Dico tertio: si episcopus vel aliam dignitatem habens: multa talia relinqueret, esto suum beneficium multo minus in prouentibus valeret: p̄ ageret. nec vllum turamētū oblīgat eum ad bona ecclesiæ conseruanda: quia semper intelligitur de bonis ecclesiæ manutenēdis secundum q̄ ecclesiæ expedit. vt si fuerit lis ambigua inter diuitem prælatum: & domum hospitalem ægrotorum: nullum ægrotum etiam tempore epidimię recusantem: vt est domus dei Parisijs ægre sufficiens ad elemosynas tam largas erogādas: quis iudicaret episcopum cum capitulo imprudenter agere si suo iuri ambiguo cederet: cum pro statu episcopali sufficientem prouisionem habeat? Et potest esse q̄ illi sedi nullo modo conducat plura habere. tum ne nobilib⁹ aulicis & regum familiaribus pateat aditus. tum ne immensus reditus sit episcopis materia luxus. Non tamen me fugit quin bonis viris bona fortunæ sint materia virtutis exercendæ: sed non semper talia beneficia probi habent. Hoc autem non obstante hæc bona ecclesiarum alij iniuste captientes peccant: & prælati iniuste hoc sinentes omittunt culpabiliter. Sed consultent episcopi sapientes prudettam habentes quando cedendum sit: quando litigandū, & cum quibus. Similiter abbas aliquis vel episcopus prouentus aliquarum terrarum sic recipiat vt pauperes terram ad firmā vel aliter habentes, nō opprimantur. nec pruinam formidare debent dicentes se nolle relinquere sedem posteris magis tenuem q̄ a prædecessore inuenerunt, crebro enim formidant pruinam & cadit super eos nix. ¶ Ex his ergo patet theologum simplicem/eruditum & grauem, canonistę similiter dotato p̄ferendum. Nec oportet talibus canonistarum obiectionibus respondere. Ius pontificium ex morali philosophia & theologia est conflatum. modo compositiora sunt perfectiora. Item de duob⁹ participās, vtroq; extremorum est perfectius: vt mula equo & asino (vt aiunt) est perfectior. Nam pauca theologica comparatiue habet ius pōtificium. Ad secundum dico: q̄ falsum est mulam equo esse perfectiorem: sed tenet medium in perfectione inter illa duo. ¶ Cum omnibus his dico q̄ plerique sunt canonistæ multis doctoribus theologis etiam in famatissima vniuersitate gradum adeptis præferendi ad dignitates propter excessum in morum grauitate: & nonnunq̄ in literis tam diuinis q̄ humanis. sed in quæstiōis titulo summum summo, & parē pari, hoc est mediocrē mediocri cōtulim⁹. Nec theologis obest q̄ ad tumultus aulicos non vocentur: quinimmo super hoc lætentur. Nunq̄d in domo summi sacerdotis Christum negauit Petrus qui in Christi societate stetit fixus & immobilis? Theologum nanq; inhoneste procedere iudico, & minus secure pro animæ suæ salute: si mediate vel immediate in principum vel episcoporum comitatu esse laboret. Et licet dicat se ingerere pro aliorum salute: citius fortasse ipse ad malum flectetur q̄ possit alios ad rationem allice-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re. Non tamen nego quin theologus vocatus cū Aaron possit adire curiam dūmodo detur ei octū interdum respirandi & curandi suā salutē. ¶ Concludendo patet esse peccatum minus idoneum p̄ ferre magis idoneo, vel hoc suggerere: & per consequens (si recte sentimus in hac quęstione prout putamus) male agit dans, eligens, vel suadens p̄ferre canonistam vel legistam theologo: & tenet ad restitutiouem aliquam illi qui repellit iniuste secundum iudicium prudentis. Non est tamen idē beneficium habere, & esse in potentia ꝓpinqua ad habēdum. nam si prohibeam inidoneum vel minus idoneum vel etiam æque idoneum quatenus beneficium detur optimo, capiendo optimum negatiue: non pecco: & per consequens non teneor illi quem prohibeo ad aliquid. sed si sit magis idoneus: teneor detestari peccatum meum quo eum prohibui a beneficio consequendo, & facere ei cōpensationem. & q̄ q̄ non feci animo ei nocendi: feci tamen ei iniuriam: quia beneficium fuit ei debitum: hoc est, collatores tenebantur ei beneficium dare. quare laborabo vt alibi ei prouideatur: vel si non possim, dabo ei pecuniam.

¶ Distinctiōis Vigesimęquartę Quęstio Vndecima.

NDecio circa hāc distinctionem ꝓsequendo illa quę beneficiatos concernūt/queritur. An beneficiat⁹ teneatur sub ꝑna peccati in suo beneficio continuo residere. Vulgariter cōtinuo intelligo ꝓ multo maiore parte temporis. ¶ Rn̄detur affirmatiue. nisi habuerit rationabilē causam se excusantem. probatur. propter officium dat̄ beneficium. ergo si in nullo officium exequatur, iniuste colligit fructus bono pastori relictos: quos restituere tenetur. Secundo probatur idem. Dicit Apostolus. ij. ad Thessal. iij. Si quis nō vult operari nec manducet. ergo si nullo modo laboret in beneficio: nihil debet accipere de illo. Præterea nō veniens ad distributiones nō facit fructus suos: vt dicit pontifex in cap. vnico de cle. non residē. libro sexto. & causa est: quia vt vulgo dicit, nō officiat. Rursus. intentio fundatoris erat q; beneficiatus in hac ecclesia deo & patrono illius inseruiret: ergo beneficium accipiēs & officium non adimplens/defraudat fundatorem. sicut agricola capiens pecuniam vt laboret, non laborans tenetur pecuniam restituere. Propositum autem de residētia habet̄ in variis capitibus de cleri. non resi. Porro in cap. Quia nō nulli. in. §. Cū igit̄. ex cōct. Latera. sic dicitur. Cum igitur ecclesia vel ecclesiasticū ministerium committi debuerit: talis ad hoc ꝑsona queratur quæ residere in loco, & curam ei⁹ per seipsam valeat exercere. Q; si aliter actum fuerit: & qui receperit qđ contra sacros canones accepit/amittat: & qui dederit/largīēdi potestate priuetur. Idem habetur. xxj. q. j. ca. j. &. lxx. disti. Sanctorū. crebro eīn beneficium dat̄ intuitu persone. modo frequenter vna persona valet tres alias: ergo non sufficit aliam habere. Alia pars, scilicet nisi legitime excusetur/manifesta ē. ¶ Sed q; aliqua excusatio non residendi sit legitima: probatur ratione sic. ponatur aliquis prælatus alicuius ecclesię multum idoneus: cuius forte non est similis in sua regione: pro tali officio quatenus ad hostem regem mittatur orator pro pace componenda inter duo hostilia regna. nā bonum cōmune bono particulari est p̄ferendum. primo Ethicorū. potissimum q̄n particulare in bono cōmuni includitur. & licet aliquam iacturam habeat hęc parua collectio seu cōmunitas particularis: est recompensatio in communitate. Secūdo hoc idem suadeo aliter. vnum membrum in corpore vero iacturam aliquā patitur, & se discrimini exponit pro reliqua parte principali. vt brachium pro capite conseruando. & feriendus serpens partes posteriores ad caput ꝓtegendum inuoluit. Sed dicis. pars principalior vel totum partem minus principalem periculo exponit vt conseruetur totum sine quo etiam pars minus principalis nequit esse. Ex hoc habetur ꝓpositum: q; scilicet rectores politię possunt ecclesiæ prælatum a cura sui gregis licite euocare: & alter parere tenetur. Tertio ꝓbat̄. Contingit regē egere consilio alicuius prælati qđ est pro republica vtile. ergo tunc prælatus non peccat a sua cura decedendo secundum exigentiam temporis cōsilij dādi. Non loquor de ambitiosis p̄latis tā sufficienter prouisis: vltro se ad principū curias cōferentibus: vt maiores honores habeant. notum est eīn tales peccare: & ambitione, & nō residēdo. Quarto ostēditur idē. canonic⁹ potest licite abesse a beneficio quando est in officio episcopi sui: q; a tunc ecclesię seruit. vij. q. j. Scire. & de cleri. nō resi. ca. De cętero & ca. Ad audientiam. & potissimum quando episcopus rationabiliter ab ecclesia abest: quia in rebus ambiguis consulere debet canonicus episcopo. Præterea si ī rationabili causa habeat duo bn̄ficia quæ potest habere in casu iuxta dicenda in quæstione sequente: non potest in vtroq; cōtinuo residere: sed sufficit nunc in vno, nūc in altero: q; a non potest naturaliter esse in duobus locis. Patet hoc idem in debilitate vel ęgritudine chronica/vel in morbo perpetuo: quia licet tali morbo laboret, alioquin bene meritus: non est beneficio priuandus. Ratione peregrinationis terræ sanctæ.

de voto. ca. finali. Ratione itē studij. de magist. ca. Sup specula. vbi p̄cipitur vt statutum in concilio generali de magistris theologis p̄ singulas metropoles statuendis inuiolabiliter obseruet̄: vt aliqui ad studiū theologicę ꝓfessionis destinent̄. quibus etiā si ꝓprij prouentus ecclesiastici non sufficiant: plat⁹ & capitulum necessaria subministrēt. Docētes vero in theologica facultate, dū in scholis docuerint: & studentes in ipsa integre p̄ annos quinq; percipiant de licentia sedis apostolicę prouentus p̄bendarum & beneficiorū suorum: non obstante aliqua contraria consuetudine vel statuto: cum denario fraudari nō debeant in vinea domini operātes. Ecce summā totius cap. Et ex isto sequit̄ q; non est tempus p̄fixum lectori in theologia. & propterea i hoc cap. bene dicit Panor. magis amplum priuilegiū habere docētes q̄ addiscētes: quia docentes q̄diu docuerint p̄cipiūt i absentia fructus suorum beneficiorum: sed addiscētes per quinquēnium trīn. & est ratio inquit: quia ifra quinquēnium bene studendo p̄sumit̄ q; qs debet esse prouectus. vltra ergo illud tempus nō videtur excusandus ꝓpter studium. sed doctor docendo semp ꝓmouet vtilitatem ecclesię vniuersalis. Secundo sequitur, sicut glossa ordinaria recte infert, q; non est opus impetrare aliam indulgentiam: cum hic concedatur licentia generalis a Romano pontifice in concilio. Et licet Archidiaconus in cap. secundo de priui. in. vj. & in cap. De q busdam. xxx vij. dist. & Panor. hoc etiā intelligāt in iure pontificio, quia est par ratio (inquūt) nam ꝓmouetur honor ecclesiæ vniuersalis per ius pōtificium: hoc tamen non valet. Primo. canonistæ passim legibus ciuilibus incumbūt: q̄ hoīes negocijs secularibus implicant: & a theologia auocāt: q̄ ad curam animarum maxime conducit. Non aliā ob causam prohibetur in cap. Super specula. de priuile. ne leges legantur vel audiantur Parisijs vl̄ in locis circūuicinis: nisi vt theologia tricis sæcularibus non impediat̄. vbi dicitur. Vt plenius sacræ paginę insistat̄: firmiter interdicimus & districtius inhibemus, ne Parisius vel in ciuitatibus seu alijs locis vicinis quis q̄ docere vel audire ius ciuile p̄sumat. Et qui contra fecerit: non solum a causarū patrocinijs iterim excludatur: verūetiam p episcopum loci excommunicationis vinculo innodet̄. Sed dicis (& tecum assentior) totum ius canonicū dempta illa parte quę immediate causas forēses contingit, ad theologiam valet. Secūdo argumētor. argumentum a simili in istis exceptionibus & priuilegijs non habet locum. Etiam vnum concedens aliud negare videtur: dato etiam q; sit similis ratio.

¶ Contra secundam partem cōclu-

sionis arguitur. legens in studio continuo theologiam capit pecuniam ab his quibus nō proficit: & non laborat p̄ eis sed pro alijs: ergo iniuste pecuniam accipit. nam si ego pro Petro laborē: non possum propterea pecuniā a Paulo recipere. Eodē modo de viro multum idoneo argumentabor qui a cura pastorali euocat̄, vt orator p̄ rege & republica in exteras regiones mittatur. & ita de quolibet quācūq; excusationem de non residendo habente. ¶ Respondet̄ p̄ omnibus rationabilē causam de non residendo habētib⁹, negādo q; acciant pecuniā ab his pro quibus nihil operantur. nam omnes in christianitate contēti/sunt vnum corpus Christi mysticū & ei⁹ mēbra mystica: quę deberent se inuicem supplere: quo mō dicit Apostolus ad Gala. vj. Alter alteri⁹ onera portate: & sic adimplebitis legē Christi. & primę ad Corithios. xij. Non pōt autem oculus dicere manui: opa tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij. Et illi qui sunt eiusdem regionis magis faciunt inter se vnū q̄ christiani ī multitudine. ergo laborans pro reipublicę vtilitate nō colligit indebitum. iustitia eīn cōmunis est iustitia particulari nobilior. sicut euntes ad bellum iustū hostem alterius regni inuadendo extra regnum, non minus vtiliter creberrime pro republica laborant, q̄ agricola in sudore vultus agros colens. ¶ Secundo arguitur. aliqui possunt vacare literis quinquennio. vt dicitur in cap. Super specula. de magist. qui licet sint illiterati & latine nescientes in primo congressu: possunt doctrinām sufficientem addiscere quinquēnio & euadere idonei: ergo non requiritur idoneitas primo die quo qs beneficium suscipit contra prædicta. ¶ Respondetur concedendo q; aliqui possunt se ad literas conferre/in quinquennio docti euadentes: sed requritur q; sint idonei primo die quo mun⁹ beneficij suscipiunt: & mittendi sunt valde ingeniosi ad vniuersitates vt bases & colūnæ sint in ecclesia, literis & moribus coruscantes. Et hoc est quod dicitur in cap. Super specula. prælegato. in. §. Statuentes. hoc modo. Statuentes vt quia super hoc propter raritatem magistrorum se possent forsitan aliqui excusare: ab ecclesiarum prælatis & capitulis ad theologicæ professionis studium aliqui docibiles destinentur: qui cum docti fuerint, in dei ecclesia velut splendor fulgeant firmamenti: ex qb⁹ postmodum copia possit haberi doctorum, qui velut stellæ in perpetuas æternitates mansuri/ad iustitiam valeant plurimos erudire. Licet glossa ordinaria illic dicat: legem illam nullius esse effectus: ac ī verbis & non in rebus consistere. sed frequenter glossa non ponderat illa quæ sunt magni ponderis in foro animæ. intentio erat concilij illic, viros debere eligi ingeniosos a toto capitulo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad aliquam vniuersitatem famatā mittēdos, quatenus theologię incūberēt: & onusti opibus spiritualibus ad lares patrios redirēt: nō modo simplices sed eruditos illuminaturi: a quibus in materia conscientiæ ancipiti oīne ambiguum posset enodari. Notū est aūt q; vnus tantum pōt laborare in septēnio quātū alter in tēpore duplo. si ergo curatus studēs in bona vniuersitate p tempore bonas adipiscatur artes: in breui tempore potest tantum pficere quātū ante in magno profecisset. & si iterea moriat: sufficit ei bonū ppositum. vbi autē ad lares patrios vel beneficiū redibit: erit maioris fame q̄ antea: & potius ei credent subditi: & aduertent libentius q̄ erunt vtilia. ¶ Ex omnibus patet q; beneficiat⁹ tenet in suo bēficio residere nisi habeat rationabilem causam nō residēdi: vt qñ obsequium præstat reipublicę tā cōmodū vel commodius: q̄ præstaret manendo in sua cura: habendo semper animum ad suū gregem redeundi pro loco & tempore. nam verbū eius in reditu populo erit multo gratius: & gaudebunt tali pastore se dignos esse: dūmodo (qđ est ei necessarium) virum idoneū: licet se iferiorē loco suo relinquat. Si vero sine rōnabili cā iudicio prudētū suū gregē reliq̄t, peccat. Rōnabilis aūt cā nō ē, cōferre se ad prīcipū curias vt honoret: vel sub vmbra protectiōis bonorū ecclesię. sed sicut opes deuotio peperit: ita eas tuet & seruat. vt videre licet in Carthusiēsib⁹: & in capitulis sæcularīū bene gubernatis. Nec est rationabilis causa: visere vniuersitates nisi quatenus homo addiscat/lectiones adeundo: vt ad gregem doctior redeat. Si vero sufficienter instituⁿ sit vt a solis libris doctrinā haurire possit: id i grege sibi cōmisso, & in mōte Caucaso, vel rupe Parmenidis facere potest. Q ui aūt i vniuersitate theologiam continue legit: & ita æquiualenter p̄dicat: immo p̄dicatores facit, qđ plus ē q̄ prædicare: excusatur, potissimum si animarū curā non habeat & si sacerdotio simplici donat⁹ fuerit. Et forte circa animarum curam, qđ alioquin eēt præceptum: ob circunstantiam supuenientem desinit esse præceptum. sicut vtili prædicationi insudās, qđ ægre cum ieiunio quadragesimę cōplere pōt: a quadragesimę ieiunio absoluitur. Si quis aūt in vniuersitate residens curam habeat vniuersitati vicinam: residere in pago non est necessarium: sed sufficit ei probum habere vicarium ad ministranda sacramenta: dummodo in festis diebus pabulum vitæ gregi suo ministret: & confessiones ac casus ambiguos audiat. Durum nāq; est dicere virum eruditum doctis conuiuere & conferre assuetum: debere manere continuo in pago rusticano. Videtur sane ei sufficere in oppido vel vrbe proxima morari: plerunq; suos visitando: modo non absit in festis nisi ob rationabilem causam superueniētē.

¶ Vbitatur: an suscipiēs beneficiū animo non residēdi sed fruēⁿ colligendi & postea relinquendi beneficiū: teneat ad restitutionem. Respondetur. is tenet restituere nisi mutet postea voluntatem. vtputa si postea ꝓponat beneficium seruare: & in officio ad qđ beneficium institutum est fideliter laborare. q; si alio animo collator et beneficium contulerit: peccat. Et habet istud in ca. Commissa. de elect. libro. vj. §. Cæterum. Et hoc intelligo nisi eēt aliquis pro republica militans: cui non sit prouisum. nam potest esse q; in vniuersitate legat sine stipendijs alijs a beneficio.

¶ Dubitat secūdo: an melius faciat theologus legens in vniuersitate q̄ circa prędicationem se occupans. Respondetur per duas conclusiōes. Prior est. Si vterq; est non beneficiatus: melius facit lector q̄ prædicator. ratio est: quia prędicatores facit: & eos ad prędicandū dirigit. nā sine theologia p̄dicare nequeunt: nisi aliqua memoriter pronunciēt more eorum qui comœdias recitant. Secundo probatur idē. lector etsi pauciores habens in numero auditores, eos lectores & prædicatores facit: ergo doctrina eius plus diuulgatur in populum q̄ vnius prædicatio qui vnā curam determinatam habet. Insuper architectus de domo extruenda disponens/ plus facit ad domⁿ compositionem: & plus præmij acquirit q̄ lapidū cęlator: vel faber lignarius. sed lector est architectⁿ in domo spirituali dei & director domus spiritualis ædificandæ: prædicator autem est manuarius operator. Item docens doctos docturos/quodam mō simplices & indoctos docet. de doctis em̄ q; ab eo audiunt/non est dubium. de simplicib⁹ etiā patet: quia quicquid est causa causæ/est causa causati. ¶ Secunda conclusio. Stat lectorem curam animarum habentem quæ residentiam requirit per legem communem: excusari a residentia per lectionem vtilem in vniuersitate: q̄uis legere sit de consilio. probatur sic. possibile est lectionem esse reipublicæ vtiliorem q̄ residentiam etus in beneficio: & prudens ita iudicat: ergo non residens sed legens non peccat sed meretur. Secundo patet idem. nisi hoc esset verum: hoc foret propter ea quia consilium non absoluit seu deobligat a præcepto. sed hoc est falsum quando consilium est de maiore bono. quemadmodum prædicator deobligatur a ieiunio præceptiuo quadragesimæ propter opus consilij in prædicando: quando eius prædicatio est reipublicæ multum vtilis. illic enim seruatur intentio legis de ieiunio. nam per studium & sollicitudinem caro etus satis domatur: & ita a ieiunio ecclesiæ absoluitur propter maius bonum. Idem patet in materia martyrij.

multi nanq; martyres p opere consilij passi sunt: quibus alioquin seruare vitā fuisset de præcepto. quibus alioquin seruare vitā fuisset de præcepto. sed de hoc copiosior futurus est sermo distinctione. xlix. huius.

¶ Distinctiōis Vigesimęquartę Quęstio Duodecima.

DVodecimo in hac distinctione, & nono circa materiā beneficiorū quæriť: an quis possit sana conscientia plura tenere beneficia cum dispensatione eius cuius interest. In hac quęstione primū/rationē nominis (dispēsatio) explicabim⁹: postea cōclusiones ad quęstionis titulum respōsiuas posituri. ¶ Dispēsare bifariam accipitur. vno modo ꝓprie. & sic est aliquē absoluere ab alicuius legis obseruantia, vt est prę ceptū de homicidio. hoc modo cū Sansone deus dispensauit de se occidendo. vt Iudicū. xvj. legiť. pari forma rex dispēsat: quia licet secūdum cōmunē legē/homicidę vltimū supplicīū inferendū sit: potest tamē rex hanc legē positiuā in sorte reuocare. hoc modo quęrūt theologi in. xxxvij. disti. iij. sententiarū: An deus possit dispensare in præceptis decalogi. Alio modo capitur dispēsare extensius vt tantū valet quātū interpretari aliquem nō esse obnoxiū legi cōmuni in casu. Et sic iudex inferior dispēsat: id est interpretať pœnā legis cōmunis de homicidio in illo qui occidit p̄ suę vitę defensione, cū moderamine inculpatę tutelæ. vel prudens interpretatur hac pœna nō esse mulctandum iudicē & lictorē/homines occidentes p̄ meritis. sed isti nō possunt dispensare primo modo: quia hoc esset superioris legē in casu quo est lex/ reuocare: qđ nō licet. Hoc secūdo modo circa legē dei homo dispensare potest: locū ambiguū per rationē naturalem vel p alium locū in eadē lege cōtentū/exponendo & declarando. Hoc etiā secūdo modo pōt aliq̄s licite dispēsare cū aliquo: vt plura habeat beneficia in casibus licitis: vt per sequētia intelligetur. in hac autē significatione vocabulum magis capimus.

¶ Hoc prędibato pono cōclusiones: quarū prima est. Aliquis sana cōscientia p dispensationē plura tenet beneficia. ꝓbatur. aliquis ante prohibitionē pontificis: hoc est, ante legem latam de nō habendis pluribus beneficijs, licite plura tenere poterat. ergo vbi est eadem causa, pontifex dispēsare pōt: id est interpretari suā legē in illo casu nō esse tenēdam. hoc est vti epicaia: vel natura li equitate: in isto etiā reuocādo legē cōmunē quā inferior reuocare nō pōt. & ita vtroq; modo dispēsat. ac p hoc si in hac lege nō posset dispensare secundo modo, nō potest de iure & licite primo modo: bene autē de facto in foro exteriore: qa dispēsatio est iuris cōmunis relaxatio p causa licita/ ab illo qui legē reuocandi habet potestatē vel interpretandi auctoritatē. Hoc declaro p simile. aliquis reipublicę admodū vtilis homīnē occidit: in quo tales circūstantię occurrūt: vt naturalis equitas declaret hunc nō esse pœna capitis mulctandum: & tunc legē suam reuocat rex, quā inferior reuocare nequit. ¶ Prosequendo ꝓpositū, q; in casu liceat plura habere beneficia/probatur sic. & capio hanc maximā. Si omnīū benefictorū fructus in vnius ęrario essent, vtpote summi pontificis: & ipse per suos deberet dare stipēdia cuilibet in politia ecclesię militanti: inequaliter laborātibus inequalia deberet cōferre prēmia & stipēdia more regis in bello. hoc patet. Nā vnius labor duorū vel trium labores in valore exuperat. vnus em̄ crudite & deuote seminat verbū dei in vinea dñi: & cū hoc celebrat. modo notū est q; hęc opera est reipublicæ multo vtilior opera vniⁿ simplicis solum celebrātis vel in choro cātantis. ergo plus meretur in prę mio. Qui em̄ nō laborat nō māducet: & q; laborat māducet: & q; plus laborat/ plus manducabit. vnus em̄ maiore cibo eget q̄ alter & quo ad se & suos, quibⁿ est dignus. Sed nō fit talis pecuniaria solutio ex pōtificis ęrario: nec expedit. Sed beneficia sic laborantibus sunt partita p p̄mijs tēporalibus: qa nemo suis stipendijs militat vnq̄. Quis nāq; pascit gregē & de lacte gregis nō māducat? primę ad Corinthios. ix. hoc est nō tenetur etiā si patrimoniū habeat aliunde. modo contingit virū habere exile beneficium: & p suo prēmio nō sufficiens: ergo licite talis potest aliud capere quousq; habeat prēmiū sufficiens secūdum sui operis valorē. ergo dispēsatio sup pluralitate beneficiorū in casu est licita: cū in aliquo sit ratio reuocandi legē de nō habendis pluribus: & auctoritas in dispensante. ergo conclusio vera. ¶ Secundo probatur idem. Nam de prebendis. c. De multa ꝓuidentia. §. vltimo dicitur. Circa sublimes tamen & literatas personas quę maioribus bñficijs sunt honorandę: cum ratio postulauerit p sedem apostolicā poterit dispensari. signāter (cum ratio postulauerit.) ¶ Tertio a posteriore arguitur sic. nisi cōclusio esset vera: filios principū eruditos & probos emineter literatos, & moribus graues ad duo beneficia nō admittes quātūcunq; extlia, pluſq̄ filiū agricolę vel viticolę etiā mediocriter institutū. qđ cōcedere/rationi nō est cōsentaneū. ¶ Quarto arguitur sic. duo mediocres duo tenēt bñficia: ergo vnus illis duobus equiualens in vtilitate reipublicæ potest duo similia beneficia tenere. cōsequētia

Universidad de Deusto
Biblioteca

est nota: cū illos duos valeat. & patet per simile. Nam vnus spatiosus & grossus lapis tantū in pariete loci occupat quantum duo minores. & vnus in bello duplex p̄miū habet a rege in respectu ad alium. nec valet dicere: habeat ergo vnū in diplomatis. cū illud habere nequeat. ¶ Quinto. aliquis est quē oportet secundum suum statum etiā tēperate viuendo habere vnū famulum vel duos huic autē vnius beneficij parui prouētus nō suffi ciunt. Nec valet dicere. cū omnē operam suam circa subditos applicet: tenentur subditi augere prouentus, & maiores dare illi qui plus meretur q̄ dare soleant minus merētibus. Quia licet hoc sit verum quando quis nō habet aliam prouisionem: tamen nō soluit argumentū: quia forte est sacellū nō habens subditos: vel ei aliud offertur beneficium. ¶ Vltimo ad idem arguit sic. plus alimenti magnū mēbrum, vt caput in corpore vero suscapit q̄ mēbrum paruum vt digitus vel articulus. ergo cōformiter equū est esse in corpore mystico.

¶ Secunda cōclusio. Est contra ius naturę & equitatē naturalem q̄ quis extra latitudinem sufficientię sit pluralis in beneficijs: hoc est plura teneat q̄ ratio exigit vel patitur. ꝓbatur. imaginemur sicut in prima conclusione dictum est, quantum daretur viro pro labore suo in ecclesia, supposito q̄ omnes idonei & laborantes haberēt portionē proportionabilem suis meritis, si omnes beneficiorū prouentus in vnam massam colligerentur: tunc p̄ter rationē esset q̄ duobus equaliter laborantibus: vnus haberet plus q̄ tribus vel quatuor sufficeret: alijs eque laborantibus & nihil p̄mij habentibus: & male ageret sic prouentus distribuens, & alter capiendo: & a fortiore auide petēdo. Sed dicis: nō est ita nunc de beneficijs: qa nō prouidet omnibus idoneis. sed si Petrus vno dignus nō caperet plura: alia inidoneis conferren tur. Hoc nō valet. nam contingit virum vno beneficio esse dignum, qui tamen transcendendo sit etiā inidoneus cum alijs. & hęc est causa quare plerisq̄ idoneis nō prouidetur. ¶ Secundo arguitur ad idem. monstrosum est in corpore vero q̄ vnū mēbrum plus nutrimenti ad se notabiliter trahat q̄ illud mēbrum requirat: quia hoc est in reliquorum mēbrorum iacturam & attenuationem: & est dyscrasia seu disproportio in mēbris. ergo sic est in corpore mystico p̄ter oēm rationem q̄ vnus beneficiorū multitudine sit stipatus/ alio idoneo patiente famē: nedum necessaria nō habente: sed vix paucula pro libris cōparandis: qui tamē eiusmodi instrumentis pro suę artis exercitio eget. immo Apostolus qui scientiam infusam cum acquisita habebat: & libros: & membranas sibi comparauit: vt patet secundę ad Timoth. iiij. vbi dicit Penulam quā reliqui Troade apud Carpum/ veniens affer tecum & libros: maxime autem & mēbranas. glossa interlinearis. vt ibi scribā epistolas meas. difficile est igitur pauperi sine necessarijs in literis proficere. Quis enim nō cuilibet studioso viro opus fuerit tāta librorum congerie, quātam Pisistratus Athenienſis / Philadelphus/ & Pamphilus martyr habuerunt: tamen aliquibus opus est. Aut sic formo argumentū. Est contra equitatem naturalem q̄ talis artificū dispositio in republica fiat vt ars vtilis in republica male exerceatur. sed sic est quando multi nimis abundant: & multi penuria premuntur. Nam circa temporalia diuites plus equo occupantur: ita vt verbo & exēplo populum nō ędificent nec instituant: & sic instrumenta suę artis negligunt. & si viros circa tēporalia intentos, ad predicationē & cætera officia consueta adhibeant: ij nō pœnitus p̄cordia mouent: quia auaritia notantur, & lac alijs debitum sugunt: malum quoq̄ exemplar sic faciendi multis ministrant. nec vnq̄ auaritiæ peccatum & reliqua quibus infecti sunt, in sermone ad viuum tāgent. Nam si extremis forte digitis attingant (qđ raro faciunt) verbo ipsa vita repugnat. propterea ex industria, Actuum primo, de saluatore nostro Lucas recitat. Quæ cœpit Iesus facere & docere. quod etiam satis apostolus Timotheo faciendū monuerat. Itaq̄ theologus nimis multa capiens, suę artis instrumenta negligit. quēadmodum ēm opulentus artifex quispiam non laborat: sed suæ artis fastidiosus ad aliam sortem se transfert: sic iste factus diues qui solet esse canis contra vitia latrans, iam obmutescit: sub vmbra & prætextu impotentię, & senectutis se protegens: & tamen in ea ętate optime hoc facere potest. Ex contrario autem: quia libros inops habere nequit: pęius ob defectum instrumentorū operatur. ¶ Tertio arguitur ad idem: quia dato oppositio q̄ nō est status in latitudine sufficientię beneficij vel beneficiorum: sequitur hęc cōclusio: q̄ vnus capere potest licite omnia beneficia totius Europę: alijs nihil habentibus. hoc consequens nemo sanę mentis concedet: ergo nec antecedens qđ est illius falsi basis, admittere debet. ¶ Quarto sic. per conformitatem rationis si aliquis hostis regem & rēpublicam ferro & igne inuaderet: & rex non habe ret magna stipēdia suis militibus danda: nunqđ milites omnes contenti esse debent vt diminuatur sibi stipendium: & ne pauci insufficientes contra hostem bellare omnē pecuniam regis habeant alijs idoneis relictis? igitur cū beneficia data sint deo & eius ministris, vt contra diabolum, mundū & carnē pugnent: licet nō quilibet idoneus in beneficiorum partitione sufficientem prouisionem habere possit, secūdum valorem operę suę: debet

esse contētus pauciora sumendo: vt plures cōtra dęmonē & vitia militent. si ēm deum & fratrē diligit, id iudicabit. & si illud est ratiōabile & equum: oppositū est iniquum. ¶ Quinto arguitur patenter. male agit ille qui promotionē honoris & diuini cultus impedit: vitiorū extirpationi obicē prēstat: & materiā virtutis exercēdę bonis subtrahit: bona pauperū debita colligit: domos pulchras in reipublicę dedecus caducas facit: & minantes ruinam: hospitalitatē pauperū honestis superue nientibus debitā aufert: & submouet probum virum qui reliquis oñibus consuleret. sed sic est de quolibet inordinate plura beneficia detinente. igitur. Cōsequentia est nota cū maiore. & minor probatur: primo q̄ cultus diuinus diminuatur. nam subtrahuntur ministri ad colendum deum apti, & repelluntur idonei ad populum docendū. Q̄ isti plurales prępediant vitiorū extirpationē, probatur sic. aliquis laborans & exercens se circa vnam artem multū proficit: & discipulos peritos in illa facit. nam ingenium vbi intendis ibi valet: vbi si circa multas versaretur artes: in nulla floreret. sed sic est de habēte vnū beneficiū, quia circa id laborat: qui vero multa habent: circa vnūquodq̄ parū laborant: imo circa omnia parum laborant: nimirum vno incōuenienti dato multa cōtingunt. primo Physicorū. Alię partes sunt perspicuę. ¶ Ex hac cōclusione sequitur q̄ male agunt qui sine ratione in beneficijs plurales. ambitiosi sunt: & auari: de se nimis presumētes tot beneficia colligēdo: sic fatiati, vt aquam maris salsam/ vel forte vinū aqua nō dilutum potantes: aut carnes sale conditas comedentes: ad calendas grecas fatiandi: semper ad finē vsq̄ vitę mansuri sitibundi. sunt vero sicut pisa putrida & vermib⁹ plena, quę supnatāt: vbi meliora ad aquę ꝓfundum descēdunt. ambitione nāq̄ & auaritia pleni volūt alijs prēminere: dum boni ad loca humilia descendunt. Isti more bubonū templa noctu ingrediuntur vt oleum sugant: quo exhausto candelæ extinguuntur, & vt fructus colligant: lucrū spirituale qđ alter subministraret, tollunt. Excessus regit hos. Preterea sequitur q̄ qs potest tenere duo beneficia parua cū sana conscientia: q̄ nō potest tenere duo magna vel vnū magnū cū paruo. nā tenēs duo parua manet in latitudine sufficientię: nō autē in alijs.

¶ Tertia cōclusio. Licet hi plurales sine rationabili causa iure fori excusentur: non tamen iure poli. Prior pars probatur. nam cū circa legem in casu dispensationē habeant: permittitur q̄ beneficijs in hoc mundo gaudeant: & non tolluntur ab eis. & hoc est excusari iure fori. Altera pars patet ex conclusione precedenti. & adhuc aliter probatur. nam si excusarentur: hoc esset ꝓpter Romani pontificis dispensationem. sed hoc nō: quia tenere plura beneficia sine rationabili causa est contra legem naturalem: contra quā dispensare nequit aliquis mortalis homo: sicut nullus est supra legem naturę. Preterea ex capitulo De multa in prima conclusione allegato, valet dispensatio quando est rationabilis causa: ergo quando non est rationabilis causa nō valet: per locum a contrario sensu. Insuper nō valet dispensatio Romani pontificis: nisi sit conformis legi dei: & ab ea non discrepet. ipse enim legem limitatā habet ad prędendum secūdum ęquitatē naturalem. propterea si quando ab ea discrepat: nō est dispensatio: sed dissipatio, vt termini indicant. sed qđ ab eo rationabiliter fit, in vtroq̄ foro validum est. Hinc dicit apostol⁹ primę ad Corinthios. iiij. Sic nos existimet homo vt ministros Christi & dispēsatores misteriorū dei. Et Bernardus ad Eugenium papam lib. iij. Non prohibeo dispensare sed dissipare. Nō sum tam rudis, vt ignorem vos dispēsatores: sed in ędificationem nō in destructionē. Dein de quæritur inter dispensatores quis fidelis inueniatur. vbi ēm necessitas vrget/ excusabilis dispēsatio est: vbi vtilitas prouocat, laudabilis dispēsatio est. vtilitas dico/ cōis: nō ꝓpria. nā cū nihil horū est: nō est fidelis dispēsatio: sed crudelis dissipatio. Et in epistola ad Robertū nepotē suū q̄ de licentia sedis apostolicæ de Cistertio ad Cluniacū se trāstulerat: sic dicit. Quid tibi frustra quispiam blanditur de absolutiōe apostolica: cuius cōscientiam diuina tenet sententia obligatam: nemo (inquiens) manum mittens ad aratrum, & respiciens retro &c. Vbi vir dei nepotem remittit ad cōscientiam: an transierit ad arctiorem religionē an mitiorem. Et in epistola ad Adam monachum. Conceperunt dolorem: sed nō pepererunt iniquitatē: donec iiquus papa cōceptui prębuisset assensum. Nunquid ideo aut malum esse desijt aut minoratum est: quia papa concessit? Quis vero malum esse neget assensum prębere malo? Quod tamen summū pontificē nequaq̄ fecisse crediderim, nisi aut circūuentum mendacio: aut importunitate victum. Et ꝓpterea dicit glossa in cap. Dudum. de elec. q̄ q habet plura beneficia vbi vnū suę sustētationi sufficit: reliqua cū peccato tenet. hoc idē tenet in cap. Nō est. de voto & voti redemp. hoc tenet Hosti. in cap. dicto Dudum. Ioannes Andreas, & Panor. & breuiter canonistę omnes. & potiore ratione theologus quilibet rationi plus innitens. ꝓpterea ista pluralitas vocat canonibus inimica. sane odiosa est & stricte interpretanda.

¶ Quarta cōclusio. tenens plura beneficia quando est eque probabile vel paulominus probabile q̄ vltra latitudinem sufficiētiæ te-

Universidad de Deusto
Biblioteca

net,peccat. probatur. quilibet exponens se periculo confundenti peccati peccat: sic facit tenens plura &c.igitur.hęc conclusio est clara ex dictis in quæstione secunda prologi. Et ex ea sequitur q; ꝙto plura tenet extra latitudinem sufficientiæ:tanto magis peccat. Secundo sequitur q; tenetur relinquere qđ habet vltra latitudinem sufficientiæ vel quod est multum probabiliter extra latitudinem sufficientię. Tertio sequitur:si vir animę suę salutem diligat: tutum esse ei se a puncto terminattuo illius latitudinis in ascendendo elongare. vnde non est hic sicut in virtute & vitio: quia virtus habet duo extrema vitiosa,exuperãdo, & deficiendo: hic autem in deficiendo non est peccatum, videlicet nullum beneficium habendo, vel vnum quod sufficit alicui pro præmio : cum sit maiore dignus:immo isti bene agunt. Est tamen excessus in ascendendo. vt si centum franci viro idoneo sufficiant: iam manet in latitudine sufficientię.& si quantũcunq; parum vltra capiat/peccat:nisi per ignorantiam inuincibilem excusetur. sed crebro est hic ignorantia vincibilis:quia beneficia accipiens nõ confert cum prudentibus de latitudine suę sufficientię.

¶Ex his patet quinta conclusio: q; prudens & bonus manet contentus in beneficio vel beneficijs,suis meritis nõ æquiualentibus pro pręmio. Dixi bonus,quia stat virum bene iudicare in intellectu & nõ conformiter agere in effectu: qui tunc erit prudens & non bonus.sed si solum bonum vere prudentem more beati Thomæ appellaueris, de nominibus nõ certemus. Probatur cõclusio.ista via est ei securior ad salutẽ:& transcẽdendo via est periculosa ex precedentibus: ergo est acceptanda.semper intelligo quando viri neutri prudentes qui eum cognouerũt iudicant eum dignũ esse cẽtũ frãcis vel ducẽtis in vno:sed ꝓbabile est eis q; si capiat a.summã,vel b.sũmã,male ageret:iudicant tamẽ q; si adhuc paulo plus haberet q̃ habeat:nõ peccaret.¶ Secundo arguitur ad idem. Si debet plura capere ad extremũ vsq; excessiue suę sufficientiæ: hoc ideo est vt sit magis idoneus vel vt aliquã portionẽ det pauperibus:vel aliorum inidoneorũ promotionẽ prępediat.sed nullum istorum expedit.multa cũ licent quę nõ expediunt.secũdum apostolum.j.ad Corinth.vj.Non primũ.tum ꝓpter periculum. Et si obijcias a prudentibus conclusum, iam illic non esse periculum:est tamen honestius a fœdo extremo se elongare:& a vulgaribus cũ notabiliter distat ab extremo/cognoscẽt esse in latitudine suæ sufficientię: vbi si suã cõpletã latitudinẽ haberet: dubitabit vulgꝰ an plus ęquo hẽat: & ꝓ cõsequẽs subditos minꝰ ędificabit. Tũ scđo q; istos pauca habẽtes tã sapiẽtes q̃ insipiẽtes maxie laudãt.& si cõformiter ad hoc bñ viuant,multũ ędificant: qa nõ minus vita docet q̃ verba. vnde.x.Ethi. vij. Veritas tamẽ in ijs quę in actionẽ euenĩũt ex operibus iudicatur & vita. in his enĩ pręcipue certitudo veritatis cõsistit. Si verba bona operibꝰ sint cõsona:acceptanda sunt.sin vero discrepant, verba sunt tm̃ putanda.Hinc sapiens non quęsiuit magnas opes,Prouer.xxx.inquiens. Mendicitatẽ & diuitias ne dederis mihi:tribue tm̃ victui meo necessaria.Et philosophorũ princeps in capite prefato decimi:postq̃ concluſit felicem nõ egere multis bonis externis: nec in vita cõtẽplatiua nec actiua:ad hoc duos sapientes introducit ad suum dictum corroborãdum:dicens. Solon enĩ bene fortasse de felicibꝰ sensit:qui quidem eos felices esse dixit, qui mediocriter res habuerint externas: & pulcherrimas res vt putabat,egere modesteq; viuere.fieri enĩ põt vt mediocriter possidentes agãt ea quæ agere oportet. videtur autẽ & Anaxagoras nõ locupletem neq; potentẽ/ felicẽ ipsum existimasse.paulo post cõcludens q; rerum externarum pauca felici sufficiant.Cõsentance igitur nostris sententijs & sapientũ opiniones esse videntur.at enĩ habent quidem & talia quãdam fidem. Non secũdum:quia si vix habeat pro se:nõ tenetur dare pauperibus citra extremã necessitatem. Nec tertium. nã cũ ei beneficiũ oblatum sit, vero simile est q; ad petitionẽ eius collator conferet alicui idoneo nihil habenti: qa alioquin posset illud beneficium acceptare: alicui idoneo cõferendo ꝓ resignationẽ.¶ Ex hac conclusione cũ prędictis in eadem distinctione de cæco amore quem erga nosipsos habemus,iudicantes nos plus valere q̃ valeamus:sequit̃ q; nõ est salutis aię suę memor, beneficia sibi oblata quatenus ea retineat temere suscipiens, quando apud prudentes iudicatur totam latitudinem sufficientiæ suæ, & amplius iam transcendisse.

¶Ex omnibus in hac quęstione dictis & obiter occurrẽtibus hęc colligẽda veniunt. Licet habere plura bñficia frequẽtius sit malũ:tm̃ nõ est ꝓ se peccatũ.Nã stat aliquẽ plura habere sine pcto.vt patet ex cõclusiõe prima. Sed hoc plerũq; euenire solet:vt cũ quis habet vnũ beneficiũ plus q̃ oportet:citiꝰ acqrat plura q̃ a principio.iã cm̃ excæcatꝰ est vno oculo:& sine rõne ad bñficia anhelat more nauis sine ancora in pelago fluctuãtis. Pręterea sortes põt tenere plura licite: tm̃ plato minus idoneus nõ potest, hic enĩ falsitur putans idem esse de se & viro plurimũ idoneo. Sed habens vltra latitudinem suæ sufficientiæ scienter, vel per nõ sufficientẽ inquisitionẽ cũ viris neutris & deum timentibꝰ ꝓ ignorãtiã vincibilẽ,peccat:&

q̃tomagis latitudinẽ suę sufficiẽtię in beneficiorũ pluralitate transcendit: tanto magis peccat. & cũ hoc q̃to est doctior & melioris vitę putatus:tanto gratius deum offendit:tum propter ingratitudinẽ,& talenta quibus est a deo donatus,& ab alijs peccatis matoris infamię a deo pręseruatus.tũ qđ est potissimũ,qa facto alios trahit & incitat ꝓ suã fictam bonitatẽ in castitate & modestia exteriore ad similia. sicut artifex nõ loquẽs sed operans coram volente addiscere.¶ Ex ista autẽ pluralitate in republica magna lues sequit̃: videlicet diuini cultus diminutio:perit charitas erga deum: nõ relinquuntur debita nihil habẽtibꝰ idoneis,& ꝓ consequens peruertit̃ ordo charitatis erga fratrẽ. prodiga & intẽperata bonorũ ecclesię pauperibꝰ debitorũ dissipatio:cũ illi fame pereant. peccatorũ nutritio:quia nõ porrigitur beneficiũ illi qui peccata eliminaret & verbo & facto:ad quẽ minuta plebs in rebus ancipitibus recursum haberet vt ad oraculum Apollinis. edificiorũ sumptuose extructorũ in loci decorẽ collapsus & ruina: quę paruis sumptibus ab inhabitãte domũ poterãt manuteneri. hospitalitatis defectus.defraudatio defunctorum datoris.fraudulenta expensio ꝓuẽtuum huius loci pręter rationẽ,alibi extra locum. de restitutione deniq; nulla est mentio. Hęc omnia incõmoda & mala sequũtur ex duobus potissimũ turpissimis monstris:scilicet auaritia:& superbia.nam vt dicit Apostolus.j.ad Timoth.vj. Radix oĩm malorũ est cupiditas. cui astipulat̃ illud Virgilij. Quid nõ mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Superbia item est initiũ oĩs peccati.Ecclesiasti.x.nã literatos viros & multos inflatos magis ad bñficia coaceruanda supbia ipellit q̃ auaritia:cũ hos diuites in mũdano honore & ingẽte fastu intuenĩ mulis ꝓ vrbẽ inuehi:habẽtes clientes duos vel tres:in foro salutatos,& in alijs locis primos habẽtes accubitus:qui ꝓ virtutes se iudicant talia non posse cõsequi.Auari autẽ ad beneficiorũ pluralitatẽ impelluntur instigãtibus cõsanguineis vt sic humanę glorię partẽ accipiant:sperãtes etiã opima spolia. nec inter hęc vitia repugnantiã existimes. Nã auaritiã superbia creat:nõnunq̃ auaritia superbiã. cũ enĩ ex auaritia magnę colligunt̃ opes/ occasio prębetur tam in vestibus q̃ in alijs reliquos antecellendi.Et hoc tãgit glossa marginalis Augustini.j.ad Timotheũ.vj.inquiens.Est enĩ q nõ esset amator pecunię nisi ꝓ hoc putaret se excellentiorem esse. id est q̃ nõ amaret excellere nisi putaret ꝓ hoc maiores diuitias habere.Sed isti ob sophisticũ & caducũ istum mũdi honorẽ: verũ honorẽ virtuti debitũ relinquunt.¶ Et quia ignota est latitudo sufficientiæ viri, cũ in multis sit dispar ob hominũ prerogatiuas & gratias,aliqua documenta subiungemus.¶ Primũ documentũ.securissimũ & breuissimũ est indagare a prudentibus & timoratis viris hoiem cognoscentibus:q̃tũ capere poterit in vno vel in pluribus bñficijs.Nõ cõmodius enĩ poterat Aristo. definire virtutẽ.ij. Ethi. inquiens. Virtus est in medietate cõsistens: prout determinat ipse sapiẽs. Prudentes in ꝓposito voco viros bene meritos/ vno beneficio quo digni sunt/cõtẽtos:vel monasticos viros religiose viuẽtes:vel alios hmõi q apud dubitãtẽ versant, nũq̃ cõsanguineos & excęcatos amicos ad iudiciũ vocantes.¶ Secũdum documentũ ex vltimis cõclusionib⁹ huius quęstionis accipito:discedẽdo ꝓcul ab extremo in ascendendo.¶ Tertio dicit̃ q; ad varia oportet habere oculum. primo ad vtilitatẽ quã in republica facit:& q; multi sunt idonei nõ prouisi. Ad genus autẽ viri, qđ parũ ponderãdũ est nisi reipublicę fuerit vtilꝰ spiritualiter:paruus habendus est respectus.de tẽporali enĩ loqui non oportet nisi ꝓ q̃to magis ad spũale cõducit. Huiꝰ documẽti sit hoc exẽplum. Petrus idoneꝰ m erẽt a.summã ꝓ pmio:quã capere põt:& in casu modeste petere:vt superius retulimꝰ:sed qa plerosq; intuet̃ idoneos nõ prouisos paratos ire in vineã dñi si vocarentur:(nam messis est multa:operarij vero pauci)charitas fraterna debet eũ mouere,vt minori pręmio sit cõtentus q̃a.

¶Distinctionis Vigesimęquartę Questio Decimatertia.

Decimotertio quæritur. An conclusiones cum suis probationibus in quæstione præcedente positæ sint veræ. Præter modum solitum ne auditores quęstionis prolixitate tedio afficiantur : impugnationes cõclusionũ a quęstione separo.¶ Et arguitur primo sic.Eadẽ incõuenientia ad primã conclusionẽ sequuntur quę ad secundam: ergo illę duę conclusiones inter se acies oppositas moliuntur. Antecedens probo:quia diuini cultus diminutio:& cætera incõmoda: quę recitauimus tam in epilogatione q̃ in quęstionis corpore,sequunt̃.¶ Respõdetur negãdo q; ex prima cõclusione sequat̃ incõueniens:qa sicut ex vero nil nisi verũ sequit̃,ita ex cõueniẽti sequit̃ solũ cõueniẽs. Nõ est ei diuini cultꝰ diminutio: cũ iste ęq̃ possit deseruire, vt alij duo idonei mediocres: sicut Stẽtoris vox multis ęquiualebat. Et cũ sit vitę ꝓbatę:ab oibꝰ illis incõmodis cauet:nunc vnum locum: nunc alterũ sua diligẽtia visitãdo:plus laborãdo q̃ alij duo.¶ Secundo arguitur.conclusum est vt referunt oẽs/in nostra theologica facultate Parisiensi tẽporibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Guilielmi Parisiensis ynanimiter ab omnibus:dę ptis duobus: quib⁹ postea male euenit: q; si quis haberet viginti libras Parisienses in vno beneficio: non poterat sana conscientia aliud accipere. ¶Respondetur.illa tępestate forte pauci erant in facultate.forte etiā quis tantū habebat tūc pro viginti libris,quātum nunc ꝑ centū francis. Sed de circūstantijs & motuis tūc facultatē mouētib⁹ nō legi:ē mihi verosimile q; sit vnū fictitiū & cōmētū. Non ēn ausim doctorem theologum eruditum/ vel in alijs ei equalētē,& morib⁹ grauē dānare:vel dicere esse extra statū salutis:q; habet in vartjs bñficijs pecuniā ad se alendū cū duob⁹ famulis,pro supellectile/& libris in quadam mediocritate honesta. Et si opus sit ei equo:quis totū illud reprobabit? saltem q; talis sit extra latitudinē sufficientię: esto sit plebeius nemo asseret. Et si pręterea fuerit claris natalib⁹ ortus:ad paulo maius admitti pōt. ergo ille de quo loquor nō est ꝑpterea extra statū salutis:etiā si haberet circiter ducenta scuta.& pōt illud p pragmaticā sanctionē vallari: quę tantam summā in denominationibus admittit.

¶Contra secundam cōclusionē argumētor:& est obiectio cōtra' solutionē prędecentem. Iste de quo loquor est episcopatu dign⁹ Toletano vel Magūtinensi.tunc sic.iste Magūtinēsis pōt habere vltra sexaginta milia ducatorū: ergo tantū potest habere in pluribus.cōsequentia tenet q; a est eadem summa pecunię collecta:& idem homo:& equaliter laborans.¶Respōdetur cōsequētia est nulla.Ratio:q; iste pinguis episcopatus est vnicus & indiuisibilis in potentia ꝑpinqua.oportet ergo vt vni cōcedatur vigilanti pastori:quēad modū est iste de quo loquimur. sed nō pōt tantū habere in plurib⁹. Nō ēn video aliquē episcopatū quin totū hoiem requirat: & sufficientē ꝓfessionem habeat:etiā ꝑ viro idoneo & nobili.de talib⁹ autē magnis beneficijs vel dignitatib⁹ nō locutus sum.Cōtra hoc arguit.q; Rothomagēsis ep̄atus sit magnus & valeat duodecim milia ducatorū:& Meldensis minor/bis mille ducatos valēs:est vnū positiuū humanū:& nulla illius danda est ratio:ergo cū vnus possit habere episcopatū Rothomagensem:totā dioecesim sicut oportet vsitando:si tota illa dioecesis in duos episcopat⁹ esset diuisa: ambitus nō esset maior:ergo ille q; ante, totā dioecesim inuisere poterat: nūc vtrāq; visitare potest. & dispensationē habet a maximo pontifice,q; duos episcopatus potest coniungere, & vnum magnum diuidere.ergo qui poterat tenere episcopatum Rothomagensem ꝑ legem cōmunē/ poterit ꝑ dispensationē tenere a.& b.ꝑ modū vnius.sit a. vna dimidietas illius dioecesis,& b.altera.Respōdetur cōcedendo q; nō est ratio naturalis vel diuina alia ab hoim voluntate: quare Meldensis episcopatus sit subsextuplus ad Rothomagēsem. tamē minor eorū eruditissimo & nobilissimo viro sufficere potest:& totū hominē requirit.Et quā do infers. si vn⁹ possit habere episcopatū Rothomagensem: potest duos habere qñ fieret partitio. De partitione postea loquar:sed pronūc nego cōsequentiā:quia vnus illorum episcopatuū est prę miū tēporale ei sufficiens,& eius p̄sentiā seu residentiā requirens,pro ordinibus & multis alijs ministrandis. Legimus siquidē cū quidam rogaret Paulum Secūdum pro duobus episcopatib⁹ vnidandis asserens esse filium regis: respōdisse pontificē,etsi filius dei esset nō dispensarē. Dico hanc respōsionē vicario dei dignā.Nunq; ēn admitto q; quis possit habere duo beneficia: vbi alterum sufficit suo statui,& vtilitati quā reipublicę affert, etiā respectū habēdo ad idoneos qui nihil habēt. Nō esset etiā rationabile cōiungere duos paruos episcopatus: quorū vterq; viro maxime idoneo necessarius est ꝑ episcopi dignitate. Potius magnorū partitionē admitterē/multiplicando pastores,quorū quilibet sufficientē prouisionē haberet. Sed cōsuetudines & regionū leges(nisi valde exorbitantes fuerint)nō sunt variandę.Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerūt pres tui. inquit sapiens Prouer.xxij. Aristo.ij. Poli.vj.reprehēdēs Hippodami leges,iter quas hęc fuit reprehensa.q; ij q; vtile quippiā ciuitati reperirēt/honoribus afficerent:dicit artē ꝑpter meliorē supuenię tē mutandā:nō autē legē.Nā lex (inquit) nullam vim habet ad suadēdum nisi ex more. Mos autē nō fit nisi tpis longitudine.quare facile mutare leges ex p̄sentib⁹ in alias nouas:infirmā facere est vim legis.Oportet ergo loqui de facto & non de possibili.Et ostendo solutionē esse rationabilem: quia concesso hoc qđ argumentū quęrit:deducere potes q; duo habere possint episcopatus oēs in Francia.¶Secundo arguitur.si quis haberet duas p̄bendas in eadem ecclesia:nō sequerentur incōuenientia illata:cum semp maneret in eodem loco:sed difficilius iura admittunt quem posse habere duo beneficia in eodem loco q; in vartjs:ergo si non sequatur inconueniens ad dispensationem duorum beneficiorū in eodem loco : nec sequetur inconueniens ad dispensationem plurium in varijs locis.¶Respondetur. iura hoc faciunt ne diminuatur numerus ministrorum dei:quia si quis haberet duo beneficia in eadem ecclesia:ipse vtriq; deseruiret:& sic duorū vel triū canonicorū loca vn⁹ occuparet: ac tandē notabiliter diminueret numer⁹.& hoc stante beneficiorū partitiōe. nā q; vnum sit grande & dignitas: aliud vero nō:ab initio fuit voluntarū. Potest tn̄ dari casus in quo quis haberet dispensationē ad habenda duo beneficia sub eodem tecto. Ad formā argumenti. facteor multa sequi incōuentia ad plura beneficia in vartjs locis habēda:quę nō sequūtur ad pluralitatem in eodē loco.sed ꝑpter multa mala quæ sequi possunt, vnū est strictius vetitum q; aliud ob hominū procliuitatē ad plura habenda in eodem loco:si hoc admitteretur.secus secūdum canones nam maior pœna imponitur vxoricidio q; matricidio:licet secūdum sit grauius:quia ad primū homines sunt propensiores.¶Tertio arguit. latitudo sufficientię crescit ad crementū honorū & virtutis:ergo nescitur latitudo sufficientię. Respondetur oportet ad imaginationē tollere beneficiū vel officiū quod quis habet: quia hoc statum nō auget nisi crescat in virtute.& si in virtute retrocedat:latitudo sufficientię diminuitur.multitudo autem clientum & pompę statum viri & honorē potius attenuat q; adaugeat.¶Quarto argumētor. vnus bonis fortunę abundat:& milies plus habet q; alter sine peccato.quēadmodum rex,& agricola:Crœsus,& Sophronisc⁹.Midas,& Crates.ergo eodem modo in beneficijs.Respondet. nō est idem.nam alijs titulis bona laicorū quorum sunt veri domini,acquiruntur:alijs autē bona ecclesiasticorū qui bonorum ecclesię sunt dispensatores. Et per hoc soluitur aliud argumentum. Papa est dominus bonorū ecclesiæ: & potest vni conferre maius:alteri minus: vel nihil. & licet in collatione peccet:alij nō tenentur restituere.Exemplū in prodigo peccante, præter rationem sua bona dando platoni,qui Plato restituere nō tenetur. Respondetur negando q; papa sit dominus bonorū ecclesię. contingit ēn q; sit religiosus,vt plerq; pōtifices fuerunt.sed solum est dispensator bonorū ecclesię:quę tenetur fideliter dispensare. Et est lex tam ligans ipsum conferentem q; suscipientem. ¶Quinto arguitur.princeps legibus solutus est. ff.de leg.l.Princeps.ergo constitutio Ioannis vigesimi secundi in cap. Execrabilis. & De multa. nō potest hunc Leonem decimū ligare. Respondetur distinguendo q; sit absolutus a legibus.vel a legibus superioris quēadmodum est lex naturę: quę est lex a deo cordibus nostris insculpta:& sic nego:quia illa nō est lex eius.modo in secunda cōclusione quęstionis prędecentis ostendimus pluralitatem superfluam esse contra legem naturæ. vel q; sit obligatus in suis legibus pure positiuis sic dico q; non est. licet enim aliquid rationis lex lata habeat in communi: potest tamen occurrere causa dispēsandi: vt in matrimonio in gradibus prohibitis:vel de beneficijs in casu. & tunc est positiuum legem seruare. Et interdum potest in lege dispensare vel nō dispensare sine peccato: nōnunq; dispensandum est. Interdum tamen tenetur nō dispensare:vt si esset gradus a lege naturæ prohibitus:vt inter filium & matrem.¶Sexto arguitur. disputare de factis papæ est mittere os in celum.xvij.q.iij. Si quis suadente.§.Committit etiam sacrilegium qui contra diuinę legis sanctitatem,aut nesciendo cōmittunt: aut negligendo violant & offendunt:aut qui de principali iudicio disputant,dubitantes an is dignus sit quem princeps elegerit.¶Respondetur distinguēdo q; nō liceat disputare de factis papę & lege eius. vel vt eam moliamur euertere & attenuare: & sic concedo q; non licet de ea disputare.illic autē est sermo de sua lege:& licet possit legem legi naturę vel diuinę superaddere:proprie illa lex nō est sua. Sua ergo lex est proprie positiua humana. Vel vt videamus quid facere possit circa legem naturę vel diuinam positiuam:vel quam potestatē inter homines habeat:& sic nego q; nō liceat de ea disputare & eius potestate:nam dubitare de singulis nō est inutile:teste Aristotele in Prædicamentis. hoc est dubitationes formare. Prohibere enim disputatiōes est homines in errorem Mahumeti inuoluere:qui de sua lege disputationē vetuit,ne falsitas suæ erroneę & execrandę sectę disputando deprehenderetur. collatione nanq; & disputatione/ materia intricata & non aliter/ naturaliter inuenit. Nunquid disputamus de potentia ordinata & absoluta dei: vtpote an mundum ab ętemo produ cere potuerit, vel an corpus infinitę molis creare possit? Similiter disceptamus an pontifex sit sup cōciliū vniuersale:eū a cōcilio secludendo,in casu inter eum & concilium ambiguo.nam si ipse non cognoscat suam legem:& eam a lege naturę & diuina segregare sciat:nō potest recte agere in dispēsatione: vt de gradu ambiguo consanguinitatis, & multis alijs. Nec de regula fratrum minorum disputare est vetitum:sed cōmentatos regulę superaddere est prohibitum. & ratio est: quia ipsa a Romano pontifice est ad amussim exposita : & ne propter affectiones homines eam nimis dilatent vel restringant:facta est prohibitio positiua: quā alter pontifex de medio auferre potest.¶Ex hoc & prędictis in quęstione prędecente,& ratione patet q; possum dicere alicui in confessione q; habet nimis multa & superflua beneficia : & hortari vt aliqua resignet.& nisi illud voluerit, nō est in statu salutis:nec eum absoluam.immo canonistæ dicunt & bene.q; nō est parendum mandato papę iniusto:ex quo multa mala sequūtur si scandalum sit verosimiliter futurum. hoc enim tenet Innocētius in cap.Inquisitioni.de sentē. excōica. Et Ioannes Andreas in cap.Cū ab eo.de rescrip. Et Hostiensis in cap.Significauit.de offi.ordi.Et Panor.in.c.Cū teneamur. de prębēn. Et ratio est in promptu.Nā videmus q; peccat scienter cōferens beneficiū inidoneo: & alter peccat capiēdo

Universidad de Deusto
Biblioteca

& magis & periculosius peccabit detinẽdo:sed nõ debemus cooperari peccatis istorũ,quia hoc esset ad mandatũ inferioris legem dei nos ad oppositum obligantis relinquere.Q d patet p theoricam distinctio.xxxvij.inferius recitãdam.Si inferiori pręcipiat abbas aliqd facere in quo iuste dispẽsare nequit:& si hoc inferiori cõstituerit:nõ est ei parendum:immo maximus pontifex nõ vult q sibi scribenti p indigno pareatur:vt dicit in ca.Cũ teneamur.prefato.vbi Alexander tertius sic ait. Cũ teneamur.& infra.Si mandatũ nostrũ p aliquius prouisione receperis:qui aliud bñficiũ habeat de quo valeat cõmode sustentari:nisi forte in literis ipsis de hoc mentio habeat:aut si nõ potest ei sine scandalo ꝓuideri:ꝙanimiter sustinemus:si pro eo mandatũ nostrũ nõ duxeris exequẽdum. Et istud patet.ff.de verbo.signi.l.Nepos.xxij.q.ij.Faciat homo.& in.c.Nihil cũ scandalo.de prescrip. ¶Septimo arguitur.habeat Titius duo beneficia:quorũ altero est dign⁹:sed nõ vtroq; Tũc sic.neutrũ istorũ tenetur relinquere:& tamen edocetur esse superflue pluralis.igit.maior patet:quia nec istud istorũ tenetur relinq're:nec illud istorũ. Et põt sic fieri argumẽtũ.Istud istorũ põt tenere licite:& istd istor; põt tenere licite:ergo vtrũq; istorũ põt tenere licite.Rñdet.argumẽtũ ẽ sophisticũ. Nam eodẽ mõ argumẽtabor.vnũ istorũ tenetur relinquere:& ęqua est ratio in vtroq;:ergo vtrũq; tenetur relinquere.Sed cõcedo q vtrũq; istorum licite potest tenere.sicut demõstrando duos grossos lapides,eorũ quẽlibet potest leuare sortes,& parũ vltra vnũ istorũ:non tam en potest leuare ambos:vel non potest leuare vtrũq; istorũ. sic in ꝓposito sortes nõ potest tenere vtrũq; istorum cum animę suę salute.

¶Octauo arguit,multi anteq̃ adepti sunt beneficia palam cõcionando dixerunt id qd affero:qui postea beneficijs adeptis & rerũ experientia cognita/obmutuerũt,& oppositũ docuerunt facto.secũdum illud apostoli.j.ad Corinth. xtij. Cum essem paruulus loquebar vt paruulus: sapiebam vt paruulus:cogitabã vt paruulus:quãdo autẽ factus sum vir/euacuaui ea quę erant paruuli.¶Respõdeo.si testis deponat cõtraria plus ei creditur in prima depositione q̃ in secunda. Se cũdo iste añ erat illi⁹ vitij expers.nunq̃ autẽ vitio infectus saltem publico cõtra illud latrabit. Nam consuetudine dilatatur cõscientia:& peruertitur iudicũ:& difficillime curabilis est.sicut Aristoteles loquit.vij.Ethi.de intẽperantia gradu.nõ em̃ habet cõscientiã iam remurmurantẽ more sentis sicut incõtinẽs in gradu q ad bonũ facile ducibilis est.Ad oculũ vides q comedens allium/porrũ/cepe/vel habẽs anhelitũ fœtidũ/ odorẽ nõ pcipit in alijs:quẽ illo cibo vacuus facile deprehendit. Et talpa in terra rodens ꝓpter pelliculam oculũ ambientẽ nihil videt.Ex quo liquet q isti erant solũ seminiuerbij doctores & nõ opatores:facto ostendentes se esse ambitiosos & auaros:qb⁹ si crescãt opes:insatiabiles sunt.secundum illud Nasonis. Creuerunt & opes:& opum furiosa libido. Et secundum poema Solonis primo Politicorũ. Crescit amor diuitiarũ in abissum. Nõ me fugit pleroscq; dixisse a principio paucissimis se contẽtos futuros:si quãdam mediocritatẽ haberẽt: q post ea tentatione supueniente/longe diuersum ostenderũt.hoies em̃ vt in pluribus sunt mali.Est eadẽ quęstio q̃re sunt plures mali q̃ boni:& q̃re plures mercatores decipiãt i cõtractib⁹ q̃ recte agãt:& tũ in multis bene iudicãt.sufficiat tibi corpalis medici exẽplũ:qui multa bona pręcepta dat egroto quę ipe nõ obseruat:& more aliorũ ex intẽperãtia vel alia ratiõe in morbos labitur.At illud apostoli sic debet exponi in ꝓposito.Cũ fui paruulus id est humilis,feci vt paruulus:id est humiliter sentiebam.nũc autẽ factus delirus/& senex/euacuaui ea quę paruuli sunt,hoc est humilitatis:qa habit⁹ iste ambitionis in me genitus humilitatẽ tanq̃ cõtrariũ eiecit. Senes vt vides sunt auari,& testatur Aristo.quarti Ethico.primo. credunt em̃ se in senio amicis destitutũ:& multis egere:ꝓpterea colligunt:& crebro nimis auide. Sed beneficiato non debet esse animus congregandi:cũ beneficia sint perpetua.Multi nanq; sunt vnico beneficio contenti.multi etiã idonei/ nullo gaudent:& religiosi ad beneficia nõ sunt admissi:quibus in hac parte credendum est tanq̃ nõ suspectis.Nec dicere potes. vellent plura si possent habere. Nam primo, sic dicere potes de luxu & alijs vitijs: sed fratrum facta ambigua in meliorẽ partẽ interp̃tari debes. Secũdo.multi beneficijs acquirẽdis nõ inhiant:q possent versari in principũ,& episcoporũ curijs: & alijs vijs beneficia acquirere si vellẽt: sed satius existimant tam deo placendo q̃ homines nõ scãdalizando hoc nõ efficere. Sed vt Quintilianus ait,Sceleri nunq̃ defuit excusatio.sub vmbra ꝓborũ suas sordes abolere conãtur.¶Nono arguitur. Sortes idoneus pro episcopatu habendo colligit tria vel quatuor quatenus ad episcopatũ perueniat quo dignus est:ergo illam intentionẽ habẽdo nõ peccat/pluralis manens pro tẽpore.Ad nonum respondet.Non sunt facienda mala vt inde eueniant bona.ad Roma.iij.nõ em̃ debeo furari vt dem eleemosynã.modo illud mediũ est illicitũ videlicet habere plura superflue:q̃is intẽdat tenere ea solũ p tpe/in vnã massam qua dignus est conflando. Sed cũ in foro exteriore habet titulum a collatore,si pmutauerit oĩ a in beneficiũ quo dignus est:nõ tenet illud (opinione mea) restituere ratio est:qa alteri dedit ius qd habuit i beneficijs in foro exteriore:& ille cũ isto pmutat cũ cõsensu eoꝝ ad quos spectat:ipse est idoneus/& habet in foro exteriore:q̃ duo ad titulũ iustũ sufficiũt: ergo iustũ titulũ habet in magno beneficio:quia ad iustũ titulũ sufficit & requirit,tali beneficio eẽ aptũ:& habere acquisitionẽ licitã in foro exterio re.Et ꝓbat ista resꝓsio.Acquirẽs beneficiũ tpe inidoneitatis nõ tenet ipm restituere cum ad idoneitatẽ puenerit vt supius dixim⁹:q̃is in pecca to beneficiũ tenuit tpe inidoneitatis.ergo nec iste tenet restituere beneficiũ quo dignus est:qd ei cõfertur ab his qui possunt ipm cõferre.& licet pecauerit in detẽtione illius medij,hoc est plurium beneficioꝝ p qd aliud beneficiũ acquirit:tñ peccatũ a se exuit.Et sic in pmutatione nõ peccat,si alia parua beneficia diuidant illi vel illis qui põt vel possunt licite ea tenere. Si vero alter peccet il la plura detinẽdo:cooperat peccato eius dãdo ei materiã ꝓpinquã peccãdi.tñ hoc nõ ẽ ita periculosum ei ac si plura manu ꝓpria detineret.

¶Decimo arguit.quis potest tenere beneficiũ i cõmẽdatiõe seu cõmẽda, vt dicũt, q̃is beneficiũ suo statui sufficiat.xxj.q.j.c.Qui plures ecclesias retinet:vnã quidẽ titulatã,aliã vero sub commendatione tenere debet. vbi gl.Et illius ecclesię nõ est ꝑlatus sed potius procurator.vt.lxj.dist.Obitũ.&.c.Cathanensis.& qui cõmẽdauit põt reuocare quãdo vult.ergo cõclusio cõtra quã obijcimus falsa.¶Respõdet.solẽt loquẽtes de hac materia aliquas exceptiones cõtra regulã quã in cõclusione posuimus dare: quarũ hęc est vna.Alia est.quãdo nõ reperiunt idonei. sed cũ tot sint vniuersitates & eruditi viri:de hoc loqui nõ oportet:nec iã a multis annis. & si talis casus cõtingeret: oporteret de possibilib⁹ facere qd melius est.Alius casus est qñ vnũ beneficiũ alteri annectitur:vt cura animarũ p̃bẽdę.iam em̃ licet tenere duo:immo ꝓuetus curę dant canonico p̃bẽnda. Et p regulã topicã:vbi vnũ ꝓpter alterũ:ibi vnũ tm̃.Vicarius tñ debet poni ppetuꝰ faciẽs illa q̃ beneficio incũbũt:& canonicus quã tũ põt debet supitẽdere gregi i ꝓpria. Sed de cõmẽda ppetua vt nũc dat executioni seu practica tur,nõ oportet illã exceptionẽ ponere:qa beneficiũ tenẽs in cõmenda,perinde fructus colligit & exponit ac si i titulo haberet. Et breuiter dico q, in titulũ habet:qa habere titulũ ad beneficiũ vel ad aliud nihil aliud ẽ q̃ ius habere ad illud:sicut licita collatio est titulus p quẽ quis aliquod beneficiũ acqrit. & permutatio iust⁹ titulus in alio. & esse legitimũ filiũ patris est iustus titulus hęreditatis acquirẽdę.Nõ valet dicere . tenet manuducere religiosos quos habet:tẽplũ,& domos egentiũ cõseruare:& nõ põt cõuertere fruct⁹ beneficij in vsum ꝓpriũ si ꝓuisionẽ sufficiẽtẽ aliunde haberet. Idẽ cõtingit de beneficijs . de noibus ergo nõ est curãdũ.Dixi de cõmẽda perpetua & sicut nũc practicat:qa ab initio beneficiũ tẽporarie cõmẽdabat alicui probo viro: ꝓ tpe manutenẽdũ: quousq; de idoneo ꝓuideretur:& ꝓpterea beneficiũ ipm cõmẽda vocabat.Et qa aliq tenuerunt diutius q̃ alij:deuentũ est ad fructus ꝓceptionẽ: & ꝓcurauerũt multi has cõmẽdas ꝓpetuas:quos cõmẽdatarios vocamus:putãtes licet falso, sub phalerato vocabulo deum decipere. & q̃is sub noie ꝓpetuitatis cõmẽdas nõ ꝓcurauerint, dum mõ sint ꝓpetuę,non refert. Et licet eps cõmunis nõ possit vltra sex mẽses beneficiũ cõmẽdare p legẽ superioris latã:illi tñ legi Romanus põtifex nõ est alligatus.siue autẽ illi sex mẽses sint.tẽp⁹ in quo eps põt beneficiũ cõferre:siue alij sex mẽses post tẽpus collationis:theologi i materia cõsciẽtię nõ interest.Sed q̃ reperiunt i prõptu idonei vt nũc passim iueniunt:male actũ est:tã a cõmẽdatario cõmẽdã ꝓcurãte, q̃ cõmẽdãte.sicut i casu de pluralitate beneficioꝝ: cũ in idẽ redeãt.

¶Vndecimo arguit.Sortes vidẽs beneficia male administrata:habet vnũ quo est dignus & nõ maiore:capit tñ aliud nihil fructus illius sibi retinẽs:sed illos bene expẽdẽs i pios vsus:de bono vicario ꝓuidẽs,interdũ suũ gregẽ in ꝓpria inuisens:tã iste est pluralis supflue scdm prius dicta, & nõ peccat.igit.Respõdet.si ita sit vt argumẽtũ assumit,minus peccat q̃ si secus faceret:sed a peccato nõ est excusandus, qa scãdalizat alios, & eius putata bonitas alios ad sic faciẽdũ allicit. & quare nõ relinquit beneficiũ i manu illius probi vicarii qui esset magis sollicit⁹ de grege si cura in capite esset ei cõmissa? vel relinquat alteri tali beneficio digno quẽ iste beneficio indirecte priuat.quare est ambitiosus:& sub honestatis velamine mẽtit iniquitas sibi.¶Duodecimo arguit si eleemosynarius excesserit in dãda eleemosyna Sorti:licet eleemosynarius peccet:nihilominus Sortes efficit dñs eleemosynę acceptę.ergo licet papa dispẽsando peccet,suscipiẽs dispẽsationẽ est securus i cõscientia.Et cõfirmat hęc ratio dupliciter.tum primo.aliqn ecclesia hominẽ falleret,nã pluralis putabat dispensationẽ papę sufficere corã deo.tũ secdo.sicut arguit Aug.ex verbo dñi.Numeri.xxx.de voto abstinẽtię p vxorẽ emisso.Q d si audiẽs vir tacuerit,& in alteram diẽ distulerit sentẽtiã:qcqd vouerat atq; ꝓmiserat reddet:quia statim vt audiuit tacuit. Si autẽ cõtradixerit postq̃ resciuit:portabit ipse iniqtatẽ eius.Ex quo quia lex dicit ad peccatũ viri p-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tinere:infert vxorē esse liberā a trāsgressione voti.& citat.xxxtiij.q.v.Manifestū.ergo similiter in ꝓposito. ¶Ad primū cōcedo,si Sortes sit vere pauper:qa sic est obiectū eleemosynę.si vero sit diues fingēs se esse pauperē,nō est itētio dñi eleemosynæ dādę dare ei eleemosynā: nec diues iste pōt tenere hāc eleemosynā. Is q capit scām latitudinē sufficientię, pauperi cōparat: q amplius diuiti. Ad primā cōfirmationē nego q ecclesia te fallit:sed tu & tui te fallunt. quēadmodū si putes papā posse sine causa relaxare votū, an ecclesia te fallit?sic in ꝓposito. Ad secūdā cōfirmationē respōdet Paludanus. dist.xxxviij.q.iiij.& bene.q nō est idē de irritatione & dispēsatione.irritatio em̄ non requirit cām: dispēsatio vero cām requirit. ¶Hactenus de beneficioꝝ pluralitate: quoꝝ aliqua est licita sed crebro nō expediēs. & in casu licito debet homo saltē debito congruitatis plura in vnū colligere,si notabiliter distēt. Si aūt sunt ꝓpinqua vt cura & p̄bēda:& illę collectę iudicio prudētū suę sufficiētię latitudinē nō transcēderit (si sit actiuū scandalū: iā ē extra latitudinē suę sufficiētię) pōt illa beneficia simul tenere cōcionādo in cura,cōfessiones & casus ancipites illic audiēdo: & horis cōperentibus pōt interesse officijs in loco p̄bēdę.hoc em̄ nō est illicitū: imo cōtingit q sic expediat: si nō possit habere commodius maiorē curā animarū cū ꝑuētibus sufficiētibus i vno loco. Aliqua est supflua/vt qñ homo plura ęquo tenet. Et aliqua patēter supflua: vt in pinguibus beneficijs : quoꝝ vnū vel vni⁹ portio viro rōnabiliter sufficeret. Aliqua magis ambigue supflua:& tūc tenere plura beneficia est min⁹ peccatū. nec refert siue habeat curā animarū in foro interiore vel exteriore: siue sint simplicia/siue animarū curę.Q uandocūq; aūt latitudo sufficiētię trāscēdit est peccatū:licet minus peccatū in beneficijs simplicib⁹ in q̄bus episcopus cōmunis dispēsat:qa in curis & dignitatib⁹ Romanus pōtifex dispēsationē sibi reseruauit:vt habetur ex.c. De multa.de p̄ben. vbi in fine dicit. Cū ratio postulauerit,p sedē apostolicā poterit dispēsari.ergo p locū a cōtrario sensu alius nō pōt dispēsare. Et prius de curis in textu mētionē facit. Sed hic est notādū q cōtingit dispensationē petentē crebro peccare vbi dispēsans nō peccat.nā cōtingit diuisum ab orbe Britānū habere literas cōmendatitias a rege vel ab aliis putatis p̄bis viris ad maximū pōtificē sup maxima idoneitate viri nobilis seu curialis q vixerit tā q̄ cęlo dign⁹ quibus in casu credendo,est pōtifici ignorātia inuincibilis:aliis grauiter peccātib⁹:nōnū q̄ vincibilis:certa aūt sciētia maximi pōtificis nō excusat virū in foro animę: quādo dispensatio est prętera rationē:quia est ei limes p̄fixus rationi nō cōtra-

ite.sed cōtra ius naturę est habere plura beneficia q̄ habens mereat in rēpublicā. modo papa nō ē supra ius naturę. De sic plurali circūfert illud vulgare beati Bernardi.Q ui nō vnus sed plures est in beneficiis:nō vn⁹ sed plures erit in supplicijs. Plurimoꝝ quoq; vtilitas vnius vtilitati vel volūtati ꝓferenda est.vii.q.i. Scias.& q̄ ad cōmune bonū p̄fixa sunt:ob priuatū cōmodū mutari nō debent.xxv.quęst.i.Q uę ad perpetuam.

¶Distinctionis Vigesimæquartæ Quęstio Decimaquarta.

Decimoquarto q̄rit. An potius dispensandū sit cū eruditis viris & nobilib⁹ in beneficioꝝ pluralitate,q̄ cū ineruditis & ignobilib⁹. Respōdetur p cōclusiones: quarū Prima est. potius dispensandum est cū eruditis viris q̄ cū ineruditis. Probat.sine eruditis viris orbis regi nō pōt:quia inter bonū & malū ambiguū p alios cōstare non pōt:imo necessariū est habere eruditos. alioqn si cęcus cęco ducatū p̄stet ambo in foueā cadunt. Matth.xv.& Sapientię.vi.scribit. Multitudo sapientū/sanitas orbis terrarū:& rex sapiēs populi stabilimentū est.Propterea Plato dicebat respublicas fore beatas,si sapiētes eas gubernarēt:vel qui eas gubernāt,sapiētię vacarent.Et Daniel in fine visionis ait.Q ui aūt docti fuerint fulgebūt quasi splendor firmamēti:& q ad iustitiā eruditi⁹ multos quasi stellę in ꝑpetuas ęternitates. Dani. xii. Et in prologo bibliaco Hieronymus . Sāctaquippe rusticitas solū sibi ꝓdest:& quātū ędificat ex vitę merito ecclesiā Christi: tātum nocet si destruētib⁹ nō resistat. Propterea etiā viris idoneis prmissum est septēnio operā literis nauare cū licētia episcopi,sic sc; vt ad subdiaconatū ꝓmoueātur. vt habet.i.c.Cū ex eo.de ele.lib. vi. Doctoꝝ nāq; scientia mūdus illuminat.de hęre.Cū ex iniūcto.Ex oibus istis format hæc ratio.pot⁹ dispēsandū est cū illo in quo est rōnabilis causa dispensandi, q̄ cū illo i quo nō est. sed sic est de eruditis respectu ineruditoꝝ.igit. Præmissę iā sunt ꝓbatę. Itē hoc accēdit ad literas reipublicę necessarias:& magnos facit subire labores . Nūq̄ em̄ segnē & tepidū/eruditū vidisti.quēadmodū nūq̄ cōsummatū virū quocūq; sudore,sine ingenio. Itē talis est vtilior reipublicę.sed in dispēsatione reip.vtilitas maxime attendenda est. ¶Scda cōclusio. Cū nobilib⁹ potius dispensandū est q̄ cū ignobilibus cęteris paribus. vt patet p.c. De multa.de p̄ben.Itē tales sunt vtiliores reipublicę: qa alios nobiles inertes,& etiā ignobiles ad virtutē

animā:& bona ecclesiæ melius ꝓtegūt.sed semp de idoneis loquor : ita vt separata nobilitate ad imaginationē,vndecūq; sit idone⁹. ¶Tertia cōclusio ꝓbabilis . potius dispēsandū est cū nobili ad plura, q̄ cū ignobili:etiāsi nō sequat vtilitas i tota republica:sed respectū habendo ad vtilitatē priuatā.Verbi causa:sint duo: Sortes sc; nobilis & Plato ignobilis:sint æqualiter vtiles in republica & oino pares iudicati/hoc dēpto q vn⁹ est nobilis:volo dicere adhuc habēdū esse aliquē respectū licet p.ssillū ad nobilitatē.Et intelligo de vulgari & æstimata nobilitate apud mūdū. Probat cōclusio.oblatis duob⁹ doctis æqualiter idoneis ad curā animarū:qa vn⁹ habet sciētias imptinētes curæ animarū, vtpote est mathematicus vel rhetor:ille est alteri ꝓferēd⁹. Forte dicis, illę artes sue sunt vtiles in republica.sed poriamus q illas non exerceat.sit physicus vel more Polycleti statuarius. Dicis adhuc cōsequētiā esse inualidā:qa suo sudore eas acq̄siuit: & bonorū naturaliū est indiciū.Secundo arguit.Eleemosyna potius est dāda nobili,& honestis viris si indigeāt, q̄ ignobili cęteris paribus,nā regū & principū filijs ꝓscriptis oēs cōmiserent.sed beneficia licet principaliter denē rōne vtilitatis publicę:partim tn̄ dant in tuitu p̄sonę . Sed hic dices.certo certius est eleemosynā potius eis esse dandā: & oibus cognitis verecūdis:qa prudēs iudicat eos pl⁹ egere: & qa turpe ducūt petere:debet eis vltro dari. secus est de istis alijs frōtē attritā habētib⁹. Tertio arguit. Nobilis in licētia theologię ignobili est p̄ferēd⁹: ergo etiā cū ipso potius est dispēsandū.tenet cōsequētia:qa vtrobiq; est honor:in vno ex pte loci:in alto ex pte officij. Añcedēs ꝓbo: qa cū bonis fortunę abūdet:& voluptates gratia studij cōtemnat:in difficultoribus nō succūbit:& ꝓuisionē poterat habere i sęculo:sed literarū & virtutis dulcedine allectus plus laudādus est q̄ pauper:qa p̄sumit q difficilius a mūdo & voluptatibus vincet:& syncerius literas amplectit.Pauper aūt studet vt tādē inopē ꝓtegat vitā: qa alia ratione ad maiora cōscēdere nequit.Nec habet tot occasiones labēdi,& distractiōes i studio quot opulētus nobilis. Forte dicis:pauper cū est alteri æqualis i literis & virtute/est vel ingeniosior vel laboriosior alio:& p eū nō stetit hęc nobilitas.& p bonū locū potius ꝓmouebit ad beneficium quo eget ꝓpter meliorē opinionē de se in populo. Aliter arguit sic.datis duobus æqualibus i theologia,& i oib⁹ paribus: hoc dēpto q vnus sup aliū habet notabilē excessum i mathematicis vel eloquētia: illis accidētarijs illustratus est in loco p̄ferēdus: ergo nobilis ignobili p̄ferri habet.q̄d restabat ꝓbādū. Forte negas antecedēs/& cōsequētiam. Antecedens,quia nō est licētia in mathematicis vel eloquentia:sed in theologia.nec hic est licētia nobilū. Secūdo negas cōsequentiā: quia illę scientiæ theologiā ornāt:& plurimū ei famulātur.Prouerbioꝝ.ix.Misit ancillas suas vt vocarent ad arcē, & ad mœnia ciuitatis . Secus est de nobilitate p quā homo nō pōt ornare nec ampliare sermonē in clero vel in populo, quemadmodū per artes. Respōdet:vt vides vix ꝓbaui cōclusionē sufficienter:nec scirē eā ꝑnūc aliter colorare.Q uo nō obstāte ꝓbabiliter respōdet p sequētes ꝓpositiones. ¶Prima est. Potius dispensandū est cum magno nobili q̄ ignobili cęteris paribus:etiā habēdo respectū ad vtilitatē priuatā. ¶Secūda ꝓpositio. Aliquis nobilis est idoneus p duob⁹ beneficijs:p q̄bus ignobilis et coęqualis in oibus, nobilitate dēpta, ē inidoneus. hęc sequit ex prio re.vt sint duo beneficia p q̄bus habēdis Sortes est inidoneus:sed si paulo amplius haberet i sciētijs,p illis esset idoneus:stat q nobilitas ist⁹ illū defectū sciētię suppleat. ¶Tertia ꝓpositio.Non est tn̄ multū pōderāda nobilitas, sic sc; vt ratiōe illius solius notabiliter plus habeat nobilis in beneficio q̄ alter ignobilis cui est par in alio quocūq; honore. ¶Q uarta ꝓpositio.cęteris paribus nobilitate dēpta indubitatus nobilis est ignobili p̄ferēdus in licētia.q̄d ostēdo:qa theologiā accidētarie nobilitas ornat:alios nobiles ignauos & deliros,& ignobiles ad sciētiarū admirationē & cultū alliciendo.dicēte Marone.v. Aeneidos. Gratior est pulchro venięs in corpore virtus. Sic in generoso nō solū lingua:sed corpus & eius consuetudo viuendi p̄dicat. ¶Q uinta ꝓpositio. Si ignobilis multū nobilē notabiliter i sciētijs excedat/est nobili p̄ferēdus.Probat:qa scientia plus valet q̄ nobilitas:ergo magna sciētia plus valet q̄ magna nobilitas. Itē hic est licentia i sciētijs:ergo habere scientias est gradui essentiale/ac p hoc plus pōderādū.q̄ aūt vnū alteri debeat æquiualere:prudentū est iudicū.Cū igit scientię sint de essentia curę pastoralis, nō debet eē dispensatio vt etiā multū nobilis notabilitet plura habeat q̄ ignobilis:quia nobilitas solū accidentarie ornat beneficiū:& hoc si possit & velit in ꝓpria ꝑsona hierarchicū ordinem seruate tpe & loco.alioquin est inidoneus.

¶Contra primā conclusionem arguit sic.In multa sapientia,multa indignatio: & qui addit scientiā,addit & laborē. Eccleſiastes.j. Itē Scientia inflat:charitas vero ędificat.j.ad Corinth.viij. Sed nihil q̄d est inflatiuū & erga alios indignatiuū est causa facilioris dispēsatiōis.igit. ¶Respōdet.In multa sapientia.&c.dicit glossa interlinearis.Q uāto qs magis sapiētiā assequit: eo magis vitijs subijci dedignat: & procul esse a

Universidad de Deusto
Biblioteca

virtutibus quas requirit.in fine additur. Sciētia nō habeť sine labore & anxietate.sed hoc nō probat eā esse malā. Secūdo dico q̄ in multa sapientia multa est indignatio p̄ accidēs.hoc est/crebro virtus est causa vitij per accidēs, ex imprudētia habētis:sed nūq̄ in vitiū inclinat. Facilenāq̄ videas eruditos viros si de se hūiliter nō sentiāt se inuicē cōtemnere. sicut primo Officiorū de Isocrate & Aristotele.M. Tullius recitat. Vterq̄ enī suo studio delectatus,alter alterū cōtēpsit. Sed si prudētia adiūcta fuerit:optime cōueniūt.& decorū est eos & cōsultantes & disputātes audire. Ad verbū Apostoli respondeť q̄ textus seīpm exponit:& glossa interlinearis. Sciētia inflat si sola est: charitas vero ędificat, id est multū vtilis est, & necessaria si charitati iūgať. Vnde de sciētia dico q̄ de se est bona qualitas & in multis pnecessaria:vt in prima cōclusione ostēdimus: sicut & prudētia & alii habitus veridici. sed malis est pestis,& in manu furiosi gladius. ¶ Sed de sciētiā acq̄rētibus hęc distinctio noteť. Aliqui sciētiā laborāt acq̄rere vt p̄cepta,,phibitiones,admonitiones,& cōsilia sciāt:& vt alios in his erudiāt. Scđi hāc acq̄rere satagūt,vt in se bene agāt cōformiter ad legē dei. Tertij laborāt esse docti & doctrinā acq̄rere:& de alio fine actualiter nō cogitant. Quarti vt lucrū habeāt vnde viuāt & deo famulētur:nō tñ ponētes finē vltimū in lucro,sed vltimo in dei gloriā & deū obtutū dirigūt. Oēs aūt isti actus sunt boni.& quāto relatio est actualior: tāto actus est melior. Alii vero sciētiā laborāt acquirere gratia ostētationis,scđm illud Persii. Scire tuū nihil est:nisi te scire hoc sciat alter. vel gratia lucri tāq̄ principalis finis.Et tale velle sciendi est malū tanq̄ actus elicitus: et ipsum scire malū tanq̄ actus imperatus.

¶ Cōtra secūdā cōclusionē arguiť sic.Nulli sunt nobiles:ergo cōclusio p̄supponit falsum.cōsequētia est nota. Et p̄bať antecedens supponendo tecū vnā p̄positionē, q̄ nullus est nobilis nisi cui⁹ vterq̄ parēs vel alter est nobilis. De nobilitate vulgari loquor.de illa enī loquunť oēs. Hac suppositione præmissa sic argumētor. Signato vno nobili vulgari,si oēs maiores eius erāt nobiles:& nō est p̄cessus in infinitū: Adam & Eua erāt nobiles:quoꝝ parētes p̄prie dicti nō erāt nobiles:cū nullos habuerint nisi deū creatē. Si dicas.oportet venire ad primū nobilem.ergo aliquis est nobilis cuius pater erat ignobilis contra suppositionē. Eodē mō argumētari possum q̄ signato vno nobili,totā sobolem nobiliū nō egredieť nobilitas:supponēdo q̄ cuiuslibet nobilis filij sint nobiles: de nobilibus semp vulgariter loquendo. Et cōfirmatur hęc ratio,p̄ respōsionem Vlyssis ad Aiacem Thelamonium.xiij. Metamorph.dicentis. Nā genus & proauos & q̄ nō fecimus ipsi:Vix ea nostra voco. ¶ Respōdetur.nobilis dicit̄ a nosco quasi noscibilis siue in malo siue in bono. De priore em̄ apud Ciceronē secūdo libro Officiorū legimus dicētē. Testis est Phalaris cuius est p̄ter cęteros nobilitas & crudelitas. De virtute nō opus est exempla afferre. Vel nobilis a notabilis (prout aliis placet) trahit originem p̄ syncopen:quia prę aliis notatur. brutis etiā & aliis rebus cōuenit.nam falcones & canes venaticos & leporarios celeres,& agros opimos nobiles dicimus. De primis duobus patet ex cōmuni vsu. De tertio apud Virgiliū dicentem. Est locus Italiæ medio sub montibus altis Nobilis. ¶ Secūdo notato:q̄ duplex est nobilitas. quædā est animę:& est virtus qua homo paret deo & rationi.& illa sola p̄prie est nobilitas. Et ediuerso vitiosi sunt ignobiles: vel scriptura attestante.i. Reg.ii.Qui cōtemnūt me,erūt ignobiles. Alia est nobilitas vulgaris q̄ nobilē dicim⁹ quia vulgus ita loquitur:licet non fuerit animo nobilis. Et sic is vocatur nobilis cuius progenitor vel ipsemet est factus nobilis, non curando qualiter hæc nobilitas originem traxerit. Frequentius tamen per opes hæc nobilitas deriuatur. vnde primo Rhetoric. dicit Aristoteles. Nobilitas est diuitię antiquatæ: siue furto,siue rapina hę diuitię emanauerint. sicut Assyriorum potentissimi imperatores a Nembroth robusto venatore per rapinam omnia surripiente emerserunt. ipse nāq̄ erat notabilis in malitia:sed adhuc vix nobilis vulgariter vocat⁹.posteriores aūt & quāto magis descendebatur citra ignobilitatē, nobiles vulgariter vocabātur. Signāter (citra ignobilitatē) quia certo certius est q̄ aliqui sunt pastores & agricolę qui a regib⁹ prodiere. Alii pugnacitate:alii corporis pulchritudine nobilitatem nacti sunt. vt Porphyrius de Priamo ingt. Species Priami digna est imperio. Et Saul qui ab humero sursum aliis supeminebat. Alii splendore vitutis nobiles facti sunt:& vna p̄s sobolis descendētis seu nepotū eadē nobilitate vsa est: quomō fuit in Dauide secundo Hebræorū rege:de posteritates ad regnū accepto: & eius posteritate:cū quo de vera nobilitate animę Ezechias & Iosias eius nepotes certare digni sunt.aliq̄ vero eius nepotes mali fuerunt : & tñ vulgariter oēs nobiles vocati sunt . Quo mō aūt istius nobilitas antiqua,vel illius emanauerit,incertū est.sed talē pudere debet improbe agere. Et si aliqua maiorū gesta laude digna fuerint:eū ad virtutē accēdere debent.vt frequēter est in re,dicēte Ouidio de Neoptolemo. Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris. Et Sallustius in prologo Iugurthę sic

inquit.Nam sępe audiui ego. Q.Maximū &.P. Scipionē cuitatis nostrę p̄claros viros solitos ita dicere:cū imagines maiorū intuerētur:vehemētissime sibi animū ad virtutē accēdi.Et Bapti sta in primo libro Alphonsi. Adde q̄ auditę laudes & clara parētū Facta mouēt animos:genero saq̄ corda nepotū Sollicitāt:& calcar habēt: abigūtq̄ veternū.Et Virgilius Aeneā Ascaniū filiū ad virtutē animātē exēplo suo & Hectoris auūculi introducit.xij. Aeneidos dicens. Disce puer virtutē ex me:verūq̄ laborē : Fortunā ex alijs: nūc te mea dextera bello Defensum dabit:& magna inter p̄mia ducet. Tu facito mox cū matura adoleuerit ętas,Sis memor:& te animo repetētē exēpla tuoꝝ.Et pater Aeneas & auunculus excitet Hector. Immo instinctu naturali ex bonis parētib⁹ p̄bi descēdūt filij: vt primi Politicoꝝ.iij. dicit Aristo. Putāt em̄ vt ex hoibus hominē,ex bestijs bestiā: sic ex bonis bonū generari. scđm illud.Q ui viret in folijs,venit ab radicibus humor.Et patrū i natos abeūt i semine mores. Ad hoc est ratio naturalis.nā inclinationes naturales parētū filij sequunť in corpore,& ex cōsequēti in aia:sicut influētię cęlestis:nō sic tñ qn ex libertate arbitrij possint i cōtrariū. Nō aliā ob rē p̄ legē cōmunē geniti ex coitu fornicario ad sacerdotiū nō admittunť:qa p̄sumiť q̄ more parētū castita tē nō seruabūt.ergo facilius est nato ex p̄bis parētibus bene agere q̄ ex improbis orto. Summa quoq̄ vi ad p̄bitatē in adolescētia debēt parētes suos liberos instigare/& sic eos in vera nobilitate anteibūt. ¶ Ex his patet suppositiōes admissas esse negādas.& qa plixe materiā argumēti tetigimus:& forma est facilis:nō respōdeo. Sed colligēdo dicta patet q̄ sola virtus aię hominē nobilitat.Et alia nobilitas accidētaria modici est mometi, vito ab externo quouis p̄ueniēs. Præterea oportet dare aliquē primū nobilē in vna familia & vnū vltimū in alia sicut in illa.vt in inuectiua cōtra Sallustium. M. Tullius dicit . Quod in te desinit, in me incipiet. Ptolemæus nanq̄ filius Lagi ex milite gregario rex factus est Aegypti ab eo vero iā descēdētes,sine regno forte mēdici Vltertius pt; q̄ glorioſius est virtute clarū esse q̄ uis ex ignobili patre q̄s p̄creatus fuerit, q̄ vitijs sordescere:& ex quocūq̄ rege natū eē. scđm illā Iuuenal' satyra Octaua.Malo pater tibi sit Thersites:dūmō tu sis Aeacidę fil'is:Vulcaniaq̄ arma capessas;Q; te Thersitę similē p̄ducat Achilles. Et licet ista nobilitas vulgaris nō possit ab ignoto deφhēdi,siue p̄ opationes nobilib⁹ & ignobilibus cōmunes:siue p̄ corp⁹ in vita:vel post mortem:q̄q̄ cauillādo dicebat Diogenes Alexādro Philippi:inter ossa mortuoꝝ se velle capita regū ab alijs segregare:tñ modus loquēdi nobiliū est

Distinctionis Vigesimæquartæ Questio Decimaquinta.



Decimoquinto q̄riť. An melius faciat beneficiatus suū beneficiū resignans alicui probo:seruata pensione p̄ vita si indigeat : an relinquendo beneficiū vacare per mortē:sic scilicet vt collator possit conferre cui velit.Et vtrinq̄ argumētabor. Primo ad partē affirmatiuā sic . Quilibet debet niti ad extollendā gloriā dei omnibus modis licitis.sed Sortes beneficiatus videt Platonē ab oībus cognitū multū idoneū, beneficium nō habentē:vel si vllum habeat cōtētus est illud deserere: vt habeat istud beneficium maius maioritate curę:siue sit maioritas prouentuū,siue nō quia hoc est accidentale:dūmodo prouētus sufficiāt hūc alere:& videt collatorem plerūq̄ inidoneis cōferentē.ergo licite potest propinquo collatore relicto,huic probo suū beneficiū cōferre. Forte dicis.magna est idoneitas ex parte obiecti illius in quē beneficium transit:sed modus faciēdi nō est licitus.& sic ex parte causę formalis est defectus:quia priuat collatorem immediatū iure suo beneficij conferendi . Contra hoc arguitur. Non est de iure naturę vel diuino q̄ hic episcopus vel hic abbas vel p̄latus alius,omnia beneficia suę iurisdictionis cōferat: quia oppositum cum animæ salute est in quotidiana practica . si ergo est lex humana: interpretationem rationabilem, & ex consequente exceptionem patitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secūdo.hoc fit cū superiore mediato:& eius facultate q̄ multis casibus cōfert beneficiū qđ est in collatiōe imediata.vtpote si qs sit in curia vel iuxta eā & multis alijs modis. Secūdo arguit ad idē.licitū est viro subtrahere a furioso gladiū, p quē verisimiliter scīpm cędet,sed relinquēdo ei collationē beneficij/verisimile est q̄ inidoneo cōferet:qa hoc ex p̄teritis dep̄hēdit.igit. Pręterea videmus lōgas lites cū magnis ip̄ēlis antę q̄ elect⁹ beneficiū obtineat:& interdū caret pastore ecclesia septē vel octo annis.resignādo aūt illud non cōtingit. igit. ¶Ad ptē negatiuā arguit sic.iste ordinarīj iure suo defraudat: & si callidus fuerit viā alijs aperit in diminutionē potestatis ordinarij. Secūdo arguit ad idē.licet male in p̄terito egerit ordinarius,in futurū bene aget:ergo iste resignans beneficiū impedit ordinarium ab opere bono,ei debito.

¶Respondet̄ p tres conclusiones: quarū Prima est. Vbi collator est malus & p̄miscue inidoneis beneficia cōfert:iste de quo loquimur laudabiliter facit,beneficiū cōferēs idoneo. Hāc cōclusionē mihi suadēt rationes ad p̄tē affirmatiuā adductę. Itē multi timorati viri beneficia resignāt q de resignatione nūq̄ pœnitēt:sed a p bis laudant.ergo nō solū est licitū sed & laude dignū:quēadmodū Valeri⁹ neglectis alijs, intronizauit Augustinū,& probe egit. ¶Scđa cōclusio. Potest beneficiatus beneficiū resignare vbi collator est bonus: hoc est bon⁹ collator & bon⁹ homo:qa si est bonus collator,est bonus homo saltē quadā multū apparēte bonitate:licet īterdū labat.Probatur ista cōclusio.Q uādo quis videt duo media licita ad aliqd faciēdū:p̄ hoc vel illud acceptare.sed hic resignare parat⁹ videt duo media licita:vnū sc; resignādo beneficiū probo viro cū ordinarij vel superioris cōsensu:etiā quē iudicat forte magis idoneū q̄ sit ille cui cōferret bn̄ficiū. Aliud mediū est:q̄ iudicat collatorē beneficiū bene collaturū.ergo p̄ istud acceptare, & resignationē omittere. ¶Tertia cōclusio.Q uādo beneficiatus videt collatorē beneficij resignādi in ap̄hēsione esse probū virū:sic sc; q̄ verisimiliter dabit viro tā probo q̄ est ille cui ipse resignabit:honestius est nō resignare. Ratio est: ne alicui nimis videat affectus,& p̄sonarū acceptor putet,sua beneficia relinquēdo cōsanguineis, & improbis occasionē id faciēdi tribuat,nō iudicātibus cui & quomodo beneficiū resignauit.

¶Ad argumēta ad partē negatiuā adducta iam respōdeo:ad primū negādo q̄ resignās beneficiū in casu primę cōclusionis collatorē defraudet:vel de sua iurisdictione aliqd detrahat.nā cū iuste & licite agat: nulli facit iniuriā. & quotquot faciūt sicut iste cū illis cōditionibus appositis/laudabiliter agūt: & materiam peccati ab isto subtrahūt. Et licet peccaret volēdo dare vni inidoneo,si collationem liberā penes se haberet: hoc nihil est. nā cōtingit q̄ nō habeat tale velle. Scđo illud velle nō est tā malū q̄ voluntio efficax & categorica vni malo cōferendi. nō sic tñ quasi actus exterior aliqd malitię actui interiori superaddat. ¶Secūdū argumentū est nullū. nā debet iudicare ex plerisq̄ collationibus p̄teritis, sibi nō esse multū curę de deo:sed q̄ scīpm & suos magis diligat q̄ deū:cū honorē dei & eius p̄ceptum pessundet & cōculcet,suos honorādo.Et licet au diā ex eius cōfessione: vitę p̄teritę ipm pœnitere & deinceps intēdere iuste & digne cōferre: nō facile hoc dicēti fidem habebo: nec resignatio erit postponēda.quo nō obstāte in foro animę ē absoluēdus. ¶Tertio arguit cōtra eādē cōclusionē quia ex ea sequit̄ q̄ quis p̄t resignare beneficiū suo cōsanguineo p̄bo vbi collator est malus. cōsequēs est falsum:ergo & ancedēs.Ex dictis claret cōsequētia.falsitas cōsequētis nota est:qa alios scandalizabit.Si ern̄ sit vir probus,erit causa murmuris ī populo:q̄ sit carni nimis affectus:& viā erroris alijs sanguinē amātibus aperiet. Ad tertiū nego sequelā. vnde illud scandalū de quo est sermo ī argumēto , nō est Pharisęorū sed pusillor⁹ & datū.potius aūt debet alteri cōferre etiā eque idoneo.& q̄uis illi duo sint maxime idonei illic tñ sanguis obest de p accidēs ratione scādali qđ est causa p se de nō habēdo beneficio. Nō tñ nego quin p̄bissimo cōsanguineo possit mediocre beneficiū cōferre: vt materiā habeat exercēdę virtutis:& decēter viuat:& maiora cōferēdo ęque idoneis nullū prudentē scandalizabit. Sed bona ecclesię nō sunt dāda rōne sanguinis, quia nullū titulū beneficio habendo sanguis p̄stat.secus est de tēporalibus aliūde pueniētibus q̄ a beneficio quia illa proximo hęredi dāda sunt. q̄uis ern̄ sit malus:hęreditati suscipiędę ē maxime idoneus. crebro nāq̄ vnus est inidoneus i vna materia:& idoneus in alia:& minus idoneus circa vnū, magis circa aliud. ¶Hacten⁹ de resignatione beneficij qđ inidoneo resignari nō potest: sed maxime idoneo.& si scandalū rōne sanguinis vel alicuius impūnētis ad beneficiū habēdū ipediat:is nō est maxime idoneus.Nobis ern̄ & nostris sic puersę afficimur vt in multa flagitia dei offensiua eor⁹ causa p̄ūpamus.gratia sanguinis dico. Sed verbi Dauidici collator sit memor.Q uæ vtilitas in sanguine meo dū descendo in corruptionē?hoc est descēdo ad inferos vbi continuo torquebor, rōne inique datorum cōsanguineis:& forte sum etiā causa damnationis eor⁹,cōferēdo beneficiū ipsor⁹ humeris impar: qđ minime restituunt. Et

sed fit ubiq; recipa.

ex hoc facile est cognitu quomodo ordinē chariratis p̄uertā,eor⁹ corpora pl⁹ diligēdo q̄ animas immo vt eis placeā relinquo honorē dei.Crebro itē ob famulos simile facimus cōmittit: interdū etiā simoniace, vt distinctione sequēte videbit.nā domestici hoies inimici eius.hi tñ famuli & ipsi dētes,bñficior⁹ collatores efferūt q̄ se p̄miscue per fas & nefas ad beneficia p̄moueāt : asserētes virū de suis bene meritū.ipsi vero famulor⁹ salutis nō habēt curā:nec eos reuera diligūt: sed quēadmodū Scytha famulū ipinguat tēporarie vt eū tādē deuoret & comedat,vł ab alio comedat. Nō nego tñ qn famuli p̄ seruitio rōnabiliter sint p̄mīādi.quia scđm Apostolū.j.ad Timoth.v. qui suor⁹ & maxime domesticor⁹ curā nō habet est infidelis ac infideli deterior. hoc ē q̄ nō habet sollicitudinē tā in spiritualibus, vt non offendat deus:q̄ in tēporalibus:male & inique agit.

¶Distinctionis Vigesimęquartæ Questio Decimasexta.

Decimosexto circa hāc distinctionē,&.xiij.in beneficior⁹ materia q̄rit. An p̄latus ecclesię sit dñs prouētuū ecclesię datorū. Pro q̄stionis solutione scias ē hic tres modos dicēdi,solū verbis differētes. Vnus tenet q̄ deus est dñs bonor⁹ ecclesię. Ad hoc est cap.Q ui Christi.&.c. Q ui abstulerit.xij. quęst.iij. Secūdus modus tenet q̄ pauperes sunt dñi. xvj.q.j.c. Q m quicquid. Tertius mod⁹ tenet q̄ ecclesia est domina. xvj.q̄st.iij.cap. Inter memoratos.Hos modos verbis solū differre dicebā:quia eadē est sentētia.Nā ista bona Christo specialiter dātur & ministris eius ad ei seruiēdū: vt capiāt necessaria vitę scđm discretionem:reliquā partem dando pauperibus.

¶Hoc p̄notato pono cōclusiones duas.quarū prior est.Prelatus ecclesię nō est dñs prouētuū ecclesię,sed solum p̄curator.Bona ern̄ nō dant ecclesię intuitu p̄sonæ:sed seruitij deo exhibēdi. Ad hoc habet.c. Fraternitatem. de dona. vbi episcopo Parisiēsi Alexāder Tertius sic scribit. Fraternitatē tuā credimus nō latere:q̄ cū ep̄s & quilibet p̄latus,ecclesiasticarū rerū sit p̄curator & nō dominus.& q̄ sequūtur. Idem habet xij.q̄st.j.c. Expedit.xvj.q̄st.j. Q m quicqd.& de verbor⁹ significi.c. Causa.&.c. Cū ex eo.de elec. lib.vj.papa vocat bñficia patrimoniū crucifixi. Pręterea si p̄latus sit dñs fructuū ecclesię/ sequit̄ q̄ terras ecclesię p̄t dare consanguineis: vel ex fructibus collectis emere terras cōsanguineis,licet peccaret:quēadmodū prodigus.cōtequēs est falsum:vt patet.xij.q̄st.ii.c.Q uisquis. vbi dicit̄ q̄ irrita erit vēditio:& episcopo vel monasterio fiet restitutio:& p̄latus hoc faciēs abiciatur tā q̄ dispersit q̄ nō collegit. Istud etiā habet.x.q̄st. iij.c.Episcopus.Hoc tenet Alexā.Halēsis in tertia pte.q̄st.xxxvi.mēbro qnto.bea.Tho. secunda scđę. q.xliii.ar.viii.i materia de scādalo,i corpore q̄stionis.& Ricardus Middilton⁹. xlv.dist. iiii.ar.iii.q̄st.prima in solutiōe ad primū. & canonistę ex patrū auctoritatibus & ecclesię agminatim hoc sequunt̄. Vñ Arch.i.c.Statutū.§.Assessorē.lib.vi.de rescrip.dicit q̄ hereticū est dicere i iure q̄ ecclesiasticus acqrat sibi dominū verū fructuū p̄będę vel ecclesię. quē Dominic⁹ illic i sequit̄.& plixius i.c.Pręsenti.de offi.ordi.hoc p̄terea tenet Ioānes de Ligna.i cle.Gratię.de rescr. & Pan.in.c.Cū esses.& Hostiēsis in titulo de pœni.& remissi.tractatu de restitu.& pluries Panor. vt in.c.Cū scđm.de p̄bē.vbi post̄q̄ allegauit dominū Innocētiū in.c.Cū sup.de causa possess.& pprieta.tenētē Christū cē dominū fructuū ecclesię.& post varia allegata / corollarie infert,dicēs. hoc ē cōtra p̄latos reputātes se dños.Et doctissimus ille Innocētius Tertⁱ⁹ in p̄fato.c.Cū scđm. beneficia vocat i textu/patrimoniū Iesu Christi. ¶Scđa cōclusio affirmatiua.Christ⁹ habet dñiū in bonis ecclesię.q̄ sic p̄bat. Aliqs est dñs bonorū ecclesię,& nō p̄latus ex cōclusione p̄cedēti. vł ergo pauperes ecclesię,id ē ecclesiastici: vel Christus.& licet idē sit i re:iste tñ modus loquēdi est magis ꝓprius.nā a Romanis pōtificib⁹ et ex cōmuni vsu,bona ecclesię vocant̄ patrimoniū crucifixi.& de malo p̄lato dicim⁹,iste prodige bona crucifixi expēdit.quo loquēdi mō vtit̄ pōtifex de electiōe.c. Cū ex eo.libro.vi.vbi p̄mittit ep̄is dispēsare cū beneficiatis studētibus, p̄ septēnio, hac lege vt subdiaconatū infra annū habeāt,dicēs.Ne sicut a mł̄tis de Christi patrimonio subtractis olim factū ē dignoscit,a statu retrocedere valeāt clericali. ¶Ex qb⁹ patet q̄ Roman⁹ pōtifex nō est dñs beneficior⁹ ecclesię. Etiā frequenter est religiosus nō susceptiuus dñij rerū:& interdū frater minor: vt erat Sixtus Quartus. minores aūt dicūt se in arctissima paupertate cōstitutos. Possunt tñ p̄lati ecclesię dici dñi laxato vocabulo:vt quādo abbas bona ecclesię defendit more dñi.xvi.q̄st.i.c.Et tēporis.Q uādoq; defensores xvi.q.i.In canonibus.Interdū patres vocantur. lxviii.dist.Q uor⁹ vices.Et breuiter cū bene disponūt, loco dominor⁹ habent.quādo aūt male: loco p̄donū.& ad eos bona ecclesię cōseruare incūbit:sicut bona cœnobii abbas cōseruat:quor⁹ non est dñs.Q uo fit vt magis peccet bona ec-

Universidad de Deusto
Biblioteca

clesię auferens q̄ alia quęcūq; bona: & est sacrilegiū: quia bona illa sunt dei: & in vsus eius & suorum pauperum applicanda.

¶Contra ista arguitur sic. Omnia bona mūdi sunt Christi: ergo Christum esse dominū bonorū ecclesię nō arguit res ecclesię nō eē prelatorū. Respōdetur q; Christus habet dominiū generale in oēs res mūdi. nā Domini est terra & plenitudo eius: orbis terrarum &c. Psal. xxiij. hoc tñ dominiū cōpatitur condominū ꝑticulatē cuius translationē cōformiter ad leges hoim licitas de⁹ ordinat seu rectificat: etiā interdū cū trāslatione peccati, vt i prodigo & meretrice licet actū trāsferēdi reprobet: nisi sibi soli in casu dominū seruaret: cōdominū a cōdominio secludendo. vt fecit de bonis Aegyptiorū in Hebręos trāslatis ante q̄ mare rubrū ingressi sunt. sed debemus in aliis rebus possessis iudicare eū solū condominū independentē: nisi vbi cōstiterit de oppositō. In rebus aūt ecclesię est omnino dominus. sicut speciales dominū in terra ꝓmissionis reseruauit q̄ in aliis terris: quę etiā erant suę: quas possessores vltra annū iubileū vendere nō poterāt: quia ipse erat dñs: & isti coloni: vt Leuitici. xxv. scribitur.

¶Secūdo arguit. prelatus ecclesię dat Sorti dominiū. xx. scutorū quę sunt de prouētibus ecclesię. modo nemo dat qđ nō habet: ergo ipe habet dominiū prouentuū ecclesię. Respōdetur concedēdo maiorē. sic em̄ dat abbas laborāti in horto & p cōsequēs nō habet dominiū. xx. scutorum: nec pōt dominiū eoꝝ habere: cū sit inhabilis ꝓpter votum paupertatis emissum. in aliū tamen dominiū transfert: quia abbas est minister dei. & transferens secundum leges rationabiles, vsum in aliquē transfert: nōnūq; dñiū: qa hoc est in virtute superioris transferētis. Exēplū de eleemosynario regis qui annuā regis eleemosynā in pauperes transfert virtute regis sibi potestatē transferēdi concedentis. Aliqs ergo potest ministeraliter vel causaliter agere in aliud aliquo modo qđ nō est in eo: sicut sol in quo nihil caloris est aerem calefacit. sed nullus dat qđ non habet causaliter.

¶Tertio arguit. prelatus ecclesię dicit. iste equus est meus: hęc vestis est mea: posito q; res illæ ex ecclesię prouentibus acquisitę fuerint: & oēs iudicant eū vere dicere. igitur. Respōdetur. quia plerięq; prelati ituitu personę aliqua habēt & alia via q̄ de fructibus beneficij: tam res illæ sunt suæ: & earū habēt dominū: & quia nō abrenūciarūt mūdo: & dominij rerum sunt capaces: de omnibus rebus promiscue quas ex suo ministerio expendere hñt, dicūt eas eē suas, etiā si nullas alias res ꝓter fructus beneficij haberent. nomina em̄ significāt ad placitū. sed propter dictū illoꝝ nō infirmatur cōclusio. quēadmodū si religiosus dicoret. hæc vestis est mea: non propterea est eius.

¶Quarto arguit. de cleri. nō resi. ca. vnico, libro vj. dicitur q; recipiēs quotidianas distributiones qui nō interest officio & cęteris, non acquirit earū dominiū, nec facit eas suas. ergo a cōtrario sensu si interest horis, facit eas suas. ¶Respōdetur. facit eas suas quo ad dispensationē licitā. & similes auctoritates sic intelligendę sunt. Locus aūtē a cōtrario sensu nihil valet, quādo aliquod absonū cōtra rationē ad ipsum sequitur: vt patet sic arguendo. In regula beati Benedicti prohibetur comestio animaliū quadrupediū: non sequitur ꝓ locū a cōtrario sensu, q; animaliū bipediū comestionē admittat:: cū hoc foret omnino cōtra eius intentionē & rationē quā intendit. Cum igitur ꝓ batū sit aliūde bona ecclesię esse dei: & q; nullus ea cōferens intēdat prelato dare illoꝝ dominiū: nō oportet capere locum a cōtrario sensu: cū oppositū sit ostēsum verum aliunde. vt per legē naturę/diuinā/vel humanā. Ex isto patet q; prelatus ecclesię nō est vsufructuarius: quia fructuarius ex fructib⁹ collectis agros emit qui sui manebūt. sed nō est ita de ꝓlato ecclesię. nec est vsuarius: cū is nō possit fructꝰ alienare: nec eis vti vltra ꝓpriā necessitatē. ſ3 cū vsuario cōuenit i hoc q; necessaria suo statui solū capere potest. verū quia vsum & ius vtēdi alienis rebus salua earum substātia sine facultate alienādi habet: ꝓ hoc vsuarius ius fortius habet i fructib⁹ q̄ beneficiatus.

¶Quinto arguit. nō expedit ecclesię habere ista bona: ergo licet ea subtrahere ab ecclesia, contra vltimū corollariū illatū in scđa cōclusione: & per cōsequēs ꝑlatus ecclesię nō tenet ea defendere. añ cedēs patet: qa ista bona sunt causa quare ꝑlati peccēt i administratiōe: & prodige expēdētes nō restituāt: & sic sunt causę dānatiōis multoꝝ. mō licet gladiū de manu furiosi subtrahere ne se perimat. iste aūt abutēs his bonis est mentis inops.

¶Et confirmat hęc ratio. A multis recitat vocē auditā eē in aere dicētē. Venenū effusum est in ecclesia. tēpore quo Cōstātinus ecclesiā dotare inceperat. propterea dicūt eū in errores Arrij incidisse: & piā excusationē aliquoꝝ hoc eⁱ⁹ filio imputātiū & nō ei: per annales refellūt. Et Vrbanus Primus qui ante Syluestrum bona ecclesiasticis acquisiuit, a multis nō laudatur. ¶Ad quintum respōdet q; tā antecedēs est falsum q̄ cōsequentia mala. quēadmodū nō expedit ꝓdigo habere multa bona q̄bus abutatur: nō tñ debeo subtrahere illa ab eo. similiter q̄uis videā ꝑlatum meū his bonis abusurum: debeo ei reddere debitum ecclesiasticū. qđ patet in simili. si habeam cētum scuta alicuius prodigi in custodia: ipsa eo petente teneor ei dare. nam teneor potius eustare peccatum in me q̄ in quocunq; alio. Iste autem non est furiosus: quare analogia illa est nulla. Nō em̄ debeo tollere gladiū a pugnatorib⁹ per vias trāseuntibus: q̄uis verosimile sit q; interdū sint gladijs abusuri. Etiā dico antecedēs esse falsum. nā expedit laborantib⁹ in vinea dñi habere ꝓuent⁹ determinatos, & præmia deputata pro sui sustentatione: sine quibus in hac vita mortali viuere nequēt: quia spirituale sine tēporali seruari nō pōt Loculos nōq; habebat Christus a fidelib⁹ oblata cōseruans: & suoꝝ necessitatib⁹ & alijs indigentibus tribuebat. tunc primū ecclesiasticæ pecunię forma est instituta: & vt itelligeremus: qđ ꝑcepit non esse cogitādum de crastino: non ad hoc fuisse ꝑceptum, vt nihil pecuniæ seruet a sanctis: sed ne deo propter ista seruiat, & ꝓpter inopiæ timorem iustitia deseraſ. vt Augustinus dicit sup Ioannē. & citaſ. xij. q. j. c. Habebat. Q; aūt apostoli & ad eos venientes in. Iudæa omnia vendiderūt precium ponentes i cōmune: hoc erat propterea quia non erant permansuri in Iudæa: sed ad gentes ituri. vt dicit Melchiades papa. xij. q. j. c. Futuram. sic inquiēs. Futurā ecclesiam apostoli in gētibus præuidebant. idcirco prædia in Iudæa minime sunt adepti: sed ꝑcia tūmodo ad fouēdos egentes. Itaq; ecclesiam habere fructus perpetuos decet, ne in tēporalib⁹ deficiat: & ex consequēti in spiritualibus. nam si homines nō haberent prouisionē, minus i spiritualibus facerēt. ¶Ad cōfirmationē. nescio vnde originē illa historia duxerit. Scio Ioannem Parisiensem & aliquos sic recitare. Et in dialogo Guilielmus Ockam asserit aliquos dicere q; ꝓpter has opes in ecclesia, tumultuosa reddit Italia, q; raro illic a bello q̄escaſ: quēadmodum cum Abraham & Loth effecti sunt diuites viri sane optimi: famuli eorū nō poterāt simul cohabitare propter lites & iurgia. Genesis xiij. Et istud possum roborare: nā cum vnus pōtifex amico aliquas terras concedit: alter succedens/ illud subuertere nitens/ suo amico terras alio eiecto concedit. Ad hæc respondeo/ vndecūq; illud dictum cōmune habuerit originē: q; bñficia malis sunt venenū, & probis ad salutem cedunt. sicut saliua hois tenui non est homini venenū: & tñ serpenti est venenum. Et licet in ecclesia primitiua pauciora eēnt bona tēporalia & plura merita: bona tñ deo data/ & eius ministris, non sunt ab eis auferenda: qa non tenemur ad omne illud qđ est melⁱ⁹: sed sufficit seruare ꝑcepta. Q; aūt i primitiua ecclesia plura essent merita & pauciora bona tēporalia, nemo est qui non nouit. immo a mille & centum reuolutis annis dixit Hieronymus in prologo Malchi monachi, hæc verba quæ sequunt. Scribere em̄ dispositi: si tamen dñs vitam dederit: et si vituperatores mei saltem fugiētē & me clausum persequi desierint/ ab aduētu saluatoris ad nostrā ætatē vsq; id est ab apostolis vsq; ad hui⁹ tēporis fecem: quō & ꝓ quos Christi ecclesia nata sit: & adulta ꝓsecutionibus creuerit: martyrijs coronata sit: & postq̄ ad Christianos principes venerit: potentia quidem & diuitijs maior: sed virtutibus minor facta sit. Verū hæc alias. Q đ tangit de diuitijs ecclesiæ, potissimum in Italia dispersis, non concludit. tū q; plerūq; i Italia sūt bella extra terras ecclesiæ: ob paruas respublicas, libertatem desiderantes in populi incommodum. Tum secundo q; a tyrāno terras ecclesiæ occupante pōt ecclesia eas tollere. sed non expedit amico futuro magno concedere, & a fortiore, præsenti magno. Ex hoc nanq; vnus pontifex vrbes aliquas concedit vni, quas pōtifex succedēs recuperare studet: pro quo fit bellū circulariter & in abissum. hæ tñ vrbes (fateor) seminaria crebro præstant belli. Tū tertio. Si opes duorum regū vicinoꝝ inter eos sint causa belli, an oporteat ꝓpterea ab eis tollere suas? sane Constantinus religiose fecit ecclesiam dotando. siue em̄ in hæresim Arrianam inciderit siue non: non infirmantur dicta nostra: qa nego q; propterea i cidit. Cuilibet em̄ notum est post multa laudabilia opera hoiem labi posse i malum grande, & interdum finaliter in illo pseuerare. ¶Sexto arguitur quodam modo dirigēdo obiectionem cōtra has solutiōes oēs. imaginemur q; ecclesia nullam dotē habeat/ & adhuc sit dotanda. vel cape duas medietates ecclesiæ: quarum vna habet opes vt nunc habet: altera medietas nullas habet saltē hoc modo dispositas: sic scilicet q; eligeret plebanus in cura vir probus: & impensæ ei darētur pro se & famulo vel duobus/ si status exigeret: & q̄diu bene viueret, in cura maneret cum istipendijs annuis sibi datis. quēadmodum de lectoribus publicis in vtraq; Hesperia & Anglia cōtingit: & darent ei coadiutores cum pensione minori. pro episcopo autem maiores impēsæ darent. si vero male viuerēt, ab officijs remouerent. Hoc modo euitarent magna incommoda in ecclesiasticis/ scilicet simonia: tot lites & impensæ ꝓ bñficijs: tam prodiga ꝓfusio pecuniarū ecclesiasticarum in superflua clientum multitudine & vestiū sumptuositate: ista enormis bñficioꝝ pluralitas & cætera id genus. ¶Respōdeo. licet nonnihil coloris sit in argumēto: ipm tamen facile & multifariam eluitur. Nam primo. admisso q; ita futurum esset, dicta non infirmantur. nam lex aliqua non est facile mutanda nisi ferme intolerabilem contineat errorem. vt contra Hippodamum dicit philosophus. Secundo. Hæc bona data sunt deo & ecclesiasticis intuitu cultus diuini exhibendi: & amplius in vsus hūanos reuocari non pñt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sufficit cōferēti illa bona, dare ea amore dei: qc qd sit de ministror malitia. Tertio, mlu sūt bōi ecclesiastici plati. numtrū q i magna mltitudine cū bonis mali miscean: cū apostolor vn⁹ fuerit fil⁹ pditiōis: & vix dederis triticū sine lolio vl' zizania. Quarto, argumentū fere pari passu cōcluderet bona laicor non debere esse appropriata: cū ex appropriatiōe lites & iurgia quotidie sequant. Bene siqdē colligit argumētū aliq icōmoda q sequunt ad pulsionē ecclesiasticā nūc istitutā. sed illud nō sufficit. nā ad oppositū pl'a sequūtur. A quo em eligerent curati vel a qb⁹ cluentes in electione illa tēporaria lites etiam quotidianas & pro strepitu ecclesiasticor tota plebs q ē belua multor capitū: cōcitaret: & fingerēt ex iuidia de bono curato malū: & assidue tumultuarent: aliq pro eius defensione: alij p e⁹ electiōe. Itē pter rōnē est q etiā p grādi pctō hō emēdabilis a suo officio seu cura remoueat: hoim fragilitate pōderata. Preterea licet platus mlta habeat & bonis abutat p maiore pte: hæc bona tn in laicos iterato redūdant: & bonor fit reciprocatio: sicut maris ad flumina: & ecōuerso. Analogiā do. si qs obtutū figeret ad aliqua incōmoda q ex ordie admittēdor tū seu licentiādor i theologia pueniūt: ptinus diceret hūc modū baccalaureos ordinādi de medio tollēdū. sed vtilitate inspecta quō eor pmiatio calcar & stimulum dat sapientiæ studijs, & moribus, sine qb⁹ orbis regi nō pōt: pparuis incōmodis q ad oppositū sequūt, prudens iudicabit hūc morē rōnabilē: cū vtilior sit oppositio: & pl⁹ salutis reipu. afferat q pūi icōmodū ad oppositū afferat iacturæ. sic in pposito. ¶Ex his Valdensiū siue pauperū de Lugduno: Ioannis Wicleffi & Bohemorū error dicentiū ecclesiā nihil debere hre in p prio vel in cōmuni, facile elidit. Impossibile nāq est naturaliter deuotionē ecclesię & fidē conseruari & foueri sine prouentibus. Quis em daret liberis operam si non putaret se tandē posse consequi necessaria vitæ vt fructum sui studij p tēpore cōmunicet? qs staret toto die i tēplo nesci⁹ vbi prandere? nec pecuniā habens expēdēdam? quō Carthusiēses & boni religiosi aliter alerent? Nunqd ægyptij sacerdotes sustētabant ex horreis regum publicis? primo metaphysicę. & apd sacras literas id notū est. dicente dño Numeri. xviij. Filijs Leui dedi omnes decimas p ministerio quo seruiūt mihi i tabernaculo fœderis. &. ij. Paralip. xxxj. de Ezechia dr. Præcepit etiā pplo habitā tiū Hierusalē, vt daret partes sacerdotibus & leuitis: vt possent vacare legi dei. & glo. Iosue. xiij. Lex dei cōmissa est sacerdotib⁹ & leuitis vt huic soli operā tribuāt, & verbo dei absq; vlla sollicitudine vacent, laicor ministerijs sustētati. In lege aūt gratiæ Marci. xv. Ioannis. xij. &. xiii. cū glo. &. xij. quæst. i. in variis capitibus illud est lucidū Et cū tot sancti patres tam seculares q religiosi hæc bona studiose seruarint, nemo est nō dicam fidelis, sed scintillā rōnis hns: q de bonis ecclesię iuste possessis dubitare possit.

¶Distinctionis Vigesimęquartę Quæstio Decimaseptima.

Decimoseptio circa hanc distinctionē quæro: An prælatus ecclesiæ peccet pdige ecclesiæ bona cōsumēs: & ad pdige cōsumptorum teneatur restitutionem. ¶Pro solutiōe q̄stionis ponā aliquas cōclusiones, quarum Prima est. Beneficiatus pdige ecclesiæ bona expendēs grauius peccat q̄ secularis propria & similia bona dissipans. q̄ vterq; istor peccet, videre licet quarti Ethicor primo. aliqn pdigalitas non esset vtiū. q̄ plus peccet, patet: qa sacrilegium committit: vt patebit ex dicendis & potissimum ex. xxxvij. distinct. quia hæ materiæ magnam affinitatem habent. ¶Secunda cōclusio. Non licet beneficiato ditare consanguineos ex bonis ecclesiæ. Probatur auctoritate beati Augustini in sermone ad sacerdotes. xxxvij. inter sermones ad fratres in eremo dicentis. Quēadmodum sæculari potentia procurantes præbendas cum Gezi & Iuda damnati sunt. subiūgit. Diuites raro vel nunq̄ pauperibus sacerdotibus præbendas procurant: et si procurent non dei amore pcurant: sed vt cū vxore & familia de bonis ecclesiæ gaudere valeant. Et ideo sciat sacerdos q timore vel amore defraudari se a diuite pmittit: q̄ impunitus non remanebit: & si non i præsenti: saltem in futuro, igne æterno non carebit. Item Prosper. Pastor ecclesię his qbus sua sufficiunt non debet aliquid erogare: quādoqdē nihil aliud sit habentibus dare q̄ pdere. Nec illi q̄ sua possidentes dari sibi aliquid volunt: sine grādi peccato, vnde pauper victurus erat: accipiunt j. q. ij. Pastor. Et ex hac conclusione sequitur corollarie q̄ non licet clerico dare diuiti consanguineo vel non consanguineo aliquid de rebus ecclesiæ nisi habeat æquiualens ab illo. Probatur. quia si nō liceat pauperem ditare ex patrimonio crucifixi: a fortiori sequitur q̄ ex eisdem non liceat diuitem facere ditiorem. ¶Tertia cōclusio. Clericus res ecclesiæ expendens pro se & suo sta tu decenter, dummodo ecclesiæ inseruiat, nō male agit. nam qui altari seruit: de altari viuere debz

dēs p se & suo statu decenter dūmō ecclesiæ iseruiat, nō male agit. nā q altari seruit: de altari viuere debet. Et apl'us priæ ad Corinthios. ix. Quis militat suis stipēdiis vnq̄. Scdo arguit ad idē. Hæc bona bnficiatis relinquunt vt ex eis viuāt: cultui diuino vacando, orando pro fundatorib⁹ & vt deus sit ppitius populo. ¶Quarta cōclusio & præcipua est de restitutione pdige expēsorū. Et quia illa conclusio est magni momenti salutē aiæ concernens: punctim eā attingere conabor: lucide meā itētionē explicās. Sed nullo modo itē do loqui de bonis q̄ clericus habet ex parte patrimonij: quia licet peccet i cōsumptione illorū: nulli tenet ea restituere. Ratio est: quia sua sunt: quē admodū est de bonis laicorum. Idem aūt ē si qs talia bona acq̄siuerit suo marte: vtpote legendo vel aliam artē exercēdo: vel habuit ituitu psonæ suæ seruiendo dño: vel habuit pecuniam p missis celebrandis. Istud em nō ē habere beneficium In oībus his prodige expendēs non tenet ad restitutionem. Sermo est ergo de his rebus quas habet ratione beneficij, aut de episcopatu, vel de beneficio inferiori. ¶Et hic iuento duas positiones oppositas: quarū vna tenet q̄ pdige expendens licet peccet, ad nullam restitutionem tenet & hoc i bnficio qđ licite tenet. secus est in beneficijs quæ tenet pręter rōnē: puta non est dispensatus i foro animæ. Altera positio tenet q̄ homo tenet restituere omnia prodige expensa.

¶Contra vtrāq; istarum positionū argumentor. Primo contra primam. ipsa est cōtra rationē naturalē: & intentionē verisimilem fūdator: contra intentionem papæ: cōtra intentionem sanctorum: & cōtra cōmunem scholam doctorum. Hęc assumpta sic probo. contra omnem rationem est q̄ famulus pecuniam dñi sui copiose dissipans & pdige expēdens non teneat ad restitutionem. sed fructus beneficiorū sunt dei: vel dandi in pios vsus ex quæstione pcedente. igit. Confirmat hæc ratio. Eleemosynarius regis habens quotānis distribuēdos centies mille frācos in pios vsus cum hac cōditione: vt capiat de illis p suis laboribus: & sustentatione scdm iudicū & discretionē. ponamus q̄ vnus famulus ei sufficiat: & q̄. ccc. frāci eis sufficiāt. hoc supposito notum est si iste eleemosynarius totā hanc pecuniā dissipet, applicando vel dando diuitibus, ipsum teneri ad restitutionem. & idem est si tangat aliqd vltra trecentos frācos scienter vel ignorāter vici biliter. Sed sic est in beneficijs. igit &c. quia sic ē verosimile vt oppositum sit inopinabile. ¶Qz sit contra intentionem fundatorum probo. nam ecclesiam dorantes iudicabant esse expediens q̄ sacerdotes essent dediti & mācipati cultui diuino & ne essent solliciti circa temporalia: ordinarunt aliquos fructus ex qbus viuerēt: reliquā ptē cōferēdo i pios vsus. Viderūt etiā ab itto sacerdotes paucos & deuotos qui charitatiue circa oīes se habebant: quos reputabāt aptissimos p suscipiendis eleemosynis. & ppterea multa Augusti no & patrib⁹ cōmunicata sunt. iuxta illud vulgare Augustini. Qui vult filios exhæredare & pauperes instituere: alium sibi quærat q̄ Augustinū. Scit em qlibet prudens q̄ non conduceret bnficiato viro habere dominium fructuum magni beneficij. Quis insup q̄so est tam insensatus: q velit patrimoniū suū dispergere & sua bona diminuere in posteris pro impinguādis diuitibus? hoc est dare ministro dei plurima vltra sufficiētē sustētationē: sciens q̄ ad gloriā dei nō cedat/tot pauperib⁹ in egestate tabescentibus p̄termissis: ditare ecclesiasticū quo ad rerū oīmodā proprietatē. ¶Qz sit cōtra intētionē sanctorū: patet. nā dicit beatus Hieronymus. Aliena rapere conuincitur q vltra necessaria sibi retinere probat. xlij. dist. §. Ordinād⁹. & idē vt habetur dist. xliij. c. j. Tibi (īqt) o sacerdos de altari viuere: nō luxuriari pmittit. Et idē beatus Hierony. xij. q. ij. c. Gloria. §. Amico/dicit. Amico rapere qppiam furtū est: ecclesiam fraudare, sacrilegiū est. Accepisse pauperib⁹ erogandum: & esurientibus plurimis illud reseruare: vel cautum vel timidū est: aut qđ apertissimi sceleris est/exinde aliqd subtrahere, omnium p̄donū crudelitatē superat. Et beat⁹ Bernardus tractans verba Apostoli. i. ad Timotheū vi. Habentes alimenta & quib⁹ tegamur/his cōtenti simus. definit q̄ qcqd vltra sustentationē necessariam retinetur: rapina est, immo sacrilegium quod vero rapina est & sacrilegium: grauius est furto & restituendum. Idē habet ex concilio Carthaginēsi quarto. vt recitatur. xiiij. q̄stiōe. i. c. Episcopus. vbi dicitur. Canonici non possident sua quia res deo oblatæ non sunt alicuius: vtunt em rebus ecclesiæ non vt suis: sed tanq̄ ad dispēsandum sibi creditis. ¶Qz sit cōtra cōmunem scholam doctorum: patet ex Alexādro Halensi i tertia parte: & quæstione præcedente allegauimus. Ad hoc etiam introduximus Ricardum Middltonum: cuius verba iam pono. Quo ad fructum ecclesiæ clerici solum vsum habent non proprietatem. & ergo solo victu contenti esse debent, pēsato statu & dignitate psonæ: totū vero residuū loco & tēpore est pauperib⁹ erogandum. Et beatus Thomas secunda scdæ quęst. xliij. art. viij. q̄rens, an temporalia sint dimittenda propter scādalū: in corpore quæstionis sic respondet. Circa temporalia bona distinguēdum est. aut em sunt nostra: aut sunt nobis ad conseruandum p aliis commissa: sicut bona ecclesiæ committuntur p-

Universidad de Deusto
Biblioteca

latis: & bona cõia q̃buscũq; reipu. rectoribus. & talium cõseruatio sicut & depositorũ iminet his q̃bus sunt cõmissa ex necessitate: & ideo nõ sunt propter scandalũ dimittẽda. Hic manifeste dicit prælatos non esse dños bonorũ ecclesiæ: sed solum custodes vel ꝓcuratores eoꝝ ad ea distribuẽda in pios vsus. & ad hoc dat bonas ꝓsuasiones seu manuductiones de rectoribus vrbiũ vel cõitatũ bona reipu. cõseruantib⁹: q̃ salariũ hñt ꝓ laboribus. Post oppositũ aũt i illa quæstiõe itrodu cit beatũ Thomã Cãtuarien̄sem q̃ repetiuit res ecclesiarũ cum scãdalo regis Anglo⁹: licet q̃stio inter regẽ & sanctũ Thomã Cãtuarien̄sem nõ eẽt de bonis fortunæ: sed de iurisdictiõe regis in ecclesiasticos certabat. quo nõ obstante habet mẽs doctoris sancti. & hoc addicti eius scholę passim sequuti sunt: vt Petr⁹ Paludanus in hac dist. quę stione. iij. & Archiepiscopus Florẽtin⁹ i tertia pte ti. xv. dicit sic. Cleric⁹ nõ habet fructũ ecclesię sa uore sui: sed ꝓ bono ecclesię & pauperũ facti sũt administratores & tutores/q̃ sunt q̃ si dñi: sed nõ q̃ pupillũ spoliant. & ideo sicut illi, victũ sibi & vestitũ pñt retinere: & bñ meritis dare: sed si male expendãt: tenent restituere: sic & isti. Hoc idẽ tenet Henric⁹ Gãdensis. viij. q̃dlib. q̃stione. xxv. & si summistarũ testimoniũ accipere libeat: hoc tenet Angelus, & Baptista in verbo cleric⁹. & mꝫ ti alij. His rõnibus & auctoritatibus motus: priorem viam tanq̃ falsam & animarum deceptoriã relinquo.

¶ Contra secundam positionẽ tenẽtem q̃ clericus tenet restituere oia prodige expẽsa: sic argumentor. Eleemosynari⁹ regis laborãs in datione eleemosynæ: cuius labor annu⁹ valet ducẽta scuta: prodige exponẽs aliq̃d de istis: nõ tenet illud restituere. ꝓbat: q̃a acq̃rit verũ dñiũ in illa parte seu quota: licet rex nõ noiet illã quotam in particulari: sed eam relinquit discretioni eleemosynarij. ergo eodẽ modo canonicus seruiens in ecclesia i ministerio dei acq̃rit verũ dñium vel verum ius (nõ eñ refert, quo noie vocetur) ad certam quotam suis meritis & statui respondentem. ergo prodige exponẽs aliq̃d de illo, nõ tenet ad restitutionem. Et confirmat hæc ratio. Agricola expendens prodige quod lucratur ꝓ opere annuo/non tenetur ad restitutionem: eo q̃ ius habebat in illã pecuniã ratione laboris exhibiti: sed tale opus exhibet clericus i ministerio dei: ergo prodige expendens aliq̃d de illo nõ tenet ad restitutionẽ. Præterea arguit ad idẽ. Si eẽt vna massa cõflata ex ꝓuentib⁹ totius ecclesiæ: & opa sortis clerici valeret trecentos frãcos, quos ministeret ecclesiæ ipsi conferret quotannis pro suis laboribus: sortes prodige expendens aliquid illius pecuniæ non teneret ad restitutionem. ꝓbat, q̃rẽdo cui teneret restituere. nõ capitti ecclesiæ: cum ꝓ tota illa pecunia laborauerit in vinea dñi, nec teneret dare paupibus, vel i alios pios vsus: q̃a nõ accipit illã pecuniã ꝓ talib⁹ ex hypothesi. sed sic est nunc æq̃pollenter in bñficioꝝ partitione, & i casu nro. Igit. Et confirmat hæc rõ. si essent duo clerici æqualiter vtiles in repu. sc3 sortes & plato æqualiter laborantes: & Romanus pontifex daret sorti quotannis trecentos francos pro suis laboribus in vinea dñi: sortes non teneret restituere aliq̃d de istis pecunijs ꝓdige expositis. ergo nec plato habens bñficiũ quotãnis p̃cise valens trecentos. Cõsequẽtia ẽ nota: q̃a idẽ est. & añs verisimillimũ. & ex cõsequẽte sic arguo. Si Cicero æqualiter vtilis vt alteruter istoꝝ, haberet sexcẽtos francos in vno beneficio, non teneret ad restitutionẽ trecẽtoꝝ francoꝝ ꝓdige expositoꝝ: q̃a illos caperet rõne sui laboris.

¶ Propter has rationes secundã opinionẽ relinquo: viam mediã elicitens: iuxta illud poetæ. Inter vtrũq; vola: medio tutissimus ibis. & vt clare loquar, cõclusiue dico q̃ habẽs in bñficio vel beneficijs fructus æquualentes suis meritis & vtilitati quam affert in repub. ecclesiastica qualitercunq; expendat illos fructus: non tenet ad restitutionem. & a fortiore, qui minus habet, non tenet ad restituendũ. ¶ Alia conclusio. Qui plus habet in beneficio vel beneficiis q̃ sint meriti beneficiati i politia ecclesiastica, tenet totum illud conferre in pios vsus. Ista pars põt ꝓbari ꝓ omnia quæ dicta sunt contra primam positionẽ Insup arguitur ad illud. Ponẽdus est aliquis certus limes in prouentibus beneficiorũ: vltra quos si sortes prodige expendat tenet ad restitutionẽ sed si non sufficiat limes assignatus: nullũ rationabiliter assignare potes. igit. cõsequẽtia tenet cũ minore. & maiorem probo: oppositũ ad impossibile deducendo: quia dato opposito maioris: infero hanc conclusionẽ: si q̃s haberet omnia bñficia Europæ per dispensationem iniustã in foro dei: & is prodigissime i ipios vsus omnia dissiparet: etiamsi haberet maximam hæreditatẽ, ad nullam restitutionem tenebitur. consequens non est audiendum: ergo nec antecedẽs. Non valet dicere: si quis habuerit varia beneficia: quorum vnũ sufficit suo statui, tenetur cæterorum fructus omnes prodige consumptos restituere: & non in vno illis omnibus ęquiualente cuius vna portio suo statui & meritis respõdet. cum illa æqualeãt. ¶ Recolligo autem aliquot opiniones seu vias diuersas. Prima imaginatio vel via esse potest: q̃ nullus habens dispensationem in foro exteriori illicitam tamẽ in foro dei/respectu vnius magni

vel plurũ tenet ꝓdige expẽsa in illis restituere. ¶ Secũda opinio. hõ tenet restituere prodige expẽsa in multis & variis bñficiis q̃ ꝓter rõnem tenet non autem omnia prodige expensa in vno beneficio, cuius tertia pars vel altera æquiualet meritis officia perficientis. Primum est magis irrationabile q̃ secundum. nam certo certius est q̃ is q̃ non facit officium beneficio respondens, nõ põt fructus beneficij capere: cũ beneficiũ detur ꝓpter officium: vt põtifex dicit in. c. fi. de resci. li. vj. & cõtigit q̃ pluralis i. c. & d. bñficijs, parũ in eis laborer: & ex consequẽte idẽtidẽ in a. & b. & secũdũ deuerbiũ cõe, in oñi aliq̃d & in toto nihil, in qualibet plurium ecclesiarum præstat aliq̃d officij tã q̃ gyrouagus & instabilis de loco ad locum progrediens, in toto nihil obsequij deo ꝓstans. In vno autem loco continuo residẽs multo magis proficit. sicut i simili ẽ de duabus hærbis, quarũ vna coalescit manens fixa in vno solo: alia variata augmẽtũ non suscipit. In vno vero loco residens, habens bñficium cuius vna portio æqualet meritis officij qđ exhibet, melio⁹ laborat. Et cũ nõ est actualis separatio supfluę partis a portiõe ei necessaria: pro illa via ẽ maior color. Sed vtrãq; istarũ viarũ cõfutaui, q̃ntuplici rõne: q̃ sit contra æq̃tatem naturalem: contra intentionẽ fundatoꝝ/cõtra opiniones sanctoꝝ & canonũ: & cõtra cõmunem scholam theologorum forma arguendi vtentium. ¶ Tertia via siue opinio in altero extremo existẽs, est q̃ beneficiatus tenet restituere quicq̃d est prodige expensum in fructibus beneficij. quã etiam tanq̃ iusto rigidiorẽ refellere conati sumus. nam i diẽ viuens ex missis ꝓdige expensum minime restituere tenet. sic beneficiatus de quota æquiualente meritis suis expendens ad restitutionẽ non est obnoxius. secus est si expendat aliquid vltra de fructibus beneficij.

¶ Sed ista probasse nõ sufficit: nisi obiectionibus occurentib⁹ satisfiat. obiectiones apparentiores in mediũ afferã friuolas ex industria prætereundo. Arguitur primo sic. Beneficiatus est dñs fructuũ mobiliũ beneficij vel bñficiorum suoꝝ. sed dñs ꝓdige sua expendens non tenetur prodige expẽsa restituere: licet peccet actũ prodigalitatis exercendo. igitur. consequentia tenet cum minore. maiorẽ ostẽdo p. c. vnicum. de clerico non residente. libro sexto. vbi põtifex dicit. Qui vero aliter de distributionibus ipsis q̃cq̃ receperit (exceptis illis quos infirmitas seu iusta & rationabilis corporalis necessitas aut euidẽs ecclesiæ vtilitas excusaret) rerum sic receptarũ dominium non acquirat: nec faciat eas suas: immo ad omnium restitutionem quæ contra huiusmodi nostram constitutionem receperit/teneat. Ex quo sequitur a contrario sensu q̃ qui intersunt &c. acquirunt earum dominium: quia argumẽtũ a contrario sensu est fortissimũ in iure. c. Cũ apostolica. de his. q. fi. a ꝑato si. consen. cap. huic argumento innitit glo. in. c. Præsenti. de offi. ordi. lib. vi. ¶ Respondetur negando maiorẽ. sicut ei argumentum a contrario sensu est sophisticum in forma logice loquendo: ita crebro viribus caret vulgariter loquendo & vt plures: vel iuridice loquendo. & dico nihil valere quando oppositũ eius est ostensum cõtra rationẽ siue per canones siue per leges: ius diuinũ: vel rõnẽ. modo ꝓ canones & rationẽ ostendim⁹ oppositũ. Multas aũt limitationes illi regulæ canonistę dare solent in. c. Significastis. de fo. cõpeten. in. c. Publicato. de elẽctio. de sen. excõi. c. A nobis. sed virtualiter solutionẽ in toto attigimus. Declaro dictũ exẽplariter. In regula beati Benedicti vetita est comestio quadrupediũ aialiũ: quis nisi insensat⁹ ꝓpterea inferret q̃ bipedium animalium comestionẽ vt pdicum & phasianorũ admitteret sanct⁹? ille patet ratio naturalis oppositum docet. Fateor tñ q̃ interdum vocãt dñi. vt dicit glo. xij. q. j. c. fi. vbi cõcludit dicens: tñ loco dñi habent prælati dũ bene ministrant: loco prædonis cũ male. ¶ Secundo arguit non curando siue dicantur dñi siue non: auctoritate beati Thomæ, q̃ in. secunda secundę q. clxxxv. art. vij. in corpore quæstionis dicit sic. Si distincta sint bona quæ debent in vsũ episcopi cedere ab his quæ sunt pauperib⁹ & ministris & cultui ecclesiæ eroganda: & si aliq̃d sibi retinuit episcopus de his quæ sunt pauperib⁹ erogãda: vel etiam in vsum ministrorum: aut in cultũ diuinum expetenda: non est dubium q̃ contra fidem dispensationis agit, & mortaliter peccat: & ad restitutionem tenetur. De his autem quæ sunt specialiter eius vsui deputata videtur esse eadem ratio quæ est de propriis bonis: vt scilicet propter immoderatum affectum & vsum peccet q̃dem si immoderata sibi retineat & aliis non subueniat/sicut requirit debitum charitatis. Si vero non sunt prædicta bona distincta: eorum distributio fidei eius committitur. & si quidem in modico deficiat vel superabundet: põt hoc fieri absq̃ bonę fidei detrimento: quia non potest homo in talibus põctualiter accipere illud qđ fieri oportet. Si vero sit multus excessus: nõ potest latere: vnde videtur bonæ fidei repugnare: & ideo non absq̃ peccato mortali. Ecce verba beati Thomę fideliter recitata ad longum: quia aliqui eum clypeum constituunt. Et in Quodlib. vi. arti. xij. respondẽdo ad tertiũ dicit: q̃ illud vulgare Hieronymi sup illo Esaiæ. xxx. Rapina pauperum in domo vestra est. q̃ bona clericorum sunt pau

Universidad de Deusto
Biblioteca

perum:procedit de ijs bonis quæ speciaľr deputata sunt vsibus pauperū:& ex cōsequenti ministroꝝ:vt bona hospitaliū & hmōi.sec⁹ ē de illis q̄ principaliter attributa sunt vsib⁹ ministrorū:vt p̄ bendæ ī q̄b⁹ non cōmittit defraudatio: sed solū abusus:& sic non obligantur ad restitutionē/sed ad pœnitētiā pagēdā. ¶Hęc sūt oia q̄ ex sancto Thoma proposito occurrebāt.ad quę dico duo. Primū est.si diceret oppositū dūmō auctoritate vel ratione id nō probaret:nō adhiberemus ei fidem plus q̄ de cōceptione diuæ virginis & multis alijs materiis. Secundo dico q̄ nullus stat formaliter p conclusione quā teneo q̄ ipse. Dicit enī ecclesiasticos non hīe dñiū in fructibus ecclesiæ vt supius ex eo introduximus ī materia scādali. & patet in quæst.allegata.clxxxv. sed loqtur de bonis vsui episcopi deputatis: q̄ ego voco regsita ad statū episcopi & ad eiꝰ merita i ecclesia p se & sua familia.& dico/si p̄dige illa expendat ipm non teneri ea restituere.oppositū ipse non dicit.imo hoc expresse vult vt patet solū grāmatice cōsideranti eius verba & sententiā:imo i bona cōse quētia ex dictis eiꝰ seqtur hoc q̄d dicimus. nam cōcedit bona ecclesiasticoꝝ nō esse beneficiati:se quit ergo q̄ tenetur restituere ptē illā q̄ nō dat p suo statu:qa in illa non hēt dñiū. & sic rndere potes ad dicta in q̄li.quia loqtur de p̄benda sufficiente statui viri.Ecce q̄d beatus Thomas ī hac materia intellexit: q̄ est totus p conclusione quā teneo:sed priorē solutionē dedi ꝓpter aliquos dyscolos q̄ simplices fortassis fallere conarent per verba sancti Thomæ & nō eius mētē. Volebā dicere.q̄uis opinaret oppositū,nihil ad nos.sed pfecto si cōtrariū teneret ī quodlib.illoꝝ q̄ ponit ī scda scdæ:sibi contradiceret. Mediocriter aūt intelligēs videt q̄ oia dicta eius q̄drant & tēdūt ad cōclusionē quā tenem⁹.& opinor q̄ oēs quos cōtra primā viā introduxi:hūc modū cū specificatione quā pono tenerēt. ¶Tertio arguit.Ioānes Gerson tenet oppositū ī regulis moralibus.c.de auaritia.vbi dicit. Si beneficiatus certa bona habeat ista ꝓ pauperib⁹:& illa cōsumat ad alios vsus:ipse ad restitutionem obligat.& seq̄t ad p̄positū. Sec⁹ ē si totū sit cōmissū fidei suæ:vbi & si peccet grauiter & sacrilege, q̄ñq; abutēdo bonis illis luxuriose:tñ restituere nō tenet. ¶Rndet quantū imaginor prima frōte/cācellari⁹ nō itelligēdo sanctū Tho.i quodli.existimauit ipm velle dicere/q̄ñ bona sunt cōmixta si fuerit ꝓdiga expēsio q̄ ad nullā restitutionē hō tenet.nō q̄ cancellarius oino stetit in deliberatione sancti Thomæ:sed motiua aliūde habebat. Cæterū dico cācellariū hoc dictū reuocasse.nā ī tractatu de tēperantia ꝑlatoꝝ dicit se nō audere definire an ꝑlat⁹ prodige expēsa teneat restituere.sed subiūgit. Tene certū & relinque incertū. Hoc aūt est honeste apud doctos reuocare dictū ante emissum.Miratus sum sæpe de fundamēto cui cancellarius innixus est,de cōmixtiōe & separatione bonoꝝ vt in eleemosynario. vere tā ratio q̄ exemplū facto tē iugulat.nā si rex daret sorti eleemosynario cētū scuta p laborib⁹ suis:& vt eroget decem milia scutoꝝ paupib⁹:& idē rex sil'i eleemosynario daret sil'em pecuniā puta cētū supra decies mille:dicens: Accipe tibi necessaria: reliquū paupib⁹ elargire.q̄s q̄so diceret scdm eleemosynariū ꝓdige i ipios vsus totū expēdētē,nō restrigi ad restitutionē plus q̄ primū? Idē cōtigit de abbate.bona enī esse indistincta nō arguit liber⁹ dñiū q̄ antea. vt pt; itelligēti. ¶Quarto arguit p.c.Peruenit.de fideiuss.vbi mādat de fructib⁹ bñficioꝝ satisfieri creditorib⁹ q̄b⁹ etāt cletici obligati. Rndet.illa debita fuerūt cōtracta noīe ecclesiæ,vel debita legitime cōtracta q̄ solui p̄nt de bonis ecclesiæ:non solū p ministris,verū etiā alijs egētib⁹ q̄ pecuniā amiserūt ministris ecclesiæ dādā. modo clericus mercatorib⁹ Bononiēsib⁹ fideiussit pro se & suis clericis:& illis nō soluētib⁹ coact⁹ ē soluere mercatorib⁹. Aequū enī ē i lumine naturali q̄.c. &.f. restituant etiā de fructibus ecclesiæ. Nō valet q̄d alii q̄ dicunt:q̄ hoc erat ex bonis clericorū & nō de bonis bñficij.tū qa hoc ē cōtra textū.tū q̄.c.&.f. erant Angli.mō i Anglia & Scotia priogenitus est hæres in toto:q̄ raro iitiaī sacris. ¶Quito.doctores viuētes q̄bus nō ē minor habēda fides q̄ mortuis,asserunt hui⁹ cōtratiū. Rndet.aliq viuētes dicerēt vnū & aliq aliud:sed nō credo q̄ viri deū timētes ꝓfunde materiā iuestigātes tenebūt oppositū:cōsiderata mea specificatione & determinatione:sed dicturos & facturos opinor:vt dico,morīedo.si aliter iudicēt:ego nō opinor cū eis vellem verbo vel scripto mihi oppositū ostenderēt. Scio quēdā venerabilē doctorē viuētē i suo quarto facere hanc rōnē. Paup eleemosynā capiens/i delicijs viuēs nō tenet ad restitutionē:ergo nec beneficiat⁹. Dico q̄ in hac rōne nulla est vis. nam vere pauper acq̄rit dominium pecuniæ sibi datę in eleemosyna:& per consequens non tenetur illam restituere etiamsi prodige eā dissipauerit.secus est in fructibus beneficij non respondentibus meritis & statui. si autem fingat se pauperem & sit diues,tenetur pecuniam dare paupi. nam illa ē intentio præsumpta dantis q̄ dñs nō abdicat a se dominium simpliciter:sed quatenus accrescat pauperi. vt si proiicerem centum denarios inter pauperes, & inter illos sit diues:acquisitū tenetur restituere. ¶Sexto arguitur.per viā quam teneo cōfunditur prælatorum vita & modus viuendi:qa nescitur quantum p̄nt expendere p statu suo,& quātū tenēt restituere.s3 si possent oia q̄ habent ī bñficio expēdere:eorū vita nō cōfunderet.ergo prima via est melior ea quā teneo. Rndet argumētū refellendo.nā primo,similis difficultas pōt fieri de abbatibus & priorib⁹ religionū,& principū eleemosynarijs pecuniā habentibus distribuēdā secūdū suā discretionē. Secūdo,argumētū nō est minus contra aduersarios nam oēs vno ore concedunt q̄ beneficiatus fructus beneficii prodige expendēs p̄termissis patribus peccat:quo admisso quærit ab aliis quā tū possit a.ꝑlatus vel b.expēdere quotannis cū sana conscientia. Oportet enī hoc intelligat p se vel prudentes:quo intellecto datur sufficiens responsio. ¶Hactenus de restitutione ꝓdige expēsorum q̄ homo tenet restituere si expendat vltra p̄miū laboꝝ suorū. Et fortasse viri quos citauimus tenerent illud strictius q̄ ego teneam:sed nō ausim dānare eū qui insequtur sententiā quā teneo quia opinor hoc sufficere ad salutem cū sale ponēdo,de statu viri. Addo q̄ theologoꝝ mortuorum neminē iueni q̄ diceret categorice ꝑlatos ecclesiæ non obligatos restituere prodige expensa nam sanctus Thomas est huius sententiæ quā sequor.alij aūt sunt huius opinionis, vel multo rigidiores:sed articulatim non distinxerunt. Cancellarius Gerson fluctuabat q̄d diceret. sic Gabriel.quæst.vij.in.xv.dist.huius:licet partē ęqorem & sanctis conformiorem putauerit sententiā Alexandri Halensis & sequentium. Remundus Hostiensis,Ioannes Andreas,Panor.& Bernardus cōmētator cōmunis,apprime eruditus:viri oēs pcelebres dextras theologis dederūt. modo hac theorica vtor ego:q̄ i materia ancipiti cōscientiæ pl⁹ credā doctorib⁹ mortuis bonę cōsciētię q̄ viuis:nisi viuorum rōnes, mortuoꝝ exuperēt Pręterea nūq̄ tot dicti viri ī vnū cōuenissent nisi fuisset apparētissime verū.nā fundamētū habebāt ex sanctoꝝ scriptis & pōtificū determinationibus.& vt opinor viuentiū paucissimi bonę fame tenebūt a nobis diuersū. ¶Oib⁹ his p̄suppositis postremo sic argumētor.Qui exponit se piculo cōfundēti pcti nō restituēdo ꝓdige expēsa peccat.sed sic est in ꝓposito. q̄ sit piculū cōfundens & obruens,p3 ex scda q̄stiōe prologi. Forte dicis.istud concludit contra me, viam mediā cōtra cōem opinionē doctoꝝ tenētē. Rndeo q̄ñ q̄stio sic esset pticulatim ꝓposita vt iā ꝓpositum⁹:oēs doctores vel saltē maior ps (nisi fallor) cōuenissent ī hāc sententiā quā insequor. Sūt enī rōnes multū apparētes ꝓ ea:& sanctus Thomas saltē istā tenet. Oēs quoq; i alio extremo sistētes cōcederēt istud sufficere.ergo istud ē rōnabile. S3 quia sermones vniuersales parum prosunt ī via morum:minutatim adhuc paululum prosequar materiam de statu viri.

¶Distinctionis Vigesimæquartæ

Questio Decimaoctaua.

Decimooctauo igit quæro quō cognoscat status & sufficientia viri.nam si hoc nō deꝑhēdat:nescit hō quātum possit sana cōscientia expendere:& q̄ñ tenebit restituere ꝓdige expensū: q̄ñ vero nō. ¶Respondet.licet episcoporū œconomi,& viri q̄ versati sunt circa res emēdas/possint fortassis melius q̄ ego iudicare in hac materia: Dicere tamen aliqd sup hoc/non indignum duxi scdm ingenioli mei paruitatē:ab episcopis exordiendo: nō loquendo de ditissimo episcopo:nec paupertimo: sed de mediocri:quia difformitas ad vniformitatem reducēda est,& p illā mensuranda.sicq; ditissimus vel paupertimus obtutū figere pōt circa illa quæ dictmus de mediocri: & secundum hoc se moderari.Non loquar de portione pecuniaria quia illa est variabilis non modo in variis locis, sed etiam in eodem loco successu temporis.nam capus q̄ venit duob⁹ denarijs Scoticis:hoc ē paruo albo ī diœcesi Rossensi,Parisijs vel Edinburgi vendit sex paruis albis.Preciū enī variat ī eisdem locis vt quilibet nouit. In primis de famulis nutriēdis, opinor q̄ duodecim vel q̄tuordecim famuli episcopo sufficiunt:et si pauciores essent, præstaret:quia certe gloria ecclesiæ non pēdet ex multitudine clientum:& si episcopus in suo loco resideat,vt plurimum debet:opus est pauciorib⁹ impensis in equis:& fortasse in numero equorū. Tunc dico q̄ sufficit hos omnes alere tam in victu q̄ in vestitu:tam in sanitate q̄ in ægritudine sufficit inquam pro statu viri. Debet enim episcopus suos sufficiēter alere: nec eos deserere in ęgritudine. & tandem ratione obsequij præstiti debet eis mercedē cōdignam tribuere de patrimonio etiam crucifixi:quia ꝑ ipso laborarūt.& possunt famuli esse consanguinei prelati. In hoc enī non est scandalū:vt est dando beneficia consanguineis : cauendo tamen ne consanguinei dominos alliciant ad dissipanda bona ecclesiæ.

¶Status canonici/ in matore ecclesia diœcesis consistit in hoc q̄ potest vnum vel duos famulos cum equo (si opus sit) alere: similiter opulenti curati.reliquam vero partem fructuum beneficii ipsi tenentur cōferre pauperibus.Per pauperes intelligo pios vsus:vt dando reparationi ecclesiæ si egeat,pro extruēdis pōtib⁹: pro sustētā-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dis scholasticis in studio,studio inquã nõ legum aut fori contẽtiosi:sed conducente ad salutẽ aiæ pro dote virginum egentium/quatenus p̃seruẽtur a tentatione carnis,exemplo diui Nicolai: ꝓ defendendis rebus ecclesię in causa licita & honesta:ꝓ sustentandis ægrotis.& per consequens potest sibiipsi/vel suis dũ morbo laborant applicare de supfluo ꝓ modũ eleemosynæ:si forte pecunia applicata suo statui,sibi non sufficiat. Hospitalitas supuenientium religiosorum virorum,itidem pia causa est.Non loquor autem solũ de religiosis habitu.nã si episcopus foueat duos vel tres canonicos in mẽsa vel doctos viros,cum q bus cõsultat de rebus agendis: talis causa est pia in ædificationem totius gregis.& summatim qc qd prudens dictauerit honeste esse expendendũ voco causam illam piam. Committat aũt negocium & onus vno anno aliqbus deũ timentibus victus & vestitus administrandi: qbus ipse p̃sit & supintendat,rationem interdum audiendo,ne patrimonium crucifixi sibi commissum dissipet & in fine anni vel dimidij cognoscet quãtũ sufficiat ꝓ suo statu annuo sustinendo:modicam pecuniã tenendo ꝓ ægritudine q̃ forte supueniet. reliquam vero ptẽ tenet conferre pauperibus:capiendo pauperes:vt modo dixi.dare autem vnã quartam pro reparatione tẽpli est positiuũ humanum cõsuetudine abrogabile.sed dare pauperibꝰ nõ est solũ p̃ceptum humanum. Ex his patet q̃ licet vna dimidietas ꝓuentuum bñficij ei sufficiat ꝓ suo statu in vno anno:fortassis sequente anno integrũ beneficium solum sufficiet suo statui qđ patet,si ipse laboret chronica febre:& mlti domesticorum similiter:tunc em̃ opus est physicis & aromatarijs/& delicatioribus cibis. Forte dicis Status eius ꝓ hoc non augeꝫ:sed applicat suis & sibi plus solito ꝓ modũ eleemosynæ:& confert i pios vsus.nam cum ipe & sui familiares vtiliter deseruiant ecclesiæ:oportet vt ex fructibus ecclesiæ alantur. Dico eandem esse sententiam: & verbis solum a me discrepas. Det insup episcopus pecuniã famulis ꝓ obsequio:sed caueat a simonia tam in se q̃ in eis:vt nõ habeant beneficia rõne obsequii.cõpositos autem moribus & ꝓbos solum teneat famulos. ¶Inferiores vero beneficiati & solum mediocriter literati consulant viros deũ timentes & prudentes sibi cognitos:quã tum sufficiat ꝓ suo statu.& studeant oẽs declinare ad extremum illud:vt parũ expẽdãt: qa reuera illic non est extremum vitiosum quantũcũq; tenuiter se nutriant sine iactura corporis & aiæ: dummodo reliqua denẽ i pios vsus. Facile autẽ potest esse pctm̃ in supabundando:plus sciẽter expendendo q̃ oportet/vel ignoranter ex ignorantia vincibili:hoc est ignorãtia crassa vel affectata. Sed mente tenebis q̃ facile percipitur excessus in modico beneficio,vel in eo cuius opa est parum vtilis in republica:sed difficilius in superiore:& propterea latitudo ẽ mator.hoc sic declaro. Episcopus pro secum prandentibus emit capos & perdices,qđ fieri licite interdum põt: & expensio annua est multa: & famuli nunc obliui scuntur punctaliter expensum: nunc addũt i precio rerum emptarũ pintã vini vel quartam: quã consumpserunt licite eundo & redeundo de foro Nonne vides q̃ latitudinis iusti p̃cii error facilime dep̃hendit emendo atramẽtarium vel horas nostræ dñæ? Illic enim deceptio cognoscitur in tribus vel quatuor denariis:& tamen non deprehenditur error in emendo magno ædificio in cẽtum scutis.Breuiter quando prælatus expendit plus æquo:in rei veritate dummodo sit ignorantia inuincibilis semper bene expẽdit: qa ad bonitatẽ actus moralis vt sæpicule diximus, sufficit conformitas ad prudentiam actualem vel ad errorem inuincibilem.

¶Distinctionis Vigesimæquartæ Questio Decimanona.

Decimonono queritꝰ An prælatus ecclesiæ q nihil aliud hẽt nisi patrimonium crucifixi possit dotare sororem.vel si forte tenetatꝰ a Sathana genuerit filiam i sacris:vel ante sacerdotium in vero matrimonio:eidem prouidere possit. ¶Respondeꝫ p cõclusiões.quarum Prima est. Beneficiatus põt dotare pauperẽ alienã: hoc est non cõsanguineam. Probaꝫ.põt ei eleemosynam erogare quatenus a peccato carnis p̃seruetur.nã põt dare eleemosynam ꝓ vita corporali seruanda:ergo & pro vita spirituali.In hoc plurimũ commendaꝫ zelus bti Nicolai erga ꝓximum.tritissima est historia.nec refert q̃ dedit de ꝓprio patrimonio. ergo cum ẽ iuuencula cuius castitas exponitur piculo:q̃ si se mel frõtẽ p̃fricuerit:verosimile est q̃ ꝑmanebit in pctõ & qdẽ fœdissimo:nunqd est grãde meritum dare huic mediocrẽ dotem vt habeat virũ suæ conditioni parem? ¶Scđa conclusio.Clericus de quo est quæstio põt tantũ dare consanguineæ in dotem quantum externæ. Probaꝫ: quærẽdo ab aduersario quo iure sit postponẽda cõsanguinea externæ:& dicere non poterit. nam inhumanissimũ esset q̃ homo ꝓpriis consanguineis & conterraneis neglectis/alienis succurreret. Ad hoc est sententia illa Platonis:quã Marcus Tulliꝰ

primo Officiorũ cõmẽorat inquiẽs. Nõ solũ nobis nati sumus:sed ortus nr̃i partẽ patria vẽdicat: & amici. Hoc expresse habet beatꝰ Ambrosius in lib.de Officijs,& auctoritas ẽ canonizata.lxxxvj. distin.in.c.Nõ satis. Pręterea arguiꝫ ad idem.licet alere matrẽ vel sororẽ ex patrimonio crucifixi:ergo & sororẽ dotare.cõsequẽtia tenet:quia dotatio est fauorabilior. Itẽ si possum dare annuatim.x. scuta ꝓ alenda sorore:quare nõ possum dare ei semel.xxx.ꝓ dote?antecedens habeꝫ ex cõcilio Magũtinensi.de cohabi.cle. & mu.c.j.vbi sic dicitur. Inhibendum est vt nullus sacerdos fœminas de quibꝰ suspicio põt esse/retineat:sed neq; illas quas canones cõcedunt/matrẽ/amitã/& sororẽ:quia instigante diabolo & in illis scelus ꝑpetratũ reperiꝫ: aut etiã in pedissequis earũdem. Sed siqua de his necessitatẽ habuerit:presbyteri habeãt in vico aut in villa domũ longe a sua conuersatione:& ibi eis quę sunt necessaria subministrẽt.vbi glossa in verbo (subministrent.) Et sic patet q̃ clerici possunt sustẽtare cõsanguineos paupes:de qbus capitulũ hoc intelligiꝫ: qbus potius q̃ extraneis tenentur.

¶Tertia cõclusio. Stat clericũ sub pœna peccati esse deuinctũ dare dotẽ cõsanguineę q̃ nõ est obnoxius prębere dotẽ externę.ꝓbaꝫ sic.cõtingit q̃ mulier nolit esse religiosa:nõ em̃ tenet:nec reperiꝫ alia ratio ꝓ seruanda castitate mulieris q̃ ꝓ matrimoniũ: nec est aliquis alius volens ei succurrere. igiꝫ. Confirmaꝫ hęc ratio.si nullũ bñficiũ haberet teneret opem ferre filię vel sorori stãtibꝰ circũstantijs secũdum suas vires:imo teneret arctius viuere in ꝓpria persona/quatenus ei succurrat.ergo cũ portionẽ beneficij habet in pios vsus dandam:tenetur illam ei applicare: & cũ nõ occurrit externa in tanta necessitate:saltem ei nõ constat:nec indagare tenetur,vt de cõsanguinea.imo qđ amplius est,vbi extranea & cognata occurrunt:& est incõpossibile vtriq; succurrere:tenetur(vt opinor) sue ferre suppetias etiam ex patrimonio crucifixi: de proprio em̃ nõ est dubium. & istud iudico ꝓbabilius. ¶Quarta cõclusio.hoc nõ obstante ista dos data ẽ reuera eleemosyna: nec trãscẽdit latitudinẽ eleemosynę.an aũt dicaꝫ dos obiectũ eleemosynę effectꝰ eleemosynę: an eleemosyna/remitto ad illa q̃ dixi superiꝰ in sua materia in.xv.distin.hujꝰ. Probatio cõclusiõis. Si transcẽderet totã latitudinem eleemosynæ: hoc esset propterea quia est de pręcepto.sed hoc non obstat.igitur est eleemosyna.cõsequentia tenet a tota conditionali virtualiter cũ destructione cõsequentis ad destructionem antecedentis.probatur q̃ hoc nõ obstat:quia dare pauperi in extrema necessitate eleemosynã est de pręcepto:& tamẽ est eleemosyna. Secundo arguitur ad idem,& superius in sua materia allegauimus,per glossam interlinearẽ.Matthæi.vj.sup illud. Cum ergo facis eleemosynã.quę dicit,Eleemosyna est pars iustitię.

¶Cõtra secũdam & tertiã cõclusionem arguiꝫ p illud qđ scribiꝫ.j.q.iij.in.c.Peruenit. vbi Grego.vij.multũ reprehẽdit ep̃os dantes bona ecclesię laicis:his verbis.Vel qđ grauius est cõsanguineis. pono totum caput. Peruenit ad nos (inquit) fama siniſtra q̃ quidã episcoporũ nõ sacerdotibus ꝓpriæ diœcesis decimas atq; christianorũ oblationes cõferant:sed potius laicalibꝰ ꝑsonis/militũ videlicet siue seruitorũ: vel,qđ grauius est,consanguineis. Vnde si quis amodo episcopꝰ inuentus fuerit huius diuini pręcepti trãsgressor: inter maximos hęreticos & antichristos/nõ minimus habeatur:sicut Nicena synodus de simoniacis cẽsuit.& qui dat episcopus:& qui recipiunt ab eo laici:siue precio/siue beneficio: æterni incendij ignibus deputentur. ¶Respondetur. grauius est dare consanguineis/cõsiderata affectione cõmuni inordinata hominũ qui dant plus q̃ oporteat/& quidẽ diuitibꝰ.nã cęci sunt episcopi erga nepotes & cõsanguineos:& crebro dando/alios scãdalizãt. sed danda est hęc dos secrete vel per manũ tertiã ne alij scandalizentur. pondera verba textus/quę totum ex industria posui,vt videas q̃tum pontifex detestetur ditãtes laicos vel cõsanguineos.

¶Cõtra tertiã cõclusionẽ & probationẽ eiꝰ arguo:qa ex his sequiꝫ q̃ eleemosynatiꝰ regis teneret ex pecunia regis potiꝰ succurrere ꝓpriis cõsanguineis q̃ extraneo:qđ nõ videt dicẽdũ. cõsequẽtia ꝓbaꝫ:qa idẽ est quo ad administrationẽ vtriusq;.R̃ndet cõsequenter cõcedendo illatũ. nã de pecunia data ꝓ eius seruitio notũ est esse cõcedẽdum.etiã ꝓbabile est de alia portione quã tenetur dare in pios vsus: qa illic est p̃sumpta voluntas dñi:immo sufficit q̃ nõ constet de oppositа voluntate dñi.& quicq̃d sit de domino terreno deus qui est dominus bonorũ ecclesiæ,dedit nobis p̃ceptũ naturale vt succurramꝰ nostris: qa nemo carnẽ suã vnq̃ odio habuit.xiij.quęst.ij.Non existimemus. Et si dicas. eleemosynarius potius tenetur dare eleemosynã pauperi consanguineo domini sui q̃ ꝓprio: ergo clericus ex bonis ecclesię tenetur potius dare meliori iuuenculæ dotem q̃ propriæ filiæ: quia illa melior magis imitatur deum in bonitate/& est magis filia eius. Respondetur cõcedendo antecedens:sed negando consequentiam. vtraq; em̃ est filia dei. nam ipse pascit pullos coruorum & oẽs qui inuocant eum. Secũdo si illa est melior:melius continebit: & nõ est in tanto discrimine castitatis perdendę.modo maiori periculo citius occurrendum est.& si des vnam aliam instabiliorem filia sacerdotis,probando q̃ ergo potius ei erit danda dos,adhuc nõ habes ꝓ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

positum: cū dicamus esse ꝓceptum/ succurrere nris. sed potes tot circūstantias addere: vtpote q̄ filia sacerdotis nō sit in piculo castitatis ꝑdendæ: & externa sit in magno discrimine: vt fatendū sit dotem esse dandā externę. ¶ Sūmatim colligendo dicta, patet beneficiatū posse licite immo esse deuictū in casu dare dotē cōsanguineę vt habeat virū suę cōditioni parē: nō autē vt diteť: quia hoc esset deo data dicare Baal. quare si vir nobilis clericus habeat filias, nō habebit respectū ad nobilitatē domus suę dando dotē: q̄a hoc esset ditare filiā vel sororē ex bonis pauperū. Et patet alia via. cū mediocri viro ipsa adeo bene seruabit castitatē immo melius q̄ inter magnas opes cū opulento viro. & dos ecclesiæ dāda est solum in ꝓpios vsus quatenus ipa ꝓseruet a peccato. Insup cū mino re pace manebit mulier iuncta nobili & opulento viro q̄ inferiori: quia spernet eā successu tēporis. & si cōtingat ipsum cū ea habere lites: vocabulū (pater) obliuioni dabit: loco cuius supplemētum capiet p sacerdotē/ vocādo eā sacerdotis filiā vbi inferior tacuisset. Ꝓterea vir nobilis & opulent⁹ nollet filiā sacerdotis in sacris genitā ducere vxorem nisi augeať dos vltra statū mulieris legitime natę ex simili stirpe qua ipse: vt reddatur pecunia equiualens huic maculę mundanę q̄ ipsa sacerdotis filia appellať. volo dicere: fugibile est ducere filiam sacerdotis: sed dabilis est pecunia ita eligibilis, vt illa nota est fugibilis. quia nō capiet eā sine tali pecunia vel maiore q̄ quę sibi daret a filia cōsimiliter nobili & legitime nata. vir autē longe inferioris cōditionis multo minoris facit illam notam. ergo nō modo ditāda est filia sacerdotis danda nobili viro: sed excessiue ditanda contra canones omnes & equitatē naturalem. Ex dictis quodāmodo deduci potest: q̄ quis clericus teneat frequentius dotare consanguineā q̄ externā: tamen nō potest licite plus dare cōsanguineę q̄ externæ. Et hoc iterū sic suadetur. nō potest consanguineā ditare. sed q̄libet externa mulier nō diues ē paup: & omnis paup est obiectū eleemosynę in hoc qđ est posse ei eleemosynā dare. igitur.

¶ Distinctionis Vigesimequarte Quęstio Vigesima.

Vigesimo quæriť. An clericus possit de rebus suis testari. Hāc quę stionē formam²: q̄a ipa est necessaria ꝓ euacuatione eorū quę diximus in duabus quęstionibus proximis. statim em̄ no bis obiciet consuetudo prelatorū testamēta condentiū. Pro quęstionis solutione ponā cōclusiones sequētes. quarū Prima est. Beneficiatus potest testari de fructibus quos habet licite acquisitos nō ratiōe beneficij: & bona illa relinquere in testamēto cuicunq; voluerit. & intelligo nisi sit obligat⁹ ecclesię suę de prodige expensis vel aliunde. Probatur hęc cōclusio. Laicus potest de eiusmodi bonis testari: vel clericus non beneficiatus: ergo & beneficiatus. Antecedens est notum: & patet cōsequētia: quia illa bona nō sunt pertinētia ad ecclesiā: ergo idem est iudicū de illis ac si nō haberet beneficiū. Secūdo arguit ad idem Quilibet habens dominiū aliquarū rerum potest de illis testari. sed iste beneficiatus, illarū rerum habet dominū: ergo de illis rebus testari pōt. consequētia tenet cū minore: & maior patet: q̄a aliqs talis testari potest: & eadē est ratio in oibus: ergo illa vniuersalis q̄ē maior, est vera. Tertio pt̄ de testa. & vlti. volū. c. primo. & xij. q. v. c. Nulli. ¶ Secunda cōclusio. Beneficiatus de rebus ecclesiæ pōt testari/ fructus in ꝓpios vsus cōuertendo. Probatur. quocūq; tēpore vitę potest beneficiat⁹ facere elcemosynā de fructib⁹ beneficij: sed quādo testamētum condit/ est in vita. igitur. licet istud proprie nō sit testamentū: sed de nominib⁹ nō est certādum. Probatur etiā cōclusio. c. Ad hęc. de testa. vbi Alexander tertius sic inquit. Ad hęc ꝓsentib⁹ innotescat q̄ clerici de mobilibus quę per ecclesiā sunt adepti/ de iure testari nō possunt: vtuētes tamen & sui cōpotes moderate valent aliqua de bonis ipis nō ratione testamēti/ sed eleemosynæ intuitu erogare in egritudine cōstituti. Hoc potest immo tenetur largiri famulis ratione seruitij exhibiti de rebus ecclesię mobilibus. & hoc dicit expresse in capi. Relatum. ij. in. §. Licet. vbi sic inquit Alexander tertius. Licet autē mobilia ꝑ ecclesiā acquisita de iure in alios ꝑ morientis arbitrio transferri nō possint: consuetudinis nō est improbandæ, vt de his/ pauperibus/ religiosis locis/ & illis qui vtuenti seruierant: siue sint consanguinei/ siue alij: aliqua iuxta seruitij meritū conferātur. Ex hac cōclusione sequitur q̄ beneficiatus potest ratione paupertatis bona mobilia beneficij consanguineis in morte vel in egritudine impartire: hoc est quādo sunt pauperes. qđ probatur. illa bona potest impartire pauperibus: & nō tenetur magis illis q̄ istis: & consanguinei nō sunt deterioris cōditionis q̄ reliqui: ergo eis relinquere potest: occulte tamen ne alios scandalizet: dūmodo sit certus q̄ sunt vere pauperes. Si vero aliqui externi essent extreme pauperes: tam obligaretur/ suis posthabitis, illis succurrere. Ex his sequitur q̄ potest immo debet relinquere famulis pro seruitio: & his qui damnum passi sunt ratione ecclesię suæ/ debet illud damnū resarcire: cū alij nolunt ei remittere. ¶ Tertia con-

clusio consequens ad dicta in quęstione ꝓceden te est hęc. Clericus habens beneficiū vel duo: dūmodo valor fructuum nō excedat statum eius & vtilitatem quā in republica affert/ habens partem illi⁹ pecunię collectam penes se/ q̄a arcte vixit, potest de illa pecunia testari/ eam relinquēdo consanguineo etiā diuiti. Probatur sic. illius portionis effectualiter habet dominū: ergo illam pecuniam dare potest cui vult in vita: ergo eam relinquere potest cui vult in morte. Secundo arguitur ad idem. signo duos sacerdotes sortem & Platonem eque vtiliter laborantes in politia ecclesiastica: habentes præcise beneficia respondentia suis meritis. viuat sortes arcte quotānis colligēdo aliquid: in fine vitę habeat vnam determinatam quotam/ gratia exempli quingentos francos: nihil colligat plato. Arguitur sic. Plato nō peccat expendendo totam illam pecuniā. & labor sortis est ita vtilis in politia ecclesiastica, vt opera platonis: ergo iuste potest tantū expendere: restringendo autē suam vitam/ aliquam pecuniam seruabit de qua testari poterit. Non tamen sic facerem: nec viro id consulerem. nam potest nō esse securum: quia forte non sufficienter fecit inquisitionem de statu suo. quod tamē ego suppono in conclusione. sic tamen facientem stante suppositione nō auderem damnare: sed indicium est q̄ sit magis memor carnis & sanguinis q̄ Christi & orphanorū & tot pauperū egentiū qui vix habent holera cū pane furfureo ad saturitatē: & iste pinguem porcum instar Epicuri impinguat. ¶ Quarta conclusio. Beneficiatus nō potest de fructibus superfluis beneficij relinquere in testamēto diuitibus. Partem superfluā dico vt vides quę est supra totam latitudinem respondentem meritis beneficiati: quā dico in ꝓpios vsus expendendam. hoc suppposito probatur cōclusio sic. Nemo potest alienum inuito domino conferre. quod enim nostrum est/ sine facto nostro a nobis euelli non potest. vt in cap. Ab eo. de elec. libro. vj. Qui etiā dimittit debita dei sine causa: ꝓfecto deū offendit. vt dicit in. c. Si is q. xxtij. q. iiij. sed deus est dñs bonorū ecclesię ex precedētibus: ergo beneficiatus qui est horū bonorū solū procurator, non potest eorum dominiū in diuites transferre. Secundo probatur idem. beneficiatus non potest hęc bona tempore sanitatis transferre in diuitem sine seruitio & rationabili causa. sed beneficiatus non habet liberius vel maius dominium in morte q̄ in vita. igitur. Et probari potest conclusio ex varijs determinationibus pōtificum nam in. c. Cum in officijs. de testamē. ex concilio Lateranēsi. sic scribitur. Cum in officijs charitatis primo loco illis teneamur obnoxij a quibus beneficium nos cognoscimus recepisse: econtra quidā clerici cum ab ecclesijs suis multa beneficia percepe-

rint: bona per eas acquisita in alios transferre ꝓsumunt. Hoc igitur quia antiquis canonibus constat inhibitum: nos indēnitati ecclesiarū prouidere volentes: siue intestati decesserint: siue alijs conferre voluerint: penes ecclesias eadem bona ꝓcipimus remanere. Hoc idem habetur in. c. Relatum est. ij. vbi sic dicitur. Relatum est auribus nostris: q̄ quia statutmus in Latera. cōci. vt bona per ecclesiam acquisita: ad eam in clericorum obitu deuoluantur: dubitatis an hoc sit de immobilibus tm̄ vel de mobilibus sentiendum. & infra. Respondemus q̄ generaliter bona quælibet per ecclesiam acquisita eius debent iuxta Lateranense concilium post acquirentis obitum remanere. vbi gloss. in verbo (bona) arg. indefinite dictum generaliter accipiendum. xix. distin. Si romanorum. de priuileg. Quia circa. Et istud intelligitur: siue beneficij habeat administrationē: siue nō. vt patet per. c. Relatum. iam allegatum. & per. c. Cū in officijs. Dicētes autem oppositum nō sufficiēter/ vt opinor ponderant determinationes pontificum: & rationē de dominio beneficiorū. ¶ Nec papa potest clerico potestatem indulgere: vt de bonis intuitu eccliæ acquisitis possit libere testari vt dicit Panor. in. c. Cum clerici. de testa. & ad illud induco dictum Symmachi papæ quod habetur xij. q. ij. in. c. Non liceat. vbi sic dicitur. Non liceat papę ꝓdium ecclesiæ alienare aliquo modo pro aliqua necessitate. vbi glossa communis: quęrens quomodo Symmachus poterat legem dare successori suo: dicit. Sed certe licet sit solut⁹ legibus: tamen secundum leges viuere debet. ff. de leg. l. Princeps. hoc nihil valet. nam legi positiuę potest contraire. sed ratio est: quia ꝓter rationem est q̄ illud quod est datū deo, & in vtilitatem cōmunē pauperū/ detur alteri & potissimū diuiti. ¶ Secundo arguitur. Paulus primus eremita testatus est: tunicam relinquens Antonio, & collobiū Athanasio. vt scribitur. xix. quæstione. iij. capi. Perlatum. in. §. Econtra. Idem fecit Hilarion Isichio. Respondetur dupliciter. Primo eremita simplex puta nō religiosus potest habere proprium, & de illo testari. vt patet ex cap. allegato. quia non fecit votum paupertatis. Secundo dico q̄ isti heroici viri paucissima habebant. nam collobium Pauli erat ex foliis palmarū cōtextū. vix legata istorū pede leuare de terra: nisi ob sanctimoniam: quia artus sacros terrenorum angelorum tegebant. Et propterea magnus ille Athanasius, & Antonius illas magnas reliquias solum in die festo paschæ ferebant. Sed forte dices. Aristote. in politicis vocat istos solitarios bestiales. ergo vita eremitica nō est bona. Respondeo. dupliciter aliqui vitam solitariam degunt. vno modo quia ex malignitate naturæ nequeunt alijs conuiuere: & tales sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

bestiales. Alij quęrunt vitam solitariam ad reprimenda vitia vel ad fouendas cōtemplationes: & tales vocat heroicos. vij. Ethicorū: cōmunē vitā hominū in bonitate transcendentes: de quorum numero erant Paulus & Antonius: & innumera eremitarū caterua in Thebaide ægypti: & in scythia, & Mesopotamia Syrię: magnū reuera decus & gloria nascentis ecclesiæ: quos laudabilissime Carthusienses hodierno die insequuntur. Et licet aliquos philosophos/ eremitas quodāmodo pro lege naturę græcia habuerit: vt Parmenidē/ Anaxagoram/ Diogenem & similes: quos primo poliri. Aristo. diuinos vocat: hos tamen si eremitis legis gratiæ contulisset: dixisset illud Maronianū. Si ad vitulam spectes nihil est q̄ pocula laudes. Sed eremitæ nostri tēporis sunt duplices. Quidā sunt inexplebilibus vocibus pro quęstu laborantes. qui laudandi nō sunt. Et propterea dicit glossa in. c. prefato. Qui vere sunt sicut locustę/ quæ nō habent regem. Aliqui & pauci propriis laboribus arctissime viuunt: q̄ sunt laude digni. ¶ Nūc de clericorū testamentis diximus in effectu, q̄ clericus potest testari testamēto ꝓprie dicto de patrimonio suo vel de peculio quasi castrensi: & summatim de omni bono/ qđ habent clerici, iuste acquisito extra fructus beneficij. hoc etiā est probabile de fructibus meritis inseruientis respondentibus & collectis: dūmodo homo hos restrinxit in se ipso/ minus expēdendo q̄ licite expendere poterat. sed si ita faciat: in fine dierum relinquendo diuitibus consanguineis: nō illuminarē ei cęreum post mortē. signum nāq; est boni viri/ deūq; timētis/ & bene sentientis in fide, iuste & pie expendere in morte bona sua si quæ habeat iuste acquisita. Hoc dico: quia necessariū est ante oia iniuste possessa restituere. tunc autē homo pie expendit quā do vere pauperibus consanguineis vel externis amore dei relinquit. Sed si quis magnos prouentus ecclesiæ habens penes se in morte, ita afficiat cōsanguineis: vocet ex ipsis pauperiores/ eis eleemosynam largiendo: & parum vel nihil relinquat diuitibus nisi vt fideliter dent pauperibus. In plerisq; autem locis mos est q̄ hęredes defuncti capiant prouentus beneficij vno anno: in aliquibus locis dimidio anno solum. & illud potest bene fieri. nam contingit q̄ hęredes soluant pro officio & exequijs defuncti: & beneficiatus nō reliquerit pecuniam sufficientem. contingit insup hęredes esse pauperes. nō est hic sermo de extrema paupertate: sed de paupertate vulgari. in aliquibus autem pauptas facile deprehendit: in aliquib⁹ difficulter. In quibusdā vero regionibus multo melius seruātur canones quo ad testamēta q̄ in alijs. Alicubi successor defuncti succedit in bonis mobilibus quę iterato relinquit successori in morte/ in episcopatibus & magnis beneficijs. At si aliquis prelatus pingue beneficiū habens vel plura q̄ valeat/ centies mille aureos nūmos relinquat in prompta pecunia vel vasis preciosis in morte: qui etiā nihil de suo statu restrinxit in vita: an notus opulentus possit hęc oia bona pro se tenere nō dando pauperibus: remitto ad romanorū pontificū canones: quos si in aliquibus regionibus cōsuetudine abrogatos dixeris: consulta cū doctis & probis viris illius regionis: an in eam rem cadat cōsuetudo. Et quia iam diximus q̄ beneficiatus possit patrimonium relinquere ꝓximis hęred⁹: illius gratia inquirā. An quis possit simul beneficiū accipere q̄ patrimoniū sufficiens habet de quo pōt viuere se cūdum suū statum. qa si patrimoniū sufficiat dū taxat ꝓ dimidietate sui status: & beneficiū ꝓ altera dimidietate: nō vertitur quęstio.

¶ Distinctionis Vigesimęquartę Quęstio Vigesimaprima.

Vigesimoprio igitur in hac distinctione quęrit. An habens patrimoniū sufficiens ad se alendum possit beneficiū capere: & de fructu illius deseruiendo viuere. ¶ Respondeō cōmuniter ad quęstionē affirmatiue. Probat. habens pecuniā cumulatā artificio vel dono acquisitā/ potest beneficiū capere: & de fructib⁹ illius viuere: retinēdo pecuniā in tota vita: & eā dando in testamentū in morte: ergo idem potest patrimoniū habēs. Hoc potest etiā probari ex determinationib⁹ pontificū in quęstione prędecente recitatis de testamēto condendo. modo illæ determinationes presupponūt hominē posse licite tenere beneficiū & patrimoniū simul. Preterea arguitur ad idem. patrimoniū habēs pōt tantū in ecclesia laborare tam in cura q̄ extra curā/ quantū patrimoniū nō habens: ergo debet ei tantū præmiū tēporale quātū nō habenti patrimoniū. cōsequentia ꝓbat. Nā. j. ad Corinth. ix. dicit Apostol⁹ Qui altario deseruit, t, cū altario participāt. modo iste equale seruitiū applicat altari/ seruitio alterius. ergo debet similiter de altari viuere.

¶ Sed contra hanc conclusionē cōmunē arguit ꝓ illud qđ Hieronym⁹ Damaso papę scribit: & dictū est canonizatū. xvj. q. j. c. finali. §. Clericos. versi. Qui autē bonis. vbi sic dī. Clericos autē illos cōuenit ecclesię stipēdijs sustentari/ quib⁹ parētū & amicorū nulla suffragant stipēdia. Qui autē bonis parētū & opib⁹ sustētari possunt: si qđ pauperū est accipiūt, sacrilegiū ꝓfecto incurrunt & cōmittūt: & ꝓ abusionē talium iudiciū sibi māducant & bibunt. Idē dicit. j. q. tj. Clericos. &. c. Pastor ecclesię. &. c. Sacerdos. ¶ Respondetur ab aliqbus q̄ illæ auctoritates sunt consilij. sed istud nō sufficit: vt per verba Hieronymi allegata iam patuit. Apparatus dicit q̄ dictum Hieronymi intelligitur de illis clericis qui ecclesiæ non seruiunt: sed illa glossa est Aurelianensis. vt patet per verba beati Hieronymi. Dico ipsum intelligere quādo sunt aliqui valde pauperes ita idonei, vt diuites qui habent sufficiens patrimoniū vnde viuāt. in tali autē casu nō intelligo cōclusionē/ conformiter ad mentē illius sancti patris. & hoc sic coloro. Beneficiū ob duo dādum est: primū & principale est, vt cultus dei rite impleatur. secūdo intuitu personę: & ad succurrēdum pauptati. modo duo concurrūt in isto paupere, ratiōe quorū ei debetur beneficium. quare collator huic diuiti beneficiū conferens/ q̄uis sit ęque idoneus vt alter patrimonio secluso/ peccat: quia dat minus idoneo: hoc est minus idoneo quo ad hoc. sicut mediocriter dives est magis idoneus ad theologicā bursam Nauarricā vel ad magisteriū theologię q̄ nihil habēs sęcularis nec sibi valēs ꝓuidere quis sint ęqualr do ecti. sic in ꝓposito. ¶ Sed quęro: an alter dives de quo nos loquimur in casu peccet beneficiū capiēdo/ in presentia alterius ꝓuisionē nō habentis. ad hoc enī tendunt verba Hierony. Si dicas q̄ sic: ergo idem erit iudiciū de habente magnā massam pecunię collectā: nisi sit ignorantia inuincibilis: vt pote si episcop⁹ nesciat de pecunia vnius. & opulentus magnā pecuniā habens in arca/ tenuitatem alterius nō nouit. Sed si quis habens patrimoniū sufficiens esset notabiliter magis idoneus q̄ pauper: ei cōferendū est beneficiū: qa potissimū in beneficio conferendo cōsideratur vtilitas cōmunis quę maior est in diuite in casu. Et ille dives nō tenetur beneficium relinquere: q̄uis idoneus pauper superueniat. secus est ab intito. Sed cōtra hoc arguitur. superius dictum est, q̄ minus idoneus beneficium accipiens in presentia magis idonei nō peccat: nec beneficiū collatum tenetur restituere: licet alter peccet conferendo. sed ille patrimonium habens alioquin idoneus/ est similiter idoneus: ergo nō peccat beneficiū tenendo, vel accipiendo. Si dicas: est inidone⁹ ob presentiā pauperis æque idonei: ergo peccat & beneficium accipiēdo/ & nō restituendo idoneo. ¶ Respondetur. si patrimonium sufficiat eū alere secundum suū statum: nō improbabiliter est idoneus & ad capiendum beneficium, & ad retinēdum. Si vero nō sufficiat: iam quodāmodo est pauper: & potest beneficium ad supplendum statum assumere. vel si excessus idoneitatis eius sit magis considerandus q̄ pauperis inopia: licet habeat sufficiens patrimoniū: omnino

est prędferendus. nam parum de magis principali est multo de minus principali prędferendum. quēadmodum excessiue pauper & parū doctus vel prudens/ nō est prędferendus diuiti idoneo. Sed cōtra. sint ambo Sortes & Plato ęque idonei: Plato pauper: Sortes habens patrimoniū suo statui sufficiens: si Sortes patrimoniū suum conferret proximo hęredi/ efficeretur tunc idoneus: & non tenet illud patrimoniū de rebus ecclesiæ: ergo ecclesiæ deseruiens & patrimoniū dans pauperib⁹: immo quod amplius est/ dans vero hęredi annue: vel in arca tenens, nō propterea efficitur inidoneus. Respondetur, licet argumentū vtcūq; suadeat: tamē ex dictis percipis consequentiam negandam. Ex quo sequitur q̄ aliquis est inidoneus qui se facere potest idoneum quando vult. ¶ Secunda conclusio. bene ageret iste q̄ habet patrimonium quo sustentari potest: si deo seruiret ex patrimonio viuendo: & multo plus mereret q̄ viuendo ex beneficio: quia plus deo gratis daret. quinetiā charitas eū ad succurrēdum fratri inopi mouere debet. & forte peccat tenens bīficiū in casu quo alter pauper est æque idoneus vt ipse: & non habens beneficium. Alexander autē Halensis in tertia parte. q. lv. tenet q̄ is de quo loquor potest tenere beneficium viuendo de fructibus illius: dūmodo patrimonium in pios vsus expendat & non alter. hoc etiam placet.

¶ Distinctionis Vigesimęquartę Quęstio Vigesimasecūda.

Vigesimosecundo circa hanc distinctionem quęritur. An peccent prelati ecclesię in multitudine clientum: vestium preciositate: & ciborum supfluitate. Respondetur per conclusiones. quarū prima est. In istis tribus plerūq; bīficiati peccant. ꝓbat. in his oibus latci excedendo peccāt. sed prælati ecclesiæ regula in his oibus debet esse arctior: seruato moderamine in bonis crucifixi, quorū est dispensator & non dominus/ expendendis. Vnde Apostolus primæ ad Timoth. vj. Habentes alimenta & quib⁹ tegamur: his cōtenti sim⁹, ac si diceret, bona mediocritate vestiū & ciborū cōtenti simus. & magis ad defectū q̄ ad supfluitatē hortat. & Hierony. Aliena rapere cōuincit q̄ vltra necessaria sibi retinere probatur. xlij. dist. c. j. Secūdo arguitur ad idem. Ecclesiasticos maxime decet esse castos. sed castitas cōseruat̄ pcitate cibi: & nō preciosis vestib⁹: & clientū indomitorū multitudine. Quo ad vestes testionū ē Christi: q̄ mollib⁹ inq̄

Universidad de Deusto
Biblioteca

vestiuntur,in domibus regum sunt. Matthæi.xj. Quo ad cibum Gratianus.xliij.dist.c.j.ex Hieronymo allegat dicēs.Ventris nāq; ingluuies ad luxuriā ꝓuocat facile:& omne opus bonum dissoluit. Vnde Hieronym⁹.Venter & genitalia sibimet ipsis vicina sunt:vt ex vicinitate mēbrorū cōfœderatio intelligatur vitiorū.hinc Nabuzardan princeps coquorū muros Hierusalem destruxisse legitur: quia venter cui multitudo coquorum deseruit,ędificia virtutum ad solum redigit. Sacerdos itaq; de altari viuere:nō luxuriari quęrat.vnde ait Hieronymus.Tibi o sacerdos de altari viuere:nō luxuriari permittitur. Sic Gratianus. Ad cōuiuia autē superflua restringenda sacerdotib⁹ & clericis ꝓcipitur: vt tēpore comestiōis diuinarū scripturarū lectio habeatur.Vnde.xliij.distin.ca.penultimo ex cōcilio Toletano sic scribitur. Pro reuerentia dei & sacerdotū id vniuersa cōstituit synodus vt quia solent crebro mensis ociosę fabulę interponi,in omni sacerdotali conuiuio lectio diuinarum scripturarū immisceat. Per hoc enī & animę ędificantur ad bonū:& fabulę nō necessarię prohibentur.Insuper arguitur ad idem.vel licet episcopo habere duas/tres/quatuor vestes/& sic ascendendo sine statu:vel nō.prior pars est nota falsa:ergo dabilis est status tam in vestium multitudine q̄ in ipsarum preciositate. Et eodē modo probare possum statum in ciborū multitudine & sumptuositate:& de numero clientum:& eorū pompositate. Insuper ꝓcipitur duas tunicas habēti/ vnam dare nō habenti.hoc est:vestium superfluitas prohibetur:quatenus indigentibus succurratur. & hoc cuilibet laico in aliquo euentu ꝓceptum est: & a fortiori habentibus patrimoniū crucifixi. Præterea arguitur ad idem.si liceret abundare in his enumeratis vel in domorū pulchritudine: hoc maxime esset ꝓpter gloriam cleri: & ex consequenti ad dei honorem.sed hoc nō:quia est vanus fastus & mundanus contra naturalem equitatem: & dissipatio bonorū pauperib⁹ Christi mēbris dandorū: in quorū ꝑsona dicit.Q d̄ vni istor⁹ dedistis,mihi dedistis:& hoc quo ad laicos. sed quo ad bona ecclesię dicit. Reddite cęsari quę cęsaris sunt: & deo quę dei sunt. Q⁹ nō sit in gloriam cleri. patet.xxj. q.ij.capi. Gloria. ex Hieronymo dicente. Gloria episcopi est pauperū opibus prouidere : ignominia sacerdotis ꝓprijs studere diuitijs. & post paulum.Multi ędificant parietes:& columnas ecclesię subtrahunt:marmora nitent:auro laquearia splendent: gemmis altare distinguitur: & ministrorum Christi nulla est electio.Neq; vero mihi aliqs opponat diues in iudæa templum/mēsam/lucernas/ thuribula/ patellas/scyphos/ mortariola/ & cætera ex auro fabricata.tunc hæc probabantur a domino quādo sacerdotes hostias immolabant:& sanguis pecudum erat remissio peccatorum.q̄q̄ hæc omnia ꝓcesserint in figuram. Scriptum est autē propter nos/in quos fines sæculorum deuenerūt. Nunc vero cū paupertatem domus suæ pauper dominus dedicauit: portemus crucem: & delicias lutum putemus.hęc ille. Amplius.meliores vitros vidēm⁹ ab hac multitudine/ & pompa tanq̄ a lue politiæ ecclesiasticę aufugere: ad aliud extremum declinantes. ergo signum est q̄ istud extremum apud sapiētes est indecorū.Vltimo ostenditur autoritate Gregorij in quadā homilia dicētis.Sunt nonnulli qui cultum subtilium preciosarumq; vestium non putant esse peccatum. quod tamen si culpa nō esset: nequaq̄ sermo dei tam vigilanter exprimeret q̄ diues qui torquebatur apud inferos/bysso & purpura indutus fuisset.Nemo quippe vestimenta præcipua, scilicet excedentia proprium statum,nisi ad inanem gloriam quærit. Et per eandem auctoritatem probare possum opipara prandia pnciosa:quia ille diues quotidie splendide epulabatur.

¶Ex hac cōclusiōe euidentiā habēt cōclusiones sequētes.quarum Prima est.grauiter peccant prelati ecclesię,vt ep̄i & abbates splēdidā mēsam more nobiliū & opulentorū laicorū fouētes.aliq etiā.xxx.aut.xl.equitib⁹ aut plurib⁹ quotidie stipantur.¶Secūda ꝓpositio. peccāt in hoc q̄ habēt iuuenes male institutos & indisciplinatos comitū & baronū filios i suo comitatu:vbi deberent habere sapiētes in lege dei cū aliquot paucis famulis cōpositis.¶Tertia ꝓpositio. adhuc grauius delinquit apud aliquos nō erubescentes dare magnū ꝓuentū ecclesiæ alicui potēti comiti:vt ipse dicatur famulus episcopi vel abbatis:& hoc tēpore pacis faciunt ad fastum & ad supbiā, dicētes talē magnū virū a se sustentari & stipendia annua ꝓ seruitio accipere.& quādo ille potens aduētat/recipitur cum.xl.vel.l.equitibus:etiā cum vxore & sua caterua.¶Quarta propositio. Turpiter indoctum vulgus delirat potissimum in vtroq; Britānorum regno:extollens prelatum vel alium opipare & splendide se,& suos pascentem non modo capis : sed etiam perdicibus & phasianis. Ecce mores Sardanapalinos hic laudatos: omni probro insectandos. Et si prouentus ecclesiæ in sanguinem & famulos expendat:adhuc a vulgo effertur dicente:hic prelatus gloriose suam domū ab imo erexit: & de suis famulis est optime meritus.& tñ sapienti cōstat q̄ ex deo dicatis ędificat altare Baal. Regulariter qcqd vulgus deprimit/ extollendū est:& cōtra.¶Secūda conclusio principalis.prelatus ecclesię debet quādam honestam mediocritatē in vestibus seruare. Probat̄ ꝓ Ambrosiū in primo de officijs.Decor corporis nō sit affectatus:sed naturaliter simplex/neglectus magis q̄ expeditus:nō pretiosis & albentibus abintus vestimentis sed cōmunibus: vt honestati vel necessitati nihil desit:nihil accedat nitoris. Et hoc secūdum consuetudinē proborū quibus conuiuitur:quę cū tēpore variatur.quēadmodū dicit Augustinus in tertio de doctrina christiana:q̄ talares & manicatas tunicas habere apud veteres Romanos flagitiū erat: nūc autē honesto loco natis eas nō habere/flagitiū est.Et cū exteriora interiora indicent,si incedat homo veste lutosa & abiecta indutus:negligēs & iprudens iudicat̄. vñ.vij.Ethi. philosophus dicit.Ad mollitiē ptinet q̄ aliqs trahat vestimentū p terrā,& nō laboret ipsum eleuare.ac si diceret:oportere laborē adhibere vt orīta sint rationi conformia.

¶Contra prędicta arguitur. Non est peccatū i vestiū defectu.nā ad Hebręos.xj.dī Circuierunt in melotis,in pellibus caprinis.Eodē modo si episcopus duos vel tres teneret famulos & quidē cōpositos:non diceret peccare. Similiter in cibo,si semp a carniū esu abstineret.si autē nō sit peccatū in vestiū defectu:nec erit in earū multitudine. & p consequēs nec est mediū/ mediocriter vestibus vtēdo:quia de ratione medij est inter extrema mediare.¶Respondetur negādo q̄ nō est peccatū in defectu: sed hoc erit solū nō apponendo vestes nō preseruatiuas corporis ab exterinis vt a calore vel frigore: quēadmodum aliqui sancti fecerunt. vt dicit glosa interlinearis super verbū(melotis)vt Helias.& alij viri mūdum relinquētes possunt tales vestes deferre:quales erant illi de quib⁹ loquit̄ Apl's illic dicēs.In solitudinib⁹ errātes:in montib⁹ & speluncis:in cauernis terræ. talibus ergo heroicis viris, vt Ioanni baptistæ & Helię sufficit corpus ab extrinseco vtcūq; ꝓtegere.in signū cuius aliqui monachi Cluniacēses pelles ꝓ supsore tunica deferūt.Et quia nō sunt in regione adeo calida,vt est iudæa quæ est in quarto climate sita : matori vestium multitudine egent. ¶Alia ꝓpositio. licet etiā viro curā animarū habenti vestes solum corporis ꝓtectiuas deferre:nihil enī est oppositū ꝓcipiens:nec auctoritas. Et ꝓbatur ratione.si essent obligati discedere ab isto rigore vestium:hoc esset quia cōuersantur cū hominibus:sed cū regibus & principib⁹ cōuersabat Helias Thesbites:vt ex libris regū notū est. Preterea aliqui fratres minores ad magnas animarū curas vocati sunt:qui vestes abiectas tēpore prelationis deferre debent.ergo secularib⁹ illud est licitum: quia qd̄ quis seruat ex voto: alius potest illud sine voto seruare. Item aliquis potest vouere deferre vestes omnino detritas: q si postea vocetur cū Aaron ad animarū curā regendam:potest

vestes attritas deferre. ¶Tertia ꝓpositio. potest tamē quis laudabiliter deferre vestes cū quadam mediocritate iuxta consuetudinē hominū probo rum cū quibus vtuit: & q̄to quis est famatior in vita:tanto viliores deferre debet vestes. Aliqui camisias stamineas : aliqui pilosas ad cutē vestiunt vt caro dometur:& vt se pro peccatis cōmissis affligāt:cū mediocritate vestium superiorū.omnia autē ad actum mentis vestem deferentis reducenda sunt. Aliqui tamē ad tactantiā sordidas deferre possunt vestes.vt patet ex.iiij.Ethicorū. & per Augustinū in libro de sermone domini in monte dicentem. Non in solo rerum corporearū nitore atq; pompa:sed etiā in ipsis sordibus & lutosis esse potest tactantia:& eo periculosior est,quo sub nomine seruitutis dei decipit. ¶Quarta ꝓpositio.sola bona intentio si desit prudentia/ nō sufficit ad actum voluntatis de deferendis vestibus/ esse bonum.Exempli causa.fortes prelatus freno deaurato & sella byssina cum lapidibus multum preciosis vtitur in gloriam cleri: adhuc actus eius nō est bonus: quia plura requiruntur ad bonitatem actus voluntatis q̄ recta intētio: vt in secundo Sententiarū declaratur. Et sic concedo q̄ bene faceret episcopus etiam pedes incedens:habens solū duos famulos:& melius q̄ ille qui.xvj. habet. si enī vita famulorū paucitati respondeat: omnes illi parebunt/ ac si quocunq; numero clientum esset stipatus. Cōtingit tñ q̄ vbi prelatus nō veniat ad illum perfectionis apicē:expediat habere plures.Hoc cōcludendo dicā. tendat quisq; ad defectum,& se elongет a superfluitate.

¶Distinctionis Vigesimęquartę Quęstio Vigesimatertia & vltima.

Vigesimotertio & vltimo circa hanc distinctionē queritur. vtrū clericus teneatur restituere fructus beneficij quos in mortali recepit. Respōdet Angelus in summa in ver.Clericus. & sequitur Gabriel in.xv. distinctione.iiij.q. viij. per distinctionem hanc. Aut peccatum est notorium: & sic pro indubitato dicunt q̄ tenetur restituere fructus. de occulto peccatore credunt q̄ non tenetur restituere:tutius est tamen restituere. Ratio primi secundum eos est:quia cum clericus sit suspensus: perinde est ac si non resideret. sed omne peccatū notoriū inducit suspensionē a canone ne exerceat officiū suum.vt dicitur in cap.Vestra.de coha.cle.& mulie.q̄d licet loquatur in crimine fornicationis:tñ extēditur ad omne crimē notorium

facti vel iuris. Nam constitutio pœnalis etiã quo ad pœnã extenditur ad casum simílẽ ex idẽtitate rationis/ si ratio cõstitutiõis in ea est expressa. Cũ autẽ dictum cap. Vestra. ꝓ rationẽ peccati notorie tatis, concubinariũ notoriũ concludat esse suspẽsum: idem erit in omni peccato mortali notorio. Item suspensus nõ iudicatur residere: sicut pernde est/nõ fieri/& nõ rite fieri.

¶Contra hęc dicta pono duas cõclusiones. quarum prior est. Certum est ꝙ occultus peccator non tenetur fructus restituere receptos tempore peccati occulti. & per consequens nihil est dicere, tutius esse restituere, timidorum cõscientias pulsando, ac si ad restitutionem teneantur. Probatur. occultus peccator potest facere illa quæ suo officio incumbunt: & beneficium datur propter officium: ergo cũ faciat officiũ: licite recipit beneficium: hoc est prębendam vel fructus. Assumptum patet: quia nõ tenetur quolibet die celebrare missam. captam ergo totum tempus in quo non tenetur celebrare: iste dicit horas: canit in choro: & facit cętera requisita ad suum officium. igitur. Pręterea arguitur ad idem. Si non facit fructus suos: hoc est propterea quia peccat exercendo actus sui officij: sed hoc nõ impedit: quod probo dupliciter. Primo. non oportet ꝙ peccet continuo/ exercendo actus sui officij. Secundo. etsi peccat: adhuc facit fructus suos. quod ꝓbo: quia celebrans in mortali pro sex paruis albis/lucratur pecuniam illam quis ignoret an sit in peccato: & tamen peccat celebrando. igitur. Insup nisi cõclusio esset vera/ confunderetur vita clericorum: nec scire possent quando faciunt fructus suos: & quãdo non. ¶Secunda conclusio. notorius peccator faciens actus officij sui non tenetur restituere fructus receptos. probatur. facit illud quod pertinet ad suum officiũ. ergo sicut in priori conclusione peccatum eius non obstat: vt ipsi concedunt de occulto peccato: nec sola notorietas impedit. igitur. Insuper nullo iure illud potest ostendi. ergo nõ est asserendum illud quod illaqueat hominum consciẽtias. Probationes autem eorum sunt inualidę. Nam quando dicunt ꝙ notorium peccatum inducit suspensionem ne homo exerceat officium suum: dico hoc esse falsum. & ꝙ cap. Vestra. de cohabi. cle. & mulie. non extenditur ad similia crimina vel grauiora per se non inclusa in ipso. pœnæ enim restringendæ sunt & non ampliandæ. etiam pœna huius canonis est abrogata per concilium Cõstantiense: quod Angelus confitetur. Alia ratio est nulla. nã idem est nõ residere & inutiliter residere: sed cũ iste exerceat actus suo officio debitos: vtiliter residet.

¶Ltimo dubitaꝫ circa res ecclesię. an prelatus possit res ecclesię alienare. Respondeꝫ ꝙ nõ. vt patet in cap. Nulli. de rebus eccle. alienã. vel nõ. vbi sic scribit. Nulli liceat alienare rem immobilem ecclesię/ siue agrũ: siue rusticũ mãcipiũ: neq; specialis hypothecę titulo obligare. Alienationis autẽ verbũ continet cõditionẽ/donationẽ/venditionẽ/ permutationem/& emphiteoticũ perpetuũ cõtractum. Vnde omnes sacerdotes ab huiusmodi alienatione absti neant, pœnas timẽtes quas Leonina cõstitutio cõminatur. ¶In quatuor tñ casibus possunt res ecclesię alienari. Primus est necessitatis: vt si ecclesiã debita vrgeant: nec possit de fructibus satisfacere. Secundus casus est vtilitatis. nam potest alienare rem vt habeat meliorẽ. per cap. Vt super. de reb. eccle. non alien. &. xij. q. ij. cap. Sine exceptione. Tertius est pietatis causa: pro redimendis captiuis. xij. q. ij. Aurum. & cap. Sanctorum. & cap. Sicut. Quartus casus incommoditatis causa: vt quia res alienanda est magis damnosa ecclesiæ q̃ vtilis. xij. q. ij. Terrulas.

¶Finem toti huic distinctioni imponendo hæc in ea maxime sunt consideranda. Licet de numero septenario vel nouenario ordinum non sint rationes magnę efficacię: placet tamen plus amplecti numerũ nouenarium. & q̃is omnes sint sacri quia sacramenta: quia tamen aliqui habent castitatẽ annexã quę homines sacros reddere solet: illi soli sacri vulgariter appellantur. Pro illa autẽ cõtinentia sacerdotũ multũ insudarunt patres: eã vtilissimã politię ecclesiasticę iudicantes: quare in ea nõ potest pontifex dispensare siue de iure siue de facto. ad sensum ante dictum Pręterea dixim⁹ & episcopos & curatos esse ex institutione Christi: & ex eadem institutione maximũ pontificẽ caput ecclesię dixim⁹. q ex institutione Christi nõ habet dominiũ in tpalib⁹. sed Cõstantinus & populus dederũt Syluestro & successorib⁹ eius multas terras in Italia quarũ eccl'ia habet dominiũ. argumẽtũ aũt est infallibile etiã prętermissis historijs. Nam primi põtifices has terras habẽtes nõ poterãt violentia a potẽtissimis imperatoribus auferre. taceo de præscriptione in illis. quare hoc reuocare in dubiũ est solius imprudentis. Potest autẽ esse disputatio verbalis an habeat dominiũ in tẽporalibus super reges: dũmodo tamen maneat eadem sententia: de verbis nõ est curandum. ¶Et ne aliqui mediocris solũ intelligentiæ fallantur in his quę dicere volo: adhuc paucis clare repetã. Dico reges nõ esse vasallos Romani pontificis: nec tenere regnũ ab eo sed a populo libero cui ꝑsunt: nec põt eos depõere a regno. ímo si iuste & via facti hoc attẽtaret: posset se ferro tã

via facti q̃ iuris tueri. quapropter in hoc nõ peccauit Philipp⁹ pulcher resistẽdo Bonifacio octauo. Non tñ nego q̃n si rex abutereꝫ ptãte iudicio prudentũ neutrorum qui iudicarent regem esse deponendũ: quia ipsum regnare sit in perniciem reipublicę christianæ: multũ possit põtifex facere ad ei⁹ depositionẽ. & hoc modo habet dominiũ cõsultiuum siue directiuũ. an aũt ipse tũc deponeret casualiter regem, an populus: parum refert. Sed vbi rex & populus ei subiectus ꝓtinaciter ꝑsisteret in hęresibus: dico põtificẽ in illo casu habere auctoritatem exauthorandi regis. & hoc est aliquo modo habere dominium. Similẽ sententiã videas apud Panor. in cap. Nouit. de iudicijs. & reliquos canonistas: licet alio modo loquendi vtantur. Quærit Panormitanus in illo cap. Quid valet põtifici habere gladium materialem sup imperatorem cum non possit eum exauthorare: nec de iure: nec de facto? hoc est factum nõ tenet nisi fuerit rationabilis causa iudicio prudẽtũ: vt nũc exẽplũ posuim⁹. & idem habet in sententia. Respondendo dicit valere ad multa. sed q̃quid sit de mẽsu: vnũ verbũ solũ dicit in sententia: scilicet ꝙ in his q̃ scandalizant rẽpublicã christianã/papa põt se intromittere ratione ꝓminentię suę. hoc ego cõcedo. sane frustra canonistę verborũ ꝓdigalitate laborãt ꝓ hac ꝓcellentia in tẽporalibus: quã prudẽs nullus negabit. Ergo idẽ est dicere, habet dominium super reges in temporalibus: & non habet dominiũ super eos dẽ: dũmõ erñ habeaꝫ eadẽ sentẽtia: nullo modo est cõtradictio: quia cõtradictio nõ est solũ verbalis: sed ettã realis. Cõcedo itaq; illud commune dictũ. Papa habet vtrũq; gladiũ. sed in sensu quo vtor. habet erñ tẽporalẽ i habitu vt ante expositi in sua q̃stione: vel casualiter. regulariter aũt nõ habet: ímo nõ potest extrahere illũ gladiũ e vagina si velit. Nõ põt itẽ legitimare spuriũ in tẽporalib⁹ vt succedat in dñio paterno in Frãcia vel i Hispania: & tñ hi reges possunt illud facere ꝓ rationabili causa: ꝓ qua põtifex nõ põt: quare nõ habet dominiũ sup reges regulariter. velim hoc modo loquendi vtereris ad discrimẽ verbale tollẽdũ. Gladium vero spiritualem habet immediate: hoc est exercet immediate & actualiter pro rationabili cãq̃ vult. Alterum gladiũ scilicet tẽporalẽ non habet nisi casualiter: vt q̃n vrgentissima causa iudicio sapientum occurrit. vt si a. rex esset reipublicę christianę inutilis: & niteret ꝓtinaciter & incorrigibiliter populũ sibi subiectũ deducere in pniciosas hęreses: & populus nollet eũ extrudere regno: sed etiam malitiose fouere: in illo casu dico maximũ pontificem habere potestatem a deo collatam talem regẽ a regno pellendi, & vocãdi reliquos christianos in suum auxiliũ. sed vbi populus esset paratus talem exauthorare: ad populũ spectat: nec debet põtifex aliud expetere: cũ rex habeat auctoritatem immediatam & radicalem a populo, q̃ talẽ regno destituet ꝓ suis meritis. Quid amplí⁹ debet inquirere pontifex: dicendo ꝙ hoc faciat auctoritate sua, qđ alij negabũt? sufficiat ei vt bñ ꝓuideaꝫ ecclesiæ dei quã accepit gubernandã: & nutriat pacem cum populo sibi subiecto. Sed vix hoc ꝓdigiũ euenit post fidẽ susceptã. Non loquor de potestate põtificis in imperatorem: quia fortaſſis sup eum maius habet dominium quo ad aliquas terras Italię, q̃ sup reges. Hanc materiã tã inter põtificẽ & reges q̃ inter imperatorem & reges, alibi prolixius deduco. propterea hęc pauca nunc dixisse sufficiat. ¶Pręterea dixim⁹ collatorẽ bñficij esse obnoxiũ ipm cõferre magis idoneo mín⁹ idoneo relicto. Vtinã põtifices nõ ita facile dispẽsarent cũ ista beneficiorũ pluralitate: sed optimas leges a prioribus pontificibus super hoc compositas seruarent. & multo magis ꝑtaret, vt optnor, etiã cũ bene meritis non dispẽsare q̃ sic ꝓmiscue cum quolibet rogante dispensare. Nõ tamen me fugit quin aliquis bene meritus iuste teneat plura beneficia. Summa laude efferendus est Benedict⁹ duodecimus: qui nec minis regũ: nec blãditijs prícipum vel cõsanguineorum poterat vnq̃ a recto flecti. a quo cũ quidã peteret dispẽsationẽ ꝓ duobus episcopatibus, asserens se filiũ regis: respõdit. & si filius dei esset: in hoc non dispensabo. Et cũ consanguinei ei inculcarent ꝙ ratione sanguinis deberet sibi ꝓuidere, ac condescendere: cauillando egregie respondit verbum tanto pontifice dignũ dicens Romanum pontificẽ nõ habere cõsanguineos. O virum summo sacerdotio dignũ. O dec⁹ Cistertij. O virũ cũ beato Bernardo luctantẽ: vter virtutem magis insequaꝫ. cisternas nouas ex vna parte centri virtutis fodit Bernardus: quatenus cẽtrum virtutis per methodos itactas attingeret. at Benedictus angelico more virtutibus stipatus cẽtrum virtutis indice monstrat: volẽs in seipso verificari hoc elogiũ, secũdũ nomẽ: ita & laus et⁹. Vides hos plurales nunq̃ satiatos, semper sollicitos: nũc circa inanem gloriam: nũc circa auaritiam: & crebro pecuniæ expertes & indigos. nam propinqui & cognati suadentes eis hæc beneficia coacerꝫuare: omnia vorant. & quod non capit Christus: hoc capit fiscus. Ediuerso aliquos vides paucissimis contentos & quidem iucundissimos: pecunię non indigos. Vtinam etiam reges, hos inutiles curiales nõ promouerẽt: nec apud maximum pontificẽ intercederent pro inidoneorum promotione. plurimum certe peccant res ecclesiæ labefactãtes clerici commorantes in curijs: qui non vocati accedunt solum pro beneficiorum adeptione: qđ iudicium est tam auaritiæ q̃ ambitionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Distinctionis Vigesimæquintę Quęstio Prima.



VIA Magíster in.iij.&.iiij.capitulis huius Vigesimæquintę distinctionis de simonia loquit:idcirco de ea quęrā aliqua.primo qd sit simonia . quia quid nominis est principiū doctrinę.tn quęstionib⁹ sequentibus locuturus in speciali de casib⁹ prauitatis simoniacę suspectis. ¶Simonia communiter sic definit. Simonia est studiosa voluntas emēdi vel vendendi spirituale vel spirituali annexū. Sed Hostiensis dicit hanc definitionem esse diminutam,& addendū esse(cum opere subsecuto)qa in solo affectu nō est simonia.ad hoc canones allegat. vt.j.q.j.cap.Qui studet. Et eum communiter canonistę in hoc sequuntur,in cap.fi.huius tituli. Sed nec oīno placet aliorum definitio:& ea quam ipse facit,minus valet:ac illam particulam male superaddit. Assertiones has sic ostēdo. Ois simonia est peccatum commissionis:nulla voluntas est peccatū cōmissionis,cū sit anima:ergo nulla voluntas est simonia. consequentia tenet in secundo modo secundę figurę. Sed dices.voluntas captī loco volitionis.Cōtra hoc arguo.hic adhuc est simonia.nolo dare beneficium nisi habeam pecuniam:& tamen non est volitio . Secundo male additur(studiosa)quia vel per (studiosa)intelligis frequentationem actuū vel deliberationē in actu. Non primum:quia si primus actus non fuerit simonia:nec aliquis posterior. Non secundum:qa motus secundo primus simoniacus,vel act⁹ non plene deliberatus est simonia.qđ patet in omnib⁹ inductiue de odio,ira,& periurio.indeliberatis : q̄ manent in denominatione totius. ¶Cōtra dictū Hostiensis arguit sic.probādo q̄ sit aliqua simonia sine opere subsecuto.& hoc sic.Ille act⁹ est peccatum,volo emere beneficium pecunia: & ad nullum aliud vitium spectat q̄ ad simoniam.igitur. Insuper simonia a Simone mago ꝓcedens & nomen infame gerens,non habuit opus subsecutū. vt videre est Actuum.viij.Prętera qui vult mœchari & non mœchatur in opere,mœchiam committit,sicut opere adimplens:iuxta saluatoris sententiam.Matth.v.Qui viderit mulierem ad cōcupiscendum eam:iam mœchatus est eam in corde suo. Canones autem inducti intelliguntur de pœnis canonicis non illatis:vt de suspensione & huiusmodi. ¶Aliter ergo definio simoniam sic. Simonia est voluntas in forma vel in valore emendi vel vendendi spirituale vel spirituali annexū. Hic emere & vendere extenduntur ad omnem cōtractum nō gratuitum. Dixi(in valore) propter talē actum:nolo dare beneficium nisi habuero pecuniam:qui in se parit volitionē. Omnes aūt spūalium emptores vel venditores simoniacos appellant. Et eodē modo de suis annexis. Vnde cap.iij. dicit Magister.Nā quisquis horū alterum vendit sine quo alterū non habetur:neutrum vendere delinquit. Et patet per Paschalē papam.j.q.iij.ca. Si quis obtecerit.quia idem iuris est in vnum cōnexorum qđ in reliquū.iij.q.v.Hæc quippe.&.ff. de iureiuran.Eū qui.§.Si libertus.ergo ex ratione & vsu loquendi patet definitionem esse bonā. Et licet Balaam prophetię donum vendere voluerit, vt patet Numeri.xxij.& recitat Petrus in canonica secunda.cap.ij.dicens. Cor exercitatum in auaritia habentes : maledictionis filij:derelinquentes rectam viam errauerūt:sequuti viam Balaam ex Bosor qui mercedē iniquitatis amauit:correptionem vero habuit suæ vesaniæ.subiugale mutum animal in hominis voce loquēs prohibuit ꝓphetæ insipientiam.In Epistola quoq; Iudæ scribit. Et in errore Balaā mercede effusi sunt. Et Giezi ꝓ cura lepræ ꝓcium accepit.iiij.Reg.v.hæc tamē pestis nō vocatur Balaamia,nec Giezia:sed simonia.Nomina enim ad placitum significāt.Nec est quærenda vrgens ratio.licet congruentia hic dari possit quare simonia vocet:a Simone scilicet mago qui emere voluit spūale vt iterato venderet:& in lege gratiæ.iuxta illud Baptistę Mantuani i primo libro Alphonsi dicentis. Volitans q̄ per aera Simon Infamis mag⁹ & lucri execrabilis auctor. ¶Ex dictis infero aliquas propositiones: quarū prima est.Idem valet dicere:est simonia:& emitur vel venditur spirituale vel spūali annexum. Secūdo sequitur q̄ simonia est mentalis: & per consequens multum ignota:licet per exteriora nonnunq̄ homines in notitiam eius pfectā vel caliginosam deueniant. Textus autem in cap. Mandato. de simo.in antiquis.de mētali simonia loquens dicit q̄ sufficit delinquentibus p solam pœnitentiā satisfacere suo creatori: & eos pro simonia huiusmodi non teneri.hoc est: post pœnitentiam non sunt simoniaci:& pœnę iuris nō subijciuntur. Tertio sequitur q̄ aliqua est simonia sine pacto.vt Simonis magi. Quarto sequitur q̄ Romanus pōtifex potest simoniam committere vt alius.Nam tota definitio potest ei cōpetere . Et propterea ab illa abhorrebat Petrus ne pecuniā a Simone mago acciperet.Quinto sequitur q̄ aliqua est simonia conditionalis.vt vellem emere beneficium si

iste vellet vendere.aliqua est absolute categorica. Sexto sequitur q̄ non oīs simoniacus tenetur ad restitutionem.qđ patet:qa aliquis est simoniacus qui nihil simoniace habuit. Septimo sequitur q̄ aliq⁹ est simoniacus in quo non est actus simoniæ:vt dormiens:vel actum non habens qui bñficiū emit:& adhuc non sufficienter pœnituit.habitus enim nō sufficit aliquem denominare simoniacum.vt patet de habitu remanente:actu simoniæ purgato. Octauo sequitur q̄ hęc pestis fuit i ecclesia anteq̄ vocaretur simonia.patet ex dictis. Nono.interdum est simonia ex parte vēdētis tm̄: interdum ementis tm̄:nōnunq̄ ex parte vtriusq;. Decimo sequit̄ q̄ aliquis est simoniace ꝓmotus qui tamen non est simoniacus.patet si parētes Titij penitus ignorantes et beneficium emant:iā titulo simoniaco beneficium acquirit:& cū sit in ignorantia inuincibili non est simoniacus. Similiter aliquis est simoniacus & non simoniace ꝓmotus:vt quando episcopus dat alicui iustum titulum ī beneficio:& alter mētaliter vellet beneficium emere: sed in opus nō exit. Tertius est simoniacus simoniace promot⁹.q̄ autem aliquis sit neq; simoniacus neq; simoniace promotus , non cadit in dubium.

¶Iam paucis contra definitionē instabo.pro intelligētia istius vocabuli(spirituale & spirituali annexum) Arguitur sic. Simoniacū est vendere sacramenta:& tamen ipsa sunt pure corporalia,vt in singulorum sacramentorū exordijs explanare conati sumus. Forte dicis:sunt annexa spiritualibus. Cōtra.sic sunt fructus beneficiorū: libri,& calices:qui tamen venduntur. ¶Respōdetur.quis potest sic capere spirituali annexū vt spiritualia includat & econuerso.sed illa non est intētio definitionis. Spirituale cōcretum vocabuli spiritus in vna acceptione corpori non cōuenit.quomodo dixit Christus. Spiritus carnem & ossa nō habet. Lucę vltimo. Dicimus tamen virum deuotum spiritualē:& visionem magis spiritualē q̄ additionem.quia secūdum materiam subiectam sermones accipiendi sunt , vt vulgo dicitur . Aliquid autem est spirituale per essentiā: vt gratia & virtutes. Secundo per causalitatem:vt sacramenta quę sunt causa gratiæ/characteris/vel ornat⁹ in anima. Tertia sunt spiritualia per effectum. Contra hoc arguitur.sic actus meritorius esset spūale secundo modo:& homo prædicans vel docens:similiter scientia creata quæ vendi potest:nō q̄ de subiecto in subiectum transeat:sed de per accidēs ad venditionem scientis:vel sciens scientiam producit in alium:& ratione illi⁹ potest capere pcium temporale vt postea dicetur. Dico spirituale in ꝓposito esse illud quod ordinatur ad opus qđ mi-raculose & supernaturaliter speratur a spiritu sancto.exempla sunt : vt sacramenta quæ ordinantur ad infusionem gratiæ virtute operis operati; dare virtutem:miraculose infirmum curare:variis loqui linguis:prophetizare:& cætera id genus. ꝓpterea Heliseus nolebat accipere aliquid ꝓ miraculosa cura Naaman Syri.& illud quadrat cū respōso Petri Actuum.viij. Cum vidisset aūt Simon quia per impositionem manus apostolorum daretur spiritus sanctus(hoc est eius donum : videlicet loqui variis linguis:& more apostolorum supernaturaliter agere)obtulit eis pecuniam dicens, Date & mihi hanc potestatem,vt cuicūq; imposuero manus,accipiat spiritum sanctū. Petrus autem dixit ad eum. Pecunia tua tecum sit in perditionem:qm̄ donum dei existimasti pecunia possideri. Et Matth.x. Christus p̄missis miraculis apostolis dādis:subiūxit. Gratis accepistis:gratis date.supple hoc. Si autem theologia esset alicui infusa vel alia scientia:quā homo naturaliter alios docendo applicat: pro laboribus & sciētia quam docet/posset capere lucrum:sicut pro scientia naturaliter acquisita. Ipsa igitur sacramenta & facere illa supernaturalia sunt spiritualia. Annexum spūali est ius quod habet aliquis in fructib⁹ pcipiēdis ratione officij diuini:& illud qđ ad tale officium prę cise manutenendum ordinatur:vt in fine septimę quæstionis dicetur.labor autem licet hic annectatur:est vnum commune:quod in quolibet officio est necessarium.quare nō est spirituali annexum. & sicut scientia acquisita non est spirituale in proposito : ita nec libri nec alia necessaria sunt spirituali annexa vt in proposito capimus . Ex quo sequitur q̄ non omne spirituale per essentiam est spirituale vt in proposito capim⁹ : quod patet de scientia acquisita.

¶Sed aliqui tenent q̄ labor in spūalibus exhibitus nō est venalis.sic enim tenet Durandus & Paludanus:quia secus dicendo eēt palliatio simoniæ.nec est verosimile(dicūt)q̄ ꝓ tam paruo labore daretur tantum pecunię:vt videm⁹ in celebrāte missam:cui sex parui albi porrigunt. Sed illæ rationes non concludunt. Ratio est:quia celebrans vel aliud diuinum officium faciens ꝓ pecunia potest dicere se pecuniam capere ratione sustentationis:quod est licitum secundum oīnes. Et sic esset tanta palliatio in vendendis spiritualibus accipiendo pecuniam ratione sustentationis quanta ratione laboris. Nec aliud cōcludit:q̄ pro tam paruo labore quem habet sacerdos celebrando capiat sex paruos albos.quia illos capit tā ratione laboris q̄ ratione sustētationis.nam celebrā do opus toti⁹ diei compleuit . Pro vesperis enim & alijs horis nihil ei conferri solet. Etiam vnus ꝓ

Universidad de Deusto
Biblioteca

partuo labore plus capit q̄ alter multum laborās. vt aduocatus:& ferens lapides. Et q; ꝑ labore accipere liceat,patet Numeri.xviij.vbi scribit. Filijs Leui dedi oēs decimas Israel ꝓ ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis. & paulo post sequitur.Comedetis eas vos & familię vestrę:qa ꝑcium est pro ministerio quo seruitis in tabernaculo testimonij.Hinc tenet glossa in ca.Significatum.de ꝓbē.q; licet sacerdoti locare operas ad certum tempus:& recipere mercedem pro suo labore:si alioquin ratione beneficij ad hoc nō tenetur: cōformiter ad legem diuinam vnicuiq; mercedē secundum suum laborem reddentem.hoc item tenet Bonauentura hic.Præterea aliud est qđ multum mouet.Nam facultas nostra a.xxxiiij.annis præteritis contra fratrem Ioannem angeli qui in iiij.articulo sic prædicabat:Curatus parochialis nihil debet recipere a parochianis suis ꝓ cōfessione & sacramentorum administratione.sic definiuit. Hæc propositio est contra dispositionem turis naturalis & diuini expresse:ideo falsa & notorie hęretica.Nam sacerdos non capit pro sacramētis sed pro eorum administratione:quæ actionē & laborem importat. ¶ Sed vtrum quis ꝓ doctrina/cōsilio/vel testimonio possit accipere pecuniam: est materia problematica. Altisiodorus tertia parte: quęst.penultima de simonia,dicit simoniacum esse aliquid capere ꝓ doctrina.bene autem capit qs pro labore:vt sacerdos conductus accipit pro labore.quem modum Alexander Halensis in secūda parte insequitur. Alius autem modus est sicut cōmunior:ita & verisimilior:q; actus spirituales a spiritu creato procedētes vendi possunt. probat: quia alioquin non liceret artifici pecuniā ꝓ suo artificio capere:cuius oppositū asserunt oēs. Nec sufficit dicere q; capit ratiōe laboris.quia sic semper magis laborans deberet plus capere:qđ est falsum.Item iurisperitus consilium,& aduocatus patrocinium vēdere potest. ¶ Sed cōtra istud arguitur argumento Altisiodori.Ars fabrilis vēdi nō potest:ergo nulla ars.antecedēs patet: quia est donum dei:vt dicit glossa interlinearis Exodi.xxxj. sup illud.Et ipleui eū(Beseleel)spiritu dei,sapientia & intelligentia,& scientia in omni opere ad excogitandum quicquid fabrefieri poterit.Respondetur.licet quælibet res mundi sit donū dei & ars quęcūq; illuminās intellectū:tñ hoc nō sufficit ad spūale in ꝓposito.vt patet ex dictis. ¶ Secūdo arguit.posse vendere scientiā sine simonia est cōtra determinationē Romani pontificis de magist.ca. j.&.ij.nam in cap.j.§.Pro licentia vero docēdi.sic scribitur.Pro licentia vero docendi nullus ꝑcium exigat:vel sub obtentu alicuius cōsuetudinis ab eis quos docet/aliq̄d quærat.Et in capitulo sequē te.Prohibeas ne in parochia tua pro licentia docēdi exigatur aliquid:aut etiam promittatur. Si qđ vero postea solutum fuerit vel promissum:remitti promissum facias:& restitui ap.cessante solutū: sciens quod scriptum est.Gratis accepistis/gratis date. ¶ Respondetur negādo q; illud quod dixtmus sit contra pontificis determinationem. Illic enim non prohibetur accipere aliquid pro doctrina:immo licitum est & capere & petere tam ꝓ doctrina q̄ pro labore in docendo habito:si quis nō fuerit ad hoc stipendijs deuinctus. Sed prohibet illic pontifex capere pecuniam pro danda facultate alicui ad docendum: quia sic inidonei essent admissi.Et propterea in cap.j.de magist.allegato prohibet pontifex negare idoneo facultatem docendi:inquiens.Nec docere quēq̄ nisi qui sit idoneus/petita licentia illis interdicat.Qui autem contra hoc venire præsumpserit: ab ecclesiastico fiat beneficio alienus.Dignum quippe videtur vt in ecclesia fructus sui laboris non habeat: qui cupiditate animi dum vendit docendi licentiam:ecclesiasticum profectum nititur impedire.Et propter ea Cardinalis Cameracensis quendam tractatulum contra cancellarium Parisiēsem scripsit:ostēdere laborans simoniacum esse,pro licentiæ munere aliquid accipere.Et hoc patet ex ca.duobus allegatis. ¶ Hactenus quid nominis simoniæ spiritualis & spirituali annexi:& q; licitum est in spiritualium administratione, vt sacramentorum aut quorumcunq; aliorum,aliquid temporale accipere:nedum pro sustentatione:sed & pro labore ipso.Etiam quis spirituale creatum vendere potest:vt pictor pro suæ artis eruditione: & similiter citharœdus aliquid accipit:& non pro solo labore.in arte autem eruditꝰ & ingeniosus q̄q̄ minus laboris habet q̄ imeruditus & rudis:plus præmij capit.& ita deniq; in omnibus artificijs:non tamē quasi artem sibi inhærentem in alium producat: quia accidens de subiecto in subiectum migrare naturalis philosophia non permittit. sed lumen, lumen spirituale causat in passum susceptiuum: sicut vnum corpus luminosum ab alio illuminatur.verum in luminis spūalis productiōe passum nedum patitur:sed agit. quod in corporali lumine non contingit.Præterea vigilanter cōsidera q; siue dicas laborem venalem : siue scientiam creatam/siue non:non amplius dilatatur os simoniæ q̄ dicendo oppositum. Patet exemplo de tribus doctis artificibus aut philosophis / paribus tam in traditione artis q̄ in eruditione:æqualem pecuniam accipientibus : quorum vnus dicat se capere prosustentatione sui & suorum.Alius pro labore quem non tenetur alijs gratis impendere: & nihil pro sua scientia. Tertius autē dicat se accipere tam pro sustentatione & labore q̄ pro suæ artis traditione.Et hoc patet in administratiōe sacramētorum.fateor tamen q; licet aliquid accipere vno respectu:& nō alio.vt postea in eadē distinctione elucescet.

¶ Distinctiōis Vigesimęquintę Quęstio Secūda.

SEcundo circa hāc distinctionem quærit. Vtrum simonia sit graue peccatū. Respondet ꝓ duas conclusiōes. Prior est affirmatiua ad q̄stionem:q̄ cōclusio sic probatur. Omnis actus turi naturæ diuino & humano contrarius est malus: simonia est huiusmodi:igitur. probat minor.Nā contra æquitatem naturalem est q; quis vēdat dona spiritus sancti quę non sunt in sua potestate:imo ipsum spiritum sanctum tradat sicut seruum suum.vt patet ex epistola Tharasij episcopi Constātinopolitani ad Hadrianum papam missa. Et recitatur prima.quęst.j.cap.Eos qui.vbi sic scribitur.Tolerabilior est enim Macedonij & eorum q circa ipsum sunt spiritus sancti impugnatorū impia hæresis.illi enim creaturam & seruū dei patris & filij/spiritum sanctum delirando fatētur:isti vero spiritum sanctum efficiunt suum seruum.Quis enim dominus qđ habet si vult vēdit/siue seruū/siue aliquid aliud eorum quę possidet. Etiam est contra ius naturale/quēuis capere pecuniam pro translatione rei quæ non est in sua potestate.Tertio,dato q; esset in eius potestate: vendit rem precio temporali inæstimabilem:quia spirituale ꝓ pecunia.Nā Sapientię.iij.scribit de sapiētia q; ipsa est ꝑstantior cūctis opibus:& alia desiderabilia nō valent ei comparari.Forte dicis.nō oportet respicere ad valorem rei in se:sed res transmutantur secundum indigentiam humanam: iuxta illud Augustini.xj.de ciuitate dei.cap.xviij.Quis enī non domi panem q̄ mures: nūmos q̄ pulices habere malit? Seruus viliori ꝑcio distrahetur q̄ gemma. Licet de scientia creata possis argumentum sic refellere ꝓbabiliter:non tamen de spirituali de quo loquimur:qđ omnia bona humana in valore humanę indigētię exuperat.hoc est de valore fori,& non de valore rei loquendo.Et ꝓpterea oēs tradi torem Iudam merito carpunt q; redemptorē ornis deū tam modico ęre vēdiderit.Sed licet simonia sit cōtra ius naturæ:contingit tamen de multis casibus dubitare an in eis sit simonia. sicut & de vsura/& fornicatione simplici q̄ a gētilibus nō putabatur esse contra ius naturę. Quę autem sit cō tra ius diuinum,patet Actuum.viij.& Matthę.x. dicēte Christo.Gratis accepistis:gratis date. vbi glossa dicit.Hic ꝓhibet simonia.Illic em ē sermo de miraculis & stupēdis,ꝓdigijs faciendis:qa ante ista verba immediate dicitur. Infirmos curate: mortuos suscitate:leprosos mūdate:dęmones ejcite.gratis accepistis:gratis date.Vbi glossa iterlinearis. Sicut ego sine ꝑcio talē potestatem do:& vos gratis date.per hoc tamen nō oportet q; sciētiam acqsitā gratis habēs/alijs gratis cōmunicet. Præterea.iij.Regū.xiij.cap.de Hieroboam legit. Quicunq; volebat implebat manū suā : & fiebat sacerdos excelsorum.Forte dicis.colebat idola:& erāt sacerdotes idolorum.Respōsio.hoc dato:vēdendo sacerdotium: & non capiendo sacerdotes de tribu Leui:& de domo Aaron/grauiter deliqt. vt patet per literam sequentē.Et propter hāc causam peccauit domus Hieroboā,& euersa est & deleta de superficie terrę. Propterea lepra Naaman adhęsit Giezi & semini eius in sempiternum.iiij. Regum.v. quare est contra ius diuinū. Q; sit cōtra ius humanum patet in ti.de simonia ꝓ totum &.j.q.j.per totū.ergo minor vera quę reliabat probāda. ¶ Secūda cōclusio. Simonia est pessimum monstrum in ecclesia.Probatur.Illa pestis est pessima in ecclesia ꝓ quam ꝓmouētur inidonei/post habitis maxime idoneis.sicut calamitosissima esset infamia homines impellēs accipere lapides putridos pro templo materiali construendo posthabitis marmoribus.sed hoc potissimum fit ꝓ simoniam per quam improbi ad honores cōscendūt: nequeuntes per virtutes ascendere:assumentes illud insanę Iunonis apud Maronē.Flectere si nequeo superos:acheronta mouebo. Munera enim porrecta animos etiam prudentum flectunt,secūdum illud Nasonis.Munera crede mihi placāt homines q; deos q;: Placatur nummis Iuppiter ipse suis. Pręterea hoc est pessimum monstrum in ecclesia qđ hominē reddit vtraq; manu iniquitate refertum.sed hoc ꝓ simoniam fit.igitur.probat minor per illud Psalmographi psalmo.xxv.In quorum manibus iniquitates sunt:dextera eorū repleta est muneribus.Insuper ille est fur iniquus q; calicem/libros ecclesiæ/& huiusmodi furatur. sed totum beneficium simoniacus furatur. dicēte Christo.Ioannis.x.Qui non intrat per ostium in ouile ouium:sed ascendit aliunde:ille fur est & latro. in furto autem tota eius vita deprehenditur.nam vno inconuenīente dato multa mala contingunt. primo physico.Et difficile est vt bono peragātur exitu:quæ malo sunt inchoata principio.j.q.j.ca. Principatus. Amplius huius pestis grauitas patet ex displicētia dei.nam ignis sacrificij qui datꝰ est in deserto cęlitꝰ,secūdo anno egressionis de ægypto:& durauit ad captiuitatem babylonicam :&

Universidad de Deusto
Biblioteca

tunc abscōsus in profundo puteo ab Hieremia ꝓpheta,illic mansit.lxx.annis integer:& iterū habitus tēpore Neemiæ:postea Antiocho sacerdotiū Iasoni vendente/extinctus est.vt patet.ij.Machabeorum primo.

¶Contra has conclusiones arguit sic. Simonia est circa intellectum:ergo nō est peccatum.consequentia ꝓbat:quia omne peccatū est in libera potestate facientis: ergo circa voluntatē. Antecedens patet:quia simonia est hæresis.j.q.j. Quisquis.& ca. Presbyter. ¶Respondet. assentiri huic:donū spiritus sancti est venale pro pecunia,est hæresis:& sic Simō magus putabat. Vnde Ambrosius in primo libro de Pœnitētia,ad Nouatianū scribens dicit. Petrus cum Simon magicę artis consuetudine deprauatus putasset ꝙ gratiā Christi ꝓ impositionem manus & infusionem spiritus sancti pecunia compararet:ait.nō est tibi sors neq; pars in hac fide:quia cor tuū non est rectum apud deum.hoc est erras in fide catholica:& ita hoc pertinaciter asserens est hęreticus. Non tamen oportet nunc alium simoniacū tenere hæresim.nam contingit prælatum recte assentiri in intellectu ꝙ in venditione beneficij committitur simonia,& male agitur:quo non obstāte agit: quia crebro voluntas contrait ex sua libertate recto intellectus iudicio. Etiam consequentia illic illata invalida est:quia probaret nullum hęreticū peccare. nam assensus erroneus in fide / in intellectu est liber,& a voluntate dependens : quia potest homo libere hęresim nō admittere,vel admissā adimere.

¶Secundo arguit. Sacerdos celebrat pro sex paruis albis.& annuersarium in certa quota pecunię constituit. In facultate quoq; nostra Parisiensi mos est : vt magister in theologia det facultati.xc. vel.c.francos pro missa perpetua dicenda:in qua cuilibet præsenti/in distributionibus communicatur duodenus. In istis autem spirituale pro temporali datur.ergo non omnis datio temporalis ꝓ spirituali, & econuerso,est simonia. vel habitos optimos viros labe simoniæ ifectos dabis. ¶Respondet.quis potest celebrare ꝓ sex paruis albis sextupliciter. Prio tanq̄ pro fine principali & vltimato. Secundo tanq̄ pro precio adequato:ac si esset iustitia cōmutatiua & valor rei ad rē: sicut est de emptione bouis in foro. Tertio ꝓ sex paruis albis tanq̄ ꝓ fine minus principali & subordinato vl subordinabili alteri fini vlteriori. Quarto modo vult celebrare ꝓ sex paruis albis:& habere pecuniam pro sui sustentatione. Quito modo pro suo labore quem habet in celebrando. Sexto pro distractione & impedimento quo impedit celebrando ne alijs negocijs vacet.& potest esse mixtio harum specierum. Primæ duę intentiōes sūt simoniacę denoiatione intrinseca:& tales act⁹ habens est simoniacus. Aliæ vero simplices sunt licitæ,& in habente gratiā meritorię. Sed si vn⁹ primorum duorū modorum copulatim misceat cū alio:mixtio est illicita.& ita hic est amphibologia. Sortes celebrat ꝓ sex paruis albis:secundū ꝙ(ꝓ) potest dicere circunstātiā finalem : & hoc bifaria: vel circunstantiam vltimatt finis:vel finis non vltimati. Alij sensus clari sunt . ¶Ex quibus patet ꝙ canonicus surgit in nocte vt habeat distributiones:& propter deum:nec tñ propterea committit simoniam. Similiter pleriq; veniūt ad seruitū ea hora qua dant distributiones:alioquin nō venturi,sine labe simonię. Et licet indoctus ettam sacerdos nesciat sic pūctaliter distinguere i quo sensu pro sex paruis albis celebret: est excusat⁹: quia videt talem consuetudinem celebrandi a doctis ꝓ missam & nō reprobatam.ergo ei est dāda venia: licet in fine aliqualiter aberret.nam cōtingit ꝙ in nullum finē actualiter referat vltra sex albos . Et licet simonia sit contra ius naturę extendendo vocabulum,qđ sapientes deprehendunt:non tamen quelibet est contra ius naturę proprissime dictū. ¶Sed contra istud argumentor. Sacerdos nō celebrabit nisi habeat sex puos albos. Similiter nec canonicus ventet ad horas canonicas si nō sit distributiones accepturus.ergo pecunia est causa principalis:cum ea posita ponatur aduentatio:& ea secluśa non ponatur. ¶Respondeo,conceſſo antecedente negando consequentiam:quia posita causa minus principali cum causa principali ponitur effectus:neutra tamen illarum sufficit ad positionem effectus:sed quacunq; illarum secluśa remouetur effectus . Quemadmodum quis vadit ad Sorbonam vt disputantes audiat,& de vino bacalaureorum bibat:qui tamen propter alterū tñ non iret:sed propter illa duo simul.nam vno illorum remoto,vt in die quo ieiunandum est,nō accedit. Non tamen propterea sequitur ꝙ sex paruí albi sunt causa principalis celebrationis.illa enī causa est magis principalis quæ plus appreciatiue mouet:vel ad quam alia reducitur tanq̄ finis sub fine. ¶Sed contra hoc arguo.celebrando vt habeam sex paruos albos:illa pecunia est finis celebrationis in vno sensuum licitorū:ergo est causa principalis.Quod patet in simili.Non euangelizamus vt comedamus:sed comedimus vt euangelizemus . similiter non viuimus vt comedamus: sed comedimus vt viuamus. ¶Respondetur. licet aliquorum sit opinio ꝙ peruertitur ordo finium quando finis principalis ad finem minus principalem ordinatur : hoc tamen non oportet:vt patet ex solutione argumenti : vbi celebratio ad sustentationem ordinatur. sic etiam potest esse de prædicatione . & ex consequenti dicendū est ꝙ homo euangelizat vt comedat: sed comestio nō ē causa finalis vltimata:nec ecōuerso. ¶Vnde pro finibus cognoscendis ponunt aliquot regulę:quarum prima est.Deus est causa finalis omniū tanq̄ causa efficiēs. Apocalypsis.j. Ego sum alpha & o.principiū & finis.in quē oēs honæ operationes sunt virtualiter & finaliter ordinandæ:licet non semper actualiter. ¶Secunda regula. Inter fines medios ille est principalior q est alio perfectior:& immediatius in finem vltimum tendit q̄ alter. vt est euangelizare verbum Christi populo cōmunicando: qđ est multum spirituale & excellens. Māducatio vero est circa corpus sine quo in hac mortali vita viuere nequimus.quātūcūq; enim alte ꝓ aera aquila volitauerit:oportet in terram descendat ꝓ corporis cibo habēdo. ¶Tertia propositio. Non tamen peruertitur ordo finiū quando vnus finis mediatus & principalior ordinatur in alium finē minus principalem,ad aliquē bonum sensum, vtpote quando finis principalis sine fine minus principali haberi non potest. vt ꝓ uisionē aliunde non habens,quia non potest euā gelizare sine sustentatione:idcirco potest euangelizare vt sustentationem habeat.& iterum prudēs capit illam sustentationem vt euangelizet:euāgelizat vt deo placeat:& habeat beatitudinem: & sic est finium reciprocatio. Et sic est quodam modo vnus finis tñ:secundum philosophum.iij. Topicorū dicētē. Vbi vnū ꝓpter alterū:ibi vnū tñ. Et sic duplex prēmium accipit euangelizans:vnum temporale quo ad sustētationem a populo.& aliđ æternū qđ expectat a deo. Vnde sup illud primæ ad Timoth.v. Qui bene p̄sunt presbyteri &c. dicit glossa Augustini. Accipiens sustentationē necessitatis a populo: mercedem dispēsationis a domino. Ex isto patet ꝙ quis potest religionem assumere vt sustentationem in ea habeat . Similiter velle esse sacerdos,vt beneficium obtineat: nō tñ vltimate. ¶Sed cōtra dicta forte obijcies.ex ista sextuplici distinctione ad solutionem argumenti p̄missa datur palliatio simonię.nam vendens beneficium dicet se capere mille scuta in donatione beneficij non ꝓ p̄cio adæquato:nec pro fine vltimo:sed pro sustentatione/labore/vel huiusmodi. Respondetur.capere mille scuta in donatione beneficij non est medium ad hoc subordinatū.& est simile ac si diceres:volo occidere istum hominem propter gloriam dei. Aliquid ergo est ordinabile in finem vltimum:aliquid vero nō.Et licet verspellis collator dicat:capto mille scuta gratis : & do ei beneficium gratis:deꝰ scrutatur corda & renes : & præsumptio capientem & dantē simoniæ labe notat.Et dato ꝙ non esset simonia (qđ est falsum) peccaret alios scandalizando:& præterea suam famam imputabiliter negligit. Et ꝓpterea præcipit Apostolus primę ad Thessal.vltimo dicens. Ab omni specie mala abstinete vos.nam cōtingit aliquid intrinsecꝰ non esse malum : sed ꝓpter pelles seu inuolutionem malitiæ esse malū. ¶Sed contra hoc arguit.quando vacat aliqua p̄benda pinguis conferenda:potest episcopus seruare ad tempus pro aliqua pia causa aliquam portionē illius p̄bendæ ad duos vel tres annos secundū exigentiam occurrētem.ponamus ꝙ fructus isti recipiēdi ad mille francos se extendāt.hoc supposito arguitur sic:episcopus potest beneficiū habituro dicere:des mille francos in promptu & beneficiū libere tibi dabo:cum omnibus fructibꝰ eius:& mille francos tuos applicabo instructioni templi,vel hospitalis reparationi:si potest succedere hos fructus colligere:quare non potest eos capere? Rñdetur illam suppositionem cōcedendo, & potissimū post consultationem habitam cum sapientibꝰ : iā enī non erit vmbra simoniæ.sed non licet illas pecunias in promptu capere: cum nesciatur an cōferens moriatur ante fructus receptos:tum etiam ꝓpter speciem mali.

¶Tertio arguitur.licet vendere ius patronatus:& tamen ius patronatus est quid spirituali annexum antecedenter: cum ordinet ad p̄sentandum clericū ad beneficiū ecclesiasticū.igit. probatur mator.vendens dominū in quo est ius patronatus/in emptorem ius patronatꝰ transfert, nisi specialis fuerit mētio de retentione eius.de iure patro.ca. Ex literis. ¶Respondet negando ꝙ vendat ius patronatus: sed ipsum transfert cum colligātia dominij cui annectit. Et si dominū mille libras sterlingorum valeat sine iure patronatus, vendendo dominū ratione patronatus non licet plus accipere. Sed contra hoc arguit. Omne ius qđ vēditor habet in emptorem trāsfert titulo emptionis & vēditiōis. Sed quia hāc ꝓpositionē negabis & bene:quęrit,quo titulo in alīū trāsfert ius patronatus? Respondet titulo colligantiæ.de per accidens tñ ius patronatꝰ potest a dominio separari:sed non nisi in casu speciali.sicut vēdens hominem,bonū angelū & malū a sua domo alienat. sed nō titulo vēditionis nisi de per accidēs.fateor tñ ꝙ vēditio est causa sine qua nō accessionis iuris patronatus.

¶Quarto arguit. Quis potest emere omnes fructus huius beneficij vt decimas:& tamen decimæ sunt annexę spūali.igit. ꝙ liceat manifestū est:cū decimę sunt triticum,agni,capræ,& huiusmodi. Forte dicis.licet istas decimas emere & eas vendere:sed non licet emere ius colligendi decimas.hoc enim ad ecclesiasticum spectat q habet titulum in quo fundatur ius colligendi. Contra hoc sic argumentor. Ius colligendi decimas

Universidad de Deusto
Biblioteca

est aliquid: vel ergo est realiter res decimæ: vel homo colligens decimas. Si primum: sic argumentor. has decimas licet forti laico emere: hę decimæ sunt ius colligẽdi decimas: ergo ius colligendi decimas licet forti emere. Et eodẽ modo ꝓbabo ꝙ liceat alteri vẽdere. Insup laicus capiens fructꝰ ecclesię ꝓ triennium a ꝓlato, habet ius recipiendi decimas: alioquin iniuste eos recipit. Si dicas ius recipiendi esse sacerdotem: Sortes habet ius recipiẽdi sicut habet gradũ: quęro abs te: quę res sit gradus. nõ est aliꝺ q̃ homo gradũ hñs. Sed pono ꝙ venundetur sicut Paulinus Nolanę vrbis episcopus ꝓ liberando filio viduæ. Tũc sic. Plato hunc presbyterum emit: hic presbyter est ius recipiẽdi decimas. igit. Respondetur negando consequentiam: sed ius recipiendi decimas emit: qui enim capit beneficium triennio, iuste recipit: & habet ius recipiendi: sed non ratione officij. Beneficiatus autem est ius recipiẽdi ratione officij: secus est de capiente ab illo. & dato per possibile ꝙ sacerdos bñficiatus sit seruus q̃uis foret præter rationem: dominus eius nõ habet dominium i bonis ecclesiæ: quia nõ sũt illiꝰ: nec vllo mõ ei distrahere licebit, si ius ponatur decimi fructus colligendi. Cõcedo sĩmiliter ꝙ Plato ius colligendi decimas emit: sed nõ emit ius colligendi decimas ratione officij. nã emere importat actum voluntatis: & sic facit appellationem rationis. hoc aũt complexum (ius colligendi decimas ratione officij) supponit ꝓ Plato connotando ꝙ suo officio incumbit hos fructus colligere: vel pro decimis ipsis, connotando ꝙ ab illo ratione officij colligi possunt. ¶ Ex his patet simoniam esse peccatum graue: & quo modo licet ꝓ spirituali accipe pecuniã tanꝙ ꝓ sustentatione & labore: nõ aũt ꝓ ꝑcio adæquato rei: ac si esset iustitia commutatiua. & recipiendo/cõscientiam nõ debet facere. nam vnus potest tantum licite lucrari quãtũ alter illicite. vt vnus concionator colligit a. pecuniam tanꝙ valorem adæquatum verbi diuini. alter vero pro sustentatione æqualem æqualiter lucratur in bursa: vnus licite: alter illicite. Pauca item de reductione finium: & de principaliore a minus principali dignoscendo, diximus.

¶ Distinctiõis Vigesimęquintę Quęstio Tertia.

Certio q̃o: circa materiam simoniæ. An ꝑce & obsequo cõmittat simonia. Pro quæstionis solutione ponuntur conclusiones. quarũ prima est. Non est simoniacũ ꝑces porrigere ꝓ idoneo/siue ꝓ se siue pro alio. Q2 quis possit ꝓ se beneficium petere: distinctione ꝑcedente ostendimus. Probat conclusio. ois simonia est peccatum: porrigere preces ꝓ idoneo non est peccatum: ergo porrigere ꝑces ꝓ idoneo non est simonia. consequentia tenet in Baroco. Probat minor. nam quis licite potest petere ꝓ se: ergo a fortiori pro alio idoneo erga quẽ minus afficitur. Secũdo probat idẽ. si videa Sortẽ ad officia curę animarũ multũ idoneum: & gregis vtilissimum pastorem: & indigum: quis dicere me male agere collatorem rogando vt huic cõferat beneficium? ¶ Secũda conclusio. episcopus huic beneficiũ conferẽs quia est idoneus: licet preces sint causa sine qua non: bene agit. nam cõsequitur ꝙ ꝑces adhibens sit dignus cuius testimonio de bonitate beneficium suscepturi fides adhibeat. ¶ Tertia conclusio. licet fictione iuris episcopus idoneo beneficium conferens principaliter ꝓpter preces non curando de idoneitate, nõ sit simoniacus: tñ coram deo & i rei veritate est simoniacus. Prior pars patet: quia est ꝑsumptio ꝙ det beneficium ratiõe idoneitatis. & casus ambiguus de bono & malo in meliorem partem est interpretãdus. Secũda pars ꝓbat: quia si esset inidoneus: nõ minus ei beneficium conferret. ponamus eũ talẽ cui non sit cordi idoneitas: istũ munus & lingua principaliter mouent. Secũdo probat eadem pars sic. volẽs occidere Titiũ, & putiens statuam quã credit esse Titiũ, imputabiliter est homicida. & ratio est, quia animus eius in Titij occisionem tẽdit: de statua non curando. eodẽ modo est in proposito. Præterea arguitur ad idem. Si idoneitas eius pro quo rogat/esset collatori incognita/esset simonia: sed dat beneficiũ intuitu ꝑcum/siue sit idoneus siue inidoneus: scientia enim in proposito eum nõ mouet: & perinde se habet ac si collatorem lateret. ergo si nullo modo idoneitas mouet ad collationem beneficij/est simonia: & etiam si minus principaliter idoneitas mouet: est simonia, licet minus grauis. potest ei malus peruertere ordinem finiũ. Eodem modo dicendũ est de obsequio. ¶ Quarta conclusio. dans inidoneo beneficium ratione ꝑcum, simoniam cõmittit. patet: quia ratione ꝑcũ dat præcise: cum enim nulla sit idoneitas in hoie ratione illius non dat. & perinde est ac si pecuniã a beneficium habituro caperet: quia possunt preces magnam valere pecuniam in consideratione collatoris: vt quia collator cupit amicitiã rogãtis, laudẽ, vel huiusmodi. hoc patet ex vulgata distinctione de triplici munere. s. de munere a ꝑce, manu, & obsequio. ¶ Quinta conclusio. Quis rationabiliter seruit collatori beneficij, sperans ꝙ per bonũ seruitium & fidele cognoscet sua idoneitas, & citꝰ promouebit q̃ alter: sed conferetur ei beneficium ratione idoneitatis sine pactione vlla. si tamen principaliter seruiat vt beneficiũ habeat: inique agit.

nec est discrimẽ quo seruitio inseruiat: dũmodo sit idoneus, & honeste honestate moralꝭ seruiat. ¶ Sexta conclusio. Dans beneficium famulo in subleuamen & cõpẽsationẽ mercedis reddendæ eidem, simoniam cõmittit. Probatur: quia capit in virtute pecuniam ꝓ spirituali annexo: ergo cõmittit simoniã. nam idẽ est remittere centum scuta collatori/q̃ debet famulo reddere: & illa recepta collatori dare. Propterea dictum Hostiensis est inualidũ quo dicit. Si episcopꝰ recipiat cleticũ i seruitium/ꝓmittens ei salariũ annuatim donec ei ꝓuideat de beneficio competẽti: collato beneficio remittit salarium/ & non est simonia. immo est: quia conuenit inter eos ꝙ gratis seruiat/beneficio adepto: quare virtualiter episcopus capit pecuniam quã deberet pro seruitio dare/ratione beneficij. & est vera simonia. Patet etiam per dictũ cõmune de triplici munere, scilicet de munere a manu, lingua, & obsequio, ad simoniã icurrẽdã. ¶ Septima conclusio. Nõ refert in rei veritate q̃ parũ collator capiat: qđ est causa bñficij conferẽdi: licet ꝓ modico non ꝑsumatur episcopus tortuose mori. Probat. dare beneficiũ alio respectu q̃ idoneitatis & vtilitatis publicæ ẽ iniquũ & ad acceptionem psonarũ spectat, ex distinctione ꝑcedente: sed hoc est simoniacum. vt ex dicendis patebit. igitur. Præterea parũ furtum ex pte obiecti furem mouentis ad furandum est furtum & peccatum/sicut furtum magnũ: licet non ita graue: ergo parũ aliqd acceptũ collatorẽ mouẽs ad tortuose conferẽdum est peccatum vt magnum. Item munusculum exiguum tãtum mouet auarum & imprudentẽ ad tortuose agendum quantum magnum munus liberalem & prudentem. ergo ad magnitudinem obiecti non est respiciendum: sed ad animum illius qui flectitur sinistre. nam contingit vnum tãtum moueri ob deauratam imaginem vix duo scuta valentem: quantum alium propter optimum gradarium reginæ.

¶ Cõtra dicta de triplici munere arguit sic: si conclusiones essent veræ: seqꝛet ꝙ collator beneficium conferens consanguineo ratiõe consanguinitatis esset simoniacus/ vt dicebat cãtor Parisiẽsis. qđ Altisiodorus: Beatus Thomas & posteriores omnes reprobãt. Et ꝙ sequatur patet: quia dat pro munere a sanguine. Sed dices sicut dicunt isti doctores. episcopus hic nihil accipit: & sic licet peccet ædificando Sion in sanguinibus: non tñ committit simoniã. At probo ꝙ isti repugnant sibi sic dicendo. quia nec capit pecuniam collator conferens beneficium inidoneo vel idoneo/principaliter propter preces. ergo est repugnãtia vnũ concedendo, & illa ratione aliud negando. Dns aũt Innocentius in cap. Tuam de æta. & quali. & or. præ. dicit ꝙ preces ratione ꝑcum non causant simoniam: bene autem si ad pecuniam referantur. & hunc in eodem cap. Cardinalis insequitur. Contra hoc insto. isti doctores & cõmuniter loquẽtes sic dicere nequeunt: qa eo modo ista distinctio esset nulla. Item arguitur rõne. preces alicuius tantũ mouent aliquem ad iniquę conferendum beneficium quantum ducenti vel trecenti ducati: & eis æqualent in apprehẽsione conferentis. sed vnum sufficit ad simoniam ergo & reliquũ. Propterea recte dicit Seneca de beneficijs libro secundo. Non tulit ille gratis qui cum rogasset accepit. Insuper nulla res charꝰ cõstat q̃ q̃ precibus empta est. vt patet ex cap. Sunt nonnulli. i. q. i. Sunt nõnulli (inquit Beatus Gregorius) q̃ q̃dem nummorum præmia ex ordinatione non accipiunt: & tamen sacros ordines pro humana gratia vel laude largiuntur: atq; de ipsa largitate laudis solummodo retributionem quærunt. Hi nimirum qđ accipiunt gratis, gratis nõ retribuunt: quia de impẽso officio sanctitatis nũmum expetunt fauoris. Vnde cum virum iustũ propheta describeret, ait. Beatus qui excutit manus suas ab omni munere. nõ dixit solum a munere: sed ab omni munere. quia aliud est munus ab obsequio: aliud a manu: aliud a lingua. Munꝰ ab obsequio est seruitus indebite impensa. Munus a manu, pecunia est. Munus a lingua fauor. Sic ille. ¶ Teneo ergo ꝙ munus a sanguine/hoc est carnalis sanguis virum allicions ad inique cõferendũ beneficium causat simoniam: & non solum sanguis: sed timor incussus a tyranno: & cętera id genus: quæcunq; fuerint. nec de illa distinctione trimembri curandum est. nam plura sunt alia membra. Forte dices. qñ bñficiũ cõfertur cõsanguineo, affini, vel alteri: aliquis loqꝛtur ꝓ consanguineo, vel aliqua. & sic per munus a lingua beneficiũ tenet. hoc nõ tutuat aduersarios de sanguine loquentes tanꝙ ab istis tribꝰ separato. Præterea potest collator dare beneficiũ nullo loquente: solum intuitu sanguinis vel affinitatis. ¶ Sed contra istud arguit. In distinctione præcedẽte docebam ꝙ inidoneus ad idoneitatem accedẽs nõ tenet beneficiũ sibi collatũ restituere: sed quilibet bñficiũ habẽs simoniace/bñficiũ ipm resignare tenet. igit. ¶ Insuper scđm dicta q̃libet peccans conferendo/simoniam committeret: & sic collator idoneo beneficiũ conferẽs, relicto magis idoneo committeret simoniã: qđ est absurdũ. ¶ Ad primũ cõcedo maiorẽ: sed minor est falsa. imo in casu tertiæ cõclusionis beneficium idoneo simoniace confertur: & tamen idoneus ille nõ tenetur bñficium restituere: cum sit capax: & collator reuera conferat licet ꝓpter malũ finẽ: hoc enim nõ vi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiat collationē. vt si liberaliter dem sorti decem adiungēdo circūstantiā venialē vel mortalē in rō ne obiecti cadentē, donū est ratū: & alter domi do minium acquirit. hoc in distinctione præcedente de hypocrita & paupe diximus. Nec valet ratio domini Armacani libro. x. ad Armenios dicē tis, intrantem p pcīm in bīficiū nō acqrere verū titulum in ipso. cum eīm nō ingrediat̄ p ostiū sed aliunde: fur est & latro. Ioan. x. Sed absit vt chri stianus dicat (inqt) q̄ ingrediens per peccatū p ostium ingrediat̄. Nō valet iquā hæc rō: qa plu ribus modis p pcīm hō acqrit verū titulum i re aliqua. vt vendēs equum in die festo acquirit do minium pecuniæ: & alter dominium equi. et si alter sit excōmunicatus: & clericus cui talis nego ciatio est vetita, iam triplici pcō peccat: & tamē res transferuntur. ergo non est inconueniēs q̄ ali quis in beneficium intret p pcīm tanq̄ p ostium quia per hunc actum ingreditur: hic actus est pec catū: ergo p pcīm ingredit̄. sed hoc nō est rōne q̄ est peccatum: sed ratiōe qua ponunt̄ omnia essen tialia ad collationem beneficii vel ad rerum trās lationem requisita. Verbum aūt Christi Ioannis x. ad literam intelligit̄ de fide catholica: vt glossa interlinearis exponit. Qui bene sentit de Christo intrat p ostium in oīle. q̄ aliūde ascēdit, de Chri sto male sentiendo: ille est fur & latro. ¶ Ad secū dū negatur assumptū: quia cōstat virum peccare pcō nō pertinēte ad collationē beneficij: & tamē ꝓpterea collatio non erit simoniaca. sed si peccet in actu conferendi: concedo q̄ simoniam cōmit tit: & q̄ beneficium cōferens idoneo, magis ido neo ꝓtermisso simoniam cōmittit. sed alter non tenetur ad restitutionem secūdum dicta in q̄stio ne præcedente: & loquendo de pœnis simoniaco rū postea amplius eluceſcet.

¶ Secūdo arguit̄ de munere a ma nu. quis potest dare pecuniā licite alicui quaten⁹ pro se apud ep̄m itercedat p beneficio obtinēdo ergo eodem modo potest pecuniam pro se dare episcopo pro beneficio obtinendo. Antecedens probatur: quia licite dat ianitori pecuniam vt adi tum habeat ad episcopum / saltem sine vitio si moniæ. quod patet: nam si serā aperiat clanculū vel clauī sub ostio absconsa, vel frangat fores, licet in hoc peccet/tollendo obicem ne prohibea tur ab accessu ad episcopum: tamen nō commit tit simoniā. ¶ Respondet̄ negando q̄ quis pos sit dare pecuniam alteri ad intercedendū pro se: & concedo illud quod assumitur de ianitore dūmo do ianitor non amplius loquatur: potissimum si est idoneus: quia tollit obicem eum prohibētem ne ad collatorem habeat accessum. quod est sine vitio simoniæ: vt argumentum sufficienter ape ruit. ¶ Tertio arguitur. Seruitium est causa mi nus principalis vel causa sine qua non collatiōis ergo eodē modo pecunia. Respondet̄. non ē idē dicere: est causa finalis minus principalis: & cau sa sine qua non. Notitia eīm scām multos ē cau sa sine qua non volitionis: nō tn causa finalis. sic seruitiū bn̄ est causa sine qua non: quia p illud co gnoscitur fidelis diligētia & industria hois. de pe cunia aūt nihil tale contingit. ¶ Quarto arguit̄. Romanus pōtifex licite vendit beneficiū: & i eo non est simoniacū: ergo in nullo est simoniacum Añs ꝓbat̄. Lex Iulia ambitus cessat in vrbe Ro mana: eo q̄ magistratus illic priceps creat. ff. ad l. Iuliā ambitus. l. vnica. ergo a fortiori cessat turpitu do ambitus beneficiorū cū a principe summo spi rituali bn̄ficiū emitur. Etiā dispensare videt̄ cū il lo cui bn̄ficiū vendit vt possit ip̄m tenere. ¶ Rn̄ det̄. aliqua sunt simoniaca quia ꝓhibita: & in his summus pontifex non cōmittit simoniā. Exem plū. vt in benedictiōe calicis/vestiū sacerdotaliū, & huiusmodi a sola ecclesia institutorum. Ista ei nō sūt simoniaca de lege naturæ vel diuia. Alia sunt prohibita quia simoniaca: quēadmodū sūt illa q̄ legi naturæ & diuinæ cōtraueniūt: & i talib⁹ pōt cōmittere simoniam pōtifex sicut & quilibet alius: quia illi iuri est subiectus: non tamen incur rit pœnas positiuas humanas quas alī⁹ iferior in currit. Modo accipere aliquid temporale pro col latione bn̄ficij quod tenet̄ gratis cōferre: diuino iuri & naturæ contrauenit. Textus ad hoc est cla rus in cap. Ex diligenti. de simo. §. Quocirca. Et hoc tenet Panor. de Simo. cap. i. Durādus autē & Petrus Paludanus hoc sufficienter ꝓbant: qa cū capere aliqd p licentia docendi sit simoniacū ex ꝓhabitis: a fortiori capere aliqd pro iure eligē di episcopum: & explendi officia in diuinis. Bea tus Thomas item secūda secūdæ quæst. c, dicit & bene, esse hæreticum tenere papā nō posse cō mittere simoniam. Ad vltimam partē argumen ti: an dispenset cum illo cui beneficium vendit: Ioannes Andreas in Mercurialibus. in reg. Cui licet, dicit. Si episcopus statuit pœnam excōmu nicationis, ipso similiter omnibus ludentibus ad hasardum: non propterea liberatur qui inductus ab episcopo cum ipso ad hasardum luserit. imo post̄q̄ ille excommunicationem incurrit: epi scopus denuo cum ipso ludens maiorem excō municationem incurrit: communicans ipsi crimi noso in crimine damnato: & pro prima vice mi norem tn̄ nisi induxerit. tunc enim censetur cau sa cur alius ludit: & sic vt operans maiorem ex communicationem. quemadmodum si eius mā dato vel consilio clericus percutiatur. cap. Mu lieres. de sententia excommunica. Quemadmo dum scienter verbo aut osculo participans cum

excōmunicato, p hoc absoluere ip̄m nulla rōne cēsetur: nisi se velle exprimat illum ex hoc ꝓ ab soluto habeti. de sentētia excōmunicatiōis. cap. Si summus pontifex. in Clemen. Sic videtur oi no in proposito q̄ non dispensat cum illo, nisi hoc aliter aperiat. ¶ Quinto arguitur. prophetæ acceperunt pecuniam pro actu prophetandi: & tamen actus prophetandi est dei donū: & via hu mana haberi non pōt. maior ꝓbat̄: quia vt dicit j. Regū. ix. Saul dedit pecuniam Samueli vt idi caret asinas patris sui. vbi sic scribitur. Rursum puer respondit Sauli: & ait. Ecce inuenta est i ma nu mea quarta pars stateris argēti: demus homi ni dei vt indicet nobis viam nostram. Idē patet iij. Regum. xiiij. de vxore Hieroboam q̄ mune ra ad Ahiā ꝓphetam portauit vt indicaret quid euenturum esset filio ægrotanti. Simile habem⁹ de Helisēo: cui Naamā Syr⁹, & Benadab rex Sy riæ magna obtulerunt munera. ¶ Concedo q̄ ē simoniacum p actu prophetico capere pecuniā nec hoc fecerunt prophetæ dei: vt Hieronymus super Micheam dicit. Iudæi eīm cum veris pro phetis assueti minutissima munera obtulerunt p sustentatione prophetarū. Vxor nāq̄ Hieroboā regina regni Israel portabat solum decē panes, crustulā, & vas mellis: iudicans virum dei pau cissimis contentum, munere regineo exasperari. Etiam non legimus de ꝓphetis q̄ ista acceperūt q̄q̄ erant eis licita: non tn̄ capiendo pro actu ꝓ phetico. Sed idololatrę gentiles cū pseudo pro phetis delusi immensa dedere munera: vt in. iiij. Regum legimus de Naaman syro. Et. viij. cap. eiusdem scribitur. Venit quoq̄ Heliseus Dama scum: & Benadab rex Syriæ ægrotabat: nuncia uerunt̄q̄ ei dicentes. Venit vir dei huc. Et paulo post̄ sequitur. Iuit igit̄ Asahel in occursum eius habens secum munera & omnia bona Damasci onera quadraginta camelorum. sed non legit̄ q̄ aliqd acceperit: immo q̄ non acceperit cōuincit qa vt dicit̄ cap. v. dicebat ei Naamā Syrus. Ob secro vt accipias benedictionem a seruo tuo. At ille respondit. Viuit dns ante quē sto: qa nō acci piā. Cūq̄ vim faceret, penitus nō acqeuit. Nō est aūt verisimile q̄ in facto simili hoc ꝓtermiserit. ¶ Ecce quomodo in triplici munere: scilicet lin gua, prece, & seruitio, & in alijs sinistre trahētibus episcopos ad bn̄ficiorū collationē cōmittit simo nia. & quomodo seruitus aliqua & p̄ces simoniā inducunt: aliqua vero nō. Et q̄ aliqs simoniace bn̄ficium acqrit & inique: non tn̄ iniuste cōtra iu stitiam distributiuam. hoc est, nō relinqt aliqd es sentiale ad collationē bn̄ficij: licet aliquid addat bonitatē moralē act⁹ vitiās i cōferēte vl̄ accipiē te, vl̄ i vtroq̄. & iste n̄ tenet̄ bn̄ficiū reliqre: s; suf ficit de pcō pœnitere, bn̄ iseruiēdo cū sit idone⁹.

¶ Distinctionis Vigesimequintæ

Quæstio Quarta.

Quæritur quarto de simonia: An liceat aliquid accipere ratione consuetu dinis, & cogere nolentē ad dandum scām consuetudi nem loci tam in collatione sacramentorū q̄ beneficio rum. Hæc q̄stio est anceps, & materiā cōscientiæ tangēs. propterea paululum immorabor: plixita tis tamē semp memor: ne tediū lectorib⁹ afferā. In primis conclusiones & modū dicendi aliorū ponam: postea quid mihi dicendum videat̄, po sīturus. ¶ Sit omnium dicendorum hæc prima conclusio. Licet post factum capere aliquid do no gratuito. Probat̄. Nemo peccat capiēs donū gratuitum: sed cū pecunia datur post factum: ap parentissimum est signum doni gratuiti. ergo be neficium conferens potest aliqd post collationē beneficij vel sacramenti capere loco doni gratui ti. quia si capere non potest: sequitur q̄ benefa ctor alicui⁹ est minus capax doni liberalis q̄ sor tes hierichuntinus. qd̄ est inconueniēs. suppono rectā intentionē tam cōferentis q̄ accipientis: & cætera req̄sita. Si enim cōferēs det munus gra tia vlterioris beneficij habēdi: iam actus eius est malus: sed actum bonum præteritum non vitiat siue statim post factū detur, siue diu post. ¶ Se cunda conclusio. Licet sacerdos male agat cogē do laicos dare pecuniam ante spiritualia exhibi ta: eis tamen exhibitis subiectos sibi laicos coge re potest auctoritate superioris seruare laudabi les consuetudines, hoc est, soluere secundum cō suetudinem non reprobatam in tali loco. Hanc conclusionem probat capitulum Ad apostolicā de simonia. vbi sic scribit pontifex. Ad apostoli cam audientiam frequenti relatione peruenit, q̄ quidam clerici p exequijs mortuorum & benedi ctionibus nubentium/& similibus pecuniam exi gunt & extorquent. & si forte eorum cupiditati non fuerit satisfactum: impedimēta fictitia frau dulenter opponunt. Econtra vero quidam laici laudabilem consuetudinem erga sanctam eccle siam pia deuotione fidelium introductam, ex fer mento hæreticæ prauitatis nituntur infringere sub prætextu canonicæ pietatis. Quapropter super his prauas exactiones fieri prohibemus: & pias consuetudines præcipimus obseruari: statuen tes vt libere cōferantur ecclesiastica sacramenta sed per episcopum loci veritate cognita compe scantur qui malitiose nituntur laudabilem con suetudinem immutare. Vult ergo dicere pōtifex

Universidad de Deusto
Biblioteca

q̄ sacramenta & beneficia libere danda sunt, sine pactione p̄uia vel tpe dationis. sed tñ cogēdi sūt accipientes seruare laudabilem consuetudinem.
¶ Tertia conclusio ab Hostiensi & Panor. & canonistis passim ponitur: q̄ non valet cōsuetudo qua clerici pro spūalibus receptis vel recipiendis dent aliqd temporale alijs. Hoc patet per locum a contrario sensu in c. allegato, i quo fit specialis mentio de laicis. Sed dices. locus a cōtrario sensu non tenet qñ ad oppositū sequtur absurditas, vt hic. nā vix potest dari discrimen q̄re laici sint cogendi seruare laudabiles consuetudines: & nō clerici. Probatur conclusio, p cap. Iacobus. de simonia. & cap. j. eiusdē tituli. Et. j. q. iij. cap. Si q̄s episcopus. Hostiensis in cap. Iacob⁹. assignat discrimen tertiæ conclusionis a secunda: quare sc̄z laicos consuetudo excuset & non clericos dicēs. Est publica vtilitas quando clerici a laicis capiūt. priuatæ vtilitatis est quando clerici dant clericis Item q̄a laici sunt clericis oppido infesti. Itē nec curandum est q̄ ecclesia habeat, qđ non fit cum remanent bona apud laicos. Sed istud discrimē parui momenti est: & pōd⁹ discriminis i hoc stat, q̄ clerici possunt & debent oia a laicis capere: q̄a clericis sunt infesti. Sic multi clerici laicis sunt infesti/& ignauiter & auare ex bonis a laicis cōcessis vitā dicūt. Et si non curandum sit q̄ ecclesia habeat: debet quelibet ecclesia fructus suos alteri concedere: qđ est falsum. Est quidam canonista qui libellū super hoc fecit: quē aliquādo vidi: vere nomē non memini: omnes indifferenter excusans. nam ita late p̄cedit: vt eum prælatorum vlcera iudicem lingere, dum vult omnes has mōstruosas prælatorum pestes circa exactiones indifferenter excusare. Propterea aliud discrimen iter clericos & laicos est dandum: quia prælati beneficiorū collatores ex officio obligantur illa q̄ sibi i cūbūt gratis ministrare. Ad hoc em̄ habēt stipēdia ex redditibus ecclesiæ. Et ꝓpterea simoniam cōmittūt vltra exigendo ab ecclesiasticis: & ad restitutionem tenēt. Vnde sanctus Thomas scda scdæ quæst. c. art. iij. dicit q̄ ille cui committitur spiritualis potestas, ex officio obligatur ad vsū potestatis sibi commissæ in spiritualium dispensatione: & etiam pro sui sustentatione statuta stipendia habet ex reditibus ecclesiasticis. Et ideo si aliquid acciperet pro vsu spiritualis potestatis non intelligeretur locare operas suas quas ex debito suscepto officio debet impendere: sed intelligeret vendere ipsum spiritualis gratiæ vsum. & ꝓpter hoc non licet pro quacunq; dispensatione aliquid accipere: nec etiam p̄ hoc q̄ subditos suos corrigat: vel a corrigendo desistat. Et probat q̄ istud sit verum, per canones summorum pōtificū rationabilissimos in æquitate naturali fundatos: qui per consuetudinem in oppositum tolli non possunt. vt isti olei venditores dicunt. Et a posteriore arguitur sic. nisi tertia conclusio esset vera: dices omnes episcopos probe agere/qui p̄fas & nefas episcopatuum prouētus aggerāt tā in beneficiorum q̄ in sacramentorum collationibus: qui bonis ad nauseam abundant: & a pauperibus quorum miserendum foret, capiunt: in magnam deformitatē cleri: a qua sacri canones tanq̄ ab aspide cauere iusserunt. Præterea arguit ad idem: si consuetudo currens sic eos excusaret pro collatiōe vnius ordinis, successu temporis licebit quatuor aut quinq; scuta capere: non ratione sacramenti (dicent) sed sub consuetudinis velamine. ergo viam ad puerse agendum peccatoribus aperies. Credo Aristotelem cum Platone i gentilitatis tenebris incedentes ingenue fassuros præter rationem fore q̄ vnus de sorte cleri, licet caput in diœcesi, fugat alimentum a minutis membris in eorum iacturam, potissimum q̄n caput est mōstruose nimis magnū: cui opū honesta diminutio esset maxime expediēs/quæ fit relinquendo: saltem non extorquendo a pauperibus membris. Rursus. si vis eos omnes excusare a consuetudine aut potius a corruptela: hoc erit ꝓpterea q̄a per hanc tertiam cōclusionē plurimi episcopi sunt i periculoso statu viuēdi. sc̄z hoc non tollit cōclusionē: vt videre licet de multis sceleratè viuentib⁹ tā in clero q̄ in populo. Aliq tñ sūt boni epi ab his oibus immunes. Teneo ergo tertiam conclusionem: nec auderem in conscientia eos more istius excusare.

¶ Contra secūdam conclusionē arguitur. Capere hanc pecuniam a consuetudine i ductā est extra prouentus ecclesiæ debitos colligere: vt patet de prouentibus quos pastor habuit ante cōsuetudinem introductam. ergo iniuste cogit populum consuetudinem seruare. ¶ Respondetur. plerunq; curati etiam in hoc peccant: & nimis sunt solliciti: vt patet i cap. Suam. hui⁹ tituli. sed in regionib⁹ in q̄bus quilibet vicus regulariter habet ecclesiam parochialē: curę frequēter sunt tenues: & naturale est vt cū in spūalibus laborent p̄ plebe/ab ea nutriant. Et decimas quo ad quotā in plerisq; locis non habent: prouentus aūt cōmunes ante hanc dationem pecuniarū nō sufficiebant. propterea ex liberali dono populus eis vltro post spiritualia exhibita aliquid pie dedit. Et licet aliquæ curæ sint pingues vt Parisijs videmus: illæ tamen sunt paucæ in comparatiōe totius multitudinis. Possunt etiam in eis cogere subiectos seruare consuetudines: licet nō sit eadē ratio legis, potissimum quando curatus est parum idoneus. Q̄n autē lex vel consuetudo ē cōmunis: ipsa est seruanda: licet in quolibet mēbro non sit eadē vis legis. De custodia huius cōsuetudinis Romanus pontifex in cap. Ad apostolicā, dicit q̄ p̄ eōm loci veritas est cognoscenda ac si diceret. si exorbitanter plebani petant/arcendi sunt. Et licet prima fronte videret q̄ in tenui cura debeat cogere subiectos seruare consuetudinē: non autem in pingui: hoc non valet. quia eēt eneruare consuetudinē diœcesis: & per cōsequēs vim consuetudinis abolere, in iacturam etiā viri valde idonei plus valētis q̄ alij duo valeāt. ¶ Sc̄z contra hoc arguit. populus libere & sua sponte plebano concessit talē pecuniæ summā ab exordio: sed ex liberali dono nō nascit necessitas dandi. Si em̄ ego liberaliter in quolibet prio die anni cōsueui dare tibi decē: & hoc duodecies vel vigesies replicē: non potes ꝓpterea in foro cōtradicto me cogere ad solutionē. eodem mō nec filiū meū nec nepotē. ¶ Sc̄do arguit ad idē. Stat q̄ hic modus soluendi, per exactionem & cū pcō auaritiæ sit introductus: ergo nō est laudabilis cōsuetudo: sc̄z corruptela quæ minime ligat. Et hoc dicitur in cap. Suam nobis. de simo. ¶ Ad primū concedit q̄ populus sua sponte & libere ab initio dedit: vtputa aliqui deuoti videntes curatū vndecunq; dignum: quo exemplo vicini moti sunt ad consimiliter liberaliter dandum. ita q̄ mā sit talis datio aliquanto tempore continuata: quo usq; a multis putaretur esse de præcepto: & post ea a maiore pte: & sic erat virtualis consensus populi ad hoc se obligantis/non potētis discernere an esset de iure debita talis pecuniæ summa prælato nec ne: cum a consuetudinibus fructus laborum eius dependeant. Exemplum in simili. solū ꝓfestum assumptionis diuæ virginis est de p̄cepto ecclesiæ quo ad ieiunium. Britanni tñ ex cōsuetudine in omnibus profestis antiquis nostræ dominæ ieiunant: & omittentes iudicant male facere: quare cōsuetudo est eis obligatoria: habuit tamen initium de consilio solum assumptū: q̄ q̄ populus erronee putabat fuisse legem scriptam ad hoc obligantē: vel forte putabat idem de profesto natiuitatis christiferę virginis: & assumptionis ad supos. Sic nāq; propter aliquē colorē introducit consuetudo p̄ceptoria. Similiter si agricola habēs terras colēdas ab aliquo diuite daret sua sponte ab initio certos capos libere: pōt continuando liberalitatem in præceptum conuertere: quando non potest docere de principio. quia non p̄sumitur q̄ sic continuaret libere. Et si agricola debet aliquos redditus domino: est maior p̄sumptio. sed primum solum sufficit. Vides non esse simile si ego dem alicui i primo die anni scutū: vbi possum docere de initio libero: & progressu spontaneo. Ex quo patet hoc argumentum

esse nullius momēti: possū probare q̄ hæc datio pecuniæ post funeralia & sacramēta exhibita fuit libera: ergo ad eā nūc non obligor. Sacerdos em̄ debet hanc pecuniā capere non ratione spiritualiū populo exhibitoꝝ: q̄a illa gratis exhibet. Sic em̄ Christ⁹ q̄ p̄cepit hęc gratis exhiberi, etiā p̄cepit eis cui hæc exhibent/dare ministrantibus necessaria. vt patet Matthæi. x. vbi illa duo simil vnico contextu præcipiuntur. Dicat ergo se capere rōne sustentationis: & eius titulus ad hoc in consuetudine fundat: quia aliter probare non potes i particulari q̄ aliquid ei debeatur. ¶ Sed cōtra hoc arguitur. Innocentius tertius in cap. præfato. Suam. definit contrarium sic inquiēs. Suā nobis parochiani de villa Franca q̄rimoniā desti narunt: q̄ capellanus eoꝝ p̄ exequiis mortuoꝝ & benedictionibus nubentium min⁹ licite pecuniā ab eis exigit & extorquet. & infra. Dil. v. mandamus quatinus dictum capellanū vt a tāta p̄sūptione desistat: & etiā p̄ excessu satisfaciat cōpetenter, moneatis, sibi (si obedire noluerit) pœnā canonicā infligētes. & in cap. Cum in ecclesiæ. eisdem spiritualib⁹ recitatis dicit. Putāt aūt p̄lles ex hoc licere: q̄a legē mortis de longa inualuisse cōsuetudine arbitrant: nō attēdētes q̄ tanto grauiora sunt crimina quanto diutius infelicem aiam tenuerunt alligatam. Ne igit hæc de cætero fiant: vel p̄ p̄sonis ecclesiasticis deducendis in sedem, vel sacerdotibus instituēdis: aut sepeliendis mortuis: seu benedicendis nubentibus: seu alijs sacramentis conferendis/seu collatis aliqd exigatur, *districtius prohibemus. Si quis autē contra hoc* venire præsumpserit: portionem cū Giezi se nouerit habiturum. ¶ Respondet. ista capitula sūt apparentia cōtra conclusionem secundam: & videntur bellum cum cap. Ad apostolicam. mouere. sed dicimus q̄ ista cap. intelliguntur quando consuetudo non est sufficienter introducta: quia saltem requiruntur decem anni/populo non recalcitrante. indistincte enim consuetudo contra solos laicos decennio roboratur: vt notari solet in. l. De quibus. §. De lege. & per glossam in cap. fina. de consuetudi. libro. vi. ¶ Ad secundum argumentum duo dico. Primum est: q̄ licet ita fuerit: non sequitur quin iam consuetudo sit bona. quod patet de primis Gallis qui non ieiunarunt in omnium nouem apostolorum profestis. & deniq; de omnibus cōsuetudinem contra legē scriptam introducentibus & peccantibus. Posteriores tamen non peccant quia iam per consuetudinē lex est abrogata. Ad cōsuetudinē aūt nō oportet p̄bare eius initium fuisse bonū: quia aliqua ē cōsuetudo nūc rōnabilis, q̄ iitū habere potuerat ex peccato: aliqua etiam sine peccato. Secūdo dico præsumēdū ēē in meliorē ptē vbi de op

posito nō docet. ¶Ex tota solutiōe patet q̄ vbi nō est cōsuetudo accipiēdi pecuniā p̄ his noiatis p̄latus nō pōt cogere populū ad dandū. probat sic. vbi cōsuetudo est quodāmō introducta & nō sufficienter stabilita, nō pōt cogere: vt dicit i cap. Cum in ecclesiæ. ergo a fortiori nō pōt vbi nihil consuetudinis est introductū. Itē q̄rit, quo titulo talē pecuniam extgat. nō sufficit alia loca allegare: qa sic possemus in Gallia vesci extremitatib⁹ & interiorib⁹ aīaliū/oibus diebꝫ sabbatinis extra quadragesimā. Sic em̄ Castellani faciunt. Et i illis diebus inter festa natalia & purificationē inclusiue licceret comedere carnes in Britānia more Parisiensium: qđ est falsum. Sed contra istud arguitur. contingit p̄latū nō habere sumptus necessarios: ergo tūc pōt cogere subditos subire cōsuetudinē soluendi locorū vicinoꝝ. Respondet. ad huc nō pōt aliq̄d exigere. potius aūt doceat pueros, scribat, q̄rat victū manibus vel industria. vt dī. xci. dist. Cleric⁹ victū. quēadmodū fecit Apostolus. de censi. cap. Cū apostolus. Sed si nesciat victū aliunde q̄rere populus ei prouidebit: & ad hoc compelletur.

¶Cōtra tertiam cōclusionē arguit Secunda infert contradictorium tertiæ: ergo illæ duę cōclusiones cōpugnant: qa si inferiori liceat superiori licebit. aliqn inferior in iurisdictione erit ꝓportionabiliter maior superiore. ¶Respondetur negando harū cōclusionū repugnantiam. nam pauper plebanus magnum habens laborē in plebe ex consuetudinibus & omnibus aduentitijs/interdum ęgre colligit. lx. ducatos: nōnunq̄ vix. xxx. vel minus: & plures habebis opinione mea non colligentes. c. ducatos immo. lx. q̄ colligētes vltra hanc summam etiā oīb⁹ consuetudinibus in sortem deputatis. Episcopi vero regulariter ꝓuentus sufficientes habent. Nunqd duo milia vel tria ducatorum sufficiūt episcopo pro sui sustentatione: q̄is etiam sit profundissimus theologus tot oculos in cura habens quot arg⁹, etiā nobilis? Quid opus ē ergo cū tot prouentus habeat pro se & suis nutriendis, facere tot exacti ones? Adde vlterius. si opus fuerit, potest episcopus fouere ecclesiasticos viros dando eis pauca quibus etiam potest prouidere pro loco & tēpore non ratione seruitij: sed ratione idoneitatis cognitæ seruiendo. Vbi aūt esset aliquis pauca habens secundum suum statum communem, deberet suum statum temporalem & transitorium diminuere potius q̄ alijs dare occasionem male agendi: quia si episcopus pauca habēs capiat pecuniā post spiritualium exhibitionem sub titulo sustētationis, potissimum si bonus fuerit, putabunt opulēti episcopi hoc sibi licere. Motiua autem cuiusdam oppositum tenentis nullius sunt momenti. dicit episcopos grauatos esse cura totius diœcesis. hoc nihil est: nam contra æquitatē naturalem non currit consuetudo, vt superius dixmus. Nec valet dictum eius q̄ papa scit & tolerat: ergo est licitum. Antecedens enim est falsum: vt patet per constitutiones Martini quinti, Eugenij quarti, Pij, Pauli, Sixti & multorū aliorum neotericorum pontificum. Secundo consequentia est nulla, vt patet de multis criminibus irretitis tam iter ecclesiasticos q̄ laicos. ¶Recolligendo sparsim dicta: diximus q̄ plebanus licite cogit subiectos laudabilē seruare cōsuetudinē post factum tamen quando consuetudo est tota liter p̄scripta. ante factū em̄ aut tēpore exhibitionis sacramēti cogere nō pōt: licet non capiat rōne consuetudinis: quia adhuc non est cōsuetudo & esset color de sacramentorum venditione. species aūt mali est relinquenda. gratis tamen oblata capere potest. Nec obstat cap. Emendari. j. q. j. vbi prohibetur nummos in concham mittere ne videatur sacerdos vendere baptismū. qa hoc est propter speciem mali. sed in cap. sequente dicit q̄ gratis oblata capere potest. Episcopi autē ista facere non possunt: cum sufficientes reddit⁹ passim habeant. Quo fit vt minor venia danda sit opulento episcopo ista capienti q̄ pauperi. Sed dicis. si pauper occulte caperet aliq̄d pro sui sustentatione/nō committeret simoniam: ergo neq̄ diues simoniam committit. Respondeo. consequentia intelligenti nullum colorem habet. Vbi enim non est consuetudo cogens homines soluere, simoniam cōmitteret: non autem vbi est cōsuetudo i plebanis. sicut negociator capit lucrū vltra sortē sine vsura. sed si is qui nō est negociator, simile lucrum caperet/vtiq̄ vsuram cōmitteret. Ille simoniā cōmittit q̄ in exhibitione spūalīū temporale capit p̄ter rationem: licet dicat ꝓ sui sustentatione se capere. Et hæc de consuetudine tam episcoporum q̄ inferiorum. De notariis & similibus videndum est, an habeant sustētationē deputatam vt gratis suū officium exequant̄/ an non. Et secūdū hoc consequenter dicendū ē de simonia vel non simonia.

¶Distinctionis Vigesimæquintæ Quęstio Quinta.

QVinto quęritur: An simoniace ꝓmotus cū munere a manu iustū titulum i bñficio acqrat. Respondet. negatiue. vt patet per extra uagātem Martini quinti in concilio Constantiensi con-

dita: quæ icipit Multæ. in qua sic dicit. Sacro approbante concilio declaramus q̄ ordinati simoniace ab executione suorū ordinū sunt ipso iure suspēsi. Electiones aūt & postulationes, cōfirmationes: & q̄is prouisiones simoniacæ ecclesiarū, monasteriorꝫ, dignitatum, personatuum, officium & beneficiorꝫ quorumcūq̄ deinceps factæ, nullæ sint ipso iure: nullūq̄ p̄ illas ius cuiq̄ acqratur. Nec promoti, confirmati, aut prouisi faciant fructus suos: sed ad illorum restitutionem tanq̄ iniuste ablatorum teneantur. Statuentes insuper q̄ dantes & recipientes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant: etiam si pontificali aut cardinalatus præfulgeant honore. Reuera tamen ordines quis simoniace promotus acquirit sed non ordinum executionem. hoc est non potest exercere illa quę ordinis sunt sub pœna mortalis peccati.

¶Contra hanc conclusionē arguit sic. Stat Romanum pontificem simoniace a cardinalibus eligi: & tamen verum ius acquirit i pōtificatu maximo: ergo cōclusio falsa. nihil scrupuli videt nisi i minore: q̄ ꝓbat: qa dato oppositio crebro incertum & dubium esset de capite ecclesiæ: quod est inconueniens. ¶Respondetur concedendo vtramq̄ præmissarum: nam ipse solus excipitur. Et patet istud de elect. i cap. Licet. vbi sic scribit Alexander Tertius. Licet de vitanda discordia in electione Romani pontificis manifesta satis a præ. no. constituta manauerint: quia tamen sæpe post illa per improbæ ambitionis audaciam, grauem passa est ecclesia scissuram: nos etiam ad malum hoc vitandum, de consilio fratrum nostrorum & sacri approbatione concilij aliquid decreuimus adiungendum. Statuimus ergo vt si forte inimico homine superseminante zizaniam, inter cardinales de substituendo summo pontifice non poterit esse plena concordia: & duabus partibus concordantibus, pars tertia cōcordare noluerit: aut sibi alium præsumpserit nominare: ille absq̄ vlla exceptione ab vniuersali ecclesia Romanus pontifex habeatur, qui a duabus partibus electus fuerit & receptus. Ecce hic dicitur (absq̄ vlla exceptione) hoc est iuris positiui humani. glos. tamen hæresim excipit. Sed dico illam exceptionem nullam. Nam propter hæresim papa non cadit a dignitate papali: nec eum repugnat eligi: aliquin foret incertitudo in pontificatu. Propterea licet esset coniugatus vel homicida, post duarum tertiarum electionem erit pontifex. & Panor. in cap. præfato infert q̄ laicus a duabus partibus electus erit pontifex. probatio eius est de Petro qui erat prim⁹ papa & laicus. sed probatio est nulla. Licet em̄ Christus ante passionem promiserit ei pōtificatum: vt patet Matth. xvj. & transumptiue. xxiiij. q. j. Quodcūq̄, tamen non erat maxim⁹ pōtifex viuente Christo. sed illa potestas fuit ei collata post resurrectionem. vt in distinct. præcedente diximus: & tamē erat sacerdos factus in vltima cœna. quare falsū assumit in probatione. conclusionem tamen puto veram. Non em̄ credo de iure diuino esse req̄situm ad hoc vt quis dignitatem papalem habeat/q̄ sit clericus. Vides sicut ius habet ab alijs pōtificibus separatum: ita aliam electionem. Nā alij episcopi eliguntur a maiore parte capituli: nec requiritur cōsensus duarum tertiarum: sed sufficit pluralitas. vt dicit in. §. Ex hoc. in dicto ca. Licet. Alii item episcopi confirmantur & consecrant̄: qđ in eo non requiritur. Nec appellatur dñs electus, cæterorum more: sed Romanus pontifex. Veruntamen grauiter peccat pecuniam dans vt eligatur: & magnæ ambitionis est nota: & alijs p̄latis pessimum præbet exemplum. Aliquos vero de sui electione dubitātes legimus papatui renunciasse: vt Leonem quartū: & Honorium secūdum. Cardinales tamen ab eo accipientes pecuniam quatenus eum eligant, tenentur illam restituere: quia generale est & de iure nature: q̄ homo non acqrit dominium pecuniæ per actum quem tenetur gratis exhibere. vt si des latroni pecuniā quatenus te non occidat: vel debitori pecuniam vt tibi soluat debitum: nec sicarius: nec debitor illius pecuniæ acquirit dominium: sed eam restituere tenetur. Et ratio est: quia tenetur ad oppositū Sic autem est in proposito. Cardinales nanq̄ tenentur gratis eligere Romanū pōtificē, si eligāt: & probibētur tale munus accipere: nō solū de iure positiuo humano: ergo illius pecuniæ non acquirunt dominium: sed illam pecuniam restituere sunt obligati. Contra hoc dicis. mulier capit pecuniam pro sui corporis turpi locatione: & tenet̄ ad oppositum: nihilo tamen minus illius pecuniæ acqrit dominium. Respondet̄. mulier nō tenet̄ gratis dñiū sui corporis alteri cōmunicare: quia nullo modo tenet̄ vsum sui corporis alteri communicare. sed licet talis vsus sit ei interdict⁹ acceptio tamen pecuniæ non est ei vetita: nec ad restitutionem tenetur. Nec ipse post̄q̄ est factus pontifex, potest eis illam pecuniam rēmittere: sic scilicet vt sint salui in conscientia, qualitercunq̄ illam pecuniā expendāt. Illa em̄ fuit pecunia ecclesiastica/vt supponit̄: cuius pōtifex nō est dñs sed solum fidelis dispēsator. ¶Sed contra istud arguit̄ per dictū Nicolai papæ qđ recitat̄. lxxix. distin. cap. Si quis pecunia. vbi sic dicitur. Si qs pecunia vel gratia humana/aut populari seu militari tumultu, sine concordi & canonica electione & cardinalium & sequentium religiosorū cleri

Universidad de Deusto
Biblioteca

corum fuerit apostolicæ sedi inthronizatus:non apostolicus sed apostaticus habeatur:liceatq; cardinalibus & aliis clericis deum timentibus/& laicis maiorē illum anathematizare:& humano auxilio a sede apostolica pellere. Rñdet illic glos.q; textus logtur de eo q per simoniam electus ē ab illis q non habebant potestatem eligendi: non a cardinalibus.Hæc glo.est Aurelianensis: vt constat per verba textus allegata. Sed dico illud fuisse antiquum ius.qđ reuocatur i cap.Licet.nec illud ius in concilio Constantiensi allegatum in p batione conclusionis,hanc legem reuocat: quia ista lex i cap. Licet.est rationabilis,cōsideratis his temporibus.

¶Secundo arguitur. Si Sortes habeat verum ius ad a.beneficium: & disturbet ab aliquo,pōt redimere vexationem pecunia vt beneficium suum habeat:ergo conclusio falsa.Antecedens patet per cap. Dilectus filius.vbi prępositus rehabuit pecuniam mandato summi pontificis ab archidiacono Eboracensi non seruante promissum de cessatione a vexatione. ¶Respondetur.hic nō committitur simonia: quia nō datur temporale pro spirituali: sed datur temporale pro re æstimabili precio.Nam cessatio iniustæ vexationis est res temporalis æstimabilis p̄cio.quare aliquis licite pōt illam iniustam vexationem redimere:licet alter iniuste vexās peccet & teneatur acceptum restituere:quia redimēs illā vexationem habet iustam causam redimēdi.nec cooperatur peccato alterius:quia non consentit i vexationem actiuam alterius: nec placet et receptio pecuniæ quam alius accipit:sed ei placet cessatio iniustę vexationis & solutio precij eiusdem quæ non est mala.vt in.xv.distinct.de vsura diximus. Sed quando quis habet ius plene acquisitum tam in spiritualibus q̄ in temporalibus: licitum est vexationem redimere. secundum illud Apostoli ad Ephe.v.Redimentes tempus quoniam dies mali sunt. siue in possessione positus fuerit:siue non/sed sit iniuste a possessione prohibitus:& hoc quādo constat indubitanter esse ius acquisitum.per pecuniam enim non acquiro nouum ius:sed tollo impedimentum iuris mei habendi.Ostendo aliunde. possum dare pecuniam tyranno vt cesseta maiore peccato: si nō possim eum a peccato remouere omnino . propterea ne me in nemore occidat:do ei pecuniam:in cui⁹ acceptione minus peccat q̄ me occidendo. Sic minus est ei peccatum capere paruam pecuniam q̄ beneficium continuo tenere. quod patet ex cap. allegato Dilectus.in quo habetur q̄ datio pecuniæ pro iure spirituali quæsito conseruando contra molestationem indebitam non inducit simoniam nec turpitudinem.alioquin non potuisset vexatus ibi pecuniā datam repetere:quia quādo turpitudo ex vtraq; parte versatur:non ē locꝰ repetitiōi.j.q.iij.Quæsitum. ¶Sed si Petr⁹ sit idoneus & electus:an pecuniam dare possit cōfirmāti vt se confirmet:qui indebite confirmationem negat viro idoneo electo:ē maior difficultas. Ad partem affirmatiuam est color.nam cum sit idoneus & electus/ius habet confirmationem petendi:& superior tenetur electionem confirmare nisi habeat causam legitimam contra electū. vbi autem certo scit nullam esse causam non confirmādi nisi quia non datur pecunia:forte non est improbabile q̄ in foro animæ pecuniam dare possit pro vexatione tollenda. In spiritualibus vero vt euitetur simoniaca labes:pro iure acgrēdo nō est licitum dare pecuniam. Illic em̄ non est locus redimendi vexationem iniustam. Si autem de iure ei contradicatur:dando pecuniam notissima ē simoniæ labes:vt patet in cap.Matthæus. & ca. De hoc.possum tamen dare pecuniam:vt electores non eligant inidoneum:& vt idoneū eligant. Ad hoc em̄ ius acq̄situm habeo:& continetur in secundo membro:non tamen vt me idoneū eligant:quia non debeo me solum præsumere idoneum:nec solū Petrū.Hoc modo Iacob ius primogenituræ qđ a deo sibi actualiter datū erat:a fratre nō emit:sed per modum emptionis vexationem suam redemit.pinde ac si detur pecunia cōtradicentibus de facto,& non de iure. Securꝰ tñ est abstinere,non dando pecuniam cōtradicentibus de facto & pro confirmatione/ob speciem mali.& vix est ius plene acq̄sitū in confirmatiōe forte etiam contradicētes de facto habent apparentiam contradicendi de iure. Eodem modo si quis fuerit iniuste excommunicatus pōt dare pecuniam gr̄a vexationis redimēdæ:qa forte p̄hibeat ne eligat vel eligat:vel aliam iacturam incurrit.sermo est de excommunicatione iniusta quæ est nulla.Ratio est:qa talis excommunicatus habet tam ius acquisitū ad hoc. Similiter si habeā paruulum morti proximum,& nullus adsit eum baptizaturus nisi sacerdos solus qui nō vult baptizare sine pecunia:nec possum et aliud suadere dabo pecuniam redimendo vexationem meam iniustam.Quicqd autem ipse dicat,siue p̄ sustētatione, siue sacramento:mihi satis est q̄ illo respectu nō do. Illic em̄ solum datur temporale p̄ temporali:& ius acq̄sitū habeo.

¶Tertio arguitur. Spirituali annexum potest permutari per pecuniam: vt videre est in permutatione duorum beneficiorum:quorū vnū ē altero pinguⁱ⁹:refundēdo pecuniā quo usq; veniatur ad ęqualitatem in p̄ētibus.patet

in cap. Ad quęstiones. de rerū pmu. & tamē illic est simonia ex dictis.igitur. ¶Respōdetur.cap. se exponit. possessiones nāq; possunt inter se pmutari,& ecclesię inter se:sed nō debent illa inter se miscerī:puta possessio cum ecclesia:vt dicit textus. Si quis aūt permutet beneficiū debitis onerātū:ratione beneficij & nō beneficiati debita cōtracta sunt. potest etiā pacisci q̄ pmutet cū alio ea lege vt alter hęc debita soluat. Ratio est: quia sine pactione alter ad hoc cogeret:& nihil in pacto deducit vltra illa q̄ tacite inerant.beneficium aūt p beneficio p se permutatur:& de p accidens transeunt illa debita.

¶Quarto arguitur.duo contendentes pro beneficio,possunt inter se transigere: vt quotidie videmus.nā vni pensio perpetua assignatur:alteri beneficium. Et casus est in iure expressus.in cap.Nisi. de p̄bē.vbi vnus habuit beneficiū,& alter pēsionem.xl.librarū annuatim:& ius ad beneficiū vendidit precio.xl.librarū.ergo spirituali annexū pro temporali. De ratione autē transactionis est q̄ sit pactio nō gratuita qua aliquid datur vel retinet vt a lite recedatur.per hoc em̄ ab amicabili compositione ꝓprie dicta discrimen habet. ¶Respōdetur.quādo ambo habent titulū probabilē:possunt auctoritate prudentum transigere:nec trāsactio & permutatio beneficiorū est simoniaca:sed ob periculū simonię & fraudis iura hęc prohibent.& propterea dicit pōtifex in dicto cap.Nisi.q̄ ordinationem illam haberet suspectā nisi essent viri ꝓuidi & honesti, tā q̄ ordinationē fecerūt q̄ illi circa quos est facta.Multis aūt verba iuris & nō sensum pōderātibus nō est credendū:q̄ nō liceat permutātibus beneficia ad se inuicē tractatū facere: sed vnus debet episcopum adire ei insinuādo q̄ in alio loco melius proficeret: faciendo mentionē de beneficio alterius:& postea episcopus vtrūq; cōueniet.Hoc.n. nō oportet,sed possunt mutuo colloquī sup hoc & suā mētem inuicē explicare: & dicere se cōtentos si superiori placuerit.sed ꝓpter legē cōtractū irritantē,nō possunt in re permutare sine facultate episcopi.Verbi causa:Si ego sum in hoc loco inutilis & minus gratus:sed possum alibi proficere subditis:& alius erit outⁱ⁹ meis gratior: quare nō possem desiderare aliū locū adire? & cū nō possim in hoc mortali statu more angelico loqui quare mentē meā alteri non aperiā? Vtilitas nāq; ecclesiarū vel ecclesię:vel personarū aut personæ profectus sine iactura ecclesię,est sufficiens ratio permutationis. Sed si nō esset lex lata q̄ nō fiat permutatio sine cōsensu ep̄i vel episcopoꝝ qñ p mutātes sunt ex diuersis dioc̄esibus:duo prudētes possent inter se pmutare:nec vllo modo esset simonia.sed propter simonię vel auaritię periculum hoc ꝓhibetur:& ita pmutatio facta sine auctoritate episcopi,potest dici simonia laxato vocabulo,quia prohibita.Q đ amplius est,dico. Si Sortes habeat a.beneficiū simoniace,& cōmutet ipsum cū b.beneficio Platonis iuste: Plato post ea habet iustū titulū in a.& Sortes in b.beneficio Ratio est:quia resignarūt sua beneficia in manꝰ superioris qui rursus seu de nouo dedit hęc beneficia.& vterq; est capax:nisi aliqua lex positiua humana p̄iudiciū Sorti inferret. nā b.beneficiū nō datur pro a.beneficio tā q̄ p̄ciū ei respōdens: sed de nouo confertur. Secus est de agris vsura emptis, & eo qui loco crementi vsurę succedit. ¶Ad formā igit̄ argumenti nego q̄ pensio sit quid mere tēporale.nā beneficiū interdū in recto pro iure fructus colligendi supponit ratione officij diuini, qđ vulgo canonia vocatur: ad quod homo est obligatus.nōnū q̄ ꝓ fructibus ipsis:& tunc est aliquid tēporale.vt in ca.j.de vsuris. Sic & pensio capitur ꝓ iure colligendi fructus ratiōe cultus diuini cui homo est alligatus:& est virtualiter beneficiū & temporanea ptitio. Et obligat orare pro his ꝓ quibus alter, qui est in possessione totius categorematice.Et sic vnum spirituale ius ambiguū maioris prouentus si haberet, permutat pro alio spirituali minoris emolumenti. q̄uis aūt nō vocetur beneficiū eius,nō refert: nomina em̄ significāt ad placitū. vt quādo duo litigant:& vterq; habet apparentē titulū : si Sortes habeat paruū beneficiū:illud Platoni concedit litiganti quatenus iuri suo cedat: & in neutra pte peccatū cōmittitur.quare si neuter eoꝝ habet beneficiū: vnus capit nomen beneficij:& vocat curatus,vel rector in Britannia:assignādo alteri pēsionē ad vitā,vel quousq; ei prouideatur de pinguiore. dūmō aūt fiat cōsilio prudētū: hoc totū est licitum. Sed si vnus nihil iuris habeat:& hoc sciat:alter ius habens potest redimere vexationē assignādo ei portionē: vel dando pecuniā vt cedat , sine peccato:quia non plus iuris acquirit q̄ antea habuit:nā dat pecuniā vt nō vexetur: sed alter iniuste capit,& tenetur restituere. Cōtra.duobus ꝓbabiliter litigātibus Sorte & Platone,in fine processus cognoscit q̄ Plato non habet ius: sed ius sophisticū solū habuit. ergo licet Sortes possit remittere Platoni expensas factas: Plato eas capere nō potest sana cōscientia. Respōdet. nō sequit:quia licet minus iuris habeat, appellabit:& nūc ius vnius crescere videt,nunc alterius & sine illo ꝓpter ꝓbabile principium huius in litigādo & ꝓcedendo pro tēpore,excusabitur. Ex dictis percipere potes an ius habēs acquisitum ad beneficiū licet molestetur:possit illud ius permutare pro alio beneficio pacifico.& palā est q̄

sic. Vlterius percipere potes an pro iure ꝓbabili possit bñficiū min⁹ certū accipere. ¶ Epilogādo dicimus q̄ Romanus pontifex verū papatum acquirit: licet simoniace & pactionaliter eligatur: quia de episcopatu non debet esse difficultas cū sit ordo: & etiā quo ad iuris dictionē i eo. Et istud est rationabile, ne sit cōfusio & incertitudo in capite. Signū tñ est magnę ambitionis & viti deū nō timentis, sic ad papatum cōscendere. Ex quo patet q̄ licet talis ascēsus sit lege diuina & naturę vetitus: nō tñ est interdictus ei papatus. Præterea diximus q̄ quis pōt redimere vexationē in tēporalibus tā ꝓ iure acquisito q̄ acquirendo. In spiritualibus aūt pōt redimere vexationē pro iure acquisito: siue sit in possessione siue nō. nihil em̄ iuris emit: sed suā vexationem redimit. De trāsactione & beneficioꝝ ꝑmutatione diximus: q̄ si fiant cōsilio prudentū: nec simonia cōmittit nec simonię species. & q̄ ꝑmutaturi possunt colloqui seorsum ꝓ beneficiorū permutatione quā do vident illud ecclesiæ vel sibi spiritualiter conducere vel obesse.

¶ Distinctionis Vigesimæquintæ Quęstio Sexta.

SExto quęritur: An possit esse pactio in spiritualibus. Respōdetur ꝓ duas cōclusiones: quarū prior ē. Res spiritualis potest pactione duci ꝑ re spirituali. patet de ꝑmutatione ecclesiarum: vt do tibi titulū ecclesię meę: & accipio titulū ecclesię tuę: ex q̄stione p̄cedente. Secundo. duo assueti celebrare: Sortes hora octaua, & Plato decima, ꝓpter impedimentū possunt licite pacisci, q̄ si Plato hora octaua celebret, Sortes hora decima celebrabit. Insup episcopus cōfert alicui ecclesiā curatā sub conditione si resignet primam: quę collatio valet. tacite em̄ ineſt q̄ per receptionē secūdę ecclesiæ curatæ vacat prima. ca. De multa. de p̄ben. immo valet collatio beneficij sub conditione q̄ beneficiatus deberet quoti die missam de beata virgine celebrare. c. Significatū. de p̄b. Præterea religiosi patres promittunt alicui iuueni q̄ si bene studuerit biennio vel triēnio, eum in religionem recipiēt. Et episcopus honeste dicit iuueni. Si bene studueris & probum te ostenderis, prouidebo tibi de beneficio. etiam licite promittit q̄ si vitiosam vitam in bonā mutauerit, dabit ei beneficium. ¶ Secūda cōclusio. Res temporalis ecclesię licite applicatur adiecto onere spirituali: & cōtra spirituale pro temporali promittitur: quia in traditione rei suę potest quilibet sibi legem præfigere quā vult. l. In traditionibus. ff. de pac. etiam si traditio fiat ecclesiæ. ad hoc est textus in cap. Verum. de condi. appo. in ſpon. Hoc modo multa cœnobia & multę ecclesię dotatę sunt: temporalia capiētes cū onere, vt pro reliquētibus & eorū posteris religiosi vel sacerdotes præsentes & successuri orarent. Sicut enim aurum res profana ecclesię traditur: vt fiat calix vt deseruiat in diuino officio: sic est de pecunia relicta pro anniuersarijs: & in multis alijs similibus. Rursus videmus probos curatos habētes rationabilem causam per quā abesse cogūtur ab ecclesia, substituentes bonos vicarios: conuenientes cū eis in certa quota pro seruitio q̄d impendunt. Præterea presbyter potest pro sex paruis albis celebrare, ex q̄st. sc̄da huius dist. ergo illud potest deduci in cōditionē. Sed dicis & bene. consequentia est nulla. quia collator beneficij potest capere palafredum post collationē beneficij gratis. & tamen nō potest hoc in cōditionem deduci. Propterea aliter arguitur. Omne illud q̄d est licitum sine conditione, nec illicitum & differme ex parte conditionis prouenit, potest in cōditione poni: sed sic est in proposito. vt patet ex allegatis ad primā conclusionē. Amplius: possum licite in conditione apponere illud q̄d tacite ineſt sed me substituente alium pro me spiritualiter laborantē, tacite ineſt q̄ detur ei sustentatio in parte vel in toto: vt patet primę ad Corinth. ix. ergo possum sic pacisci: si celebres pro me, quādocū q̄ eris dispos⁹: dabo tibi victū & vestitū. Item ex concilio Agathensi sic scribitur, prout habetur in cap. Clerici. i. q. ij. Clerici omnes qui ecclesię fideliter vigilāterq̄ deseruiūt stipēdia sanctis laboribus debita scdm̄ seruitij sui meritū per ordinationē canonū a sacerdotibus consequantur. Et cum licitū sit capere stipēdium pro sanctis laborib⁹: nec videat̄ aliqua deformitas inuolui in pactione, illud est licitum.

¶ Contra ista arguitur: & potissimū contra secūdam cōclusionem. est simonia q̄ rei profanę onus spirituale annectitur. Respondetur negando q̄ sit simonia, vt patet ex dictis q̄est. secūda. Vnde glossa in. c. Significatum. de p̄ben. dat cautelam ad simoniam euitandam: quę est hęc. vt onera diuinorū celebrādorum apponantur rei: & postmodū res tradātur simpliciter: tunc transibit res cum illis oneribus. Et dicit Innocētius. Onus temporale potest apponi: nō autem spirituale, excepta redemptione captiuoꝝ. x. q. ij. § Hoc ius. xij. q. ij. Aurum. Innocentium Panor. insequitur. Hoc non valet. Si em̄ illa pia causa annecti potest, captiuos redimere: a fortio

re apponi potest redimere animas a purgatorio & ad gloriā dei. Illa aūt auctoritas est Ambrosij in libro de officijs dicentis. Aurū ecclesia habet nō vt seruet: sed vt eroget & subueniat in necessitatibus. Quid est opus custodire q̄d nihil adiuuat? An ignoramus quātū auri atq̄ argenti de tēplo dñi Assyrij sustulerūt? Nōne melius conflat sacerdos ꝓ alimonia pauperū si aliqua subsidia desunt q̄ si sacrilegus cōtaminat & asportat hostis? & q̄ sequūtur. Vbi beatus Ambrosius nō solū dicit opes ecclesię ꝓ redēptione captiuorū esse dandas: sed etiā ꝓ pauperū alimonia & sepultura: cōcludēs in his tribus generibus vasa ecclesię etiā intiata, licere cōfringere, cōflare, & vendere. & nō solū intelligit de istis sed de oībus simil⁹ pijs causis: cōtra ecclesię ꝑlatos neotericos, & cōtra aliquos suę tēpestatis. modo sicut dicebā, pl⁹ est animā liberare a purgatorio q̄ corpus a captiuitate. Nūquid p̄bendę annectitur onus docēdi? Textus ad hoc est expl̄us i. c. penul. de magist. Nec etiā opus est cautela glosię. Nō video quin in datione rei tēporalis & prophanę possit condi tio spiritualis & pia apponi. Et ad simoniā nō refert, siue ante, siue tēpore dationis onus spirituale annectatur. Et idem patet de dissensione inter quēdam nostratem abbatē de Melros, & quendā nob: lem de Foresta, nomine Alanū. vbi pōtifex respexit intentionem patris istius Alani de conditione apposita.

¶ Cōtra ista rursus arguitur. ex cōclusionibus & earū ꝓbationibus sequit̄ q̄ aliqs posset dare bona ecclesię adiecta cōditione, q̄ si ecclesia nō faciat sicut ꝓmittit, poterit illa bona reuocare: vel hęredes etiam ꝓpria auctoritate vel successorum. hoc est incōueniēs. igitur. Et q̄ sequatur patet ex probationibus ad primā conclusionem. ¶ Respōdetur. Donator potest multifariam aliquid dare ecclesię. Vno modo sic, do hoc ecclesię. licet intēdat q̄ minister bene viuat & superflua in pios vsus elargiatur. Secundo modo sic. do talem possessionē ecclesię vt quotannis tali die celebretur anniuersarij: addens, si nō seruet illud: ego & hęredes mei reuocare possumus. Tertio sic: reuocare possumus sine auctoritate superioris, immo ꝓpria auctoritate. Primo modo donatio valet, nec reuocari potest modo non seruato. hoc modo dotatæ sunt ecclesiæ in beneficijs. nam dotantes ecclesiā dederunt fructus Christo & ministris eius expendēdos. In secundo modo res reuocari possunt si nō adimpleatur conditio. Ad hoc est textus expressus in. c. Verū. de condi tio. appo. in despon. vel in alijs contrac. vbi Romanus pontifex dicit. Verū cū alicui ecclesię possessio qualibet interposita conditione donatur: a donatore donum postea reuocari nō potest: nisi forte tali sit cōditione collatum q̄ ea cessante de beat reuocari. Et hoc modo cōcessa sunt stipendia ꝓ anniuersarijs celebrādis: quia ita a cōmuni hominū cōsuetudine iudicatur, nisi fuerit rationabile impedimētū. Vnde Augustinus ad Casulanū inquit. De qbus nil certi statuit diuina scriptura: mos populi dei & instituta maiorū ꝓ lege sunt tenēda. Si dicas. quę semel dicata sunt ecclesijs, nō debent in vsus prophanos reuocari. hoc est verū, si categorice collata sint. Circa tertium mēbrū est dubiū. Sed teneo partē illā q̄ non potest reuocare ꝓpria auctoritate, sed auctoritate iudicis: alioquin esset sacrilegiū. c. Quicūq̄ militū. &. c. Nulli. xij. q. ij. Et hoc est propter multos malos qui nimis terrenis bonis afficiūtur: qui fingerent de nō causa causam. Si petas. quomō istud capitulū pōt obligare successores ad celebrandū anniuersariū? Respōdetur. res transit cū onere. & beneficiū datur ꝓpter officiū. c. finali. de rescrip. lib. vi. sic ob stipendiū, q̄d est beneficiū ꝓ hoc anniuersario officio. Qui em̄ capit emolumentum pariter debet subire onus. ¶ Cōcludendo dico: q̄ spiritualia cū spiritualibus permutanda sunt: & conditio spiritualis rei prophanæ addi potest dūmodo ipsa sit rationabilis: cuius ratio a iure scripto colligitur, & ex cōsequētib⁹ ex eo, vel in lumine naturali a iudicio prudentū. Aliquę aūt conditiones essent inhoneste & cōtra rationem. vtpote si beneficiū semper detur vni cognatorū cum collator teneatur magis idoneo conferre. Idem aūt est in effectu, addere conditionē rei de anniuersario quotannis celebrando: & postea illā rem cū onere ecclesię dare, & annectere conditionem tēpore donationis. Q d̄ probatur. vel conditio erat licita a principio: vel illicita. Nō scdm̄, vt notum est scdm̄ eos. Si primum: potest addi in translatione rei sicut ante translationem. Nec est opus dicere. nos relinquimus vobis tot reddit⁹ quotannis ex talibus agris colligēdos: & rogamus vos amore dei vt quotannis ꝓ nobis celebretis anniuersariū officiū tali die. Dixi nō opus esse. nā mos ille dicendi est bonus: & a cōsuetudine hominū posset fieri obligatio. sed volo dicere q̄ cōditio potest apponi & satis distincte: vel institui missa in honorē corporis Christi: vel vt cantetur Salue regina, quolibet die sabbatino ante nostrā dominā, apponēdo conditionē: si nō adimpleant officium, nō recipient redditus. Illic em̄ datur eis calcar bene faciēdi quatenus implo retur auxilium christiferę virginis: sicut pueri ad studiū vel ad sanctos mores allicūtur munusculis. Non secus institutæ sunt distributiones nocturnę & diurnę in ecclesia. Quare de ijs mirādū est qui hoc in dubiū vertunt: & etiā de alijs: quo

modo varias(vt dicũt)cautelas excogitarũt pro euitãda simonia:cũ sit eadẽ sentẽtia:vt cognoscatur ab hominũ cõsuetudine:& hoc in foro cõtradictorio declararẽt. Si aũt heredes defuncti redditus recuperare vellẽt:vel si ecclesia officiũ iniũctũ pficere nollet:semp hoies intelligunt q illud spirituale officiũ nõ dat pillis tẽporalibus bonis vltimate & p pcio adequato. Nec damnãdi sunt simplices quocũq; modo loqndi vtant:suã fidẽ & modum assentiẽdi cõformates formaliter vel virtualiter ecclesię. Si enim fieret eis obiectio q male iudicarẽt illic esse emptionẽ vel huiusmodi dicerẽt se putare habere melius,sc3 spirituale pro tẽporali:& ad gloriã dei & ad salutẽ animarũ suarũ & parẽtũ,hęc factitare:& sibi ostendi cuperent qualiter loqui in hac pte oporteat. Immo aliqui fundãt obitus plurimos,assignates redditus fratribus minoribus peccãtibus illos redditus assumẽdo,cũ sit cõtra eos pfessionẽ.absit aũt q pte redditus fundates peccarẽt nisi super hoc essent edocti:quẽadmodũ vulgus dans eis pecuniã nõ peccat:quia nõ cognoscit eos regulã nec scire tenetur. Secus est de docto qui peccat,quia peccato recipientũ cooperatur scienter vel ignoranter vincibiliter.qđ enim vni est ignorantia vincibilis: alteri est inuincibilis.

¶ Distinctionis Vigesimæquintæ Quęstio Septima.

Eptimo & vltimo circa hanc materiã qritur: quę sit pœna simoniacoꝝ. Respõdetur. licet multiplices sint eoꝝ pœnæ: tñ de grauioribus solum loquar. Vna pœna est q simoniaci in ordine vel beneficio sunt excõmunicati:nec ius acquirũt in beneficio. Hoc qstione quinta in probatione conclusionis diximus. Et Martinus Quintus in alia extrauagãte facta anno secũdo sui põtificatus Mantuę,quę incipit Damnabilẽ. confirmat oẽs excõmunicationes, suspẽsiones, priuationes,& interdicta,& alias censuras a summis põtificib⁹ latas cõtra simoniacos:quas vult incurrere ipso facto omnẽ simoniacũ occultum vel manifestũ,vbicũq; simoniã cõmiserit: cuiuscũq; status:etiã si episcopatus aut cardinalatus, vel quauis alia ecclesiastica vel tẽporali pfulgeat dignitate:dictarũ excõmunicationũ,suspẽsionũ & pœnarũ absolutionẽ sibi reseruans nisi in mortis articulo.nec vult q virtute cõcessionis indulti aut cuiuscũq; facultatis absoluendi cõcessę vel cõcedendę a sede apostolica possint absolui:nisi specialiter de peccato simonię auctoritatẽ absoluendi cõtineãt.Hoc idẽ voluit Eugenius Quartus in extrauagãte quę incipit. Cum detestabile. & Paulus Secũdus in processu quẽ in die Iouis sancta fecit.& Sixtus Quartus. ¶ Secũda pœna est quo ad restitutionẽ,quę est onerosior in foro animæ. Dicitur q ab oĩbus pœnis a canone latis,suspẽsione,irregularitate,infamia,excõmunicatione,pontifex dispẽsare potest. Et hæc sit vna ppositio siue cõclusio.cui⁹ ratio ẽ: qa nõ est aliquod statutũ pure papale qđ possit eũ obligare.sicut enim par in parẽ non habet auctoritatẽ:ita nec idẽ in seipsum. ¶ Secũda cõclusio.Non põt dispẽsare quin simonia cõtra ius diuinũ, sit peccatũ.probatur:quia inferior nõ potest legẽ superioris reuocare. ¶ Tertia ppositio.potest tñ facere q actus qui esset simoniacus ppter suã pfessionẽ in inferiori:sit non simoniacus.hoc sequit ex pbatione primę ppositionis. Nõ tñ potest facere q illud qđ in tali actu fuit peccatum, non fuisset peccatũ:quia de pterito non potest facere nõ pteritũ:imo nec deus.vj.Ethicoꝝ. ¶ Quarta ppositio.potest dispẽsare cum simoniaco pactionali quacũq; pecunia data,q licite teneat beneficiũ.probatur.potest dare ei nouã collationẽ illi⁹ beneficij:nec ius naturę vel diuinũ repugnat quin is sit illius beneficij capax:ergo potest ei illud cõferre. Satis enim purgat vitiũ quãdo res peruenit ad dominũ.ff.de vsucap.l.Si fur.&.c.Qđ quidã.§.Si forte.j.q.j.vt si ego habeã equũ tuũ furto sublatũ:equo manente penes me,potes in me transferre dominiũ equi, & manebit meus. Modo pontifex potest cõferre beneficiũ & puenire cõmunes collatores.& hoc rationabile est in proposito:qa alioquin hoies cõtra cõscientias nõ resignarẽt hęc beneficia:q̃q̃ põt esse aliqualis occasio emendi beneficia. Sed de munere ab obsequio quãdo nulla est pactio:si homo sit idoneus quocũq; fine inseruiat:nõ credo q teneat beneficiũ restituere. Eodẽ modo si prece vel cõsanguinitate beneficium acq̃siuit,dũmodo sit idoneus, sufficit pœnitere de peccato,siue erat intẽtio principalis,per obsequiũ vel preces obtinere beneficium,siue non. Istud potest ostendi per capitulũ vltimũ de simonia.

¶ Sed de simonia mentali inter doctores est difficultas nõ modica ppter.c.fi.huius rubricę:vtrũ homo beneficiũ acquisitũ per simoniã mentalẽ si secũ nõ dispensẽt a Romano põtifice,teneat resignare. Pro cuius intelligentia cõsiderato. Quędã est simonia mentalis sine opere. quędã mẽtalis cũ ope subsecuto sine pactione. & quędã cũ opere subsecuto pactiõalis.& intelligo de pactione in munere in re vel in spe. Pono exempla.vnũ,do collatori a.summã pecunię vt habeam pactione beneficiũ in re: & ipse sic accipit. De ista pactionali nõ reuocat in dubiũ quin homo teneatur beneficium resignare.nec põt aliter pœnitet.vt in.c.Inquisitionis.de accu.& pœnę excõmunicationis pmissę sunt cõtra hos latę. de mẽtali aũt sine ope nõ eẽ restitutionẽ faciẽdã, certũ est:qa illic nihil dat:vt i vno corollario primę qstionis diximus. De secũdo mẽbro: vt quã do do plato pecuniã vt beneficiũ habeã tẽpore vacationis eius vel ante:& ipse scit me hac intentione dare,& illa intẽtione suscipit,nihil mihi loquens: varię sunt positiones. Ioannes Andreas dicit q sola intẽtio nũq̃ inducit nisi simoniã mẽtalẽ.hoc approbat Panor.in.c.Tua nos. Cõtra hoc arguit.beneficiũ in hoc casu acquirẽs tenet ipm restituere:nec titulũ,in beneficiũ acquirit:vt patet p allegata.alioquin esset simonię palliatio: & tacite sine pactione formali hoies emerẽt beneficia.Et põtifices volẽtes simoniacã labem e medio tollere,cõtra istã potissimũ sicut cõtra vulpeculam loquũtur. Pręterea si qs nomine Petri ipo Petro ignorãte,& etiã episcopo:apud collateralẽ episcopi simoniã cõmisit:Petrus tenet beneficiũ resignare.j.q.j.Pręsentiũ. ergo a fortiori in casu nostro.Et patet i vsura.Dicis.pecunia fœnebris est accipiẽtis ad vsurã:quã pecuniã pontifex remittere nõ põt.restitutio vero simoniaca est faciẽda ecclesię quã remittere põt ecclesia si vult.Obij cio.vna ecclesia nõ põt remittere pecuniã alterius ecclesię.Nõ valet dictũ Hostiẽsis dicẽtis vsuram iure diuino ꝓhibitã:Simoniã vero in beneficio, de iure solũ humano.Hoc enim est cõtra ꝓdicta in quest.scda huius distinct. Ioannes Andreas dat aliquas friuolas rationes,dicẽs.Magis quis obligatur ad mutuũ q̃ ad beneficiũ.in simonia mẽs vtriusq; põt esse lacerata:ideo melior est cõditio possidẽtis.in mutuo solũ deprauat mẽs mutuãtis.Primũ est falsum.aliquis enim obligatur alteri dare beneficiũ:mutuo vero nõ,extra necessitarẽ. cõtingit etiã q in simonia vnius solũ mens laceretur:& in vsura aliqua/vtriusq;.Panor.tñ in ca. fi.discedit ab opinione priori in ca.Tua nos.Magis explanando mẽbrũ de quo est q̃stio: sit hoc exẽplũ.Petrus dat trecentos ducatos ꝓlato tempore ꝓbẽdę vacãtis,& nihil dicit: episcopus hos trecentos capit:& ratione eoꝝ sine pactione dat prębẽdã.hic est vera simonia, & tenet restituere, vt opinor,pecuniã episcopus:nec Petrus acqrit ius in beneficio. Et est simile,si ego deponerem mille q episcopus nõ dabit fratri meo beneficiũ vacans,credens q hac via auarus episcopus fratri meo dabit beneficiũ:& reuera ita facit: tũc dico q episcopus tenetur hanc pecuniã restituere: nec frater acquirit ius in beneficio.& ita vtrobiq; quãdo effectus simoniæ mentalis est causa motiua habẽdi beneficij. Alia enim est simonia mentalis quę nõ est causa habẽdi beneficij. & tale beneficiũ vel pecuniã acquisitã nõ oportet restituere.vt si idoneus aliquis det episcopo gradatium hac intẽtione vt sibi prębendã det:nihil sup hoc episcopo significãs:iam iste est simoniacus.post annũ vel duos episcopus memor & muneris accepti & idoneitatis,dat ei beneficiũ quia idoneus est:fortasse equus quo iuehitur est causa memorię:nec episcopus tenetur restituere gradariũ:nec clericus prębendã:& tñ pcessit simonia mentalis & hoc quadrat cũ litera quã posui:quę congruit proposito. ¶ Teneo igitur idẽ esse in vsura & simonia.Et ꝓportionabiliter hic dicẽdũ est ad dicta de vsura in simili.Et ad caput fi.huius rubricę:dico q illic est sermo de monacho. Ordinatũ siquidẽ erat in concilio q religiosi recepti precio vna cũ recipiẽtibus de monasterio expellerentur & in arctioribus monasterijs ad peragendã pœnitẽtiã detruderẽtur. Sed recepti ante illud concilũ ponebãtur sicut recepti in alijs locis eiusdẽ ordinis:vt dicit in.c.Quoniã.consultus est pontifex:an illud statutũ monachoꝝ ad abbates extẽdatur:& ad resignationes tẽporalitũ & spiritualiũ. Respondit Romanus pontifex dicẽs. Cõsultationi tuę breuiter respõdẽtes dicimus mãdatum apostolicũ etiã ad abbates extẽdi: & ad resignationes spiritualiũ & temporalitũ:quę nullo pacto sed affectu animi pcedẽte vtrinq; taliter acquirũtur:in quo casu delinquẽtibus sufficit p solã pœnitẽtiã suo satisfacere creatori:eos ꝓ simonia huiusmodi nõ teneri. Dico q pontifex loquit solũ quoad istos monachos: vt maneãt monachi & in cœnobio. Etiã potest pontifex pecuniã taliter acquisitã applicare cui velit in pios vsus: quẽadmodum faciebat applicãdo huic monasterio de quo est mentio.nec loquit de alia simonia indifferẽter. ¶ Aliter tñ & forte apparentius respondebo.quia nec glo.ordinaria,nec alij quos super hoc legi,literã ad intẽtionẽ meã explicãt:eã ordinabo.& hoc sic.Quando affectio animi emendi beneficij pcessit:vt in Petro idoneo dãte gradatiũ episcopo hoc in anno:episcopus illi⁹ intẽtionis ignarus dat Petro beneficiũ anno seq̃nte/obeius magnã idoneitatẽ:vterq; tenebit acceptũ licite:vt diximus. Petrus etiã poterat mutare ꝓpositũ simoniacũ qđ præcesserat volẽdo episcopo pure dare,nõ respiciẽdo ad pbendã:& iam nulla pactio pcessit formaliter vel equiualenter: quare non est opus restitutione. Secus est, dicit pontifex,si pactum pcesserit,pactũ inquã expressum/ vel effectualiter hoc est virtualiter,implicite vel æquiualenter.tunc autẽ est pactum equiualenter quando factum & modus faciendi æquiualent pactioni verbali. quis enim est qui deberet negare

Universidad de Deusto
Biblioteca

illic esse restitutionē magis q̄ in verbis vel scriptor Totus textus itegre hoc modo seruatur vt idem sit de vsura & simonia. Ioannes Andreas, Panor.& alij capiēdo vt ceperunt,nō q̄ poterant ad portū vllū deuenire:sed putātes portum attingere agitati sunt a cōtrario vēto in altū pelagus. Et quia hac praxi vtor quādo est apparētia magna:nō credā glossis:sed verba textus pondero. Itaq; ad textū rediens : opinione mea inueni q; pontifex solū loquitur de simonia mētali in qua nō ꝓceditur ad effectū:ꝓ qua sufficit pœnitentia vt i secūdo corollario primę q̄stionis huius dist. dixi.& tūc intellige (vtrinq; taliter acquirūtur).i. quę homo habere vellet simoniace. Glo.tñ i verbo (affectu animi) dicit q; sola volūtas siue affectus animi nō facit aliquē simoniacū : licet aliter peccet. Et in.c. Consulere. dicit sic. Sed hoc non credo q; sola volūtas facit hominē simoniacum dūmodo cōtēta sit suis terminis, vt in.c. vltimo. licet alias peccet:sed hic nō fuit contēta suis finibus:immo processum fuit ad actū. Vult ergo dicere q; in.c.fi. nullo modo processum est ad actū & nullo mō sit simonia,sed peccatū. At hoc est falsum.nā si est peccatū vt bene concedit,addo, non spectat ad aliud genus peccati q̄ ad simoniam:ergo ē simonia. & patet solutio ex secūdo corollario quęstionis primæ. & secūdū hoc nulla est difficultas.

Hic dubitatur cui faciēda sit restitutio pecunię simoniace acceptæ. Distinguitur. vel pecunia data est in odiū eligendi:& sic nō est restituēda illi qui dedit: sed ei in cuius odiū data fuit.ar.ff.de calūniatoribus.l.iij.§.vltimo. vbi dat repetitio pecunię date vt calumnia fiat nō danti: sed ei contra quē calūniā ꝓcurare volebat. Q uēadmodū si pecunia detur ꝓ aliquo eligendo in eius odiū: nō tenetur electus resignare beneficiū vel ordinem. vt patet in.c. Nobis. de simonia. quia fictione iuris presumitur q; alter esset eligendus & idoneus: sed ali⁹ in eius iacturā dedit pecuniā quatenus in electione poneret maculā. Vel pecunia data est in fauorē eius qui spirituale adipiscit. Vel data est pecunia vi vexationis intuitę redimēdę:quia alia via ius sibi acquisitū obtinere nō poterat sine grauiore dispēdio:& tūc est restituenda danti. Alter ēn turpiter accepit: & ꝓpterea dans pōt cōtradicere ff.de cōdi.ob tur.causam ꝓ totū. Vel data est pecunia in casu i quo dare nō licet. Panor. post dominū Anto.& Hostiensem dicit. Vel dedit pecuniā seculari vel regulari. Primo modo si ille q̄ dedit nō habet vnde viuat:ei restituet.ar.c. Veniēs. Si habeat vnde viuat:ecclesię applicabit i cuius ignominiā pecunia applicabatur. De regulari portionabiliter dicatur. Nō potest hic magna ratio restitutionis haberi. In multis cōsulerem dare pauperibus:vel in quoscunq; pios vsus. & hoc sufficit. An Giezi restituerit acquisitū a Naamā Syro nec ne:nō refert. est ēn q̄stio facti. ¶Hactenus de simonia q̄ se in varias effigies instar Simonis Magi transfigurat:quia casus cū vna circūstātia est simonia infectus qui illa circūstantia exutus est candidus. De pœnis simonię tā in se q̄ quo ad restitutionē & a iure diuino & a canone inflictis. Et qd de simonia mētali dicēdū sit:& q; nō semp pari passu est restitutio faciēda in vsura & simonia. in vsura ēn lucrū vltra sortem vi mutui acceptū, semp illi restituet qui mutuo accepit qđ nō oportet semp in simonia. Amplius dictū est q; religiosus simoniace religionem ingrediēs manet religiosus:nec pōt exire, licet sit pumēd⁹. sicut ordines accipiēs simoniace: reuera ordines accipit & sacramēta:sed nō ordinū exequutionē. Ex quo patet q; multū distāt: beneficiū simoniace & pactionaliter habere:& monachatū vel sacramētū. Spirituale extēdēdo ꝺm ad spirituali annexū,est illud qđ ordinat ad opus: qđ miraculose & supnaturaliter sperat a spiritu sancto:vt ꝑdicere futura cōtingētia:curare infirmos miracu lose:sacramēta,donū linguarū, mancipari cultui diuino, siue ꝓ religionis ingressum, siue ꝓ ius ad beneficiū gratia illius mācipationis accipiendū: sepultura,& similia. Et hęc de simonia a qua nos immunes seruet qui ob eā Simonē Magū iuste punit:sicut Simonem Petrum ꝓ illius euitatione premiat.

¶Distinctionis Vigesimęsextæ Quęstio Prima.

Vperius de sex sacramentis, scilicet baptismo, confirmatione,eucharistia,extrema vnctione, & ordine loquuti sum⁹. cōsequēter de matrimonio (qđ magnā partē politiæ Christianę contingit) loquendū est. cuius intelligentia theologo in primis est necessaria tā quo ad forū interius q̄ exterius. multa quoq; ambigua includit. in cuius argumentū. xvj. distinctiones super hoc solo sacramēto Magister cōpilauit. &.xxv. solū in alijs sex.sed q̄ breuissime scđm exigētiā

materię in singulas distinctiones vt i cęteris,scribere ꝓpono. ¶Et primo q̄ritur talis titulus quęstionis. An matrimoniū sit sacramentū nouę legis. Circa hāc q̄stionē sic procedā. Primo aliqua prętittā circa rationē nominis. Secūdo cōclusiue respōdebo. Tertio cōclusionem impugnabo: impugnationes, vt veritas magis eluceſcat,sicut in cęteris,eluēdo. ¶Pro primi expeditione : Matrimoniū tantū valet quātū matris officium: per hoc ēn mulieres exequūtur officium maternū. & quia plures labores pro fœtu habēt ante partū in partu,& post partū q̄ pater, dicitur matrimoniū. Ex opposito opes cōgestę dicūtur patrimoniū:quia patrū officiū est pro familia opes cōquirere & coaceruare. Et qa mulieres iuniores fere cōtrahunt q̄ viri:& paucę opes in illo contractu acquisitę sunt: cōtractus ipse matrimonū dicitur: quia rebus vocabula cōsona esse debēt. Instit.de dona.§.Est ad illud. de p̄bē. Cū scđm Apostolū. Et sic definitur. ¶Matrimoniū est conūctio legitima viri & mulieris perpetua. Insti.de pa.po. in principio.&.xxvij.q.ij.§.j. vel sic.Matrimoniū est sensibile signū quo vir & mulier legitime cū cōsensu prętito perpetuo cōiūgūtur. Ponitur sensibile signū.alioquin nō esset sacramētū ex dictis in principio quarti. siue sit vocale siue scriptum, nutus,& huiusmodi.sed terminus matrimonū nō supponit pro istis signis absolute:sed cōnotatiue cū cōnotatione oia ad matrimoniū requisita includēte.sicut eques pro homine supponit,non quolibet sed taliter se habente. Ponit (legitima) ad personas inhabiles excludēdas : & habiles includēdas. Per(perpetua) infideliū & legis Moysi matrimonia excluduntur. ¶Ex hac definitione corollaria infero. Primum. Aliquod matrimonium est vox vel voces . vt vox viri : similiter vox mulieris dici pōt matrimoniū & eatū congeries. ¶Secūdo sequitur q; aliquod matrimoniū est substātia. vt scriptura sensum explicans. hoc ꝺm patet ꝓ nutus: qui ab hoie vel eius parte nō distinguuntur:sicut nec motus localis a mobili. Q; nō requirat vox:patet inter mutos. xxvj.q. vi. Q ui recedūt. Idē est in verecūda puella.vel si vir dicat,tange manū si in me cōsentis: da florē vel oscūlū:si ipsa hoc faciat: licet alius maritus, pater,vel alius ꝓ ea loquat. ¶Tertio sequitur q; licet cōsensus ad matrimoniū requiratur:nō tñ ē matrimoniū:cū nō sit sensibile signū . ¶Quarto sequitur q; licet matrimoniū realiter aliquod sit accidens aeri inhęrens,& crebro euanescat:tñ effectus eius manet in tota vita. Hic aūt nō est q̄renda forma ꝓprie dicta:nec materia,cū accidēs nullam talem habeat. Potest dici q; cōsensus ob spiritualitatē rationē formę participat:& signum sensibile de quo locuti sumus est materia metaphorice dicta,q̄ cū toto i recto coincidit.i hoc nō est immorādū. Inutile etiā est insistere talibus: q; verba viri sunt materia,& verba mulieris forma nec refert vter eoꝝ prius loquat: immo possunt esse muti. Nō opinaberis multoꝝ more inter hęc discrepātiā:sacramētū matrimonij:cōtractus matrimonij: & vinculū matrimonij: q; vnū sit relatio,& matrimoniū superius ad sacramētū matrimonii:& q; in lege Mosaica erat. Non pono relationē distingui a fundamēto & termino. Collocutio hinc inde agitata contractus matrimonii dici potest si placet:sicut emptio pariter & vēditio dicitur cōtractus. vbi si verbale actiue capiatur, est ille qui emit:passiue res empta:abstractiue signa mediantibus quibus ipsa emptio perficitur. His omnibus minime immorādum iudico. Hoc de vocabuli ratione:& quę res sit matrimoniū dictū sit:quia id ꝓterire nō solet theologus in philosophia educatus.

¶Hoc premisso ponitur cōclusio affirmatiua ad titulū q̄stionis respōsiua. quę conclusio ꝓbatur per definitionē sacramenti.& p ca. Ad abolendā. de hęre. vbi inter sacramenta alia a Lucio Tertio enumeratur. Et vt dicit Genesis ij. primū in paradiso terrestri instituebat: quādo deus dicebat. Crescite & multiplicamini.& Adā. Hoc nūc os ex ossib⁹ meis. Vñ August. xiiij. de ciuitate dei.c.xxij. Nos nullo modo dubitamus scđm benedictionē dei: Crescite & multiplicamini & repletе terrā: donū esse nuptiarū quas deus ante peccatū hois ab initio cōstituit,creādo masculū & fœminā,approbatū in lege gratię. Matrimonio interfuit Saluator noster in Chana Galilęę:ac sic sua p̄sentia ꝺm approbauit . & verbo Matthei. xix. Q uos deus cōiūxit homo nō sepa ret. Et Apl's ad Ephesios. v. ait. Sacramētū hoc magnū est.ego aūt dico in Christo/& in ecclesia. Ex istis patet q; contractus matrimonii est licit⁹ & in habēte gratiā meritorius si recte cōtrahat.

¶Cōtra varias particulas huius definitionis paucis instabo . Primo ꝓbando q; nō sit sacramētū. Et hoc sic. Oē sacramētū est collatiuū gratię virtute opis opati:matrimoniū nō est collatiuū gratię virtute opis operati. ergo matrimoniū nō est sacramētū. cōsequētia tenet i quarto secūdę. Et quia maior est nota:probat minor. nam.xxxii.q.ii. Honorant. quęrens Apparatus quare datur pecunia in matrimonio potius q̄ in aliis sacramētis:dicit quia in hoc sacramēto non cōfert gratia spiritus sancti. Ad hoc introducit.c. Multi.i.q.i. Idē tenet Bernardus in glos. de simonia.in.c. Cū in eccl'ię. Et ad hoc ꝓpositū alios locos citat:scilicz.xxvii.q.j. Nuptiarū. xxxii.q.ii. Cōnubia. hoc idē Gaufred⁹ & Hostiēsis astruūt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Respondetur.Minor est falsa:vt patet per definitionē sacramenti.de cuius ratione est,virtute operis operati conferre gratiā.sed in quo tēpore vel instanti cōferat gratia:q̄stione tertia huius distinct.dicet.Glossas illas cū auctoribus recitatis & similibus oibus nego. Textus aūt quos ꝓ se inducūt,ne sonū quidē ꝓ eis habēt. Nā.c.Multi loquitur cōtra laicos qui vitā clericoꝝ reprehēdūt putātes eos nō vere cōferre sacramēta.Cuius cōtrariū illic ostēdit Gregorius:& de baptismo,Eucharistia,& chrismate id ꝓbat. An matrimoniū cōferat gratiā an nō:illic iuenies nihil.c.Nuptiarū,loquit de dissolutione vouētū. & ita ī aliis nihil ad eoꝝ intētū habet. Argumētū quoq; eorū nullius est momēti. hic dat pecunia: ergo nō est sacramētū.nā & post baptismū in aliqbus locis datur pecunia:& in fine celebrationis missę:vt in dist.ꝑcedēte dictū ē. hic aūt nec maritus nec presbyter ratione sacramēti matrimonij capit pecuniā licite:sed ratione sustētationis mulieris in victu & vestitu,quę sibi plerūq; ꝓuidere nescit. Et hoc vbiq; seruat apud nos. Forte aliud erat,in Mesopotamia Syrię:vbi Iacob seruiuit.xiiij.annos pro Lia & Rachele:sicq; care earū matrimoniū emit:sed ob peritiā in arte pascendorū pecorum multa promerebat: in signū cuius pro.vj.annoꝝ seruitio magnā pecudū multitudinē collegit.vel hoc esse poterat quia pauper erat:cū in baculo suo Iordanē ptransiuerit Laban visitaturus:& Laban potens & sēm gloriā mūdi nobilis:sicut adhuc in nōnullis locis ignobilis cū nobili cōtrahens dat pecuniā & munera, saltē clandestine. Sed qualitercūq; hoc sit:nō est hęc pecunia licite data ratione sacramēti.¶Ex dictis seqtur q; hęc cōsequētia est nulla.In virginitate quę cōiugio ꝓfert nō cōfertur gratia:ergo nec in coiugio:cū virginitas nō sit sacramentū. Secundo patet hāc cōsequentiā esse nullā.secundę nuptiæ nō benedicūtur:ergo in secūdis nuptijs nō cōfertur gratia.hęc em̄ benedictio est ex sola hominū institutione:cū nec oporteat materiam baptismi benedici.& siue benedicātur cōtrahētes siue non nihilo tn̄ minus conferr̄ gratia.Tertio sequit̄ q; pluries cōtrahens plus gratię matrimonialis habet q̄ nō cōtrahens,vel rarius contrahens cęteris paribus.Forte tn̄ minor gratia in hoc sacramento datur q̄ in baptismo & Eucharistia. Nō enim est verosimile q; æqualis gratia virtute opis opati in quolibet sacramēto cōferatur: nam virtute opis operātis nō est dubiū. ¶Secūdo arguitur probādo q; verba requirūtur in hoc sacramento .j.q.j.c.Detrahe.dicit Augustin⁹. Accedat verbum ad elementū & fit sacramentū. Respōdet. illa auctoritas Augusti.est de baptismo qui verba requirit:non aūt hoc sacramentū.cuius causa est institutio Christi.Et licet facile esset dare congruentias:circa id nō est opus insistere. ¶Tertio arguit̄. propositū mentale sine explicatione p signū exterius sufficit ad votū: ergo etiā ad matrimoniū. Si neges cōsequentiā & bene: quia votū fit deo qui scrutatur corda & renes: matrimoniū aūt respicit hoies qui nō cognoscūt nisi p exteriora & accidētalia. Accidentia em̄ magnā partē cōferūt ad cognoscēdū qđ quid est.ſ.de aīa. Ponatur q; angelus dicat Bertę q; Sortes in eā consentit:& idem dicat Sorti: vel deus reuelet reuelatione interiore:tūc ille cōsensus sine signo sensibili ad matrimonium sufficit:ergo male ponitur (signum sensibile) in definitione matrimonij. ¶Respondet.nō sufficit cōsensus mutuus:alioquin si Sortes Bertā videret & in eā cōsentiret & ecōuerso:esset matrimoniū. cōsequēs est falsum quia sic status matrimonialis esset penitus incertus.requirit ergo q; cōsensus ille eis innotescat: qđ fieri nō potest sine signo sensibili naturaliter. Si aūt deus reuelaret reuelatione interiore: esset matrimoniū:sed casus est ꝑter legē. nec hoc definitionem impedit:cum scđm legem loquamur. ¶Quarto arguit ꝓbādo q; nō debet esse perpetua cohabitatio.Omnis res dissolui ꝑ illas causas ꝑ quas oritur.ff.de re.iu.l.Nihil tā naturale. vt patet in societate,& aliis cōtractibus. C.quando licet ab emptione discedere.l.j.¶Respondet licet glossa in.c. Omnis.de re. iuris in antiquis. multas conetur dare instātias cōtra hāc regulam tn̄ nō sunt sufficiētes.cōcedo maiorē: sed negat minor:q; scilicet solus cōiūctoꝝ cōsensus matrimoniū causet,sed deus ratificans.modo si deus dissolutionē cū cōsensu,vel sine eoꝝ cōsensu dissolutionē vellet:cēt vera dissolutio matrimonij. Analogia ē. cardinales Romanū pōtificē creāt: sed eoꝝ dissensus nō destituit eū a papatu: quia deus approbauit illā creationē mediante electione:& post electionē via humana & legitima habet papatus de iure diuino in isto constituitur. Sic de matrimonio: licet nō sit penit⁹ simile: qa papatus potest in casu a psona papę tolli,cedendo sua pura sponte,vel aliqua alia via licita.non sic est de matrimonio.sed tn̄ quo ad hoc sufficit manuductio. ¶Quinto arguit̄ cōtra eādē partē supponatur qđ in distinctiōe.xxxviij.dicetur: q; maximus pōtifex potest dispēsare cū religioso vt religionē egrediatur: & matrimoniū cōtrahat vt hęredem habeat quatenus i republica pax obtineatur q̄ alia via haberi nō potest.Hoc supposito Arguitur sic.post hęredem vel hęredes genitos ille tenet̄ religionē repetere:quia cessante causa cessat effectus:ergo matrimoniū est dissolubile. ¶Respondet̄.suppositionē admittēdo nego q; teneat̄ iterato religionē assumere/ hęredibus

genitis.nā viuente vxore & nolente assumere,certum est.& ipsa mortua non optnor q; teneat̄ religionem repetere cum sit absolut⁹,& vinculū simpliciter ruptum. Idem cēseo de illa quę emittit votū simplex:& peccādo contrahit:si sit absoluta ab illo qui dispēsare in hoc potuit. Et q̄n dicis,cessante causa cessat effect⁹:in causis liberis nō oportet. nec in naturalibus nisi q̄n causa ab effectu dependet:vt lumē a corpore luminoso.nā calor productus ab a,igne:a,igne extincto remanet. ¶Hactenus de matrimonij & patrimonij appellatiōe:matrimonij definitione:& quō ipsum est sacramentū nouæ legis. Quis autem in paradiso terrestri institutum sit in officium:& postea tam in officium q̄ in remediū ante legē gratiæ:hoc non concludit non esse sacramentū nouę legis:sed non esse sacramentū ꝑcise legis gratę.Etiā forte non dedit ante legem gratiæ/ gratiam virtute operis operati: quod est de essentia sacramenti legis gratiæ in nō ponente obicem. Vlterius patet q; non sufficit solus cōsensus ad matrimoniū: sed requiritur q; explicetur consensus mutuus per verba vel aliud signū sensibile: qa matrimoniū nō claudicat vno pede.Item quomodo ipsum sit perpetuum.

¶Distinctiōis Vigesimęsextę Questio Secūda.

Secundo circa hāc distinctionē querit̄: An matrimoniū ob pulchritudinem vel opes cōtrahi possit.Prosolutione quæstionis pono conclusiones:quarū Prima est. Aliquis licite contrahit matrimoniū ob mulieris pulchritudinē. Probat. Iacob seruuit septēnio pro Rachele mulieris pulchritudine allect⁹:vir exēplaris & matur⁹.lxxxiij. annos iam natus:in hoc tn̄ nō peccauit:ergo non est illicitū.hoc patet Deutero.xxj. Si videris ī medio captiuorū mulierē pulchrā & adamaueris eā, voluerisq; vxorē habere:introduces eā in domū tuam. Insuper si quis cōtrahēdo matrimoniū ob pulchritudinē peccaret:hoc esset referēdo principaliorem finem in finē minus principalē:sed hoc nō arguit pctm̄:ex distinctione precedēte.igitur.Pręterea.quis licite potest contrahere matrimoniū ob progeniē mulieris vt quiet⁹ viuat, & cōsiliū & auxilium ab vxoris cognatis habeat: ergo & ꝓpter pulchritudinē.¶Secūda cōclusio.potest quis cōtrahere matrimoniū cū muliere propter ei⁹ opes. alioquin turpes mulieres & impudicæ raro inuenirēt viros.¶Tertia cōclusio. Actus quo quis vult vxorem ducere/in lumine naturali/etiam lege diuina secluſa est honestus.Probatur.obiectū scilicet matrimonium est licitum:circūstantiæ omnes licitę addi possunt.vt personę habiles ob fines bonos:ad generationē prolis religiosę educandæ:& ad caste simul viuendū,& ad deo seruiendū tēpore non prohibito:& ita de alijs circūstantijs sufficientibus.Etiam sine matrimonio genus humanū continuari non potest.sed nullū nobis necessarium est inhonestum.Pręterea Aristoteles:patriarchę & viri cælo digni matrimonium cōtraxerunt. Item matrimoniū est a deo institutū: ergo actus eius circunstantijs requisitis circūamictus est licitus & honestus. ¶Quarta conclusio.licet ponatur mala circunstantia in actu matrimonij,adhuc manet verus actus matrimonij: vtpote Petrus vult contrahere cum Berta quatenus fratrem Bertæ possit circunuenire vel occidere: vel gratia explendæ libidinis.probatur.nam si malitia act⁹ impediret essentiā matrimonij:plerūq; matrimonium esset anceps.quod est inconueniens. Pręter ea emens ordines/baptismū/vel alia sacramenta simoniace/sacramenta realiter suscipit q̄is peccet. ergo eodem modo in matrimonio.

¶Contra primā cōclusionē arguit̄. Mulier pulchra est crebro causa peccati viri/eū ad peccatum alliciens:& ab alijs plerūq; allicit̄ & interpellat̄ extra thorū maritalem:non autē turpis.arx autem frequenter & diu obsessa debilitat̄:& tandē corruit. ¶Respondet̄.nō oportet q; pulchra mulier virum ad peccatum alliciat: quia potest licite vti re sua. forte si fœdam haberet:non esset adeo castus castitate cōiugali: nec domi maneret. Arx autem materialis ab ictibus crebris debilior efficitur & sensim pessum it.sed non habet verum hoc de muliere/quæ potest reddi fortior in castitate cōiugali post interpellationem.si vero fuerit imprudens & lubrica:argumētū habet colorē. Et ꝓpter ea respiciendo ad illa q̄ plurimum eueniūt/nō potest dari vna regula. Interdum ꝑstat habere min⁹ pulchram q̄ pulchriorem.capiat̄ ergo prudens & bona/honestis parētibus ꝓgenita/& religiose educata.Vlterius dico/omnibus in argumento tactis concessis:q; præstat habere mulierem mediocris formę inter pulchritudinem & fœditatem.nec ex pugnat̄ conclusio in qua dicit̄ q; pulchritudo potest esse causa finalis secundaria matrimonij/quādo cum pulchritudine est virtus.

¶Contra secundam conclusionem arguitur.si vir opulētam mulierem ducat: vulgo dicimus,Iste non ducit hanc mulierem:nec cū ea maritatur/sed cum opibus:ergo inter eas nō manet amor coniugalis.Respondetur concedēdo q; ita dicamus.& certe si mulier non fuerit bona/ob solas opes non est ducenda:alioquin vir erit tota vita in erūnoso statu.quēadmodum & vir prob⁹

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac industrius licet pauper diuiti & ignauo prestat. Propterea recte dicebat Romanus ille: cum duo generi sibi offerrent:alter diues & imprudēs:alter inops & prudens.Malo,inquit, virū sine fortunæ bonis q̄ bona fortunę sine viro. Sed vbi quis potest vtrūq; habere:nō est vituperādū: nisi is sit cui nō prodest/immo obest plura habere bona fortunę:qđ crebro contingere potest. ¶Cōtra tertiam conclusionem arguitur.Multa mala in matrimonio contingunt:vt lites,iurgia,bella,& hmōi monstra.ergo actus non est honestus. Respondet.cōsequentia est nulla:quia eodē modo argumētum ꝓbaret mala reipublicę necessaria/honesta. ¶Cōtra quartam conclusionem arguitur.Circunstātia mala cadens in ratione obiecti super actum alioquin bonum/facit ipsum malū & non bonum:ergo circunstantia mala actui matrimoniali supueniens facit ipsum non esse matrimoniale. Rndetur.cōsequētia est nulla.nā ad essentiam bonitatis actus moralis requirit̄ q; obiectū totale sit bonū: ad essentiā autē matrimonij nō requiritur q; nulla circunstantia mala ponatur.

ET quia in quæstione prędente diximus matrimoniū debere esse perpetuum:gratia illi⁹ dubitat̄: An in lumine naturali matrimoniū debeat esse perpetuū. Respondet ꝑ distinctionē & cōclusionē. Distinctio est hęc. Aliquid est de iure naturę bifariā. Vno modo q̄n est principiū practicū euidens ex terminis:vel cōclusio ide euidēter deducta. Alio modo quando rationes naturales sunt multo apparentiores ad vnā partē q̄ ad oppositam apud sanum igeniū. Hoc supposito dicitur q; matrimonium nō est de iure naturę primo modo:bene autem secundo modo. Primū patet.nā in lege Mosaica,vt postea dicet,libellus repudij erat permissus:ergo ipse nō est contra legē naturę primo modo.Hoc ampli⁹ patebit,probādo secūdū mēbrū, scilicet q; idissolubilitas matrimonij sit de iure naturæ secūdo modo.Probatur sic. Aliqua sunt animalia q̄ statim genita sibi ꝓuidēt ab instinctu naturę,vt anates syluestres. Aliqua sunt quę maiore egēt tēpore posq̄ genita sunt:ita vt aliquibus sola mater sufficiat:nonnunq̄ vterq; parēs tanq̄ requisitus opem præstat:vt est in columbis,vbi tāmas q̄ fœmina incubat. Aliqua vero sunt a|alia q̄ multum temporis ad crementū tā in corpore q̄ in moribus requirūt:& opes ad hoc vt educētur: vt homines.illud aūt non potest fieri in breui tempore:& vix primę prolis educatio. generāt autem viri ad annū septuagesimū vsq;:& mulieres pariunt vsq; ad quinquagesimum.ergo magna pars ętatis erit confecta anteq̄ vltima ꝑples erit adulta i corpore & moribus.q; vero tunc seperētur / cum senio sunt confecti/qui tristitias & lætitias pariter tādiu experti sunt/erit alienum.igitur.Nec valet istare de non habentibus proles.qa vt plurimū homines generant:& leges respiciunt illa q̄ plurimū euenunt. etiam ad vtilitatem communem respicere oportet/& non priuatam.ergo licet alicui eēt vtili⁹ diuortium mulieris sterilis habēdo aliā fœcūdam:hoc est in prędiciū cōmunitatis:qa multi alij sollicitarent diuortiū/in reipublicę perniciē. Confirmatur tota hęc ratio.q̄n vir scit se non posse per legem latam/ab vxore separari,nec ecōuerso/non sollicitat diuortium/nec ipsa separationē: q̄uis eum pœniteat matrimonij contracti. Exemplum accipe de mītis religiosis quos crebro tedet religionem assumpsisse.sed cum sciant se nō posse resilire:de necessitate virtutē faciunt & progrediuntur. Separatio aūt esset vtriq; parti & liberis maxime nociua.nam quilibet furto ab alio subtraheret vt aliud matrimoniū post diuortium cōtrahere posset:& liberi in paupertate manerēt: qđ esset in grauē iacturam reipublicę. Præterea vxor secretorū viri cōscia lites & iurgia in politia seminaret:a quibus reipublicę conducit abstinere.Insuper Virgilius primo Aeneidos in lumine naturali loquēs ita rat⁹ est,ex ꝑsona Iunonis ad Aeolū vt distinctione.xxxj.postea ostendet̄:ergo quilibet ratione vtens diceret vtile fore legē ferre vniuersalem:q; nemo post matrimoniū inutum posset facere diuortium:nec in casu excipere,vt de iciunio.nā cū homines essent ad hoc propēsi:post lites & sterilitatem/matrimoniū nunq̄ haberet stabilimētū.Hoc ipsum habet naturaliter loquentiū princeps septimo Politicorum:vt patebit ampli⁹ distinctione.xxvitj. Sed quia aliqui in lumine naturali incedentes diuortio vsi sūt:vt Assuerus reginam Vasthi repudians etiam cōsilio procerum: signum est q; non est de lege naturæ primo modo:bene autē secundo modo. ¶Ecce quomodo clara habens naturalia diceret matrimonij separationem esse cōtra æquitatē naturalem in quocūq; euentu nisi deo dispensante,cui homines parere habent.quia si aliquam exceptionem admitteret: confunderet tota politia matrimonialis. Et sicut vnum paruum membrum in corpore vero patiēs lacturam/immo abscitur vt bene sit toti:sic i corpore mystico est seruandum.sed ꝓpter aliquas ꝑparētias in cōtrarium/aliqui oppositio facile assentirentur.quare non est contra legē naturę primo mō dictam. Vltertus dico q; si alter coniugum iocose vel aliter dicat alteri q; in eum vel eā nō cōsentit: alter vel altera non debet et credere:& pōt sicut ante reddere debitum vl' petere. Si tn credat:ipsa ex sua stultitia est perplexa: & reddendo peccat,suæ conscientiæ contraueniendo.non reddēdo etiam peccat,omittēdo actū ad quē teneт.similiter de vi

aliquid ē de lege naturę Bifariā./.

ro dicat. Licet aūt in legē naturę vel diuinā reuera nūq̄ cadat ꝓplexitas:ex stulto tn alicuius iudicio potest cadere ꝓplexitas:qđ iudicium facile potest homo consilio prudentum amouere.

¶Distinctionis Vigesimæsextę Quęstio Tertia.

ERtio circa eādē distinctionem quęritur: An matrimonium sit sacramentū vnius uoce cū alijs sacramētis. Proposita est hęc quęstio ꝓpter Durādum in suo primo scripto quarti dicētem q; matrimonium nō est sacramentū. sed in secunda editione moderatius loquutus est, q; non sit sacramētum vnius uoce cū alijs. Pro quo pono hāc cōclusionem.Matrimonium est vnius uoce sacramentū cū alijs sex.hoc est iste terminus sacramentum/vnius uoce dicitur de matrimonio, baptismo & alijs.probatur.omnia illa quę habēt nomen commune & rationem substantiæ eandem/ sunt vniuoca vniuocata:& nomen illa vnius uoce significat.vt patet in antecędcamentis.sed ratio substantiæ termini sacramentum est vna in oīnibus sacramentis:quia matrimoniū est sensibile signum/in quo confertur gratia virtute operis operati.& illa est ratio sacramenti in communi. Nec obstat q; baptismus vel eucharistia sit perfectior matrimonio.nā sic homo est asino pfectior. sed quia asinus æque participat rationem animalis vt homo,cum sit substantia sensitiua:animal hęc oīnia vniuoce significat.sic est in proposito.igit.

¶Contra hāc cōclusionē arguitur. mattimonium non confert gratiam:ergo non est sacramentum. Ad hoc argumentum responsum est quęst.prima huius dist.sed restat ostēdere quā do conferт gratia matrimonialis.prout in prima quęstione huius materiæ pollicitus sum. Et dicit q; in fine terminante prolationem verborum fœminæ/si secūdo loco proferat:vel viri si secundo loco ꝓferat:quia hic non est ordo de necessitate:licet a viro tanq̄ a capite inchoandum sit de congruitate vel consuetudine.probat.in instanti terminante formam verborum in baptismo vel eucharistia/ datur gīa baptismalis,& consecrat corpus Christi.ergo i fine signi sensibilis cōsensum explicantis datur gratia matrimonialis:vel in tēpore ad illud instans terminato,vt pluries ante diximus.sed hac difficultate prætermissa sufficit dicere,in fine. Præterea in primo instāti quo verum est dicere:nunc est matrimonium:primo conferт gratia matrimonialis.nam si matrimoniū per vltimum non esse habeat originem:similiter gratia inceptionē habebit. ¶Ex hac solutiōe aliquas ꝓpositiones inferam corollarias: quarū Prima est. Si duo putent se contrahere/& de facto non contrahant:quia est aliqđ impedimentum:non acquirūt gratiā mrimonialē. Scđo sequit. Si duo fuerit in gratia ante instans consensus p signum sensibile explicati/& in illo instanti in mortali peccato: & postea mox in gratia:nunq̄ habebunt gratiam matrimonialē. Istud corollariū dependet ex vno prius dicto in de baptismo: q; in sacramentis iterabilibus si non fuerit aliquis dispositus ad gratię susceptionem:non dabitur ei protunc gratia: nec vnq̄ post. Tertio sequitur q; interdum datur gratia matrimonialis vni parti & non alteri, quia est in mortali:actus aūt actiuorum sunt in patiēte ꝓdispositio.secundo de anima.Quarto sequitur q; contingit Bertam habere gratiā matrimonialē in fine septēnij. qđ patet.cōsentiat Berta ab initio:& sortes ficte ꝓnunciet:in fine septēnij consentiat in Bertā:iā est matrimoniū de nouo:quia consensus mutuus:& tūc vterq; habebit gratiā matrimonialem.Quinto sequit̄ q; stat sortem dormiētem habere gratiam matrimonialē.nam stat/quando ipe consensit Bertam nondum consensisse: sed sorte dormiente ipsam primo consentire,quēadmodū si paruulus dormiens baptizaret.illud autem contingit de gratia sacramentali & non de gratia act⁹ operantis. ¶Secundo arguit. Sacramenta nouæ legis transcendunt rationem luminis naturalis:cū sint quędam signa fidem ꝓtestātia,quæ est de his quæ non apparēt.ad Hebręos.xj.sed in matrimonio nihil est qđ rationem naturalem trāscēdat.igitur. ¶Respondetur:si minor sit vera:maior vniuersaliter intellecta est falsa: & propterea negāda. Aliqua em̄ sunt i lumine naturali nota: vt vnitas dei a philosophis probata:videlicet.viij.physicorū.&.xij.metaphysicę ab Aristote.de fide etiā mi nor est falsa q; gratia virtute operis operati cōferatur: quia lumen naturalis rationis transcendit. ¶Tertio arguitur.baptismus est ianua omnium sacramentorum.sed non est ianua matrimonij:ergo matrimonium non est sacramētum.minor patet.nam infideles matrimonium contrahunt:quia non oportet q; in oīnibus actibus carnis peccēt. ¶Respondetur distinguendo maiorem.si (oim) capiatur collectiue,est ianua omnium:hoc est,nemo potest capere omnia sine baptismo,etiam loquendo de alijs:vt patet de ordinibus/cōfirmatione/& de matrimonio ꝑpetuo.& sic concedo.distributiue aūt vt sit distributio accommoda,non est vera.nam realiter qs sumit eucharistiam sine baptismo:quia brutum acciperet.& ex errore inuincibili putans se baptizatū susciperet fructū pœnitentiæ.Et fateor q; infidelis non peccat in quolibet actu cognoscendo suam vxorem nisi actus il

Universidad de Deusto
Biblioteca

le ab infidelitate ꝓcedat: vel vt habeat ꝓlē gratia sui erroris cōtinuādi. & hic ē sermo de baptismo fluminis,& nō sanguinis/vel flaminis. ¶Q uarto arguit. matrimoniū inter absentes cōtrahitur : nō sic alia dantur sacramenta:ergo non est sacramētum eiusdē rationis cum alijs. Similiter in alijs sacramentis sunt verba/& debitus minister:hic autē non requirit minister alius a coniugandis. ¶Rn̄detur:nō est opus respicere formā argumēti.nam sacramenta habent aliqua ꝑ quę argumentatiue īter se habent discrimē:sed oia cōueniūt in ratione cōmuni sacramētorum.sicut aīalia in particulari inter se habēt aliqua ꝓpria per quę seiungunt: cōueniunt tamē in ratione animalis.quēadmodū ꝑbare q; homo solus rideat:& hoc nulli alteri aīali conueniat/nō est ꝓbare q; animal equiuoce de homine & alijs aīalibus p̄dicet. ¶Ex his liquet matrimonium esse sacramētū/& vniuoce cū sex alijs. hoc est:istā vocabulū sacramētū vniuoce de matrimonio vel pronomine ipsum demonstrante p̄dicat, vt de alijs. Vlterius dictum est in quo tēpore vel instanti gratia matrimonialis cōferat. Et quo modo hæc propositio intelligenda sit. Baptism⁹ est ianua omnium sacramētorum.& q; baptism⁹ fluminis est ianua ad hoc vt quis cætera sacramēta suscipiat.

IN hac matrimonii materia dubitat:an mulier in matrimonio debeat viro suo esse subiecta. Respōdetur affirmatiue. Nā Genesis.iij.dixit de⁹ mulieri. In dolore paries filios:& sub viri potestate eris:& ipse dñabit tui. Et Apl'us ad Ephesios.v. Mulieres viris suis subdite sint sicut dño: quoniam vir caput est mulieris.sicut Christus caput est ecclesiæ. Et primę ad Corinth.xj. Volo autē vos scire q; omnis viri caput Christus est : caput autē mulieris vir. Itē ad Titū scribens p̄cipit adolescentulas esse subditas viris suis. Mulier eñ debet esse quasi famula viri : vt Augustinus in q̄stionibus veteris & noui testamēti asserit. & Gratianus.xxxij.q.v.in ca. Satis. allegat. sic inquiens. Satis hic apparet quēadmodum viris fœminas subditas & pene famulas lex esse voluit vxores &c. Idē patet in ca. Est ordo. & in ca. Hæc imago. quę sunt auctoritates ex Augustino in q̄stionib⁹ veteris & noui testamēti depromptę. Idem habet Hieronymus in epistolam ad Titum. & Ambrosius in hexameto tractatu diei quartę. cuius ꝓbatio est. quia Adam p Euā deceptus est: nō autem ecōuerso:ideo in pœnā peccati ipsa est viro subtecta. Et idem dicit sup primā epistolā ad Corith. sic scribēs. Mulier debet velare caput quia nō est imago dei(more viri):sed vt viro oñdat subiecta: & qa p̄uaricatio p illā inchoata est. Sic Sara vocauit Abraā dñm suū. Et vt dicit Ioānes Andreas vir matrimonio iūctus/prout recitat Panor. in ca. Literas. de restitu. spolia. debet mulier lauare viri pedes,caput:& huiusmodi obsequia facere. quod oportet itelligere nisi fuerit mulier nobilis quam ex consuetudine huiusmodi opera dedecet. Et secūdi Oeconomicoꝝ. ij. dicit philosophus. Existimare enim debet mulier vere cōposita mores viri esse legem suæ vitę impositā sibi a deo/per cōiunctionem matrimonij atq; cōsortij. Nō est tamen omnino serua:sed aliquo mō possidet virū. Hinc Aristoteles in postpręditamētis recitās acceptiones(habere)assignat modū quo vir habet vxorē. sed ille inquit,est alienissimus modus habendi:cū vir ab eadē aliquo modo habeat. Q d bene oñdit Apl'us primę ad Corinth. vij,dicēs. Vir sui corporis ptātē nō habet sed mulier. hoc est:aliquibus legibus honestis astringit vt eam secundū suū statum multo honorificentius & humanius q̄ famulam tractet. Illa aūt q̄ ad rem familiarē attinent/curę eius relinquat. si secus faciat, turpe est vt dicit philosophus secūdi œconomicorū primo. Nec ei cōuicia dicat:vt idē ꝓcipit primi œconomicorū iij. sic nec ipse iniuriam patietur. hoc enim & communis lex indicit:vt Pythagorici dicunt. Q uēad modum seruam ab lare ductam quā minime decet videri/afficere iuria apd maiores religio erat. Et si hostis vel serua ad larem confugisset,fuit a pœna pręseruata. quāto magis vxor quę est continuo prope larem? Aliā legē subiectionis vxoris ponit Aristoteles:q; nō debet esse nimis in vestibus sumptuosa,dicens. De ornatu vero quemad modum neq; mores superbos esse decet/si simul appropiquare debeant:sic etiam nec corpora. Nā illa q̄ per ornatum fiunt/ nihil differunt ab histrionum vsu/tragœdias in scena agentiū. Et secūdo œconomicorū dicit. Sumptu autem & vestitu & apparatu minore etiā vtatur q̄ leges pmiserint ciuitatis:considerans q; nec vestimentorum nitor, nec excellentia formę,nec auri magnitudo tantū valet ad mulieris laudem quātum modestia in rebus,ac studiū honeste decoreq; viuendi. ¶Ex dictis igit habes q; si viro in domo dominet vxor peruertit ordo naturę:quia vir est caput mulieris: vt ex sacris eloquijs pariter & gētiliū scriptis/ paucis ostendimus. Et licet in iudicio mulieres sint p̄cipites,vt dicit primo Politicorū:male in iudicio/ syllogizando p̄sistunt. incōstātes nāq; sunt & passionibus agitatę:quare earum iudiciū est inualidū. & hoc nisi interdū vir esset multum hebes/& mulier multum sensata. & adhuc fortasse magis ei ꝓdesset/si opulentus fuerit:consilio prudentum vti virorum. si inops:solam vxorem habens/eius cōsilio vti necesse habet. Vlterius patet q; volens cū vxore pacifice viuere non debet eam iniurijs la-

cessere/ne iterato probro afficiatur. memor sit mulierem primam ex osse & q̄dem curuo fabricatā. Saccus autem ossibus refertus in solum profect⁹ magnum dat sonum. saccus vero terra / ex qua Adam plasmatus est/plenus:sonum exilē reddit. Mulierem ad vestium mediocritatē reducat:& potius ad defectum q̄ ad abundantiam : ostēdendo ei quomodo hoc ad decorem virtutis cedat viri, & vxoris legitimæ.

¶Distinctionis Vigesimęseptimæ Quęstio Prima.



Circa distinctionē vigesimāseptimā quęritur prio: An requiratur & sufficiat cōsensus mutu⁹ per signa p̄sentialia explicitus ad verū matrimoniū. Respōdetur affirmatiue. nō tñ requirit consensus formalis ī matrimoniū: vel consensus formalis ī dationem corporum: simplices enim nesciunt ita discernere:sed requiritur saltem consensus tacitus inter illos quo velint illum contractum inire quo sint coniuges:vel possint licite reddere debitum:vel aliquid æquiualens. Probat conclusio. Aliqua ad matrimoniū inter personas legitimas requiruntur:& non videtur quid aliud q̄ ista recitata:igitur. solus autem consensus non sufficit. nam potest Petrus in Bertam consentire & contra:& vterq; ignorare de alterius consensu. si autem tunc esset matrimonium/esset valde icertum. Et patet hoc in ca. Tua nos. de spon. Itē matrimonium est sacramentum ad q̄d de cōmuni lege requiritur signum sensibile. verba tñ sine consensu etiā non sufficiunt. Tertio arguitur ad idē. vir habet dominiū sui corporis:sic mulier:& vterq; potest transferre partiale dominium in alterū: si translatio non sit irritata per legē superioris. q̄d excludo p (legitime). sed hæc trāslatio nō pōt fieri nisi per signa. igitur.

¶Contra cōclusionem arguit. Nō requiritur explicatio per signum sensibile in casu inter Petrum & Bertam iam signatos. Nā Petrus in Bertam consentit:& scit se consentire : hoc etiā Berta de se ipsa scit:ergo ipsi duo sciunt se cōsentire in se mutuo. Respōdetur. licet isti sciant se cōsentire de matrimonio:hoc tamen nō sufficit:sed requirit q; vterq; sciat illud de altero. ¶Secundo arguitur. ff. de regu. iuris. dicitur. Nuptias non cōcubitus sed consensus facit. ergo solus cōsensus sufficit. Respōdetur. cōsensus partialiter facit matrimonium:licet partialiter facere sit facere simpliciter. ¶Tertio arguitur. Matrimoniū inter absentes crebro contrahit:vt reges contrahere solent in magna locorum intercapedine. tunc autē vno cōsentiēte altera forte dormit:ergo nō requirit cōsensus mutuus. ¶Respondetur concedendo q; matrimonium inter absentes cōtrahitur si specialiter mandetur procuratori vt contrahat:& signetur ei determinata persona cū qua contrahatur si pseueret in eadē voluntate. vt habet de ꝓcur. ca. Procurator. libro sexto,tuncta glossa. Sed ad formā argumenti dico. q; duplex est consensus, quidam actualis:& ille ad matrimonium sufficit:sed nō requiritur. Nam quando vir profert verba de p̄senti & consentit:potest mulier adhuc non consentire. postea muliere verba ꝓferente & habente consensum viri,consensus nō est in rerum natura: & tamen est verum matrimonium. alioquin rarissime erit matrimonium si talis vnio consensus reqratur. Alius est consensus virtualis/qui debet esse simul:& ille sufficit. Consensum virtualem voco quando alter consensit,& postea nō dissentit. Virtualis etiam cum formali sufficit. hoc sic declaro. Sortes in Britānia consentit in Bertā in Gallia in principio Ianuarij. Berta vero in Francia cōsentit in hunc Sortē primo die Februarij forte dormiēte:iam consensus virtualis in forte concurrit cum consensu actuali Bertæ:qui duo cōsensus ad matrimonium sufficiunt. Tertia propositio. possibile est matrimonium primo esse contractū:& tamen nullum esse consensum actualem in vno cōiugatorum. Probatur. Sortes in principio Ianuarij in Bertam consensit:& Berta in Sortem ante explicationem verborum in principio Februarij quando matrimonium contrahitur:nō est aūt necessarium ad matrimonium q; Berta tunc iterato consentiat:sed sufficit q; ipsa cōsenserit,& postea nō dissentiat. ¶Ex istis tribus propositionib⁹ ad argumētū respōsiuis infero alias ꝓpositiones: quarū Prima est. Cōsensus virtualis nullū actū voluntatis vel intellectus ponit. ¶Secunda ꝓpositio. si Sortes dissensit tempore itermedio quo oratores erant in ittnere anteq; Bertam adirent,& postea cōsensit:cōsensus virtualis manet sufficiēs. ¶Tertia ꝓpositio. si Sortes in Bertam cōsentiat & hoc explicet verbo,& Berta dissentiat:sed Berta consentiente Sortes dissentiat:nō est matrimoniū. patet:qa nec est cōsensus actualis/nec virtualis cum formali simul:& ille ad matrimoniū requirit. Asserri potest exēplū ex scdo Regū de Thamar & Ammō. ¶Q uarta ꝓpositio. Nihil est q̄d Panor. in ca. Dilect⁹. de spōsa. dicit. q; de subtilitate iuris securior & tutior debet eē cōsensus mutu⁹ simul.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia talis iuris subtilitas omnia matrimonia tā inter p̄sentes q̄ inter absentes cōfunderet. Nec valet dictum Specu. in ti. de sponsa. dicētis q̄ alterius responsio debet sequi incōtinenti. Ad hoc adducit. l. j. ff. de verbo. obli. Isti de actuali consensu loquuntur. Et patet q̄ nō: inter absentes & inter p̄sentes. Similiter si Sortes consentiret in Bertam: & Berta mentirē̄ p̄ferendo verba/non consentiēdo vsq̄ ad finem hebdomadæ: adhuc esset matrimoniū quando Berta cōsentiret. nec video opus esse q̄ ipsa hoc sorti explicet: quia antea ei suam mētē aperuit/licet dolosē. quod sufficit. Ad. l. inductam dico q̄ est consensus virtualis simul: & hoc sufficit. ¶ Quinta p̄positio. licet Berta e gallia ad Britanniā rediens cōtrahat in facie ecclesię/non facit matrimoniū: quia tam illud est cōtractum: sed hoc fit ob solennitatē & ad cautelam p̄ maiori securitate. ¶ Sexta propositio. Si Sortes mittat literas ad Bertam dicens se cōsentire in eam de p̄senti & permansurum in hoc proposito si ipsa consentiat: visis literis antēq̄ rescribat / est matrimoniū: qa est consensus mutuo signo sensibili explicatus. Sed contra illud arguitur. nō sufficit cōsensus mutuus nisi per signum cōsliterit: qđ non fit inter absentes. Respondetur. est signum sensibile exterius sufficiens secundum exigentiā materiæ. nam oratores & magni viri possunt de mente illi⁹ facere fidem. & ipsa consentit actualiter & p̄sentaliter oratoribus: vel antea consensit: & in illo p̄positio manens postea nō dissensit/ vel si dissenserit/ sufficit postertor consensus. oportet autem habere vltimum: quia cōsensus supuenięs dissensum reuocat & contra. ante complementū contractus. ¶ Quarto arguit. Erat matrimoniū inter Iacob & Liam: & tamen non erat cōsensus mutuus nec formalis nec virtualis. ergo cōclusio falsa: & solutio præcedens nulla. maior patet: quia non peccauit Iacob Liam cognoscendo: ergo actum castitatis cōiugalis exercuit. Minor nota ē ex Geneseos xxix. capite. ¶ Respōdet negando maiorem. Et ad probationem concedit q̄ Liam cognoscendo nō peccauit Iacob: quia erat ei ignorantia inuincibilis: & fecit actum castitatis cōiugalis: ad quē nō requirit cōiugiū/sed inuincibiliter putata coniūx. putabat enim fuisse Rachelem. Lia tñ & Laban peccarūt: licet excusandus esset Laban a tāto: nolens minorē natu p̄ter patrię cōsuetudinē nuptū tradere: quia hoc fuisset i maioris natu cōtemptū & iacturā: sicut inter nos videmus. In fine autem septē dierū cōiuiij consensit de nouo: & erat verū matrimoniū. ¶ Quinto arguit. dicat Sortes ficte Bertæ in facie ecclesię. capio te in meam. per faciē ecclesię hoim multitudinem intelligo. & cōtra Bertā faciat hoc Sortes gratia libidinis explendę vel habēdarū opū: breuiter non consentiat: cōsentiat tñ Berta. postea contrahat Sortes cum Teberga: & i eam cōsentiat. Hoc supposito sic argumētor. Inter Sortē & Bertā est verū matrimoniū: & nec cōsensus actualis/nec virtualis: igitur. maior p̄batur: quia compellit Sortes Bertę adhęrere & ei reddere debitum: ergo hoc est ei licitum: alioquin ecclesia illicitum p̄ciperet. qđ est inconueniens. Si dicas. excusabit a peccato adhęrendo Bertę ob ecclesię p̄ceptum. Contra. ergo cōclusio cōtra quā obiectimus est falsa. Item tenebitur veram vxorē scilicet Tebergam dimittere. & sic in lege gratiæ erit diuortiū. ¶ Respondetur negādo maiorem: scilicet q̄ sit verū matrimoniū inter Sortē & Bertam. nam si non contraxit cū Teberga/tenetur de nouo in Bertā cōsentire: & matrimoniū inchoatū perficere sub p̄cena mortalis peccati. Si vero cū Teberga contraxerit, cū ea manebit: nec ecclesiæ parebit: quia non potest. ecclesia tñ licite p̄cipit ei facere aliquid quod facere esset illicitū: puta relinquere propriam vxorem. Ecclesia enim potest falli in tali facto. Et secundum p̄bationes allegatas bene p̄cedit & iudicat: quia plus est credēdum testi in prima depositione antēq̄ falsum deponat q̄ postea. Dicebat iste in facie ecclesię se in Bertā consentire: nec constabat adhuc de eius falsitate. quando autē postea dicit se non consensisse: minus debet ei credi iā q̄ ab initio. iudicat enī ecclesia q̄ initio mētiri noluit: & eam cognoscere si nō fuisset ei vxor. Nam si et crederet postea: darē̄ occasio multis a matrimonio retrocedendi. qđ foret incōmodū i politia christiana: cum ipsum ob suā vtilitatem & honestatē sit omni modo licito cōseruādū & manutenēdū. Si aūt cōfiteat officiali se excōmunicāti: credet ei officialis in occulto: qa in illo foro creditur viro tam pro se q̄ contra se. sed i foro exteriore eum excommunicabit: suadendo ei & recte adhærere primæ. sed hoc de⁹ dissuadet. nam crebro deus & homo difformiter volunt in volito: & homo licite vult. quia in foro exteriore oportet secundum allegata & probata concludere. scit enim officialis illum mortaliter peccasse & esse contumacem/ecclesiæ non parentem: & p̄ cōsequens excommunicatione dignum. & potest officialis assentiri q̄ dolose contraxit vel opposito vel nullum assensum de hoc habere/secundum rationes & apparentias occurrētes. Potest autē Romanum pontificem adire et casum reuelando: qui eum a sentētia excommunicationis absoluet hac lege, si verum sit quod recitat. si falsum: non intēdit eum absoluere. Et vbi est cognitus: in occulto suscipiat sacramenta. vbi est incognitus: potest capere in publico: quia absolutus est conditionaliter: & ipse scit q̄ conditio inexistit. & siue sit absolutus / siue non: est in statu salutis. Nemo enim rationis compos in lege Dei est perplexus, quin ei pateat via salutis: etiā ex quacūq̄ culpa præcedēte. Sed Berta nō potest cōtrahere matrimonium sorte viuente. Ratio est: qa nō p̄t ei constare quin Sortes sit vir suus/licet ipsa sit p̄sona habilis, & Plato cū quo contraxit. & reuera est matrimoniū inter eam & Platonem: cum nec ipsa nec ipse sint p̄sonę inhabiles ad mutuo contrahendū. Sed q̄diu putant matrimonium esse inter Sortem & Bertam: illo iudicio stante nō possunt sine peccato cōtrahere. Si tñ constaret sufficienter Bertę & Platoni nō fuisse cōsensum sortis primo cū Berta: ipsa Berta posset tūc Platoni cohabitare.

¶ Ecce q̄ consensus ad matrimoniū requiritur/q nō sufficit nisi aliquo signo sensibili vel æqualēti explicet. qs sit cōsensus actualis: & quis virtualis. q̄ ficte cōtrahēs cū aliqua/ante aliud matrimoniū cōtractū debz deponere fictionē: & cū priore cōtrahere: vel post matrimonium de p̄senti ante carnalē copulam potest religionē p̄fiteri vt in q̄stione sequēte dicē̄. post matrimoniū vero cōtractū & cōsummatū/difficilius est culpam tā quo ad se q̄ quo ad illam cui illusit reparare.

¶ Distinctiōis Vigesimęseptimę Questio Secūda.

Secūdo circa eādē distinctionē queritur: An matrimonium per sacros ordines & religiōis p̄fessionem dissoluat. Pro questionis solutione pono tres cōclusiones. quarū Prima est. Cōtrahens matrimoniū per verba de p̄senti ante carnalem copulam potest/altera parte etiam renitente religionem profiteri. patet de cōuer. cōiuga. ca. Verum. vbi sic scribitur. Verū post cōsensum legitimū de p̄senti licitum est alteri/altero etiā repugnāte eligere monasteriū: sicut sancti quidā de nuptijs vocati fecerunt: dūmodo carnalis cōmixtio nō interuenerit inter eos. & alteri remanenti si commonit⁹ cōtinētiā seruare noluerit/licitum est ad se cūda vota trāsire. Idē dicit in ca. Ex publico. eiusdem tituli. &. xxvij. q. ij. cap. Despōsatā. Machari⁹ nāq̄ & aliqui sancti patres hoc obseruarūt. xxvij. q. ij. ca. Scribit. §. Ecce. vbi sic dicit. Vt ei refert beatus Hieronymus. Machartus p̄cipuus inter Christi eremitas/celebrato nuptiali cōuiuio cū vesperi thalamū esset ingressurus: ex vrbe egrediens trāsmarina petijt: & eremi solitudinē sibi elegit. Item beatus Alexius Epiphanij clarissimi filius similiter ex nuptijs diuina gratia vocatus, sponsam deseruit: & nudus Christo famulari cœpit. Et magister in litera hęc recitat. ¶ Secūda cōclusio. susceptio sacri ordinis nō dirimit matrimoniū non cōsummatū/p verba de p̄senti cōtractū. Hæc cōclusio patet p determinationē Ioānis. xxij. quæ incipit. Antiquę cōcertationi. Et p̄bat ratione. non repugnat iuri diuino q̄ quis primo cōtrahat & post ea efficiat sacerdos, ex distin. xxiij. nā & greci hoc faciūt. Indissolubilitas enī matrimonij est de iure diuino/nisi in illo solo casu. vt post dicē̄. ¶ Tertia cōclusio. Matrimonium consummatum/ vtracq̄ parte consentiente tam ad matrimonium q̄ ad cōsummationē nō dissoluit p religiōis p̄fessionē/ vel alio modo, extremis manentib⁹ sine vtriusq̄ cōsensu: vel nisi alter ius petēdi amisit. Pria pars patet Matthęi. xix. vbi dicit Christus. Quod de⁹ coniūxit homo nō separet. & de diuor. ca. Gaudemus. & postea amplius dicē̄. Item vir nō solum habet potestatem in p̄prium corpus: sed i corpus mulieris & econuerso. vt dicit Ap̄lus priæ ad Corinth. vij. ergo nō p̄t vouere illud qđ est i p̄iudiciū mulieris. sed p̄fiteri religionē est i mulieris p̄iudicium/nō cohabitādo ei nec debitū reddendo. De extremis nō manentibus patet. nā mortuo viro/soluta est mulier a lege viri, secūdū apostolum primę ad Corinth. vij. Post adulterium vero alter potest religionem p̄fiteri post carnalē copulā: etiā muliere cōtradicente. vt fecit Paulus simplex eremita. Ratio est: quia nō tenet ei reddere debitum i sęculo: ipsa enim ius debiti amisit. ergo cum sit licite solut⁹, potest ea cōtradicēte religionē p̄fiteri.

¶ Contra primā cōclusionē arguit.

Vel hoc esset quia Christus ita fecit de Ioanne, eū ad apostolatum vocando post matrimonium de p̄senti. nā eū de nuptijs nubere volentē vocauit dñs: vt dicit Hieronymus in p̄logo euangelij Ioānis. sed de hoc non cōstat. etiam nullo modo sufficienter docet q̄ apostoli tria vota emiserūt. Vel hoc est quia religio est de meliore bono. & tūc dissolueret matrimoniū cōsummatū: quia illi matrimonio religio p̄stat. ¶ Respondet. quicquid dicatur de matrimonio Ioannis cum Magdalena: nō est verosimile q̄ cum Magdalena contraxit. quia primo, pauper erat & piscator: illa aūt mulier nobilis. Secundo nec eis defecisset vinum ob solertiam Marthæ sororis eius. contraxisset tñ matrimoniū si ad apostolatum non fuisset vocatus: vt Petrus & alij. & hoc sufficit pro dicto Hieronymi. Dico igitur q̄ inter arguendum nulla causa sufficiens tacta est. sed exemplis sanctorum, & determinationibus pontificum ad hoc sufficienter edocemur q̄ istic ē exceptio nō solū ad religionē: sed etiam ad eremum in qua vouetur castitas. istum ergo casum deus excepit: nam deo instigante aliqui sancti ita fecerunt. & hoc erat in causa quare ecclesia ita determinauit. ¶ Secundo arguitur. Matrimonium carnali copula consummatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

non est maioris ligaminis q̄ ante carnalem copulam:quia alioquin ipsum solueret: qđ est falsum: vt patet in ca.fi.de spon.duo.sed vnū est indisso lubile:ergo & aliud.¶Respondeť distinguēdo q̄ sit tāt ligaminis:vel quo ad separationē:& q̄ fiat nouus cōtractus matrimonialis:& hoc est dubiū: qđ paulopost tāgemus.vel per hoc q̄ fluctuagū & instabile sæculū relinquitur,& potissimum per religionis ꝓfessionem.& sic non est idem.ratio tā proxime reddita est.¶Sed cōtra hoc arguit.quā do ille profitetur religionem:vel vinculum matri monij est solutum:vel non.si secundū / cum ipsa possit cōtrahere sicut pontifex definit:sequitur q̄ vna mulier habebit duos viros in mundo, & ad duos viros duo vincula:qđ est incōueniēs. Si est ruptum:contra.vtrūq; extremum est in rerum na tura:& vinculū est ille personę vinctę.Relatio em̄ non distinguitur a fundamento & termino,prout ſuppono:& extrema manent: ergo illud vinculū manebit.Respondetur.aliqui dicunt illud vinculum nō esse solutum.sed dico ipsum esse ruptum vbi ille profiteť castitatem:quēadmodum in mor te naturali.Et habeť.xxxj.quęst.j.Q uomodo vir ginibus.de diuor.ca.Gaudemus.Nec habet hæc mulier duos viros.nam cum vinculum sit ruptū: non habet eos amplius. quēadmodum diceretur de resuscitato.vt vxor Lazari,siqua fuerit,nō te nebatur post resurrectionem eū capere:nec Dru siana virum.si tamen voluisset/poterat.nā legitur ad hebreos.xj.de mulieribus accipientibus viros suos.licet illud possit intelligi de filijs earum.sicut Sunamitis recepit filiū a ꝓpheta resuscitatum an te Naim.Lucę.vij.Sed ad ꝓpositum redeūdo ꝓ pter ipsam in sęculo manentē cogeť ille statim re ligionem profiteri in duobus mēsibus,vt manēs in sęculo sibi prouideat de matrimonio.nec opor tet tenere legem cōmunem nouitiorum in illo ca su:sed arbitrio iudicis tempus est abbreuiādum. ¶Sed dicis papam posse dispensare cum religio so vt religionem derelinquat. Sortes igiť de quo in casu argumenti tractatur/egrediatur cœnobiū & ducat vxorem:iam Berta habebit duos viros i sæculo:cum ipsa nunc sit contūcta. Respōdetur. impertinēs est nobis illud quod infertur.Opinor illud esse ꝓbabilius:q̄ sortes cū dispensatione po test aliam vxorem ducere,cum vinculū fuerit so lutum:& sit resuscitatus ad sæculum ciuiliter.quē admodum resuscitatus ad vitam pōt aliam vxo rem ducere sua priore coniuge viuente. Sed istius concessio non infert idem esse cū dispensato. nō sufficit tamen castitas in domo ꝓpria.vt patet ex ca.Ex parte tua.Et quando dicis.illę ꝓsonæ post matrimonium consummatum manent:ergo vin culum.nego consequentiam.nam vinculum ma nebit quando non manebit vinculum.per mortē enim ciuilem corrumpitur vinculum:licet vincu lum non desinat esse entia.

¶Sed quo ad aliā particulā dubiū est:an pōtifex possit dispēsare,cū aliqua fidelis cō traxit matrimoniū de p̄senti cū aliquo/ante carna lem copulā: vt alter istorū altero in sęculo manen te possit cōtrahere rursus cū alio.puta possit sepa rare matrimoniū inter Sortem & Bertam,dando facultatem Bertæ cōtrahendi cū Cicerone: & Sor ti cum Teberga.Et hic duas positiōes oppositas inuento:quarū vna est glossę in cap. Ex publico. de con.cōiu.saltem recitatiue.& clarius in ca.Q ua propter.xxvij.q.ij.q̄ dicit q̄ matrimoniū nō con summatū significat vnionē animę fidelis ad deū. Consummatū significat vnionē verbi ad huma nitatē:& dei ad ecclesiā.prior vnio ꝓ mortale dis soluit:secūda vero nunq̄. propterea matrimoniū nō cōsummatū dissoluitur:non autē consumma tum.Hostiēsis & Panor.hic dissute & sinistre glos sam impugnāt.tum primo q̄ glos.solum recitat. tum secūdo : non negaret quin matrimonium sit ex institutione dei. Sed nodus argumenti in hoc consistit:an indissolubilitas matrimonij ante car nalem copulam sit ex institutione diuina an hūa na.& voluit glos.dicere q̄ erat ex humana.& tenē do q̄ pontifex dispēsare possit,bene consequēter loquit.Et sicut Hostiensis & Panor.glossam non intelligūt:ita nec seipsos:nec leporem argumenti inquirunt. Sed in effectu dicit Hostiensis:q̄ con sensu vtriusq; sponsi potest papa ex potestate ab soluta dissoluere tale matrimoniū:nulla alia causa existēte.sed ex potestate ordinaria potest ex caus sa dissoluere tale matrimoniū:non autem cōsum matū:quia cōsummatio cōsistit in facto: qđ non potest haberi ꝓ nō facta.xxxij.q.v.ca. Si paulus. Panormitan⁹ dicit illd mirabile verbū : sed cū eo trāsit.¶His relictis iterato tāgo nodū argumēti. vel indissolubilitas matrimonij ante copulā car nalē est de iure diuino: vel ex institutione ecclesię. Si primū:non pōt vllo modo dispensare: q̄a hoc est ius superioris reuocare. Nō valet dicere.seruā re votū spōtanee emissum est de iure diuino : sed nō in omnē euentū:verū in casu ancipiti superior interpretať qñ est tenendū: & declarat ipsum in ca su soluēdū. sic i ꝓposito:licet sit de iure diuio.Nā si hoc sit verū/habeť positio Hostiēsis & eū imitā tium falsa/q̄ non potest de potentia absoluta sic matrimoniū dissoluere. Sed nec illud sufficit.quia sic diceres de matrimonio consummato. Prorsus etiā nihil valet qđ dicit,consummatū cōsistit i fa cto:quia sic matrimoniū de quo loquimur est pręsentialiter factū:& nō potest haberi pro nō facto, per eadem quæ ipse allegat.Restabat ergo dicere q̄ est ex institutione positiua ecclesiæ : per ec

clesiam pontificem intelligēdo.& sic pontifex po test ad nutū in tali matrimonio dispēsare. Et hoc vult glossa in effectu:& Hostiēsis cū aljs canoni stis. Sed hoc cōsequens est falsum:qđ sic probo. nō potest papa nec ꝓ causa nec cū causa dissolue re matrimoniū de p̄senti ante carnalem copulā. Si cū causa: maxime eēt ob hęresim vbi alter nō posset manere cū altera sine contumelia creatoris. sed hoc nō pōt pōtifex:qđ ꝓbatur ꝓ ca. Ex parte tua.de cōuer.coniugato.vbi Innocētius tertius ar chiepiscopo Lugdunensi scribens sic inquit. Ex parte tua est intimatū q̄ cū quædam mulier velū viduitatis corā duobus abbatibus assumpsisset/ benedictione solenni cū celebratione missę ac leta nia(sicut debuit)accedente: quidam nobilis ꝓpo nebat se prius mulierē ipsam mediantibus inter nūcijs per verba de p̄senti/ arra etiā interposita desponsasse.& infra. At illa se in illum cōsensisse cōfessa, dixit q̄ audierat eū esse lepra percussum & ob hoc eius fuerit abominata cōplexus.& infra Nos autē inquisi.t.t.r.q̄ etsi possit nō inconsulte videri:q̄ ex quo matrimoniū inter legitimas ꝓso nas per verba de p̄senti contrahitur: illis viuen tibus in nullo casu possit dissolui,vt viuente rel icto alter ad secūda vota transmigret:etiā si vnus fidelium inter quos est ratum coniugiū fieret hęre ticus,& nollet permanere cū altero sine cōtumelia creatoris:nisi forte secus fieret ex reuelatione diui na quę superat omnē legem:sicut a quibusdā san ctis legitur esse factum.Nos tamē nolentes a præ decessorū nostrorū vestigijs declinare:qui respon dere consulti,anteq̄ matrimoniū sit per carnalem copulam consummatū, licere alteri coniugum re liquo incōsulto ad religionem transire: ita q̄ reli quus extunc legitime poterit alteri copulari: hoc ipsum tibi consulimus obseruandum in articulo p̄notato: q̄uis falsa sit causa per quā ad susce ptionem veli p̄dicta mulier est inducta: cū sine qualibet tali causa idipsum religionis obtētu face re potuisset.Porro licet p̄dicta mulier videat in veli susceptione religionis habitū assumpsisse: si tamen velit in domo ꝓpria remanere quasi ꝓposi tum castitatis in sęculo seruatura:nihilominus cō summandū est matrimoniū iam contractū/nisi se voto astrinxerit ad obseruantiā regularē: in quo casu cōpelli potest vt relicto sæculo religionis ꝓ positū exequatur. Hic manifeste habes q̄ nullus casus excipitur nisi ingressus religionis.Vnde Pa nor.in versi.Nos autē.dicit. Hic nota optimū ar gumentū q̄ matrimoniū contractum per verba de p̄senti etiā carnali copula nondum consum matū/nō potest solui nisi in casibus a iure expres sis. vnde pondera textū in versiculo.Nullo casu. iuncto versi.Nolētes.& sic bene facit ille textus in argumēto/papā nō posse dissoluere tale matrimo nium/nisi ex causa in iure expressa/vel omnino si mili.Ecce eius verba super sententia literę funda ta:quę licet eius positioni repugnent/nō est admi randum in viro plura scribente,& habente ex lite ra fundamentū.¶Sic ergo clare formatur ratio. nec pro lepra/nec pro hęresi matrimoniū nō con summatū inter fideles potest dissolui: nec pro ali qua alia causa nisi per religionis ingressum:vt do ctissimus ille Innocētius tertius determinat.ergo positio glossę nulla.¶Secūdo arguitur ad idem. Si quis matrimonium contraxerit cum aliqua,& ante copulam carnalem in amētiam ceciderit: vel si mēbra genitalia truncentur:tale matrimonium dissolui nō potest.Textus ad hoc est rotundus in cap.Hi qui matrimoniū.xxxij.quęst.vij.vbi Ni colaus papa sic inquit. Hi qui matrimoniū sani contraxerunt:& vni ex duobus dementia aut fu ror aut aliqua infirmitas accesserit:ob hāc infirmi tatem & causam coniugia talium solui nō possunt. similiter sciendum est de his qui ab aduersarijs ex cęcantur: aut membris truncantur:aut a barbaris exacti fuerint. Et tamen hic esset causa soluen di matrimonij si solui posset : cum non possit mulierem cognoscere plus q̄ religiosus: licet ille casus in iure expresse nō habeatur. igitur. Secus fuisset si hoc ante matrimoniū post sponsalia ac cidisset.¶Tertio arguitur. Dictū Christi Matthęi xix.Q uos deus coniunxit/homo nō separet.de bet teneri vt verba sonāt: nisi vbi ponitur aliqua determinatio aliquem casum excipiens & verbū Christi exponens.sed nusq̄ in iure diuino vel pō tificio ponitur exceptio ab illa ꝓpositione pręter religionis professionē.ergo nemo debet alium ca sum excipere ne legis diuinę transgressor habeat. ¶Q uarto arguitur. matrimonium consumma tum sequens matrimonium nō consummatum/ ipsum nō dissoluit.textus est expressus in cap.fi na.de spon.duo.ergo non est vinculum natus in matrimonio nō consummato/ vllam patiens ex ceptionem nisi in professione religionis: nec maioris ligaminis.sed matrimoniū consummatū in ter fideles a nullo puro homine potest dissolui: er go nec ctiā matrimoniū nō consummatū nisi in casu a iure expresso:extra quē ius diuinum matri monium dicit indissolubile. nec iura excipiunt vl lum casum nisi hunc/ vbi homo vocatur specia liter a deo ad religionem: & dicunt nullum alium casum excipi debere. nec vlla ratio est vel textus ad oppositum tendens. igitur hoc est tenendum. ¶Q uinto arguitur.Cum quidam peteret (vt re citat Panor. hic) ab Innocētio octauo dispensa tionem de matrimonio nō consummato : & In nocentius responderet se non posse:dispensatio nem petens hanc opinionem a glossa recitatā alle gauit. cui Innocentius.Maledictus qui te docuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo consiliū & opinio glossę est maledicta,& pec care facit sibi inuitentes.

¶Teneo itaq; impręsentiarū q; pō tifex dispensare nō potest in casu ꝓposito de ma trimonio post verba de prętenti ante carnalem co pulam:cū sit tam verū matrimoniū q̄ post carna lem copulā. vt patet de matrimonio inter diuam virginē & Ioseph. Ratio Hostiēsis nullā habet ap parentiā. Illa autē metaphora quā glossa ponit de coniunctiōe verbi ad humanitatē/& ad aiam pec catoris:nihil infert. Et si aliqui pōtifices hic dispē sarint & fecerint diuortium ante matrimoniū cō summatū:nihil ad a. Sic cū multis in excessiua,& iniqua beneficiorū pluralitate & alijs materijs dis pensarūt.cōcludere ergo hoc licitū vel ex parte il lorum/vel dispensationē requirentiū/ nō est argu mentū in Barbara vel in Darij. Sed bonū est ar gumentū ex determinatis pōtificaliter ab eis,& in iure expressis. ¶Sed cōtra istud arguitur. Matri monū cōsummatū ꝑ carnalem copulā est mato ris ligaminis:& matrimoniū nō cōsummatū sol uit.ergo ꝓbatio quarti argumenti nulla. Antece dens patet p.c. Licet.de sponsa duorū. in.§. quis. vbi dicit papa. Quisaliter a quibusdā prędecesso ribus nostris sit aliqñ iudicatū. Item vnus pontifex etiam posterior circa expositionē iuris diuini nō est maioris auctoritatis q̄ prędecessor eius: ergo determinationes summorū pontificū adductę sunt inualidę. ¶Respondetur.licet teste Sallustio in Iugurtha/ satius foret de Carthagine tacere q̄ parū de ea loqui:vt tñ pōtificū vtilia scripta tuea mur:dico:qñ sancti cōtradicūt, vt Hieronym⁹ & Augustinus in exponendis sacris literis: sentētia illa est sequenda quę est rationabilior.sic si pontifi ces opposita determinēt.modo sententia illa ma gis cū iure diuino Matthæi. xix. scripto quadrat: q; matrimoniū carnali copula cōsummatū nō po test aliud dissoluere.illud ergo est tenendum. Q; pōtifices possunt cōtraria determinare:patet ex li tera. Vnde in prędicto.c. Licet.dicit Panor. Noto papā posse reuocare sententiā sui prędecessoris:& contrariā constitutionē facere:vel aliter declarare/ etiā prędecessor declarat. Hoc itē expresse habes in cap. Quanto.de diuor. vbi doctissimus Innocētius tertius in.§. Nos.sic dicit. Nos igit cōsultationi tuę respōdentes distin guimus:licet quidā prędecessor noster sensisse ali ter videat. vbi glos. ordi. in verbo (prędecessor no ster) scilicet Cælestinus:cuius dictū olim habuisti in decretalibus.de conuer. infide.c. Laudabilem. & male dixit Cęlestinus. Sed dices ex illo tolli robura determinationibus summorū pontificū. Di co q; nō sequitur.nam determinatio illius q motiua bona pro se citat/vincit. Isti autem posterio res quorū scripta sunt in iure contēta,sunt ratio nabiliora:& contraria exclusa.& ita quilibet doc⁹ intelligit.ergo licet prędecessores in iure diuino de terminarint opposita: nō ꝓpterea tollitur aliquid roboris a decretalib⁹/ vel a iure scripto. Potest etiā dici q; pōtifex nō dicit pdecessorē suū pōtificali ter oppositū determinasse:sed q; aliter sensit:hoc est/adhęsit opposito. Prętera reuocare pdecesso ris statutum non est contradicere: sed secundum temporis exigentiam aliam .condere legem. In iu ris autem diuini expositione est aliud.

¶Contra secūdā cōclusionē argui tur. Ex ea sequitur q; sacerdos in occidētali eccle sia possit habere vxorem in sensu cōposito,et eā cognoscere sine dispensatione. Respōdetur con cedendo quando primo contrahit:et postea effici tur sacerdos.cui debitum in occulto reddet ita vt nesciatur versari in domo cum illa.alioquin scan dalizabit alios:et occasionem male faciēdi cęteris prębebit:sed nunq̄ debet ei dari beneficium vel aliquid ex ecclesię ꝓuentibus.et ita seruiet deo ac celebrabit,et tenuiter viuet/nisi prouisionem aliū de habeat. ¶Hacten⁹ de matrimonio cōtracto ꝑ verba de prętenti/ante carnalē copulā indissolubi li:nisi in vno casu tñ, ꝑ ꝓfessionē.s.religiōis. qđ cognoscimus per sanctos a deo vocatos ante car nalem copulam:et pontificū determinationes.Et licet aliquis violente cognosceret coniugem ante tempus elapsum,a iure concessum de assumenda religione:adhuc illa potest religionē ingredi. hoc em̄ ius cōmune/mulieri cōcedit:qđ alter non po test ab ea tollere, nisi ipsa culpabiliter tempus con cessū prętergrediatur:tūc cm̄ ipse pōt se in possef sionem ponere:nec ipsa postea poterit religionē profiteri/nisi et ipse profiteatur:quādo effecti sūt vna caro. Nec ex istis infringit Christi auctoritas, Quos deus coniunxit homo nō seperet,qa deus qui legem illam tulit:facto aliquos ante carnalem copulam ad se traxit.ꝓpterea pontifices declara runt illud licere:et sic dispensarunt interpretādo/ et exposuerunt. Prętera,si pontifices opposita dicant circa ius diuinum exponendum:standum est illi expositioni quę est rationabilior:puta quę cum iure diuino magis quadrat:vel ratione natu rali/si ius diuinum desit. Ex quo nullo modo se quitur iuris pontificij/decretorum pontificiorum aut iuris infirmitas.ratio est:qa illa q̄ circa hāc ma teriam minus erant rationi consentanea, sunt ex clusa:& rationabiliora inserta seu incorporata. nō tñ nego quin sint circa aliqua in iure pontificio cō trarię expositiones:vt quando agitur de auctori tate concilij vniuersalis & romani pontificis:de p minētia regū & pōtificis ī tēporalibus,& simil⁹. Dico tamen vtx sufficienter ostensum, q; oppo

sita successiue determinauerint: licet glos. & Pa nor.ita dicant. Forte sufficit dicere,aliter sensērūt vel sentire visi sunt.ex quo non sequitur q; aliter determinarunt.

¶Distinctionis Vigesimęseptimę Quęstio Tertia.

Tertio quæro qs pos sit sponsalia cōtrahere: & an sint licita. Pro quęstionis so lutione notabis q; sponsalia sunt futurarū nuptiarū pro missio.xxx.q.v. Nostrates. Et dicunt a spondeo spon des.vt in.l.ij.ff. de spōsa. hinc sponsus quasi pro missus. Sponsa quasi ꝓmissa . ideo post matrimo nium de prętenti/etiā ante carnalem copulam nō dicuntur proprie sponsi:sed maritus & vxor. Vn de cum legatur aliquid alicui si contraxerit matri monium cū Berta: ilico vbi contraxit per verba de prętenti/debetur ei legatum:licet non consum mauerit.patet.xxvij.q.ij.c. Sufficiat. Quādoq; ta men appellatione matrimonij cōprehenditur ma trimoniū duntaxat carnali copula consummatū. vt in cap. Ex publico.de cōuer.coniug.& sic ante copulam possunt/licet minus proprie/dici sponsi: quia mulier regulariter est sponsa,id est promissa respectu copulæ carnalis. Et propterea dicit Pa nor.de sponsa.c.primo. q; quādo agitur de odio: appellatione maritatę nō venit sponsa. Secus est si de fauore ageretur.

¶Hoc præmisso respondetur per duas conclusiones:quarum prior est. Omnis qui potest matrimonium contrahere potest sponsalia contrahere: et aliquis alter:quia qui non prohibe tur/admittitur. prior pars patet. Nam aliquę perso nę possunt cōtrahere:et non est maior ratio de ali quibus q̄ de alijs in quibus non reperitur prohibi tio. Secunda pars probatur:quia septennes et su pra eam ętatem possunt cōtrahere sponsalia:et ta men non omnes tales possunt matrimonium con trahere,vt infra patebit.similiter tempore oratio nis vt in quadragesima/ possunt hoies sponsalia contrahere:et non matrimonium,propter matri monij solennitatem.citra autem septimum annū contrahere non possunt.de despon.impuberum. c. vnico.libro. vj.et si contrahant.non tenent.nec oritur publicę honestatis iustitia:licet alter sit su pra septimum/nisi minor ratificet cum septennio attigerit. ¶Secunda conclusio. Sponsalia sunt ra tionabiliter instituta.probatur:quia cōtractus ma trimonialis est difficile iugum multis:ergo expe dit facere contractum futurum prętium potius q̄ repente contrahere:quia facilius erit corrigere erro rem si quis sit in contractu initiato q̄ consumma to.propterea enim ponitur tempus nouitiatus in religione.

¶Contra primā conclusionē argui tur. Quis potest matrimoniū contrahere quando malitia supplet ętatem/ante annos pubertatis cō pletos:puta ante quartūdecimum annum:ergo & sponsalia ante septennium. Insuper non est ratio signāda q̄re potⁱ⁹ statur in septēnio q̄ in alia ęta te.igitur terminus est irrationabilis. ¶Ad primū nego cōsequentiam:& causa dicta est virtualiter. nā cum alter est mulieris potens:et discretionem habet ante.xiiij.annos et consentit,est verum ma trimonium. ante septēnium autem non potest vllo modo mulierem cognoscere. Propterea in tentio legislatoris est rationabiliter posita:ꝑcipue in vno et non in alio. Et patet.xxx.q.ij.in vtroq; ca. Ad secūdum dico:q; in his pure positivis qđ principi placuit/legis habet vigorem. Et licet non possit dari ratio quare terminus ponatur in hoc/ et non in illo:tamen multum rationabile est fige re terminū.et hoc in equitate naturali fūdatur. vo luntas autem legislatoris superueniens ponit ter minum in vno determinato volūtarie. sicut de iu re naturę erat q; tribus leuitica cultui diuino māci pata orans pro se et tribubus reliquis esset nutriēda et sustentāda:sed quo ad quotam decimarum erat de positiuo iure diuino/tempore illius legis. Aliqua enim lex in equitate naturali fundata est: Et hoc dupliciter. vno modo euidēter omnibus: alio modo euidenter solū bene natis. Aliqua etiā habet pro se et suo oppositio rationes:sed plures pro se q̄ pro oppositio. vt lex de possessiōe bono rum. Aliqua nullā rationem habet pro se/nec pro opposito, aliā a volūtate egislatoris.et illa est etiā prudenter instituta. vbi non est quęrenda ratio.le gis:sed sola instituētis volūtas sufficit.

¶Contra secūdā cōclusionē argui tur. Totum et perfectum idem sunt.tertio physi corum.sed perfectū est matrimoniū sine spōsali bus.ergo spōsalia nō sunt rationabiliter instituta ꝑ matrimonio. Respōdetur. sponsalia non sunt pars matrimonij:nec de necessitate sacramēti ad matrimoniū requisita:nec aliquę proclamationes in ecclesia:licet plerūq; ministri peccent illas relin quētes. Nam multa incōmoda illis omissis seque rētur:vtpote multę personę inhabiles cōtraherēt. Sicut autē nouitiatus non est pars religionis:qa habitus non facit monachum:tamē ad bene esse professionis prerequiritur:sic in proposito. Con tra hoc arguitur. vnusquisq; rei potissima pars est suū principiū.ff. de ordi.iuris.l.j. Et Horatius dicit. Dimidium facti qui cœpit habet. Respōde tur.hoc est verū de principio intrinseco/nō autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

extrinseco. Secundo dico q̄ multum facit princi
piū extrinsecum ad cōplementū operis: nō tamē
est de eius essentia.

¶Dubitat: quomodo possint spō
salia cōtrahi categorice. Respondet,quadrifariā.
Primo p verba de p̄senti si sint ambo ipuberes,
vel alter dūtaxat.Nā iuris fictione talia sunt solū
spōsalia:vt pt3 in.c.fi.de despō.ipube.& rō est:qa
vel oportet dicere q̄ est mīmoniū:& hoc nō:qa
vetat lex:vel cōtractus null9.& sic frustra cōtraxe
rūt.sed itelligit hęc clausula,si nō valet vt ago va
leat vt valere pōt. Lex ergo mitius interpretat̄ p
spōsalibus. Secūdo modo cōtrahunt̄ p verba de
futuro ad hoc apta.Tertio p annuli subarrationē
xxvij.q.ij.c. Si qs desponsauerit.Quarto p arrarū
dationē. ¶Ecce qd sint spōsalia de futuro matri
monio. licet autē cōsensus p̄sens cū signo sensi
bili p̄senti causet matrimoniū: tñ cōsensus p̄sens
de mīmonio futuro cū verbis futuris nō causat
matrimoniū futurū:sed solū spōsalia p̄sentia. In
sup dixim9 qs possit cōtrahere spōsalia:& quō: &
q̄ rōnabiliter instituta sunt:licet nō sint pars ma
trimonij:in qbus requirit cōsensus determinatus
sicut i matrimonio. Si qs aūt añ matrimoniū va
ge p̄mitteret se ductur9 vnā e duab9 vel plurib9:&
quęlibet earū in eū cōsentiret/ id idē p̄mittens:nō
essent spōsalia:nisi oēs vna dēpta essent ihabiles.
Pręterea.si qs p̄mitteret se cōtracturū spōsalia cū
aliqua:cū illa nō cōtrahit sponsalia. sicut p̄mittēs
se contracturū matrimoniū cū aliqua:nō p̄pterea
cū illa cōtrahit. Insup post matrimoniū cōtractū
nō est opus facere sponsalia.inutile nāq; est face
re p̄missionē futuram de re propria.

¶Distinctionis Vigesimęseptimę Quęstio Quarta.

Varto circa eandem
distinctionem quęritur: quo
modo matrimoniū cōditio
nale cōtrahat. Respōdet.aliqua sunt sponsalia & matri
monia pura & pure categori
ce cōtracta.aliqua cōditiona
liter:siue per propositiones ca
tegoricas de conditionatis extremis/siue conditio
nales/nō refert. De secūdis nunc loquimur. Con
ditionum autem aliquę sunt honestę:aliquæ inho
nestę & turpes:aliquę contingentes:aliquę impos
sibiles:aliquę necessarię.

¶Hoc p̄missō pono cōclusiones.
Prima conclusio. Aliqua forma verborum cum
conditione futura sufficit ad matrimoniū p̄sens
probatur.hic est vere matrimonium.capio te in
meā si deus est:et contra:dummodo consensus
mutuus ponatur.quod probo:quia est consensus
mutuus:et verborum forma sufficiens.nam si re
linqueretur illa conditio,esset forma sufficiens se
cundum omnes:sed illa cōditio est necessaria sim
pliciter:igitur. Insuper hec forma est sufficiens ad
matrimonium,ego capio te in meā:et contra.sed
altera forma in qua ponitur conditio necessaria
equiualet isti vt in posito capim9:ergo si vna
forma sufficit et altera sufficiet. Pręterea per thec
icam communem in hac parte nullum sacramen
tum conferri potest sub conditione suspēsiua vel
resolutiua quando tempus futurum expectatur
ratione conditionis.vt postea dicemus.sed per lo
cum ab oppositis in proposito nihil futurum ex
pectatur quod nō est p̄sens.igitur. Item hęc for
ma est sufficiens,et verum est matrimonium mo
do consensus mutuus adsit.capio te in meam si
Adam ē mortu9:vel si dies iouis sit hodierno die
(sit p̄sens dies iouis)ergo et alia. cōsequentia est
nota.et probatur antecedēs.l.Cum ad præsens.ff.
Si certū petatur. Et probatur ratione. promissio
conditionalis tenet extante conditiōe:quia hęc est
intentio conditionaliter promittentium.sed condi
tio est iam posita.igitur. Pręterea aliter arguitur.ca
pio te in meā si deus est vel dies iouis est:sed de9
est:ergo capio te in meā.quod patet per sacramen
tū baptismi:quęlibet ēm conditio p̄sens vel pre
terita a futuro cōtingēti nō dependens sufficit ad
formā baptismi de præsenti:& si cętera essentialia
ponantur/verū est sacramentū tā baptismi q̄ ma
trimonij. ¶Secūda conclusio. Aliqua est cōditio
inficiēs matrimoniū posita reliqua forma de prę
senti cū cōditiōe.probat̄.hęc forma nō sufficit,ca
pio te in meam si patri meo placeat.et ponatur q̄
nihil sciat pater nec adhuc cōsentiat:dico hic non
esse matrimoniū.quod p̄bo:quia vel hoc est ante
cōsensum patris:et hoc non:quia id nō intendunt
cōtrahentes/sed cōsensum eius expectāt.igitur.In
sup hęc forma baptismi nō sufficit ad baptismū/
nec paruulum baptizatū reddit,ego te baptizo in
nomine patris et filij et spirit9 sancti amen si patri
tuo placeat.vt in secūda distinctiōe huius deduxi
mus.q.ij.in solutiōe quinti.ergo eodē mō nec hic
est forma sufficiēs ad hoc vt sit verū matrimoniū
Pręterea arguitur ad idē sic.cōtrahēs/ hoc est nitēs
contrahere hoc pacto/cogetur contrahere si pona
tur consensus paternus:ergo ante non est matri
monium.consequentia patet:quia nullus viuente
vxore legitima tenetur cōtrahere. Antecedēs pro
batur per.c. Super eo.de condi.appo.in despon.
et matri.solum ergo equiualet sponsalibus:et per
consequens idem erit effectualiter dicere:capio te
in meam si patri meo placuerit:et capiam te si pa

tri meo placuerit. verba ēm potius debent inter
pretari vt aliquē effectū inducant q̄ vt nihil operē
tur:vt superius recitauimus de impuberib9 cōtra
hentibus p verba de p̄senti:q̄ fauore matrimo
nij intelligit illa clausula,si nō valet vt ago valeat
vt valere potest.& hoc nisi p̄tetur q̄ non erunt
sponsalia:qa si sic/nihil valebunt.nō ēm erūt spō
salia/ob itētionē cōtrariā.nec est matrimoniū ante
patris cōsensum.nec solus sequens consensus cū
toto cōtractu p̄terito sine adiuncto facit matri
moniū:quēadmodū in de baptismo diximus q̄
siquis baptizat paruulum si patri placeat iante pa
tris consensum paruulus nō erat baptizatus: nec
patris postea superuentens consensus retrahit ba
ptismū,qui nullus fuit. Requiritur ergo cōsensus
p̄sens ad matrimoniū cū signo hoc explicante.
Verba autē requirūtur categorice in forma vel in
valore.in valore dico ꝓpter conditionē iam posi
tam inesse nō dependentē ex aliquo futuro.quēad
modum est conditio necessaria de p̄terito vel de
p̄senti:quę conditio nō dependet ex vna de fu
turo cōtingenti.Quare hęc forma nō sufficit,ca
pio te in meā si antichristus fuit futurus:vel si an
tichristus erit vel est reprobus.omnia enim illa de
pendent ex aliquo de futuro cōtingenti. Et idem
est in effectu in talibus ac si poneretur conditio
omnino futura quę nōdum posita est in esse. Ex
ista cōclusione sequitur q̄ si sortes cōtrahat cum
Berta sub hac forma,capio te in meā si patri meo
placeat: & interea ante patris consensum contra
hat cum alia:verū est matrimoniū.probatur:quia
sunt personę habiles prout suppono: nec cū Ber
tha adhuc contraxit. & idem est post consensum
patris sortis si aliud factum nō fuerit inter sortē
& Bertam. ¶Tertia conclusio. Aliqua conditio
matrimoniū vitiat: & non vitiatur. probatur hęc
conclusio. Aliqua cōditio repugnat vni ex tribus
bonis matrimonij. sed quælibet talis conditio re
pugnat substantię matrimonij: vt dicit romanus
pontifex in.c.fi.de cōdi.appo.Nota sunt tria bo
na matrimonij:scilicet bonum fidei/ bonū prolis/
& bonum sacramenti.de quib9 fit mentio.xxvij.
q.ij.Omne itaq;.& infra non nihil loquemur.Dat
pontifex tria exempla in litera:quę ponam vt per
illa manuductionem capias.sic autē dicit. Si con
ditiones contra substantiam coniugij inserantur:
puta si alter dicat alteri:contraho tecum si genera
tionem prolis euites: vel donec inueniam aliam
honore vel facultatibus dignioręm:aut si pro quę
stu adulterādam te tradas:matrimonialis contra
ctus quantūcūq; sit fauorabilis/caret effectu. licet
aliæ conditiones appositæ in matrimonio/si tur
pes & impossibiles fuerint/ debeant propter fauo
rem eius/ pro nō adiectis haberi. Ecce integrum
caput. hoc ipsum patet.xxxij.quęstio.ij.c. Solet.
& cap. Aliquando. Prima conditio est contra bo
num prolis. secūda cōtra bonū sacramenti.tertia
contra bonum fidei. Et quęlibet istarum conditio
num matrimoniū vitiat & nō vitiatur:vt patet p
determinationē pontificis: ac si immediate & per
se conditio impediret cōtractum matrimonij. vt
dicendo,capio te in vxorē si nō consentias in me
& nō aliter:vel si nō sim tibi maritus. vel capio te
consanguineā si nō habeamus dispēsationē.Ex
isto patet q̄ aliquid stat cum matrimonio: et ta
men si illud ponatur in cōditione in principio cōtractus/ipsum contractum irritat in fieri.patet.nō
habere prolem stat cū matrimonio:similiter adul
terari:& euitare generationē prolis:& tamen si ali
qua illarum conditionū ponatur in principio con
tractus/matrimoniū vitiat:quia ponit aliquid cō
tra substantiam contractus matrimonialis,vt per
dicta patet.Hoc declaro nō inconuenire per simi
le.licitum est mutuanti capere donum a mutuata
rio more non mutuantis :& tamen non potest
hoc deducere in pactum. sic si hæc conditio vel
quęcunq; ponatur post matrimoniū contractum
ipsum non tollit.cum enim substantia matrimo
nij consummati est posita:posterius nullū/ipsum
dissoluit: & ante carnalem copulam/stante vtroq;
extremo in vita naturali & politica.sicut in natu
ralibus fœtor candelę generationem prolis impe
dit:quę tamen prolem non tollit e medio.Petrus
Paludanus tamē nō improbabiliter restringit ca
pretatum quo ad vnum bonum/ scilicet bonum
prolis.nam si euitetur medio licito per castitatem
honestā:dicit hoc nō impedire substātiā mīmonij.
¶Quarta conclusio. Aliqua est conditio appositā in matrimonio vitiata & matrimoniū non vi
tians.probatur.quęcunq; cōditio apposita in mā
trimonio pure p̄sentialiter/non repugnans sub
stantię matrimonij/vitiatur & nō vitiat.Probatur
etiā hęc cōclusio per cap. Si cōditiones. proxime
citatū.Ex hac cōclusione sequitur q̄ hęc forma
verborum sufficit ad matrimonium,capio te in
meā si homo est asin9.supposito q̄ Berta ita di
cat ex contrario.probatur per.c.pretatū.pręterea
istę duę formę ex institutione ecclesię equiualent
quo ad hoc q̄ sūt formę:capio te in meā:& capio
te in meā si hō est asin9.cōditio ēm impossibilis ha
betur pro nō adiecta/ac si non esset apposita.sed
vna illarum formarū sufficit vt notum est apud
omnes:ergo & altera. Si autē nō sit consensus:in
rei veritate non est matrimonium.per cap. Tuas.
de spon.duo.quo non obstante ecclesia pro ma
trimonio p̄sumet:quia idem contingit in prola
tione pure categorica. vt dicēdo,capio te in meā:
si non sit consensus : nullo modo est matrimo
nium.& sicut ecclesia ꝓcedit in foro exteriori cū
vna illarū formarū: ita cum alia procedet:sicut in

Universidad de Deusto
Biblioteca

vltimis voluntatibus.l. Obtinuit.ff. de condi.et demō.et illud est rationabile:ne per tricas fœminę quę credulę sunt facile fallantur. vt dicendo,capio te si trīn pater est: vel si sortes fingat se esse sophistam vel hypocritam.

¶Contra primā cōclusionē arguit. tota ꝓmissio est ipossibilis:ergo nō est forma sufficiēs. Antecedēs ꝓbat:qa hęc est mala cōsequentia,capio te in meā si deus est.vt notū est:cū antecedēs sit necessariū & cōsequēs cōtingēs.et cū idē requiratur ad bonitatem consequentię in cōditionali et veritatem propositionis:et consequētia sit impossibilis: propositio est impossibilis. igitur. ¶Respondetur.(si)in proposito nō capitur illatiue:& per consequēs nullo modo est cōsequētia proprie dicta:sed capit solū promissiue.& sic est simia cōditionalis proprie dictę.et nego ꝙ ad eius veritatem requiratur bonitas consequentię. hęc enim cōceditur apud omnes,si veneris ad me dabo tibi equum.supposito ꝙ ita fecissem:et tamē certum est consequentiam non esse bonam.alibi diximus quid ad eius veritatem requiratur.

¶Contra secundā cōclusionē arguitur.Hęc forma est sufficiēs ad matrimoniū,capio te in meā si sol cras oriatur.ergo & hęc est forma sufficiēs.capio te si dies iudicij erit.cōsequentia ꝓbat:quia vtraq; vnū de futuro cōtingēti cōplecti tur.potest ēn deus facere ꝙ sol nō orietur cras:sicut potest facere ꝙ antichristus nō sit futur⁹:vel dies iudicij nō erit.Et antecedēs patet:quia quę p terū naturam certa sunt/nō morātur obligationē: licet apud nos sint incerta.Institu.de verbo.obliga.§.Cōditiōes. ¶Rndetur:tenēdo cōmunē viā cōsequentia est nulla:cū cōmunis opinio antecedēs cū opposito cōsequētis cōcedat:quia additio cōditionis necessarię naturaliter ꝓprie nō facit cōditionē.& cōsequēter loquēdo diceret:ꝙ si de⁹ faceret oppositū,qđ est ei possibile,ꝙ scilicet sol nō oriatur:adhuc erit matrimoniū : quia sufficit ꝙ homines putabant illā cōditionem necessaria m. quę ēn ꝓ terū naturā certa sunt/nō morātur obligationē vt citauim⁹. ¶Secūdo arguit.hic est matrimoniū. capio te vxorē quia placet patri tuo: vel vt patri tuo placeā. ergo & hic:si placet patri tuo. Respōdet cōsequētia est nulla.nō ēn est idē de modo/cōditione/demōstratione & causa:vt patet per carmē qđ recitat glossa in cap. Verū.de cōditioni.appo.in despon. Scito ꝙ vt modus est:si conditio:qa causa.Pro cuius itelligētia notato ꝙ modus est adiectio qualitatis:ad quam volumus eum obligari cum quo contrahimus. vt do tibi bibliam vt in illa legas.modus autem non suspēdit actum/sed modificat. Si mod⁹ fuerit causa finalis:contractus potest agi ad reuocationē/si modus non seruetur.patet.C.de pac.inter emp.et vēdi.l. Cum te fundum. Si autē modus non fuerit causa finalis contractus:non agitur ad reuocationem:sed ad obseruantiam modi.sed in donatione ecclesię semper presumitur ꝙ modus sit causa finalis cōtractus:nisi specialiter dictum sit ꝙ possit reuocari.Hoc manifeste patet per ca. Verum. huius rubricę.vbi dicit pontifex. Verum cum alicui ecclesię possessio quęlibet interposita cōditione donatur:a donatore donum postea reuocari nō potest:nisi forte tali sit cōditione collatū ꝙ ea cessante debeat reuocari.Causa est cū denoto aliquid propter qđ volo. Demōstratio est cū significamus absolute aliquid sub aliqua qualitate. quē admodū si dicerē,sorti qui librū scripsit do decē. demōstratio ēn nihil aliud est q̄ ostensio.nā omne verbū vel factū per qđ aliqđ ostenditur/demōstratio dicit. Dies/cū in futurū tēpus aliquid volo.Interdum tamen vnū loco alterius capimus. quare magis ad mentem habendus est oculus q̄ verba.His notatis palam est consequentiam argumenti facti esse nullius momenti. ¶Contra Tertiam conclusionem arguitur. Sortes religionem profitens cum hac conditione vt possit habere proprium/ vere profitetur: & est realiter monachus.cap. Insinuante.qui cleri.vel vouē. & hoc est contra substantiam monachatus. ergo conditio contra substantiam matrimonij non impedit matrimoniū. Ad hoc argumentū respondebitur in distinctione.xxxviij.huius. ¶Ecce quid sit de matrimonio vel sponsalibus conditionalib⁹:quibus theologus potest se inuoluere/ & forte non multum vtiliter.sicut artistę in conditionalibus & conditionatis extremis crebro quintum pedem in ariete quęrunt.Mente tenebis ꝙ conditio contingens futura non sufficit ad matrimonium. licet illic possit difficultas applicari de contingenti in instanti in quo est:quia solum illam opinionē veram arbitror quę tenet contingens esse contingens quando est.sed tales difficultates extraneas huic materię applicare est inutile.qui autem illarum positionum extranearum materias nouit/potest eas si occurrāt diluere. in immēsum enim tur geret opus/quālibet materiā cuilibet applicando.

¶Distinctionis Vigesimęseptimę Quęstio Quinta.

Vinto quæritur. An sponsalia cōtrahēs cū aliqua/ teneatur de necessitate salutis matrimonium perficere.Respondetur per conclusiones. Prima est negatiua. nam per vtriusq; consensum possunt dissolui:dato ꝙ erant pura & categorica. hoc patet per.c.Preterea.de spon. Sed dicis: pontifex dicit illud tolerandū:sicut aliqua peccata minora ne detertora contingant/tolerant. Et ita tenet glo.ordina. Cōtra hoc arguo.hūc cōtractū pontifex societati cōparat.modo societas inita cū vtriusq; cōsensu pōt sine peccato dissolui. Verum hoc argumentū nō vinceret.quia diceretur nō esse omnino simile:sed in aliquo quo ad tolerantiam. Secundo arguitur ad idem. Omnis res per quascūq; causas oritur/per easdem dissoluitur. & hoc in contractibus ratificationē indissolubilitatis nō habentibus a deo:quēadmodum sunt sponsalia. sed sponsalia etiā categorica sunt huiusmodi.igitur. ¶Secūda cōclusio. Sponsalia possunt dissolui sine peccato altero dissentiente. probat. potest supuenire noua causa:quę si occurrisset in cōtractione sponsalium/sponsalia nō fuissent contracta:sed in tali casu possunt sponsalia sine peccato dissolui. igit. Secundo probatur idem.aliqui casus in iure conceduntur liciti de nō perficiendis sponsalibus:etiā altero dissentiente:ergo conclusio vera.quorū aliquos enumerabimus. ¶Primus casus est quando alter religionē assumit etiā ante professionem. patet p.c.Veniens.qui cleri.vel vouen.secundum vnum intellectū. Preterea, matrimoniū ante carnalem copulam per professionem dissolui potest ex dictis in hac distin. qđ alioquin est indissolubile. sed multo minus sponsalia obligant q̄ matrimoniū. igitur. Tertio. aliquis casus sponsalium dissolutionē parit : qui id minus videtur posse q̄ religionis ingressus, vt patebit per sequētia: ergo etiā ille est admittendus. ¶Secundus casus:quādo alter sponsus cum alia contrahit per verba de præsenti vel per verba de futuro carnali copula subsecuta.c.j.de spon.duorū. Et patet ratione. nā vinculum minus vinculū maius & incōpossibile tollit. ¶Tertius casus,quādo certus terminus tēporis a principio sponsaliū appositus fuit. Nam termino elapso ille p quē nō stetit liber est:& cōtrahit etiā sine periurio:sed alteri imponitur pœnitētia de periurio.patet in eodē titulo.c. Sicut ex literis. Signāter dicitur (a principio spōsalium)quia si fuissent sponsalia a principio categorice cōtracta,& postea de die nuptiarū conuenissent:per lapsum illius diei nō liberatur alter. ¶Quartus.quādo alter lepram aut paralysim incurrit:aut vlsum vel nasum amittit:aut ei aliquid turpi⁹ euenit post sponsalia.patet in.c. Literas.de coniu.lepro. Et in c.Quēadmodū.de iureiuran.Notāter (post sponsalia)qa secus est si ante spōsalia vitiū tale inerat. Et ratio istius casus est: qa si istud vitiū a principio affuisset:fictione iuris obicē sponsalib⁹ prestitisset. Si dicas ꝙ nō:tūc alter vitiū nō habens pōt matrimoniū pficere. si ergo vitiū nō habēs retrocedit,& nō constat quare aliunde decedit:signū est ꝙ vitiū illud impedimentū spōsalibus dedisset a principio si affuisset. ¶Quintus casus: qñ alter fornicatur/quo ad innocētem. ille ēn qui fornicatus est nō pōt resilire si alter innocēs velit cū ipso vel ipsa cōtrahere.patet p.c.ij.de transla.prela.etiā si fornicatio esset violenta cū tali cognita. Plericq; ēn sunt q̄ nullo modo cōtrahere/& rationabiliter nollent cū tali.hoc potest etiā contingere si tēpore despōsationis erat corrupta quā virginē putabat. nā potest esse ꝙ nolit bigamiā & illam pœnā canonicā incurrere.vel sine hoc/vult castam & incognitā. ¶Sextus casus,qñ alter est hęreticus.Hęresis ēn ē fornicatio spiritualis.xxviij.q.j.c. Nō solum.&.c.Iam nunc. ¶Septimus casus,in sponsalibus cōditionalib⁹ deficiente cōditione:vt si mulier ꝓmittat dotem quā dare nequit. ¶Octauus casus est ob affinitatē.vt si sponsus cōsanguineā sponsę cognoscat,vel ecōtrario.xxvij.q.ij. Si qs sponsam.de eo q cogno.cōsan.vxo.su.c. Ex literis. Nō autē ob publicę honestatis iustitiā.ratio est quia p spōsalia primo contracta fuit primo inducta publicę honestatis iustitia:ergo par ratio inducta nō pōt eā tollere. ¶Nonus casus ob ordinis sacri susceptionē. xxvij.q.ij.c. Scribit.§. Ecce. secus est de matrimonio.vt ex precedentib⁹ patuit. ¶Decimus casus.si sponsus se ad remota transfert:sponsalia etiā iuramento firmata sunt dissoluenda a muliere: si per eā nō stetit quin matrimonium cōpleuisset.de spon.c. De illis. Et licet ponātur tres anni secūdum leges. vt.C.de repu.l.ij.nō tamē est necesse sic expectare:sed ad arbitriū iudicis secūdum exigētiā casus/tēpus est abbreuiādū vel prorogandum. Casus hos tangit glossa in dicto.c. De illis.& patēt in his versiculis. Lepra supueniens,furor,ordo,sanguis,& absens: Lęsaq; virginitas:mēbri dānum:minor ætas, A cheresis:lapsus,fidei remissio, prorsus Sponsos dissoluunt & vota futura retractant. Breuiter tot casus supuenire possunt vt enumerari nequeāt. Sed in hac theorica standum est qua in tota materia vtimur. Casus ille post spōsalia eueniens dissolutionē eorūdem inducit:qui si affuisset in principio sponsalium/ eadē iudicio prudentū impediuisset. Et qñ causa est notoria vel spōsalia sunt penitus occulta:auctoritate ꝓpria potest resilire:in casu autē dubio ecclesię auctoritate separatio fieri debet.patet per.c. Si duo pueri.de despon.impube. ¶Tertia cōclusio. Sponsalia nō possunt dissolui sine peccato nisi vbi interuenit causa/quæ ab initio ea iudicio prudentis impediuisset. probatur.quælibet promissio deliberata & rationabilis est seruanda. de pact.c.j.vbi dicitur. Antigonus episcopus dixit. & infra. Aut inita pacta suā obtineant firmitatem:aut conuentus si se nō cohibuerit/ ecclesia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stĩcam sentiat disciplinã. Pacta eñ legitima quæ neq; dolo malo/neq; aduersus leges/ neq; quibus fraus alicui fiat facta sunt,seruabo. ait prætor.ff. de pac.l.Iuris gentiũ.§.Ait prętor.

¶ Contra primã cõclusionẽ arguitur per.l.j.ff.Ex quibus cau.infa.irro.vbi sponsa efficitur infamis si bina spõsalia cõtrahat.Respõdetur.hoc est verũ:nisi primis sponsalibus renunciet.vt patet.l.j.C.de spon. vbi dicitur.Vni despõsata alteri nubere nõ ꝓhibetur. ¶ Secũdo arguit̃. per matrimoniũ sequens/ sponsalia dissoluuntur. vt videre est in secũdo casu prius recitato. ¶ Respondetur.hic ponuntur duę regulę.quarũ Prior est.quando sunt duo vincula incõpossibilia: a minore vinculo maius absoluit.vt est in materia prę ceptorũ de obligato seruare vitã:& obligato ieiunare qui est infirmus.cũ vero sunt compossibilia/ vtrũq; seruabitur.¶ Secunda regula. quãdo vinculа incõpossibilia sunt æqualis ligaminis: prius est seruandum.ꝓpterea cũ duabus successiue contrahens/priori adhęrebit:licet iurata fuerint sponsalia secũda.Et ratio est:quia per iusiurandum nõ egrediuntur limites cõtractus sponsalium:& iramentũ est illicitum:quapropter nõ est seruãdum: nisi fuerit vnus casus in quo a priorib⁹ licet discedere sponsalibus.semꝑ illum excipio.Ex quo patet q; votum simplex sponsalia precedens etiã iuramento firmata/impedit ea.casus est in cap.Rursus.qui cleri.vel vouen. iramentũ eñ est illicitũ cũ iurat quis facere qđ nõ potest:quare non obligat iurantẽ. Sed si sponsalia iurata votum præcesserint:potest defendi q; votũ nõ dissoluit sponsalia illa.Tenẽdo autẽ q; votũ & iramentũ equaliter obligant: prius ligamen erat maius: licet oppositum sit rationabilius:quia vnũ ex parte obiecti præstat:scilicet votum de continentia seruãda: quę castitati coniugali est anteferenda.Vlterius sequitur q; matrimoniũ de presenti ante carnalem copulam omnia sponsalia soluit:sed ista per matrimoniũ consummatũ non tolluntur: vt superius dictum est.Secũdum enim nõ est maius vinculum:immo nõ est vinculũ: sed purũ nihil post verum vinculũ/qđ solo vno modo solui potest. ¶ Tertio arguitur.contrahat Petrus sponsalia cũ duabus simul,postea cũ vna: iam secunda sponsalia nõ dissoluuntur per prima.ergo male dictũ est. Respondetur concedendo q; secunda per prima nõ dissoluuntur: quia prima nõ sunt sponsalia:& hoc si ambę consentiant simul: nemo enim potest habere duas cõiuges. si autem solum vna consentiat: cũ illa contrahet. si neutra consensit: secunda est ei sponsa cũ qua manebit. ¶ Quarto arguitur contra eandem conclusionẽ. ponẽdo q; Petrus cũ priore sub hac forma cõtraxit, nullam aliam abs te vnq̃ habebo:& cũ secunda sub forma cõmuni.illo casu suppposito potest cum secunda manere.qđ probo: quia nõ cõtraxit sponsalia cũ priore: quippe per illam negatiuam sponsalia nõ contraxit: sed poterat licite tota illa ꝓmissione admissa,perpetuo cęlibem ducere vitam.Respondetur.cõtrahendo sponsalia cum secunda peccat, contraueniendo suo promisso:nõ tamẽ promisso ad sponsalia sufficienti: cum sit pure negatiuum. Secus est de negatiua affirmatiuã nõ necessariam intrinsece inferente:vt de tali, nullam mulierẽ capiam pręter te vel nisi te.quę infert hanc,capiã te. ¶ Ecce quomodo sponsalia p vtriusq; consensum dissolui licite possunt:& vno dissentiente interdum licite soluunt quando causa occurrit post ipsa contracta.quę si a principio infuisset:contractum sponsalium prohibuisset iudicio prudentũ. Interdum ab eis discedit̃ de facto cũ peccato. Item per vinculum maius eorũ fit dissolutio: qa semper in vinculis incompossibilibus vinculum minus tollitur per maius.

¶ Distinctionis Vigesimęseptimę Quęstio Sexta.

IT quia magister in vltimo capitulo huiꝰ distinctionis dicit q; bigamus nõ potest ad ordines ꝓmoueri :idcirco Sexto quęrit. An pontifex possit cum bigamo dispẽsare vt ordines suscipiat. ¶ Pro illo notato q; triplex est bigamia.quędã vera:quędã interpretatiua:& quędã similitudinaria.Vera,qñ qs habuit plures vxores legitimas.xxvj.dist. Acuti⁹.& cap.seq.si ambas cognouit.vt patet ex ca. Debitũ.de biga.Bigamia interpretatiua bifariã cõtrahit Vno modo qñ quis cum corrupta quã cognouit/ cõtraxit.xxxiij.dist.Maritũ.& cap.A nobis.de biga.Altero modo qñ debitũ vxori adulterę reddit xxxiij.dist.Si cuius.&.c.Si laici.Bigamia similitudinaria quadrifariã cõtrahit. Primo cũ quis cũ deo cõtraxit per votum solẽne: & postea cõtraxit matrimoniũ de facto.xxvij.q.j.Quotquot.Secũdo modo qñ quis diuersis tẽporibus habuit plures vxores:vnam de iure:& alterã de facto:& ambas cognouit.c.Nuper.eiusdem titu. Tertio modo si simul habuit duas vxores:vnam de iure:& alteram de facto:& vtrãq; cognouit.Quarto modo si existens in sacris contrahat.vt in dl.ca.Nuper. ¶ Ex his patet q; si quis in concubinatu seculariter vel regulariter/siue in matrimonio vero: siue similitudinario:siue interpretatiuo cognouerit quotlibet mulieres:propterea nõ efficitur bigamus. ¶ Secundo patet q; si quis cõtraxerit cum virgine:& ea mortua/ante carnalẽ copulã cũ alia virgine cõtraxit,& eã cognouit:nõ est adhuc bigamus.Idẽ est si primã cognouisset ante secũdã cognitã:sed secunda cognita, est bigamus:quia carnẽ duabus vxoribus diuisit. ¶ Et ex illo cũ interꝑtatione vocabuli quodam modo sequitur q; violans virginẽ & postea cũ ea cõtrahens,cognoscens eã in matrimonio,nõ est bigamus:qa nõ diuisit carnẽ suã multis.pœnę eñ sunt restrictę. quare nullus est dicẽd⁹ bigamus, nisi iure ꝓbet̃.iuxta id qđ dicit̃ in.c. Cũ apud.de sponsa. & ma. ¶ Quarto sequit̃ q; pleriq; credũt se monogamos qui sunt bigami . nã si quis credat se cũ virgine cõtraxisse:& postea cõperiens cõtrariũ reuera est bigamus.li.di. Qui i aliquo.xxij.q.v. Ille. Idẽ ẽ cognoscẽdo suã vxorẽ post adulteriũ ¶ Quito infert q; velle cognoscere plures vxores nisi sequatur effectus, nõ inducit bigamiam. ¶ Sexto sequit̃ q; quis p eũdẽ actũ cõtrahit matrimoniũ & incurrit bigamiã: puta cognoscẽdo viduã desponsatã. ¶ Septimo sequit̃ q; maior bigamia ex parte mulieris q̃ viri oritur: licet vir bigamus,& non mulier appelletur.

¶ His ꝓmissis respõdet̃ ad titulũ q̃stiõis p tres cõclusiões:quarũ Prima ẽ.Bigam⁹ nõ est,ꝓmouend⁹ ad sacramẽta.sine dispẽsatiõe patet de biga.p totũ. ¶ Secunda cõclusio. Papa potest dispẽsare cũ bigamo quolibet vt ad ordines promoueatur.probat̃.Bigamũ non ordinari ad ordines est solũ de iure humano põtificio.sed in illo pontifex põt dispẽsare. Nã si esset de iure diuino:hoc esset propter verba Apostoli ad Timotheũ scribẽtis(vnius vxoris virũ) hoc est,nõ habeat plures vxores. sed nõ ꝓpterea est de iure diuino:vt patet de virginitate primę ad Corith. vij. Sed dicis.illic dicit.Dico ego non dominus. Contra.non est magis bigamus de iure diuino prohibitus promoueri q̃ ceteris vitijs infecti,quibus cõiungitur:scilicet vinolẽtus/ dyscolus/percussor/repẽhẽsibilis. sed tales nõ prohibẽtur iure diuino ad ordines ꝓmoueri : ergo nec bigamus nec trigamus.Hec cõclusio cõmuniter a sapientibus tã theologis q̃ canonistis tenetur.Prętera vt glos.dicit in ca.Lector.xxxiiij.di.Lucius dispensauit cum archiepiscopo Panormitano . sed illud argumentũ non est maximi ponderis . alia tamen ad cõclusionem sufficiunt. ¶ Tertia conclusio.Inferior papa non potest dispensare cum bigamo vt ad ordines promoueatur.patet de bigamis per totum.nam alicui illic prohibetur subpœna & non papę:quia par in parem non habet imperium.igitur.

¶ Contra primã conclusionem argumentor.contingit virũ contrahere cũ meretrice occulta, quã putat esse virginẽ: & ea mortua suscipere ordines etiã sine dispẽsatione: ergo bigamus licite sine dispẽsatione ꝓmouet̃.Respondetur distinguẽdo cõsequẽs.vel notus bigamus & sic nego:& de illo intelligitur cõclusio.vel incognitus:& sic cõceditur.sicut multi sacerdotũ filij in occidentali ecclesia ad ordines sacros ꝓmouẽtur sine dispẽsatione ob ignorãtiã inuincibilem. Et hic erit extẽsus error ꝓbabilis.nã si aliqui immo multi dicãt vxorẽ tuã nõ fuisse virginẽ quãdo cũ ea cõtrahebas,vel eã adulterium cõmisisse tempore tuo:& te eã postea cognouisse:vbi sufficienter de hoc non doceris,fidem non adhibebis.nam multi multa loquuntur: nec te torquebis,magnam indaginem super hoc faciẽdo. sed si sufficienter es super hoc edoctus:te bigamum iudicabis.

Dubitatur primo: quomodo intelligaꝫ illud beatę Luciæ ad Paschasiū. Si me inuiolatā violaueris:mihi castitas duplicabit ad coronā.Videꝫ ex illo dicto sequi q̄ post corruptionē violentam maneat virginitas, cōtra dicta in quęstiōe precedēte: aut dabit alta castitas. ¶ Secūdo dubitat:an castitas virginea/vidualis/& coniugalis sint eiusdē speciei specialissimæ. ¶ Tertio dubitat: an aliqua sit meretrix & virgo simul. ¶ Rndeꝫ ad primū. aliq dicūt q̄ in patiendo equanimiter gnaꝫ patientia:& manet ēt castitas:& sic castitas duplicaꝫ. Sed hoc nō valet,qa nō duplicabit castitas ad coronā. Dico igit sic.Castitas q̄ erat virginalis augebit/ licet nō manēs in motu virginitatis/ꝓpter duplicationē actus.qa aūt est castitas duplex:erit meritū duplex.& licet desineret ee virginitas:nō desinet esse castitas:nā argumētū ab inferiori ad suprius cū distinctiōe negationē includēte nihil valet.ēt nō est inferius toti⁹ extremi ad extremū. sicut incipiēs ee alb⁹ nō incipit ee colorat⁹. ¶ Ad secūdū dubiū rndeꝫ q̄ sic:cūmodo habeāt obiecta eiusdē speciei.hic em̄ nihil appet discriminis specifici,nolo cognosci ab isto,demōstrādo virginē.sed act⁹ ille in ipa est virginitas:in vidua ē viduitas: i cōiuge castitas cōiugalis.differūt tn̄ i specie moris & castitatis.nā vna est virginitas:alia sub alia specie cōtenta.nō tn̄ nego quin aliqua virginitas ab aliq̄ viduitate distinguaꝫ. sic em̄ aliqua virginitas ab aliq̄ virginitate specie essētiali secernit?qn̄ obiecta specie differūt. ¶ Ad tertiū dr̄ q̄ aliq̄ pōt hre actū quo vult pati se cognosci a nō suo puta sorte: & hre nolitionē qua nō vult cognosci a platone.q act⁹ in Berta respectu platonis est virginitas.qđ ꝓbaꝫ:qa est act⁹ castitatis:& nō vidualis:nec cōiugalis: ergo virginitas.& tn̄ ipa ē meretrix:& actū meretricū castitati inimicū respectu alteri⁹ habet.Hoc idē pz aliūde. Nā aliqua pōt simil hre pctm̄ mortale & actū moraliter bonū: ergo aliq̄ pōt hre actum meretriciū &actū virginitatis.sed si aliq̄ sic decedat dānabit, nec habebit aureolā virgineā. ¶ Ecce quō virginitas castitati vidualī: & viduitas castitati coniugali prestat ceteris par⁹. Sed pōt aliq̄ hre virginitatē breuē.ytpote primo in.xij.anno:& cōiugi in.xiij.

vel velle tunc cōiungi:& fortiter in magnis insultib⁹ passiōis se hre in castitate cōiugali: q̄ plus merebit q̄ alia vidua. Aliqua ēt est virginitas nō melior viduitate. Sed optimū indiuiduū virginitatis optimo idiuiduo viduitatis & cōiugij pītat.vel regulariter tota virginitas viduitati pītat: & tota viduitas cōiugio. Itē multę decedūt cōiuges q̄ equalē btitudinē & charitatē habēt cū virginib⁹:& aliq̄ maiorē.Multę aūt virtutes virginitati pferunt.pt⁹ em̄ laudaꝫ diua virgo rōne hūilitatis q̄ rōne virginitatis. Preterea aliq̄ est virginitas & viduitas cū voto:aliq̄ sine voto. Sed adolescētule viduę sunt euitādę ēt post votū.Hinc.j.ad Timoth.v.ꝓcipit apl's dicēs. Adolescētiores viduas deuita. cū em̄ luxuriatę fuerit,in Christo nubere volūt: habētes dānationē qa primā fidē irritā fecerūt. Simul aūt & ociosę discūt circuire domos:nō solū ociosę/ sꝫ & verbosę & curiosę:loquētes quę nō oportet. Volo aūt iuniores nubere:filios ꝓcreare:matresfamilias ee.Et pauloante in eodē capl'o. Vidua eligaꝫ nō minus sexaginta annorū:quę fuerit vnius viri vxor:in operib⁹ bonis testimoniū habēs &c. licet nō oporteat hęc oia seruare ad litrā.sꝫ voluit dicere. Cauēde sunt iuuenes viduę.& sexagenarię,hoc est/quarū libido extincta est/admittendę sunt.

¶ Distinctionis Trigesimę Questio Quarta.

Quarto circa eandem distinctionē quęrit. An fuerit verū matrimoniū iter Mariā virginē/& Ioseph. Rndeꝫ. verū erat matrimoniū iter diuā virginem & Ioseph. Q̄z erat matrimoniū/patet Matthei.j. dicēte angelo. Noli timere accipere Mariā coniugē tuā.q̄ autē erat virgo patet ꝑ Augustinū i libro de virgis & cōcupiscētijs.& recitatur.xxvij.q.ij c. Beata Maria ꝓposuit se seruaturā votum virginitatis in corde:sed ipsum votum virginitatis nō expressit ore: subiecit se diuinę dispositioni:dum ꝓposuit se perseueraturā virginem: nisi deus aliter ei reuelaret. Et paulopost. Postea vero cū filium genuit:qđ corde concepерat/simul cū viro labijs expressit:& vterq; in virginitate permānsit. Simile ferme in litera dicit magister. Et licet conditio diuinę voluntatis in oī voto & ꝓposito intelligi debeat: nō tamē est imperfectionis/sed pfectionis hoc addere. & etiā qa fere tunc omnes cōtrahebant nō seruantes virginitatē: suā virginitatē diuinę dispositioni expresse reliquit. Q̄z tamē vouerit/cōuincitur ex responsione eius ad angelū Lucę.j. Quomodo fiet istud?quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

virū nō cognosco. nam si hactenus ipsa seruasset virginitatē, & nō ꝓposuisset firmiter in posterum virginitatē seruare: inanis fuisset quęstio virgunculę, Quomō fiet istud qm̄ virū non cognosco? ac si dixisset. est difficile captu qđ ais angele dei: cū iam virginitatē vouerim. cui cū angelus egregie cum analogia (quia opus erat) respondisset de vtriusq; cōpossibilitate: ingentosa virgūcula mox hoc deprehēdens, qa animā sortita erat bonā, acquieuit. ¶ Secūdo ꝓbat idem. si nō erat verū matrimoniū inter diuam virginē & Ioseph: hoc erat ideo qa erant virgines: sed hoc nō impedit. igit. Probat minor. Nā aliqui duo virgines possunt si mul cōtrahere, & post cōtractū matrimoniū simul vouere virginitatē: inter quos erit verū matrimoniū, vt erat iter Crisantū, & Dariā: ergo matrimoniū nō repugnat virginitati. & si virginitas sit matrimonio cōpossibilis post matrimoniū cōtractū: non magis intrinsece matrimonio repugnat ante matrimoniū. ¶ Et hoc patet tertio arguendo ad idem. cōtrahāt Sortes & Berta virgines matrimonium ante carnalem copulam: quęritur post verba de prę̄senti & consensum mutuū: an sit verum matrimoniū, an nō. secūdum dicta nō potest. si primū: ergo possunt illud vouere ante matrimoniū. ¶ Quarto arguitur. post votum simplex Sortes & Berta possunt cōtrahere matrimoniū de facto: quia votum simplex matrimoniū contrahēdum impedit: sed nō dirimit cōtractum: & nō peccarent contrahendo nisi, quia se exponerent discrimini peccati de violanda virginitate. sed diua virgo & Ioseph erāt facti certiores vtrinq; q nō esset periculum virginitatis violandę. igit. ¶ Quinto. si nō fuisset matrimoniū, hoc esset, qa carnalis copula est de essentia matrimonij. sed hoc nō: qa carnalis copula matrimonialis est posterior matrimonio: sed nihil posteri⁹ tpe est de essentia prioris. igitur. ¶ Sexto. Tenens concubinam ex qua suscepit proles: desperans de vita iam in extremis, vere cōtrahit cū concubina: & proles legitimatur: quā tñ scit se nūq̄ cognosciturū: ergo carnalis copula nō est de essentia matrimonij. ¶ Septimo arguitur. Aliquis potest dare alicui dominiū alicuius rei, nō dando ei vsum illius dominij: & econuerso. ergo mulier potest dare viro dominiū sui corporis nō dando ei illius dominij vsum: & econuerso. sed vsus dominij corporū est per carnalē copulā: ergo carnalis copula nō est de ratiōe matrimonij. ¶ Octauo arguitur. turās cōtrahere matrimoniū, & postea ante matrimoniū cōpletum mutās ꝓpositū, volens religionē ꝓfiteri, debet debito cōgruitatis ptimo cōtrahere: & postea religionē assumere. casus est rotūdus in. c. Cōmissa. de spōsa. ergo in illo erit verū matrimoniū sine carnali copula. ¶ Nono. Si Sortes & Berta virgines iam cōtrahant: quibus deus prohibeat carnalem copulā in perpetuum: inter istos est verū matrimoniū: & tamen nō possunt carnaliter se cognoscere. ¶ Decimo. inter frigidum & sterilem dummodo inter se mutuo cōsentiāt, pōt esse matrimoniū: inter quos nunq̄ erit carnalis copula. ergo copula non est de essentia matrimonij. Decē his rationib⁹ circa matrimoniū eius quę similem nō habuit in seruādis decem prę̄ceptis decalogi, contētus manebo.

¶ Contra hanc conclusionē arguitur sic. Scribitur. xvii. q. j. c. Vouentibus. ex Hieronymo. Vouētibus virginibus nō solū nubere: sed etiā velle nubere dānabile est. Simile ex Paulo pri mę ad Timotheū. v. adduci potest. Dicit q; hoc est verū regulariter: nisi aliqua intēderet ꝓfiteri religionem ante carnalem copulam: vel eliet docta a spiritu sancto q; ab ipsa vel ipso non peteretur debitum. ¶ Secūdo arguitur. ex hac via sequitur q; inter sororē & fratrē posset esse matrimoniū. cō sequens est incōuenies: ergo & antecedēs. Resp̄ō detur. nō sequit, cū sint personę inhabiles. ¶ Tertio arguitur. sequit q; aliqui possent cōtrahere cū conditione apposita, vt nō reddant debitū, consequens est contra cap. fi. de conditiōi. appo. in matri. Ad hoc prius responsum est. Paludanus existimat esse probabile q; illa conditio potest apponi, modo licito. & quicquid sit de illo, certissimum est quando sunt docti a spiritu sancto q; hoc pactum seruabunt. alioquin imprudenter apponeretur. nam cū simul cohabitāt, nō est vero simile q; illud seruabunt. Sed obijcies. ecclesia cogit hominē profiteri religionē: vel reddere debitū alteri coniugi. patet. de cōuer. cōiuga. c. Ex publico. de quo superius mentionē fecimus. ergo debitum alteri coniugi reddere est matrimonio essentiale: qa nemo tenetur seruare accidentalia matrimonij. Respondet cōcedendo q; cogit more cōsueto cōtrahentes ad reddendum debitū alterutri. sed tamen illud nō est essentiale matrimonio in cōi. imo nulli matrimonio est essentiale: cū qđlibet cōtrahatur ante carnalē copulā matrimonialē. & nego q; nemo teneat seruare accidētalia matrimonij. Secūdo. si eccl'ia cognosceret simile casum qualis erat iter Ioseph & deiparā virginē: nō cogeret eos ad reddendum alterutri debitū. Nec si duo post votum simplex cōtraherēt: cogeret ad carnalē copulam. ¶ Sed cōtra hoc arguit. posito q; Ioseph petiuisset a diua virgine debitū: ipa tenebat ei debitū reddere: alioqn nō fuissent tria bona matrimonij in illo contractu matrimoniali. Rñdeo. Ioseph iustus erat, etiā virgo & animi generosi, qđ conuincit ex hoc q; eum e tot hominū milibus deus elegit pro coniuge suę pientissimę matris & virginis verecūdæ: & vt Christi baiulus & nutricius aliqñ foret.

quare nō petiuisset vnq̄ debitū. Sed vt argumēto satisfiat, dicit Martin⁹ q; virgo debitū reddidisset. Hāc solutionē dico falsam. qđ sic ꝓbo. virgo voluerat: & sciebat Ioseph vouisse: ergo sciebat se absolutā a redditiōe debiti. & patet hoc ex casu nonę ꝓbationis adductę ad cōclusionē ꝓbandā. mulier enī in illo casu peccat debitū reddēdo: & est absoluta ab illo. sic erat de diua virgine: q̄ sciebat sibi vetitū a deo debitū vllū, hoim vlli reddere. Dico ergo q; Ioseph petēte, nihil ei reddidisset. Et addo q; male ageret mulier reddēdo debitū in euētu noti argumēti. Q̄ñ autē obijcis. in hoc cōtractu nō erant tria bona matrimonij. hoc certe nego. bonū enī sacramēti erat idissolubilitas: bonū ꝓlis filius dei: & bonū fidei, in nō reddendo alteri extra cōiugiū vsum. Et ita cōtingeret in re nūc in casu quartę & nonę ꝓbationū. nā in casu quartę, licet peccēt cōtrahēdo: reddendo debitū adhuc nouo peccato peccarēt, mutuo cōmercio. Cōtra istud arguit. ergo mīmoniū diuę virginis nō erat vniuoce matrimoniū cū matrimonio aliarū mulierū, & eiusdē rōnis: cū alias mulieres oporteat debitū reddere cōiugi petēti. Rñdet. cōsequētia est nulla: qa ille terminus (matrimoniū) vniuoce quēlibet cōtractū significat in quo est mutuus cōsensus animorū cū signo sensibili exteriore: licet sit aliqđ mīmoniū in quo necessario reddenda est carnalis copula: & aliqđ in quo nō est reddenda: etiā admisso q; vni matrimonio carnalis copula esset essentialis & nō alteri. Hoc sic declaro. termin⁹ aial vniuoce oīa vera aialia significat: vt Aristoteles in fronte prędicamētorū dicit. & ratio est: qa esse substantiā sensitiuā equaliter oībus animalib⁹ cōuenit: quę est ratio aialis in cōmuni. licet autē essentiale sit homini habere animā rationalem: & asino animam asininam: tamē hoc nō est de ratione animalis in cōmuni. Sic in ꝓposito est: vt iam diximus.

¶ Quarto arguit. beata Maria & Ioseph erāt inhabiles ad cōtrahēdū simul ex lege Mosaica q̄ adhuc durabat: ergo iter ipsos nō erat verū matrimoniū. Antecedens patet: qa nō licuit mulieri tribꝰ vnius tribꝰ, alteri tribui se cōiungere. vt dicit Numeri vltio. mō Ioseph erat e tribu Iuda: qa ex familia & domo Dauid. Matthei. j. & dei genitrix ex tribu Leui, qa cognata Helizabeth. Luce. j. quā cōstat fuisse e tribu leuitica. ¶ Rñdet. distinguo q; nō licuit mulieri nubere viro alteri⁹ tribus. vel vbi illa mulier erat hęres parentū: & sic cōcedit. vñ cū Numeri vltimo, q̄rimonia filiarū Salphaad quę erat ex tribu Ioseph, ꝓponeret coram Moyse: quas si alteri⁹ tribꝰ hoies accepissent vxores possessio earū fuisset translata ad aliam tribū: definiuit Moyses dicēs. Nubāt qb⁹ velint, tñ vt suę tribꝰ hoib⁹: ne cōmisceat possessio filioꝝ Israel de tribu in tribū. Par ratio est de oībus mulieribꝰ heredibꝰ & filiabꝰ Salphaad. Vel alijs mulieribꝰ: & sic negat: imo licuit eis nubere viris cuiuscūq; tribus. Michol enī ex tribu Beniamin nupsit Dauid ex tribu Iuda. nam cū mulier habēs fratres nunq̄ esset hęres in terris, poterat cuicūq; cuiuscūq; tribus se copulare: dūmodo maneret in ꝓpio Israel per hoc enī diuisio tribuū nō augebatur nec diminuebatur: qa lex hereditatis erat q; si qs haberet filios & filias, filij essent heredes. Si nō habuit filiū filia erat hęres. & si nec filiū nec filiā, frater: & ex cōsequēti patruus defectu fratris. vt patet Numeri. xxvij. Mulier itaq; nō hęres poterat cuicūq; de populo Israelitico se coniungere. Idē videt de viris dūmodo ducerēt mulierē nō heredē. Illud aūt qđ Numeri vltio scribit. Oēs enī viri ducēt vxores de tribu & cognatiōe sua: & cūctę fœminæ de eadē tribu maritos accipiēt: litera quę mox sequit elucidat: tam quo ad viros q̄ quo ad mulieres, qa est eadē ratio legis. Ecce literā. Vt hereditas ꝓmaneat in familijs: nec sibi misceant tribꝰ: sed ita maneant sicut a dño separatę sunt. Terra enī ꝓmissionis erat diuisa secūdum virorū capita qui ęgyptū egressi sunt. Porro de beata virgīe opinor q; erat hęres Ioachim: licet aliqui aliter sentiāt. me id mouet q; erat vnica filia patris: licet beata Anna habuerit alias duas filias ex duobus alijs viris. vt habetur ex Mantuano primo libro de beata virgine dicente. Hismeriæ soror Anna fuit, regalis origo, Et soboles magni veniens Dauidis ab alto Sanguine, Zacharię cōiunx fata semine primę. Tres triplici partu Marias tribus Anna maritis Progenuit: sanctū & summo gen⁹ ęthere dignū. Prima deo sacros part⁹ dedit. altera natos Quattuor Alpheo: Iudam, Simonia, Iacobum, Et qui iustitiæ clarum cognomen habebat. Tertia de natis tibi quos Zebedee duobus Edidit: ad Calpen vnum transmisit: & vnus Si populi prędanda fides rumoribus vlla est: Vtuus Amazonijs Ephesi sepelitur in agris. Ex quo cōsequēs est q; nō licuit beatę virgini nubere viro alteri⁹ tribꝰ. Et sic cōuincit q; erāt eiusdē tribus: cū mulieres nō heredes possent se coniūgere cuicūq; Israelitico. Sed nullum est dubium quin christifera virgo ex tribu Iuda poterat esse consanguinea mulieris alterius tribꝰ: vt si heredes mulieres Normānę ex lege haberent q; possent se coniungere solis Normānis: alię vero mulieres possent se cuicūq; Gallo coniungere: quid mirū, si Carola Normāna hęres, sit cōsanguinea Ludouicę ptcardę, vel Ioānę andegauēsi? Inane est dicere q; tribꝰ Leui & Iuda regia poterāt cōtrahere inter se matrimonium: & non tribus aliæ. ¶ Sed nūc est dubiū: cū Matthei primo deducat solū genealogia Ioseph de domo Dauid: Christꝰ aūt nō erat filiꝰ Ioseph: sed cōceptꝰ de spū sancto

Universidad de Deusto
Biblioteca

sine patre/genitus ex purissimo sanguine beatissi mę virginis quo ad humanitatē. Forte dicis: & sic dicūt doctores: q̄ cū beat⁹ Matthęus deducat genealogiā Ioseph q̄ duxit beatā virginē, & ipa eēt hęres: ipa erat eiusdē trib⁹. Sed obijcies: ex hoc nō habes q̄ ipsa erat de domo Dauid: qa in tribu Iuda multę erant domus & familię alię a Dauid: qa domus fratrū Dauid erāt de tribu Iuda sicut ipse Dauid. & nō cogebant mulieres nubere viris suę familię: sed licuit cape cuiuscūq; familię virū, dūmodo in sua tribu manerēt. Respōdet in additiōe Burgēsis q̄ credēdū est auctoritati beati Matthęi Hoc nō valet. nā volebat euāgelista ostēdere Christū Bethleemitā eē, & ex domo Dauid/ cōtra multos q̄ eū putabāt fuisse a Nazareth: & p cōsequēs nō esse messiam. Notū erat oībus illius tēpestatis q̄ virgo erat ex domo Dauid. propterea nō laborabat circa hoc. Hinc ad Hebręos. vij. dicit apostolus. Manifestū est enī q̄ ex Iuda ortus sit dñs noster. Et ad Roma. j. De filio suo qui fact⁹ est ei ex semine Dauid secūdum carnē. Et patet a signo. cū Iulianus hęreticus: & prędicabilium cōpositor Porphyrius nisi sint repugnantiā inuentre circa genealogiam Christi inter Matthęū, & Lucam: de hoc nullam fecerunt difficultatem: quia hoc erat eis notissimum.

¶ Quinto arguit contra hoc quod diximus q̄ ipsa erat virgo. Nā Matthęi. j. scribit. Et accepit coniugē suā: & nō cognoscebat eā donec peperit filiū suū primogenitū. ergo per locū a cōtrario sensu postea eā cognouit. ¶ Respondet. locus a cōtrario sensu patum soliditatis habet. ex modo autē loquēdi scripturę, nō cōuincit ex hac dictione (donec) q̄ aliq̄d tale post hoc fuerit. quo modo Genesis. viij. scribit de coruo: Nō reuersus est donec siccarent aquę. & nō cognouit homo sepulchrū ei⁹ (Moysi) vsq; i p̄sentē diē. Deutero. vltimo. & tñ nec coruus redijt vnq̄: nec sepulchrum Moysi vspiā repertū est. Idē est in illo psalmographi. Sede a dextris meis donec ponā inimicos tuos. Alio modo sic explicat euāgelicus sermo. nō poterat faciē eius intueri cū cōcepit de spū sancto sicut antea. quēadmodū faciet Moysi radij resplēduerūt, vt eū popul⁹ vix cognosceret. ij. ad Corinthios. iij. sic, vt est verosimile, fuit de diua virgine: & nulli alij hoc patuit: nisi soli Ioseph, q̄ plura mysteria in hac cognouit q̄ alius quis: vt de eius virginitate nō vacillaret. poterat enī deus actionē radiorū impedire vt alios lateret. Decuit aūt vultus Moysi radiū a toto populo cognosci quatenus a toto populo timeret, & honoraret. ¶ Sed an Ioseph cognouit eā esse grauidā a spū sancto/anteq̄ angelus ei insinuauit: vix exploratū est. Scribitur Matthęi. j. Cū esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph: anteq̄ cōuenirent/inuenta est in vtero habens de spū sancto. Ioseph autē vir eius cū esset iustus & nollet eā traducere: voluit occulte dimittere eam. Ipa enim erat sponsa Ioseph. quia mos fuit antiquitus obseruatus, vt dicit Chrysostom⁹ euāgelū exponēs: & recitat. xxvij. q. ij. c. Priusq̄. q̄ sponsę in domibus sponsorū habitarēt. vt generi Loth apud socerū legunt habitasse cū sponsis nondū sibi copulatis lege cōiugij. Sic & Maria habitabat cū sponso. Anteq̄ cōuenirent (dicit glossa) ad carnalē copulā: accepit eā in suā: nō in domū suā/a qua eā nō eiecerat: sed accepit i affectū. Turbationis autē principiū in Ioseph erat, cū ipa ab Helizabeth redibat, & erat in ei⁹ domo. videns enī Ioseph eā grauidā: argumentū forte incōtinētię habuit. ex aduerso eā vidit prudentē/mitem/& virtutibus redimitam: & optimā opinionē inter oēs de ea audiuit: vt nō facile esset suspicari aliq̄d mali de ea. & sic fluctuabat. tandem cōclusit eā dimittendā, & nō domo expellendam. cui angelus. Noli timere accipere Mariā coniugem tuā. id est sponsam. Vnde Augustinus in sermone de natiuitate dicit. Intelligens Marię vterū grauidari turbatur: q̄ Mariā quā de tēplo dñi acceperat & nōdum cognouerat/grauidā sentiebat: secū q; ęstuabat disputās & dicēs, quid facīā: prodo: an taceo? Si prodidero: adulterio nō consentio/ sed vitium crudelitatis incurro: quia secūdum Moysi sententiā lapidandā eā esse cognosco. Si tacuero: malo cōsentio: & cū adulteris portionē meā pono. qm̄ ergo tacere malū est: adulterū p̄dere/ peius est: dimittā eā a coniugio. Nolens eā traducere: hoc est propalare: vt glossa interlinearis exponit. Hic cōuincitur prudentia Ioseph & bonitas: qui nō impleuit aerem clamore more stultorū paruā suspicionē de cōiugibus habentiū. nec dixit diuę virgini q̄d animo cōciperet. Et licet Christifera virgūcula verecūdia ducta/ hanc turbationē in Ioseph pciperet: noluit tñ indicare. Nā primo, nō fuisset ei adhibita fides. Secūdo, noluit dei secretū reuelare: q̄ ppe quę sciebat deū oia suauiter disposturū. Origenes tñ in homilia eiusdē euangelij aliter exponit hunc locum dicens. Mysteriū cognouit Ioseph anteq̄ angelus ei dixit: & se indignum reputabat habitare cū ea: & eum angelus reuocabat. Quę expositio literæ non repugnat: licet prior sit apparētior & cōmunior. ¶ Sexto arguitur. Ex illo verbo (donec ipsa peperit filium suū primogenitum) sequitur q̄ ipsa habuit postea secūdo genitum qui ex spiritu sancto nō erat cōceptus: ergo desijt esse virgo. Respōdet. si suplatiuus affirmatiue sumeret: argumētū cōcluderet. sed negatiue exponit. Dictio nāq; superlatiui gradus reddit propositionē exponibilem affirmatiue & negatiue: quare est distinguēda, vt ex artibus patet. negatiue igit solus genitus est primogenit⁹: etiāsi sit solus genitus. & sacerdotibus debent primogenita, vt ex lege patet. ¶ Septimo arguit. Christus habuit fratres, dicit enī Matthęi. xij. Ecce mater eius & fratres eius stabāt foris q̄rentes loqui ei. & non ex parte patris vt notū est. & p consequēs nec ex parte vtriusq;: ergo ex parte matris. Aliqui dicūt/ q̄ Ioseph habuit vxorē ante virginē: ex qua proles habuit. & qa reputabat pr̄ Christi: vocabantur fratres Christi. Et hoc in vna solutione tenet Martinus. Illud nullo modo placet. Augustin⁹ enī & magister tenēt eū fuisse virginē: & hoc credo. certe virū integerrimū/pariter & optimū illa tēpestate elegit de⁹ p cōiuge matris, & virginē. quo mortuo ante passionē/alteri virgini eā cōmendauit. si autē Ioseph tēpore passiōis supuixisset: matrem nulli alteri cōmēdasset. Oēs vero cōsanguinei more scripturę fratres dicebant. sic Abraham Loth fratrem appellabat. Genesis. xiij. qui tamen erat ei nepos ex fratre: & Saram vxorē suā/ sororē. Genesis. xx. modo multi apostoli erāt ei⁹ cognati ex pte matris. vt patet ex solutione ad quartū. ¶ Iā iam vidimus quomodo erat verum matrimoniū inter christiferam virginem, & virginem Ioseph. nec virginitas vtriusq; partis cū matrimonio pugnat. Si enī matrimonio p verba de p̄senti contracto, vir membris genitiuis orbaret: verum erit matrimoniū, & inseparabile nisi p religionis ingressum. & manebit hinc inde virginitas corporis, & animi si voluerint. vel si duo nūc votum simplex virginitatis vouerint: edocti a spiritu sancto non esse periculum cōtraueniēdi votis/pariter cōtrahēdo: & deo matrimoniū p̄cipiente: matrimoniū esset licitū cum virginitate. Præterea diximus q̄ mulier nō hęres poterat nubere cuicūq; viro cuiuscūq; tribus populi Israelitici: hęres autem solum viro suæ tribus. Alioquin vna tribus creuisset & altera decreuisset i magnitudine terrę sup sortes datas a deo sub ducatu Iosue. qđ erat incommodū p tpe illius legis in illa plaga terrę. Et ꝓpterea terram vendere nō poterant vltra annum iubileum. Amplius diximus terrā partitam secūdū capita eorum qui Aegyptū egressi sunt. Salphaad autē mortuus est in deserto: cuius terrā filię (quia filios nō habuit) acceperūt in hereditatē. Et ex cōsequēte sequit q̄ multiplicatis liberis diminuebat̄ inter eos d̄ñium terrę. Vlteri⁹ patet q̄ beata Maria semper virgini tradita est custodienda. primo ipsi Ioseph in coniugio: secundo post eius mortē Christo suo filio. tempore vero passionis commendata est virgini nepoti ex sorore. Addo. licet Ioseph senex depingatur: nō est verosimile q̄ tempore contractus matrimonialis sic fuerit senex. & id testatur glossa Esaiæ. lxij. super illo verbo. Habitabit iuuenis cum virgine. id est Ioseph cū Maria. Crisantus cū Daria. De hominum pictura dicatur illud Horatianum. Pictoribus atq; poetis Quidlibet audendi semp fuit equa potestas. Imaginor tamen q̄ erat. xxtij. annos natus vel amplius. Verosimile est (& ita pie credo) deum prętulisse suam castissimam matrem sic vt nullus in eam impudice moueretur: licet esset virgo decora nimis Dauid de semie regis. ad motū enim impudicū in eā/nō cōcurrebat de⁹. & ex cōsequēti nullū talē motū habere poterat quis q̄ ob defectū cōcursus generalis dei. hoc autem decuit in dei matre. In expositione autem euangelij Matthæi primo. hoc prolixius deduxim⁹. quocirca his paucis contentus transeo ad reliqua.

¶ Distinctionis Trigesimęprimę Quæstio Vnica.

ERo distinctione trigesimaprima quæro. An tria bona matrimonij excusent actū matrimonialē ne sit peccatum. Aia duertes iuxta diuū Augustinum super Genesim ad literā libro ix. c. vij. triplex esse bonū matrimonij. non q̄ hęc tria sint de essentia matrimonij: nā pōt esse verum matrimoniū sine illis. sed aliquo modo possunt dici matrimonio ēntialia: qa actione excludens ea in principio cōtractus: nullo modo contrahit: vt ante diximus de conditionib⁹ in matrimonio appositis. Sed hæc tria sunt potiora quæ matrimonio insunt, scilicet bonum fidei: hoc est seruare fidelitatem alteri cōiugum/nō reddendo cuiuis alteri vsum sui corporis: & coniugi reddendo quando par est. vt inter Vlyssem & Penelopen: inter Lucretiam & eius maritum Collatinum fuisse memorant. Bonum sacramenti est indissolubilitas: hoc est, q̄ vinculum sit indissolubile. Petrus Paludensis hic tres positiones de entitate vinculi recitat: quas ad indissolubilitatem conducere existimat. Vna tenet q̄ vinculum est relatio rationis solum. Secunda positio. vinculum est aliquid absolutū corpori inhærens. Tertia est quā Petrus isequitur, q̄ est quid absolutum in anima. Sed dico illa proposito non conducere. quæcunq; enim res sit vinculum: semper manet equalis indissolubilitas. Vlteri⁹ dico q̄ nulla positionū quā recitat est vera. nō prima: quia nulla est relatio realis nec rationis/prout existimat. quod alibi videri

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet. Et iam hoc ab omnib⁹ ꝑterq̄ ꝑdicatorum & minorū cōuētu teneť Parisijs/reclamante nemine. Secundo si illud vinculum esset qualitas absoluta: tam secundū nominales q̄ reales post carnalem copulā matrimonialem de⁹ posset huiusmodi qualitatem absolutā corrumpere manente ꝑpetuitate vinculi sicut nunc manet. Dico ergo, vinculum nihil aliud esse q̄ psonas cōiunctas. vt in distinctione. xxvj. dixim⁹. Et sic habeť q⁹ quęcunq; opinio aliorū teneat de entitate vinculi: idē est de indissolubilitate: dempto tertio Petri commento irrationabili. Tertiū bonū est bonum ꝓlis. Bonū autem ꝓlis est sancte & religiose ꝓlem si generetur/educare. secundum illud secūdi Ethicorū primo. Non parū immo plurimum quin potius totum refert: sic an non sic hoies ab adolescētia consuescāt. &. iij. c. eiusdem. Ob voluptatem (inquit) res improbas agimus: ob dolorem vero res post habemus honestas. Quapropter hoies ab ipsa statim adolescentia (vt inquit Plato) ita institutos esse oportet: vt ijs gaudeant doleantq;, quibus gaudere dolereq; oportet. Hæc enim educatio ac eruditio recta. Quia autē hoc ponderandum censuit Aristoteles: auctoritatem Platonis i mediū adduxit: vt illud roboraret. Propterea antiquitus solebant parentes deum timētes suos liberos in locis sacris/moribus instituendos tradere: & postea matrimonio. Hoc nempe de christifera virgine/cuius in distinctione præcedente mentionem fecimus, beata Anna & venerabilis Ioachim studiose obseruarunt. qđ narrat Baptista Mantuanus primo libro Parthenices prime: cum inquit. Mos erat antiquis longum seruatus in ęuum: Aede puellares annos includere sacra: Aetatemq; deo tenerā/primūq; dicare Virgineę florem vitæ: & generare pudoris Ingenui curam: sanctosq; inducere mores. Mox vbi vestitum prima lanugine tempus Venerat: in thalamos ibant, hymenæaq; tecta: Coniunctęq; viris proli indulgere solebant. Propterea legum memores & moris auiti Vēturi Solymā trima cum prole parentes Deseruere solum/galilæaq; Nazareth arua. Ex quo patet q⁹ multi habent ꝓles qui non habent bonum prolis: cum non religiose prolem instituant. ¶ Istud aūt triplex bonū in lumine naturali est ęquū. alioquin coniuges nū q̄ bene cohabitarēt, sed alter alteram deciperet. vt in distinct. xxvj. q. ij. diximus. Et illud ostendo ex Marone primo Aeneidos solū naturaliter loquēte. vbi in ꝑsona Iunonis ad Aeolum ista tria explicat, inquiēs. Sunt mihi bis septem ꝓstanti corpore nymphę: Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeiam Cōnubio tūgam stabili: propriamq; dicabo: Omnes vt tecum meritis ꝓ talib⁹ annos Exigat: & pulchra faciat te ꝓle parētē. Ecce bonū ꝓlis. per (ꝓpriā) fidelitatē inteligit. & cum dicit, stabili, & omnes annos, ꝓpetuitatem intelligit. Simile est in. iiij. Aeneidos dum Dido imponit Aeneę ipsum violasse matrimonium ob recessum i Italiam. ob quod volens Aeneas se purgare/ dicens non esse matrimoniū: sic inquit. Neq; ego hāc absq; condere furto. Speraui (ne finge) fugam: nec coniugis vnq̄ Prętēdi tędas: aut hęc in fœdera veni.

¶ His ꝓmissis respōdebo ad itētionem quęstionis: quādo sit licitū vxorē cognoscere: & quando illicitū. Magnam autem varietatem inter doctores hic inuenio: & vtros opinione mea nimis rigidos. Ponā aliquas conclusiones. ¶ Prima erit hęc. voltio qua quis vult cognoscere suā/causa prolis generandæ tempore / loco / & modo debito/est actus bonus moraliter: & in habēte gratiam meritorius. quando loquor de copula carnali: intelligo de actu elicito illius actus imperatiuo: quia actus exterior potest a bono actu & malo si mul & semel imperari. Probatur conclusio. aliq⁹ actus coniugij est bonus: & si aliquis sit bon⁹, erit actus assignatus. igit. Insup quilibet actus cadēs super obiectum debitū/finem debitum/ circunstātijs req̄sitis circūamictus est bon⁹ moraliter. act⁹ de quo loquor est hmōi: igit. obiectum debitū est propria vxor: finis est generatio ꝓlis. causa prolis generandæ est qñ mulier nō est impregnata, & nō constat de eius infœcunditate. non enim oportet actualiter actum quēlibet referre in deū. de circunstantijs autem requisitis nonnihil postea loq̄mur. & si sit bonus actus moraliter, & gratia affuerit/est bonus meritorie: q⁹ a gratia elicitur. ¶ Secūda cōclusio. Actus quo quis reddit debitū vxori petenti / est licitus. patet. xxvij. q. ij. Si tu. &. xxxiij. q. v. ca. j. Et probatur ratione. Negare debitū vxori petēti est actus iniustitię: ergo ei reddere est act⁹ iustitiæ: quēadmodum reddere depositum. q⁹ nō modo vir habet domtniū sui corporis: sed & mulier. primę ad Corinth. vij. Mulier aūt trifariam debitum petere potest. vno mō verbo. secundo nutu vel signo: quod mariti est cognoscere. Tertio modo qñ vir cogitat secundū fragilitatem humanā q⁹ ipsa erit tentata/si non det ei debitum: & ipa peteret nisi verecundia ꝓbis mulieribus ingenita obstaret: q̄ nō est i viro. ¶ Tertia cōclusio. cognoscere vxorem gratia euitandi adulterij in ipsa/est licitum. probatur: quia matrimonium non solum est in officium: sed etiam in remedium. Insup vir hoc modo occurrit peccato vxoris suæ ne adulteretur: & eam tūc cognoscere non est prohibitum: ergo est licitum. hęc conclusio patet primæ ad Corinth. vij. vbi dicit Apostolus: Propter fornicationem autem vnusquisq; suam Vxorem habeat: & vnaquæq; suum virum habeat. vxori igitur vir debitum reddat. Præterea forte tunc rationabiliter ipa potest petere debitum: cui vir tenet succurrere si potest sine suo damno. ¶ Quarta cōclusio vir licite cognoscit vxorem gratia vitandi adulterij in ipso. Quia hęc cōclusio est cōtra san. Tho. & do. Seraphicū: probatur sic. Vir licite cognoscit vxorem gratia euitādi adulterij in vxore ex præmissa: ergo in ipso. probatur consequentia: quia quilibet tenet succurrere poti⁹ sibi ipsi q̄ alteri. Exē plt causa. si Sortes sit assuet⁹ cum Berta cōmiscerī ante matrimoniū: sed vt a fornicatione se retrahat/contrahit cum Teberga: & Bertā allocuturus, ante ꝓpriam vxorē cognoscit vt libido in se extiguat: & adulteriū in ipso euitet: quis dicet eum in hoc male agere? Apostolus nihil aliud vult per prædicta verba. Propter fornicationē autē vnusquisq; suā vxorē habeat. acsi dicat. vtať vir ꝓpria vxore: q⁹ hoc est ei licitū vt in se fornicationē euitet. Non valet qđ Paludanus dicit: cōclusio est vera si non posset aliter vitare: puta domādo carnē, vel fugiendo consortium alterius: vel non loquēdo secorsum cum sola. hoc inquā non valet. & ratio est: quia habens duas vias rationabiles potest alterutrā quam vult libere & licite acceptare. vt de hac carne comedere vel illa. nec voluptas maior i vna re arguit peccatum. qđ patet in potēte comedere de anserulo/ & porcello: qui tamen de porcello comedit quia magis diligit: & ex cōsequēti maiorem voluptatem ex illa comestione capit. Insuper vir non tenetur retrahere vxorem suā ad viā non voluptuosam/faciendo eam ieiunare/ & corpus macerare: aliqua enim voluptas ē licita: ergo nec seipsum. ¶ Quinta conclusio. Quis pōt vxorem suam licite cognoscere gratia sanitatis habendæ tam in se q̄ in vxore sua. eodem modo gratia serenāde mētis suę vel vxoris. Probať. sanitas est optanda, sicut mēs sana in corpore sano. & medici dicunt ei q⁹ ea procurať/suam vxorē cognoscēdo: & ista est propria eius vxor/data ei in remediū igitur. Non valet qđ aliqui dicunt: Non est idem de euitāda fornicatiōe in se vel vxore: & de sanitate corporis vel mentis. nam. vij. Ethicorū dicitur q⁹ concupiscentiæ venereorū in quibusdā insani as faciunt. & ratio est. quando nō potest haberi ꝓles per actum generationis quę est finis principalis matrimonij/capit aliquid de fine minus principali: scilicet de adulterio euitando: secus est de sanitate dicunt, quia ꝓpter eam non ordinať. In lumine naturali/opinione mea gentilis philosophus diceret illud esse licitum. nec constat ex sacris literis bibliacis oppositum. Neq; debemus legem dei nimis arctare/ sicut nec ipsam laxare: vbi de oppositum docetur. mō matrimonium est datum viro & mulieri in remedium. Si ergo medici probabiliter dicerent q⁹ mulier aliqua insaniam mētis vel mortem incurreret nisi cū viro suo dormiret: non opinor illic vllum esse pctm/si vir eius eā cognoscat vt eam ab his ꝓseruet: & nullo modo causa euitandæ fornicationis in se vel in ea: nec ad generationem ꝓlis. ¶ Sexta cōclusio. voluptas icidēs in copula carnali cum vxore/nō reddit actum illicitum. probatur. quando aliquis facit actum liberum licitū/ꝓpter passionem naturaliter inhærentē actui/actus prior nō reddiť illicitus: nec illa passio ei imputať. exemplum cape de comestione cibi & bibitione potus. vterq; enim istorum actuum est licitus: & voluptas in cibo & potu naturaliter incidit ob coniunctionem obiecti conuenientis cum sua potentia: siue voluptas sit magna/siue parua/ non refert: potissimum quando homo non facit actum illum ob voluptatem. nam comedendo cūdem cibum habēs gustum bene dispositū/maiorem voluptatem capit q̄ habēs palatum indispositum. sed absit q⁹ ꝓpterea peccet. ¶ Septima cōclusio. Quicquid homines dicāt difficile est ꝓbare q⁹ homo peccet cognoscēdo vxorem suā causa voluptatis habendę. semp intelligo dummodo non sit in tacturam corporis eius vel vxoris/ vel mentis/vel in tacturam fœtus generandi. Et probo q⁹ non sit pctm. Si quis comedat plus q̄ sibi sufficiat/non transcēdit latitudinem tēperantię i cibo (dūmō cibus non sit in tacturam corporis vel animę: & cib⁹ sit ꝓhibitus) ob solam voluptatem/ non ponēdo illic finem principalem. nam si quis pyrum vel pulchrum pomū comedat gratia voluptatis/non peccat. ergo neq; cognoscēdo ꝓpriā vxorem. Dicēdo aūt oppositum multos (vt opinor) coniugatos de peccato argues. Pręterea in lumine naturali hoc non videť dicēdum: nec auctoritate scripturę hoc ostēdi potest: ergo licet doctores etiam sancti dicant contrarium: non habeť intentum. Et si forte suasiones hę tibi sufficiant: nō tamen ponitur hęc conclusio tanq̄ in publico prędicanda: sed vt homo confessiones audiēdo possit cognoscere quādo sit peccatum. Theologi nā q⁹ interest multa cognoscere quæ in publico sermone dicenda non sunt. sola autem ædificatoria sunt prædicanda.

¶ Contra primā cōclusionē arguit sic. secundū indulgentiā admittit matrimoniū. primę ad Corinth. vij. ergo act⁹ eius nō pōt exerceri sine peccato. Respondetur. indulgentia est illic de minore bono & non de malo. ¶ Secundo arguit, erubescunt coniuges de copula carnali: ergo ē turpis. Respondetur. est turpis turpitudine pœnæ & non culpę. nā si Adam non peccasset: non magis erubuissent hoies in hac cōmixtiōe q̄ in tactu digiti ad digitum. propterea ante peccatum licet mēbra genitiua in primis parentibus essent nuda: nō erubuerunt: bene autem post peccatum: cum ce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

perunt folia:& fecerunt sibi perizomata.sic etiam erubescit vir de egestione superfluitatum naturaliū primę & secūdę digestionis,& occulte facit:nec tamen sequitur esse peccatum.

¶Cōtra secūdā cōclusionē arguit. mulier peccat petendo debitum:ergo vir peccat ei reddēdo.Rīdet.cōsequentia est nulla: quicq d sit de antecedēte.quēadmodum ego habēs pecuniā tuam in custodia/quā repetis a me/ intēdēs eā iuti liter expendere:hoc non obstante,quia mea nō interest,reddam tibi pecuniam. Similiter vsurarius/ raptor/& existens in mortali petens Eucharistiā in publico/peccat petēdo:sed ego nō pecco pecuniā eis dando/vel Eucharistiā. Prēterea mihi dubium est an ipsa peccet petēdo.potest tamen coniūx petere debitum sic illicite vt alter nō teneat ei sic reddere.sed quando sic/& qñ non:prudentis est diudicare.& q̄uis petēs peccet:ei⁹ peccato nō coopatur alter/cum licite debitum reddat. ¶Secundo arguitur. Elephas non accedit ad elephantem impręgnatam : nec alia bruta fœta seu impręgnata appetunt coitum.ergo mulier nunq̄ potest petere debitū quando est grauida vel confecta senio. Respondetur.consequentia est nulla . nam varia aīalia varios habent appetitus. aliqua eñ in vere coeūt vt asini,cameli,porcus syluester/& aues.quito de historijs animaliū.aliqua in decēbri vt vrsi. aliqua oñi tēpore vt mulier. vnde mulier & iumēta secundum Aristotelē.iiij.de generatione animalium/impręgnata appetunt coitum. Secus est de alijs aīalibus.quare p alia aīalia assumere argumentū de muliere,nihil est.quod tibi ostēditur ad oculum.Nam vir licite potest ex p̄missis extra generationem ꝓlis petere debitum. imo licet peccaret:mulier teneret ei reddere.si aūt abhorreret hoc a natura,nō libenter redderet debitum.deus ergo dedit ei aliam naturā quaten⁹ viro satisfaciat.nec ad alia bruta respectum habebis.

¶Contra tertiam & quartā conclusiones simul argumentor sic.quis potest ꝓcurare sibi remedīū de seruāda castitate tam i se q̄ i vxore sua,alia ratione q̄ vxorem cognoscēdo:p absti nentiam scilicet.secundum illud Terētij. Sine Cerere & Baccho friget Venus.Et recitat Vegeti⁹.iij. lib.ca.lij.quomodo Pœnus Hannibal in florente ętate vigilijs & abstinentia corpus suum macerabat,per quas libido extinguebat. Si hic infidelis hoc effecit ob rei mlitaris gloriam : quanto forti⁹ debet christian⁹ miles hoc efficere:ergo nō debet exponere se vni actui p quem priuat ratione.nā vij.Ethicorum dicit.philosophus.Venus furatur intellectum sptisse sapientis.quēadmodum q potest sitim extinguere vino aqua diluto,peccaret vinum purum bibendo:ex cuius potu ꝓcutiat eius ratio ad ebrietatem,& rationis amissionem.Nō est autem simile de somno qui est viro necessari⁹: qa acquirit sibi aliquid æque bonum vel melius per somnum.digestio enim in somno completur : & mane somno peracto citius egerit q̄ alio tempore:quia virtus digestiua alijs sensibus ligatis opatur in somno:& vires corporis & animi firmātur. ergo acquirit aliquid tta bonum vel meli⁹ q̄ amittebat in ratione. ¶Hic respondetur negando antecedens:ita commode pro cōiugatis loquor.Secūdo consequentia est nulla.& argumētū,si aliqd valeret,contra primam conclusionem militaret.licet enim homo priuet ratione in coitu per breuē morulam:hoc excusatur per æquiualens/faciēdo illud ad qđ tenet,vel qđ licite potest. Tertio sic & meli⁹.priuari ratione nō arguit peccatū/qñ homo facit actum licitum:vt patet in dormiente: & pugnante in bello iusto:cuius ratio percutitur p vulnera iflicta/per medicinam,studium honestū, vel huiusmodi.Non est idem de ebrietate omni sapiēti interdicta.vt in.xvij.distin.huius diximus.priuari autem ratione nō est causa quare ebrietas sit mala:sed quia multa alia inhonesta in ebrietate cōtingūt. ¶Secundo arguitur per Augustinum in libro de bono coniugali.Coniugalis concubitus generandi causa,non habet culpam:concupiscentiæ vero satiandæ,sed tamen cum coniuge ꝓpter thori fidem,venialem habet culpam.Idem ponit glossa Augustini primæ ad Corinth.vij.& cū (satiandæ)ponitur refrenandæ.Respondetur.auctoritates sanctorum non canonicorum sunt stricte exponendæ vbi extreme loquuntur,vtin proposito:& non extendendæ.modo glossa Augustini in loco allegato dicit q̄ in tribus bonis matrimonij excusatur coitus vt non sit peccatum: vel venīale est.ad veritatem autem disiunctiuę sufficit alteram partem esse veram.

¶Contra sextā cōclusionem arguit per Gregorium dicentem,vt magister in litera allegat in cap.vltimo huius distinct. & Gratianus xxxiij.q.iiij.in ca.Vir cum propria vxore dormiens nisi lotus aqua ecclesiam intrare nō habet.Et paulopost.Sed quia ipsa licita admixtio cōiugis sine voluptate carnis fieri non potest:ideo a sacri loci ingressu est abstinendum.quia voluptas ipsa sine culpa nullatenus esse potest.Et hoc ꝓbat subiungens.Non de adulterio vel fornicatiōe,sed de legitimo matrimonio susceptus erat,qui dicebat. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum &c. Respōdetur.Hugo canonista hac auctoritate potissimum inductus tenet q̄ nunq̄ actus coniugalis potest exerceri sine peccato:& qui debitum reddit,peccat saltem venialiter:quia illic est quidam pruritus & voluptas in emissione spermatis.

Ecce virū aliogn ingeniosum/ob sonū verborū totū mundū illaqueantē. Ego facilius(vbi nulla restaret alia resp̄ōio)decē auctoritates Gregorianas inficiarer q̄ hoc concederem: dicendo,ipse sic dicit:sed non probat.& tñ vbi quis dicit inopinabile:opus est fortissima ꝓbatione. Sed dictū Hugonis sic improbat. Sortes tenet reddere debitū vxori:& nō pōt reddere sine peccato:ergo tenetur ad actū peccati vel ad peccādum. Sed forte (sicut ipse & non sine ingenio)negas consequētiā.quēadmodū hęc cōsequētia nō ē valida. Sortes p̄ byter tenetur celebrare missam:& non potest celebrare sine lingua:ergo Sortes p̄ byter tenet habere liguam.sic dicet de alia.Contra.hoc nō satis facit argumēto.qa sicut presbyter tenet i casu celebrare: sic suam linguam seruare:ne sua culpa amittatur. Secundo ad nodū rei.Sortes hūc actum copulæ coniugi tenetur reddere:hic actus est peccatum ꝓte:ergo ad peccatum tenetur Sortes. consequētia est syllogismus expositorius.& antecedens concedis. Absurdissimum autem est cōcedere q̄ homo ad actum qui est peccatum/& non potest bene fieri/teneat.ac si cōcederet q̄ Sortes teneatur ad celebrationem: & tñ celebratio nō possit eē sine pcō. ¶Sufficiēter opinione mea errore Hugonis euacuato:in meipsum argumentando vertar:ꝓbādo q̄ homo ad peccatū teneatur. Capio actum prędicti diuini ad quem Sortes tenet:& habeat cōscientiam erroneam q̄ ille actus est peccatum.tunc sic. Ad istū actū Sortes tenetur:hic act⁹ est peccatū: ergo ad pctū Sortes tenetur.consequētia est syllogismus expositor⁹.& maior patet:quia est act⁹ præcepti diuini.& minor patet:quia quicunq̄ elicit actum licet de se bonum / quem iudicat malū/ peccat contraueniendo cōsciētiæ suę. ¶Respondetur. illud argumentum non concludit,propter duo.primo admissa conclusione istius argumenti/nihil habetur nisi q̄ ad aliquē actum qui est peccatū sibi/ex stultitia sua ipse teneat.hoc est:ad aliquid Sortes tenet:& illud est sorti peccatū/contra ueniendo conscientiæ suę.ille tamen actus potest bene fieri deponendo conscientiam erroneam / & vincibilem. Sed actus coniugalis de quo loq̄mur non potest bene fieri secūdum Hugonem.ꝓpterea multum interest inter hęc duo. Secundo dico: q̄ nec conclusio argumenti adducti est concedēda propter hoc argumentum:licet consequētia sit bona.nam maior ex qua partialiter dependet est falsa. Sortes enim potest implere prędictum dei per medietatem illius actus/& medietatem medietatis:quia ad nullū gradum illius tenet.& sic semper maior est falsa.sed si actus in certo gradu prę ciperetur:oporteret ad priorem viā habere recursum. Vult autem beatus Gregorius dicere q̄ ple rūq̄ est peccatum i hac voluptate propter aliquā inordinationem additam. Ad verbum psal.dicit: q̄ ponitur plurale p singulari:quia illic est sermo de peccato originali:peccata enim parentum Dauidis non sunt sua.glossa marginalis Augustini illic dicit. Nō quia peccatum sit miscert cōtugib⁹: sed qđ fit de carne:pœnale fit.Et glossa interlinearis eiusdem.Nō q̄ de adulterio natus:sed quia in omnibus trahitur iniquitas ex Adam & vinculū mortis.Peccatum nāq̄ & iniquitas interdū capiūtur pro pœna peccati.Item qđ fit cōtra naturam hominis primo instituti/potest dici peccatū. Etiā peccatum est superius ad culpam, hinc mōstrum in natura.ij.physicorum vocatur peccatū:nō aūt culpa.Nec mirabere si interdum glossemati glossema addatur.nam & pisces in aqua salsa aliti/sale iterato egēr. ¶Ecce tria bona matrimonij,scilicet bonum sacramēti,qđ est matrimonio essentiali⁹, & reliquis duob⁹ eminētius. Bonum fidei,tam in reddēdo debito pro loco & tēpore/q̄ non reddendo alteri.secundum priore est essentialius mīmonio loquendo de redditione licita.Bonum prolis: vt ꝓles si habeat religiose educetur.Et licet carnalis copula in coniugio crebro sit licita:tamen quia plura peccata in eā incidunt & turpitudines: dicit excusari per tria bona matrimonij . Et vltra hæc voluptatem actui deus indidit ne ob actum turpem euitaretur generatio.Nā Aristo.quarta parti cula ꝓbl.ꝓblemate.xv.& in.viij.ꝓblemate eiusdē dicit tantam esse turpitudinem in actu vt masculus nunq̄ eam diligat quam primo cognouit/ virginitatem amittendo. Nō sic autem est de multis alijs actibus:qui totiens bene fiunt quotiēs male. Ista tamen bona matrimonio nō sunt essentialia. Insuper potest quis vxorem cognoscere gratia ꝓlis generandę:hoc est quando probabiliter vel apparenter proles generabitur. Item reddendo debitum vxori:vel quādo ipsa aliquo signo petit:qa non refert quomodo quis suam voluntatē exprimat/verbis an factis.ff.de leg.l. De quib⁹.vel qñ dubitatur de eius incōtinentia nisi ei detur. Et potest quis etiam petere debitum gratia adulterij in seipso vitandi:quod etiam alia via ad quā non tenetur,potest euitare.Ex quo sequitur q̄ potest cibis calidis vel oculis seipsum prouocare,si aliun de impotens fuerit ad satisfaciendum parti mode rate petenti:vt columbæ & vtsi faciunt . Eodem modo potest vxorem cognoscere gratia mentis serenandæ,vel corporis præseruandi in se vel in vxore sua:& hoc aliquo modo potest reduci ad generationem prolis : quia is qui sano est corpore & mente , est aptior ad generandum q̄ infirmus vel amens. Societas enim viri & mulieris est ad amicitiam.viij.Ethicorum . non solum ad sobolem generandam:sed etiam ad consolationem & ad alia obsequia mutua prestanda . Vlterius

Universidad de Deusto
Biblioteca

diximus difficile esse in lumine naturali ꝓbare ꝙ coitus viri cum ꝓpria vxore gratia moderate voluptatis sit pctm̃ imputabile, hoc est culpa: dūmodo nō ponatur alia mala circunstantia: & nolit maritus cum aliqua alia cōcumbere q̄ cum sua & cōtra: nec sit in iacturā corporis aut animę in eo vel in vxore eius: aut prolis. Sancti tm̃ rationabiliter rigide & seuere de carnali copula locuti sunt: non quia iudicarunt eam vtrobiq; esse malam: sed ob ꝓnitatem qua in ea delinquit. verum eorum dicta non oportet extendere: sed potius in hac parte restringere: ne omnes coniuges dānemus. Et theologo expedit tum in confessione audienda: tum in consilio dando/scire qui in ea re sunt culpabiles: & qui non. ¶ Apostolus quoq; vas electionis & virgo pronitatem humanam in libidinem cōsiderans primę ad Corith. vij. paucis verbis de carnali copula magnā compleuit sententiam. Cuius dicta epilogando ponam per propositiones: vt ad eas obtutum in hac materia dirigas.

¶ Prima ꝓpositio: bonū est homini mulierem non tangere. ¶ Secūda ꝓpositio. Propter fornicationē aūt vnusquisq; suā vxorem habeat: & vnaquęq; suum habeat virum. hoc est: potest sine peccato satisfacere suo appetitui cum ꝓpria coniuge. Melius est enī nubere q̄ vri. Ex quo sequit ꝙ maritus potest & reddere debitū & petere gratia euitandę fornicationis: siue in se/siue in sua. hoc em̃ expresse illa verba volunt. qđ magis adhuc explicans Tertiā ꝓpositionē ponit. ¶ Vxori igit vir debitū reddat, & cōtra. Subdit causam in quarta ꝓpositione dicens. ¶ Mulier sui corporis potestatem nō habet: sed vir: & cōtra. Per quā ꝓpositionem itelligo apostolum dicere voluisse. Cum vir habeat dominium corporis vxoris, & contra: potest mulier gratia sanitatis corporis vel mētis habēdę vti corpore viri sui: quia potest vti re sua, vbi nō est et aliqua lege naturali diuina vel humana interdictum. ¶ Quinta propositio. Nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu ad tēpus: vt vacetis orationi. Per hāc intelligo neutrū coniugum posse castitatem vouere sine alteri⁹ cōsensu, aut religionem profiteri. sed si mulier in aliquo sancto tempore continere velit: & non possit suū maritū ad cōtinētiā simile inducere: reddat ei debitum/ne adulterij viri arguat. ¶ Sexta ꝓpositio. Et iterum reuertimini in idipsum ne tētet vos sathanas ꝓpter incontinentiam vestram. hoc est: si coniugum alter sit in periculo incontinentiæ: sibi mutuo debitū reddāt, & petant ob incontinentiam euitandam. ¶ Septima propositio. hoc aūt secundum indulgentiam dico: & non secundū imperium. vbi glossa interlineariꝫ. Et ideo nō peccat qui aliter agit: immo peccat qui sic agit: sed ueui⁹. Sed certe hāc glossam non intelligo. volebat apostolus hoc dicere: non est præceptum contrahere: sed permitto tanq̄ licitum. volo autem oēs homines esse sicut meipsum. ¶ Postremo adhortor dominum prædicatorem, in sermone de sexta & septia conclusione, & oculis coniugij licitis: & de prouocatione per cibos & medicamina in casu rationabili loqui non debere: quia nō omne verum & licitum est in vulgus spargēdum: sed solum illud quod posse ædificare iudicet prudens. scimus tamen interdum ex rationabili dicto/verbi diuini declamatoris prudētis/occasionem malos accipere: quod concionator euitare non potest.

¶ Distinctionis Trigesimæsecūdę Quęstio Prima.

Magister in hac distinctiōe trigesima secunda ferme simi lem materiam præcedenti tractat. Propterea illam prosequendo quærā. An alter cōiugum semꝑ teneatur alteri petenti reddere debitū: & quomodo castitas coniugalis seruanda sit. Pro solutione quęstionis memoriæ mādabis ex quęstione p̄cedente aliquos casus in quibus actus matrimoniales licitos diximꝰ. Nūc de tpe/loco/& alijs occurrētibꝰ loq̄mur p cōclusiōes. ¶ Prima est. In occulto & cum verecundia est debitū cōiugi reddēdū. Probatur cōclusio. post peccatū primi parētis hoies de mēbris genitiuis verecundant: & ea occultāt instinctu naturali: ergo signum est ꝙ eorū actus esse debent occulti. Scđo probat idem. Si fieret talis actus in publico: cum homines sint ad carnis vitia ꝓcliues: aperiret via peccādi & ꝓximos scādalizandi. Qz cū verecundia coniunx sit tractanda/patet. Nā p verecundiā seruat castitas: ergo vbi cōiux est effrons frontem attritam & meretriciā habēs: eiꝰ castitas periclitat. hęc pars etiā roborat ab Aristotele secūdi œconomicorū. iij. vbi hoc ex Homero probat dicēs. Nā neq; amorem neq; timorem absq; verecūdia laudat Homerus: sed vbiq; amare præcipit cū modestia & pudore. Eo quidem modo timere Helenā Priamum inquit ita dicentem. O metuende mihi semp semperq; timende Chare socer. Et Vlysses ad Nausicaam inquit. Te mulier valde equidē admiror/& metuo. nam nemo deteriorem se admiratur & reueret. ¶ Secūda cōclusio. vir vxorē castā

desiderans debet eam in sanctis legibus tenere occupatam: & in officijs domus: benigne eam tractādo: & ei fidem seruādo: virtutem & castitatem laudando. probatur. quia deum timendo magis seruabit castitatem/ne deum offendat. Secunda pars patet: qa si veterno torpeat: via malarum cogitationum aperietur. Tertia pars patet: quia sic ipsa eum magis diliget, & credet eum meliorem, & ex hoc eum plus reuerebitur, & castitatem seruabit. Quarta pars patet: quia in vndictā studebit caute ei non seruare fidem. Hoc probat Aristoteles secūdi œconomicorū. iij. per stultitiā Agamēnonis Briseidem barbaram in publica grecorum cōcione Clytemnestræ p̄ferentis. At Vlysses cū Calypso Atlantis filia: sempiternitatem etiam pollicēte ꝑmanere noluit: quia ei curæ erat ꝓpria vxor Penelope. & ꝓpterea ipsa fidē ei seruauit. hinc verificatur vulgare verbum. Frangenti fidem frāgetur fides eidem. Vltima pars patet: quia virꝰ laudata crescit. ¶ Tertia cōclusio. Vir tenetur debitū reddere vxori & ediuerso, nisi aliquo casu legitimo excusetur. patet prior pars: quia hoc est ꝓceptum, ex quęstione præcedente. secunda pars probatur: quia est ꝓceptum affirmatiuum: ergo solum obligat pro loco & tempore. quando autem hoc sit: patebit soluendo obiectiones aliquas cōtra conclusionem.

¶ Contra primā cōclusionē arguit. Bertę corpus est ipsius sortis: ergo potest illo vti in publico: vt Diogenes Cynicꝰ fecisse dicit. Rñdetur. consequentia est inualida. Aliquid em̃ est licitum & honestum vno modo, qđ alio modo est inhonestum. Nemo em̃ est qui non nouit inhonestum ventrem in publico exonerare: qđ tamē in occulto licet. Q đ de Diogene circunfertur/anile est cōmentū. is em̃ erat omnium hoim̃ sųe temperatissimus. & dicebat canimus qa hominū mores vitiosos carpebat: ac ita canis latrās erat: non modo Athenis conspicuus: sed totius grecię fulgentissimum tubar. de quo superbus ille Alexander dicere solitus erat. Si nō essem Alexander, vellem esse Diogenes.

¶ Contra tertiam cōclusionē arguitur sic. Aegrotꝰ seu infirmꝰ vel leꝑsus nō tenet reddere cōiugi petēti debitū: ergo cōclusio falsa. Rñdetur. cōsequentia est nulla: quia hō habet p̄ceptū de seruāda vita ꝓpria: & aliā de reddēdo vxori debito. strictus aūt obligat seruare suā vitā vl vxoris q̄ ei reddere debitū. & licet ex nō redditione debiti sequat incōtinentia ex culpa vxoris: illa viro non imputabit legitimā excusationē habēti: qui forte est ethicus vel alio morbo laborat: & reddēdo notabilem iacturam in corpore patiet: vel mulier/si ipsa morbo laboret. Istud patet per simile in naturalibus. nam homo supfluum tertię digestionis pro continuatione speciei emittit: & bonū nutrimentū pro se tenet. Sed obijcies ꝙ sanus tenet reddere debitum vxori leprosæ, de cōiu. lepro. ca. primo. Respondetur. sanus non tenetur cōtinuo assistere & cohabitare cum leprosa coniuge: sed tenetur ei reddere debitum: quia non est vero simile ꝙ eam cognoscendo incurret lepram, ꝙ si leonina lepra percussa fuerit mulier: sic scilicet ꝙ medicorum iudicio sanus non posset eam cognoscere quin tabificam lepram contrahat: nō credo ꝙ teneatur et tūc reddere debitū. hic medicis qui considerant sanum & egrū credatur. vnusquisq; em̃ in sua arte sapiēs est. Vxor aūt sana teneꝫ viro leproso reddere debitum: quia non est tantū periculi le præ contrahēdæ in ea. nā multorū leprosorū vxores etiam cū maritis cohabitantes videmus nō p cussas lepra. Vir itaq; & mulier quo ad copulā carnalem iudicantur ad paria/quando causę sunt pares. Satis aūt vulgatum est: ꝙ sanus cognoscens sanam a leproso cognitā/lepram incurret. ergo a fortiore leprosam cognoscēs. & hoc si cognoscat cognitam a leproso in partibus inferioribus infecto: quia forte manent infectiōes adhuc in matrice mulieris. ¶ Secundo arguit ex parte loci. Sortes nō tenetur reddere debitum vxori suę in loco sacro in occulto: etiam licet illic cohabitent tempore belli ad magnum tempus. ergo cōclusio falsa. Antecedēs patet: quia per hoc locus sacer polluitur. cap. fina. de consecra. eccle. vel alta. ¶ Respondetur negando ꝙ non liceat. nam potest reddere & petere in casibus licitis: de quibus quæstione p̄cedente locuti sumus. Et ecclesia ꝑ hoc nullo modo polluitur: immo per occultā pollutionē mortalem fornicariam non polluitur ecclesia. ea enim quæ occulte fiunt nō egēt reconciliatione. ¶ Tertio arguitur ex parte temporis. Magister in hac distinctione capi. iij. & Gratianus. xxxiij. q. iij. cap. Christiano. allegant Augusti. in lib. quæstionum vete. & noui testa. dicentem. Christiano cū vxore sua aliquando conuenire licet: aliquando nō licet. propter processionis enim dies & ieiuniorum aliquando non licet conuenire. &c. Et Hieronymus in quodā sermone, & habetur in quæstione & causa allegata. cap. Sciatis. dicit ꝙ tēpore quo vxori debitū redditur, abstinere oportet a carnibꝰ agni. Idem dicit Ambrosius in sermone de aduētu domini. & citatur ibidē. ca. Fratres. ¶ Rñdeꝫ. vir potest vxorem cognoscere causa ꝓlis generandę, vl reddēdi debiti vxori: qñ certum est vel saltem dubium ipsam habere rationabilē causam petendi, vel euitandi adulterij in seipso. vt in distinctione p̄cedēte diximꝰ. Auctoritates aūt inductę sunt de consilio. nec tenet vir abstinere ab esu agni, si inueniat se bñ dispositū mente in crastino. & hoc si nō

Universidad de Deusto
Biblioteca

faciat ob contemptum:sed vt reddat debitū: vel quatenus se a pctō p̄seruet.quare ergo abstinēdū est si expressa ꝓhibitio ecclesiæ non superueniat? sancti aūt cōsuluerūt illo tēpore abstinere propter pericula peccatorū q̄ illi actui inesse solēt.sed vbi est vtro ꝓbabile q̄ illa nō euenient/vel iudicio sacerdotis cū quo cōsultat in cōfessiōe vel extra cōfessionē:nō est necesse abstinere. ¶Q uarto arguitur.nō est necesse reddere debitū mulieri mēstruatę q̄ de mēse in mēsem sanguine mouet:sicut mare bis in die naturali:& quartana febris de quarta in quartā q̄dū durat.Nā dicit Hieronym⁹ sup illud Esaię.lxtiij.Q uasi pānus mēstruatę, vntuersę iustitię nostrę. Tūc cōspiunt mēbris dānati/cęci/claudi/leprosi.vt quia parētes nō erubuerūt in cōclaui cōmiscere:eorū pctm̄ patētur & aperte redarguat in paruulis.Ex hac auctoritate sic formatur ratio.nō licet cognoscere maritā in iacturā prolis/vel si ęgritudo corporis sit cōsecutura:ergo etiam nō licebit ad euitādā leprā vel aliā calamitatē iam ab Hieronymo nominatā.Et Leuitici.xviij.dicit. Ad mulierē q̄ patit mēstrua nō accedes.Q d si cōcedas:obijcio.licet cognoscere mulierē leprosam: & facili⁹ ex ea gnabit ꝓles leprosa,q̄ ex mēstruata muliere. Forte dicis.in lepra morbus est continuus:& ꝓles aliter gnari nō pōt.secus est de mēstruata muliere q̄ fluxū talē p̄ tēporū vicissitudines patit:& est morb⁹ momētaneus.Cōtra hocarguo.si gnare ꝓlē leprosam ex se esset pctm̄ mortale:vbicūq; esset illud,esset pctm̄ mortale. ¶Rn̄ detur de multere mēstruata.vel ipa iudicat virum suū habiturū se magis inuisam si id vitij in ea deprehēdat si dicat:& tūc excusat.vel neuter eorum scit q̄ tpe illo proles genita iacturam patietur. & sic vterq; excusat.vel iudicat si vir sciat/nō abstinebit:qd ex more viri cognoscere pōt.& sic excusatur mulier.vel nō est verosimile q̄ gnabit ꝓles in illo cōceptu:& tūc debitū reddēs non peccat.si vero credat q̄ abstinebit vir si ei dicat morbū cōmunē mulierū:dicat:nec est erubescēdū in hoc.vt fecit Rachel illudēdo Laban patri suo.si aūt non abstineat vir,peccat:& mulier reddens excusabit. Ex his respondere potes ad auctoritatē Hieronymi.Auctoritas aūt Leuitici,extra moralia nō habet apparētiā.Eodē mō de muliere post partū dicēdū est.nā pōt vir vxorē suā accedere anteq̄ ipa templū p̄ purificatione ingrediat:quia cōtinere p numerū dierū est cerimoniale legis nūc non obligans:& hoc postq̄ matrix est a superfluitate purgata.Recitat nāq; Auicenna in libro de animalibus cap.de formatione embryonis in speciali.Sāguis menstruus in pręgnante trifariā scindit.vna pars est pro pueri cibo.alia pars ad māmillas pro fœtu nutriendo extra vterū transmittit.De tertia parte locuti sumus.Sed quia viri non interest scire de hac purgatione:nō accedat ad vxorem quousq; mulier eum admittat,quæ tempus purgationis nouit.fortasse etiam morbum habet ob laborem in partu.¶Hactenꝰ visum est quomō vxori reddendū sit debitū in occulto.& addo/nō excessiue sed moderate reddēdū:ne maritus vxorē ad libidinem suapte natura promptā/ faciat ꝓcliuiorem:nec possit facile caste viuere in sua absentia. non inducat mœchos & indisciplinatos in familiaritatem:nec tales teneat famulos.sed seruet ei fidem/eā diligens cum verecundia: ac ante omnia eam doceat timere deum.nec facile in casu dubio de ea male suspicet:ne seip̄m frustra torqueat.nā si clanculum ipsa fuerit meretrix , & falsos faciat hęredes sine eius culpa:ei non imputabitur. Si vero publicetur error ambiguus:in mulierem peccat & in suos:& deum offendit:& plagam inemendabilem in domo erigit:ac in mœrore tota vita sua & ignominia manebit.propterea sit in his prudēs & incommoda hincinde ante eliminet q̄ indicet. Et licet famulorum aliqui sinistre de vxore referant:iudicet hoc ex inuidia dictum/eis silentiū indicendo.at si hoc esse verū cognouerit:vxore vocata sic dicat.talia de te a paucis referuntur fortasse falsa:quibus amore tui deuinctus & nota vitæ probitate motus/facile assentiri nequeo.sed te rogatam facio per superos/per meum castum amorem,& in te fidem,& liberorum charitatem,& tuæ familiæ & meæ & totius viciniæ honestatem:vt a consuetudine & societate talis abstineas.q̄ si amore non mouearis:te numina,penates,me,liberos, mūdumq; omnem grauiter offendisse existimes: in tuæ vitæ perniciem & notam perpetuā. Si his & similibus non moueatur,marmoream cautem & incorrigibilem existimato mulierem.

¶Distinctionis Trigesimæsecūdę Quęstio Secunda.

Via magíster i secūdo capitulo huius distinctionis inquirit:an vnus coniugum possit vouere sine cōsensu alterius: propterea secūdo loco quæro idipsum. quid nominis voti relinquā pro distinctione . xxxviij. Pro quæstionis decisione pono aliquas conclusiones. De voto autem simplici in primis duab⁹ conclusionibus loquor . ¶Prima conclusio.Aliquis vouens/matrimonium potest contrahere sine pecccato.Probatur.is qui iurat matrimonium contrahere/vouens potest vtrunq; facere.vt dicit pontifex de sponsa.in cap. Commissum.modo non intendat matrimonium cōsummare. ¶Secunda cōclusio.Votū simplex impedit matrimoniū contrahendū : sed non dirimit contractum.hoc est,sic cōtrahens animo cōsummandi, peccat cōtrahendo:sed matrimoniū tenet etiā sine dispensatione.Prior pars patet:quia cōtrauenit suo voto:ergo peccat.Secunda pars patet.in.c.Rursus & in.ca.Consuluit.qui cle. vel vouen.Ratio est: quia tales personæ non illegitimantur ab ecclesia:nec ab aliqua alia lege:siue ambæ psonæ votum simplex emiserint, siue vna tm̄. ¶Tertia conclusio.Post carnalem copulam vir nō pōt p fiteri religionem sine cōsensu vxoris suæ.Probatur:quia nihil potest vouere in ꝓiudicium vxoris,modo nō habet liberum dominiū sui corporis ex distinctione præcedente. ¶Q uarta cōclusio.Coniugatus post carnalem copulam religionem assumens contradicente vxore,& ei restitutus,non tenet ea mortua religionē profiteri.probat per cap.Q uidam.&.c. Placet.de cōuersione coniuga.& ratio est,q̄ contractus erat per vxorem irritatus:ergo non erat religiosus.si vero votum continentię erat perpetuum,mortua vxore tenetur sub pœna peccati continere. si tamen cōtrahat/manet matrimoniū : q̄ erat solum votū simplex. ¶Q uinta cōclusio.Si maritus religionem ꝓfiteatur:& votum nō sit irritatū ab vxore in vita:post mortem vxoris manebit religiosus. probatur conclusio.per cap.Consuluit.de conuers.coniuga. ¶Sexta conclusio.de substātia religionis non requirit necessario vt alter coniugū vouerat continentiam, vel q̄ interueniat consensus episcopi.Probat hæc conclusio.per cap.Ex parte.vbi est casus expressus de quodā in ægritudine cōstituto:qui consentiente vxore habitū suscepit monachalem.postmodū liberat⁹ vxorē suam retinuit:& ea defuncta aliam duxit. Mādauit pontifex q̄ vir ille ad religionē cōpelleretur, & mulierē dimitteret.si aūt fuisset votū simplex solum/& nō votum solēne : secūdū matrimoniū de facto tenuisset,& nullo modo fuisset rūpēdū.

¶Contra secundam conclusionem arguitur sic.votū solenne dirimit matrimonium cōtractū:ergo & votū simplex. tenet cōsequētia q̄a amboæqual'r obligāt corā deo.Rndet cōcesso ante negando cōsequētiā cū cōsequēte.& ꝓbatio est nulla:vt patet p ca. vnicū de voto.lib. vi. ¶Sed o arguit cōtra eādē cōclusionem. Si Sortes vouerat voto simplici:& matrimoniū de p̄senti contrahat,non potest reddere debitū sine pctō etiā coniuge petēte.ergo nō est verum matrimonium.Respondetur concedēdo totū antecedēs: & ratio est:quia primo reddendo peccat:cū possit adhuc votū seruare, religionem profitendo. Si tamē solum proposuerit contrahere,& nō cōsummare absq; voto:potest debitū reddere sine peccato:q̄a contrahit bono ꝓposito de consilio sine voto nō est pctm̄.qđ patet de illo qui ex cōsuetudine & de cōsilio dicit quolibet die aliquas preces: & postea illas relinquit quando vult sine peccato. Sed q̄ primū is qui vouit vxorē cognouit:tam nō pōt ad religionē vxore inuita transire sed tenetur reddere debitum vxori petenti.Hoc enim est de iure diuino:cum p carnalē copulā facti sint vna caro.& sic sēdo reddēdo/& deinceps non peccat plus q̄ si non vouisset.& ita ex culpa sua absoluitur a parte sui voti p aliud strictius obligans icompossibile de facto suo voto.quē admodum incurrēs ægritudinem ex culpa sua absoluit a teiunio quadragesimæ. ¶Sed an possit petere debitum:est maior difficultas. Et vtrinq; arguit.ad partē negatiuā sic.licitū est ei nunq̄ debitū petere: ergo adhuc est obligatus seruare suū votū quo ad illud quod seruare potest:p illā regulam iuris. Si nō valet qđ ago vt ago:valeat vt valere possit.de quo i cap.prio de desponsa. impuber.libro.vi. Ad ptē affirmatiuā argumentor.tenet reddere debitū:sed erit ei nimis difficile reddere nisi interdum cum muliere dormiēs possit petere. Difficile em̄ est in medijs vndis siti laborare.Insuper matrimoniū esset i nimis grāde onus mulieri.nā ipsa sola haberet verecundiā in petendo:in reddendo em̄ non est tanta verecundia . modo verecūdia debet æqualiter inter eos diuidi:saltem nō relinqui infirmiori vasculo scilicet mulieri,cui verecūdia est magis annexa q̄ viro.ergo etiam debitū pōt petere. Cōcedo conclusionē harū rationū ad partem affirmatiuā adductarum:tā causa ꝓlis generandæ q̄ debiti reddendi ad seruandam mulierē cōtinentem : & ad seipsum ab incontinentia præseruandū. Petat ergo dispensationem ab episcopo qui in hoc casu dispensare potest propter periculum castitatis perdendæ:q̄ in hoc dispensare potest:vt i dicto cap.Rursus. cōmuniter tenetur.quia episcopus dispensat ob periculū fornicationis vt post votū simplex castitatis quis contrahat.ca.Veniens. qui cler. vel vouen.& si ambo cōtrahentes votū castitatis emiserint:episcopus adhuc facere pōt vt debitum petant & reddāt:sed proles sic generata erit illegitima.vt notat Innocentius in cap. Dudum.de conuer.coniug. quia non est amplius matrimonium quo ad exercitium carnis. De illegitimatione tm̄ q̄ est pœnalis/nisi vlterius super hoc doceat,non credatur illi.sed de hac legitimatione parum theologi interest.

¶Cōtra tertiam cōclusionē arguit de voto & voti redēp.cap.Ex multa.§.In tanta.

dispensat epūs:

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit q̄ vir pōt implere votū adeūdi terram sanctam sine cōsensu vxoris:& potest illic tota sua vita pmanere:ergo & potest vouere. Respōdet. vxor pōt virum sequi, vel forte occideretur in bello:& ita mulier erit libera ad contrahendum. Vlterius dico q̄ male & imprudenter facit vir relinquens vxorem suam in periculo incontinentiæ ratione suæ absentiæ. ¶Præterea arguitur probando q̄ quarta cōclusio sextæ repugnet. In pbatione sextæ conclusionis vir vxori reddebat. ergo contractus erat irritatus:& tamē postea cogebatur religionē pfiteri mortua vxore. Respōdetur. non est repugnantia. nam in quarta cōclusione est sermo de viro qui vxore contradicente religionem assumpsit:in sexta aūt cum facultate vxoris. ¶Secundo arguitur contra sextā cōclusionem. vir non debet assumere religionē nisi etiam vxor idipm faciat:vel nisi suspecta nō sit & continentiam promittat. cap. Cum sis. de conuer. coniug. Rñdetur concedēdo q̄ non debet fieri de ordine iuris:& peccat aliter faciendo. mīta em̄ fieri non debent, q̄ tñ facta manēt. & patet exemplariter de pfessione q̄ nec debet fieri nec recipi citra tempus probationis:sed facta & recepta tenet. de regula. & trāseū. ad religio. cap. Ad apostolicam. Similiter homo non debet consecrare post prandium:& tñ reuera consecrat.

¶Pro illa rubrica intricata de conuer. coniug. intelligēda notato q̄ si matrimonialiter coniuncti velint mutare statum: hoc potest fieri multipliciter. aut maritus vult esse episcop⁹ & tunc requiritur vt vxor ingrediatur monasterium, etiam si nō sit suspecta de incōtinentia. patet in. c. Sane. Si vero marit⁹ velit ad ordines pmouer. & vxor sit suspecta, debet profiteri religionē. si non sit suspecta, vouеat continentiā in sæculo. vt dicit̄ in. c. Coniugatus. Aut vult ingredi monasterium:& hoc mīpliciter. Vel inscia cōiuge:aut sciente & contradicēte: aut ea dissimulāte:aut ea cōsentiēte per metum & dolum:vel simpliciter vxor cōsentit nō emittēdo votū:vel etiā vouet. Si duo prima, potest reuocari. Si tertium scilicet sciuit vxor, & dissimulauit, potest in vita reuocare. si aūt in vita non reuocauerit: non pōt post mortem manentis in sęculo/pfessus relinq̄re monasterium. & idē est in casibus præcedentibus si in vita non reuocet:quia iam cessat causa quæ illum ingressum inualidabat. Si alter cōsentit inuitus:fit reuocatio ad suam petitionem. vt in cap. Accedēs. Idem est de dolo. cap. Veniens. Si vero consensit sponte in ingressu alterius, nō tamē emittendo votum continentię:vel ipsa est iuris conscia:aut inscia. Si primū:ipsa tacite cōsentit voto. ad hoc est ar. in cap. Ex pte. Si secūdū:debet ad petitionem mulieris vir a cœnobio euocari. vel vt dicit Ioan. Calde. & Panor. insequitur, & glossa idem ponit in cap. Vxorat⁹. ex iudicis officio:quia pstādo facultatē alteri religionē assumendi ipsa renunciat iuri qđ in alterū habet quare nō habebit amplⁱ⁹ actionē. Sed hæc rō nō concludit:cum sit iuris inscia. sed siue sic:siue minus:nō refert. glossa in ca. Vxorat⁹. credit q̄ vir est religiosus:& votū solēnizauit quo ad se. Ipsa tñ pōt eū cœnobio e euocare vt reddat debitum vxori. & hoc idē credit Panor. q̄ sc̄ē vere religiosus. Ad hoc est ratio:qa mortua vxore tenetur religionē profiteri:ergo non est votū simplex. & ostendit̄ per cap. Ex parte. Si vxor consensit ingressu viri vouendo continentiam: & sit antiqua, de qua non sit mala suspicio, potest manere in sæculo:& alter in religione perseuerabit. vt ī cap. Cum sis. & in cap. Vxorat⁹. Si aūt remanēs in sæculo sit iuuenis & suspect⁹ vel suspecta de incontinentia:non debet suptor alterū pati religionē pfiteri nisi alter sit̄ factat. sed si reuera pfiteat̄ tenet pfessio:qa pfessio vnius coniugis non est de substantia pfessionis alterius. suspect⁹ aūt ex istēs in sæculo postq̄ vouit/cōpelletur igredi monasteriū:& hoc si vouit pfiteri religionē. vt i cap. Agathosa. xxvii. q. ij. Vbi vero simplr vouit solū cōtinētiā, dando marito facultatē assumēdi religionē:si erat iuris cōscia/cogeť pfiteri. xxxiii. q. v. Qui vxorem. si erat iuris inscia:nō cōpelleť pfiteri/sed esse in monasterio. ¶Ecce quō votū simplex vtriusq̄ matrimonio nō repugnat: & p consequens vir & mulier possunt vouere cōtinētiam statu non mutato. talia aūt matrimonia dicuntur sanctiora. xxxiii. q. v. Q đ deo pari. & sic vouentes possunt melius cōtēplationi vacare/a carnalibus cessando. hic Plato de diuinis profūdius est meditat⁹. Sed de mutatione status etiam vtcūq̄ patuit:quomodo vnus post carnalem copulā possit religionē assumere, alia cōiuge ignorante/sciente & inuita/per metū, dolū, dissimulationem:aut cōsentiendo q̄ alter religionē pfiteatur: siue sit iuris inscia siue conscia: vouēdo cōtinentiam:vel profitēdo religionem. Quomō aūt possit religionem assumere ante carnalem copulam/superius dictum est. & quomodo post adulterium altera parte inuita possit:paulopost videbitur.

ET quia magister i vltimo capi. huius distinct. quærit: qbus temporibus non possint nuptiæ celebrari:idcirco dubitať qñ possint nuptiæ celebrari:& qñ non. Respondeť, cū dictū de matrimonio sit prohibitoriū/qđ nō est phibitū/p cōsequētiā est pmissum. Dico igit̄ q̄ nuptiæ pohibēť celebrari ab aduentu ad epiphaniā vsq̄ inclusiue. xxxiii. q. iiii. Non oportet. ij. Itē a septuagesima ad octauā paschæ inclusiue. de feriis. cap. Capellanus. Item a primo die rogationū qui est feria scā ante ascēsionē dñi/ad octauam pentecostes vsq̄ inclusiue. quia litera dicit, Vsq̄ ad septē dies pōst pentecosten. sed nō essent septē dies ni si dominica includeret. Qui tñ his tēporib⁹ cōtrahit:reuera cōtrahit, sed cōtra pohibitionē ecclesiæ & male agit:iuxta versus quos recitat glossa i capitulo præfato. Ecclesiæ vetitū, necnō tēpus feriarum Impediunt fieri:permittunt facta teneri.

¶Distinctionis Trigesimætertiæ Quæstio Prima.



IRca distinctionem trigesimam tertiam i qua magister de vxorū pluralitate loqtur Quærit. an liceat vel licuerit vnq̄ si mul plures habere vxores. Respōdetur per cōclusiones:quarū prima est. Licuit dispensante deo simⁱlr habere plures vxores. Probať hæc cōclusio sic. habere plures vxores, non est per se & in se malum sicut odium dei:ergo potest deo auctore bene fieri. Consequentia tenet:quia in omnibus talibus potest deus dispensare. Secundo probatur idem habere plures vxores non est contra ius naturæ proprissime acceptum, ergo in illo potest deⁱ⁹ dispensare. Tertio. Viri optimi, famuli & amici dei familiarissimi habebāt plures vxores. ergo illud erat licitū. Consequētia hæc est nota in lumine naturali. Antecedēs patet ex scriptura de Abrahamo qui habuit Saram & Agar. de Iacob duas sorores habente, scilicet Liam & Rachelem cum duabus earum ancillis:& tempore legis de Helcana habente Annam & Fenēnam. primi Regū primo. de Dauide plures vxores habente. vt ex primo Regum & secūdo notum est. ¶Secunda conclusio. admittere vnum virum simul habere plures vxores sine dei dispensatione est contra vtilitatem publicam. Probatur. Illud est contra vtilitatem publicam qđ lites, rapinas/& vitia in republica nutrit. sed sic est in vxorum pluralitate. igitur. consequentia est nota cum maiore. minor ostenditur. nam matrimonium propter prolem quæritur, pro pacifica cohabitatione viri & mulieris, pro domo, pueris, & familia moderandis/& pro acqrendis & conseruandis bonis fortunæ:licet primum per vxorū pluralitatem melius acqratur q̄ per earum singularitatem. alioq̄ autem sequentium opposita pueniret. Nō em̄ esset pacifica mulierum cohabitatio iter se: ac cū marito lites & iurgia haberent. quod patet exemplo de famatis mulieribus in bonitate. quid erit ergo in alijs? vide quanta fuerit inuidia inter Saram & Agar, postq̄ ipsa concepit. Genesis. xxi. Rachelis in Liam, quia filios non habebat Rachel vt Lia. Genesis. xxx. quanta Annæ sterilis in Fenennā fœcundam. quanta Mariæ ad Moysen propter Aethiopissam. Numeri. xij. Refert beatus Hieronymus contra Iouinianū/cum Xāthippe & Mīro vxores Socratis crebro iter se iurgarent:& ille eas esset solitus deridere q̄ propter se fœdissimum hominem, simis naribⁱ⁹, recalua fronte, pilosis humeris, repandis cruribus discēptarent: nouissime verterunt in eū impetū:& male multatū/fugientēq̄ diu persecutæ sunt. Quōdam cum infinita conuicia ex superiori loco ingerenti Xanthippe restitisset:aqua perfusus immunda nihil amplius respondit q̄ capite detorso Sciebam (inquit) futurum vt post ista tonitrua imber subsequereť. Ex his videre licet quæ pax futura sit vxorum inter se & cum marito: visa earum impudētia. vnde Lactantius tertio instit. diuⁱ dicit, nunq̄ aliquam mulierem sciusse philosophiā nisi Themestē. Et Tertio Politicorum ait Aristoteles. Si mulier sit eloquens, nō est virtuti ascribendū sed loquacitati. ac si diceret. Suapte natura mulier est loquax. Cui consonat Baptista in Bucolicis Aegloga quarta de muliere loquens. Et lepor in molli radiat meretricius ore. Flet, ridet, sapit, insanit, formidat, & audet. Vult non vult:secumq̄ sibi contraria pugnat. Mobilis/inconstans/vaga, garrula/vana/bilinguis: Imperiosa/minax/indignabūda/cruenta / Improba auara/rapax/querula/inuida/credula/mendax. & paulopost. Seminat in vulgus nugas: auditaq̄ lingua Auget:& ex humili tumulo ꝓducit olympū. Dissimulat/simulat, doctissima fingere causas, Orditq̄ dolos:fraudiq̄ accommodat ora. Hinc mulier testimoniū ferre prohibetur in causa criminali. de verbo. significa. in. c. Forus. vbi dicitur. Nam varium & mutabile testimonium semper fœmina producit. Et glossa i'lic versus ponit. Quid leuius fumo? flamē. Quid flamine? ventus. Quid vēto? mulier. Quid muliere? nihil. Cum igitur iste sint mulierum conditiones:quō morabitur aliquis in pace cum eis? Et cum sint natura auare/vt Seneca in libro Declamati. dicit colligerēt pro se & suis liberis:& maritum bonis fortunæ spoliarent:potissimum vbi curam habetent familiæ. quēadmodū habent in magna pte

Universidad de Deusto
Biblioteca

Europæ: vbi i domib⁹ nō cōcludunt. Cū igit hęc incommoda contingant: cōtra vtilitatem publicam humanam est plures habere vxores. Lege autem ciuili cū q̄ binas habebat vxores cōcomitabatur infamia. C. ad. l. Iul. de adul. l. Eum q̄ binas. Et Genesis. iiii. de Lamech scribit. Quiacce pit duas vxores. qđ non sine sale adiectum est. vbi glossa interlinearis. Primus contra naturam & morem/adulterium cōmittēs. Adde q̄ vxorum multitudo non facit amicitiam in republica inter affines. non inter socerū & generum. nā licz Bocchus Iugurthæ filiam haberet vxorē: Iugurtham Sylę dolo tradidit. Dat causam Sallustius in Iugurtha quare mulier i Aphrica nō annectit duas domos in charitate/dicēs id esse propterea q̄ Numidæ & Mauritani tot hñt vxores/quot alere queunt. ¶ Tertia conclusio. Nullo mō licet in lege gratiæ plures tenere vxores. Probatur ex verbo Christi Matthæi. xix. Quicūq; dimiserit vxorē suā nisi ob fornicationē: & aliam duxerit mœchatur. Si em̄ dimissa vxore nō licet aliam ducere: multo magis nec ipsa retenta. Secūdo p̄ bat idem: per rationes Innocētii tertij in. c. Gaudemus. de diuor. §. Quia vero pagani. Christus siqdē, reduxit matrimoniū ad primariā institutionem qñ dixit. Ab initio autem non fuit sic. Sz Adæ dictū est. Erunt duo in carne vna: nō tres vl̄ quatuor. & Adhærebit vir vxori suę: n ō vxoribus suis. Nulli em̄ vnq̄ licuit simul plures vxores habere: nisi cui fuit diuina reuelatiōe cōcessū.

¶ Contra primā cōclusionē arguit Nunq̄ licuit vni mulieri habere plures viros: ergo nec vni viro plures habere vxores. Dicis. cōsequētia est nulla. nā vir vn⁹ i pauco tpe pōt plures impgnare mulieres: sed plures viri nō ipgnarent vnā. Cōtra. cōtingit vnū virū esse frigidū. Si dicas tūc posse esse diuortiū: oppono. pōt cognoscere mulierē: sed erit ineptus ad generandū ¶ Respondet. inter arguendū discrimē tactum est. fateor tm̄ q̄ deus poterat cū vtroq; dispēsare q̄ sicut vir potuit plures vxores habere: ita vna mulier dispēsante deo potuerit plures habere viros. sed vnū est magis cōgruū q̄ aliud. nā l; plures vxores cōcitarēt lites & rixas mutuas, & seqrētur mala i pbatione sctæ cōclusionis allata: plura tm̄ sequerent abominanda iter viros: q se mutuo ferro cōfoderēt: vbi mulieres solū litigant: & ex instabilitate ad pacem redeūt. nō sic aūt viri. ¶ Secūdo arguitur. qm̄ Abrahā cōtraxit cū Sara/ipsa habebat dominiū corporis ipsius Abrahæ. ergo Abraham nō poterat dare dominium sui corporis alteri: cum iā datū esset Sarę. Insup poterant ambæ simul debitū coniugale petere: & non poterat vtriq; simul satisfacere: ergo neutri contra dicta in distinctionib⁹ immediate p̄cedētibus. nec est maior ratio quare debitum exoluere tur vni potius q̄ alteri. igit. ¶ Respondetur ad primū q̄ Abrahamus cōsentiēte Sara dedit dominium partiale sui corporis ipi Agar. Genesis xvi. & xxxii. q. iij. Dixit Sara ad Abraham. Ecce conclusit me dñs ne parerē: ingredere ad ancillā meā: si forte saltem ex illa suscipiā filios. Sic forte Rachel cōsensit q̄ Iacob duceret Liam p̄ pter cōsuetudinē Mesopotamiæ ne minor natu nuberet ante maiorē natu. accepit autem Balam & Zelpham ex consensu Liæ & Rachelis. Genesis. xxx. & sic introducta est consuetudo ex cōsensu expresso vel tacito prioris vxoris/accipiēdi secūdā vxorē. modo sciēti & volēti nō fit iniuria. v. Etht. De⁹ tm̄ poterat dare facultatē viro ducēdi secūdā, priore repugnante. vtraq; ergo vxorū habebat dñium corporis mariti. Ad secundū prudentes erant mariti: & vxoribus determinata tēpora assignabāt. qđ patet Genesis. xxx. vbi p̄ mandragoris quas repperit Ruben tpe messis Rachel concessit Liæ q̄ vir cū ea dormiret vna nocte. ex q̄ genit⁹ est Issachar. nā bonæ illæ matronæ gnatiōi operā dabāt libidine neglecta. Ex quo satis cōuincit q̄ noctes habebāt determinatas p̄cōcubitu maritali. ¶ Tertio arguit. Agar fuit ancilla Saræ: ergo non fuit vxor Abrahæ. Sic Bala & Zelpha. & iterdū vocant cōcubinæ. nā Salomō legit tertii Regū. xi. habuisse septingentas vxores quasi reginas, & trecētas cōcubinas. ¶ Rñdet. vxores min⁹ principales, q̄ forte vxorū p̄cedentiū erant veræ ancillæ, postea fiebāt veræ vxores: sed manebāt i seruitio sicut antea. quēadmodū si nūc potēs senex duceret vxoris suæ ancillā post mortē vxoris propriæ: qa castitatē & p̄bitatē ancillæ iā nouit. quō prudētes & magnos viros senes in patria mea factitāes noui. Et pauperiores mulieres dicebant cōcubinæ: q̄ tm̄ veræ erant vxores sicut diuites. Patet istud Iudicū. xix. & secundi Regum. xvi. vbi Achitophel consuluit Absaloni vt ingrederetur ad concubinas Dauidis patris: q̄ erant verę vxores Dauidis. Sed licet Deuteronomij. xvij. p̄hibitū fuerit regi habere plurimas: nō tm̄ plures. quare i hoc Salomō peccauit: & in deū ingratissimus erat, q̄ sibi sapientiā tantā dederat: & latū iperiū cum quete. Qz aūt mille sic haberet, poterat esse sicut de Assuero gētili scribit: q̄ nulla veniret ad regem nisi vocata. nam multæ earū rarissime vocabant forte nō ap̄li⁹ semel. ¶ Quarto arguit. vel licuit habere plures vxores ob hominū paucitatem in cultu dei: & hoc nō, vt patet ante diluuiū. nā Lamech, vt dī Gene. iiii. magno opprobrio habebat q̄ binas habuit vxores. vel p̄pter aliq̄d aliđ ¶ Rñdet. sola paucitas hominū non erat causa

quare deus dispensabat. sed causa fundamētalis erat dei voluntas. nā in principio erant hoies bñ instituti: & manserunt vna contenti. postea genere humano multiplicato cum multi idololatrię & vitiis se traderent: volens deus gentem vnā parare habere in qua fidem plātaret, admisit vxorū pluralitatm gratia filiorum p̄creandorum.

¶ Contra secūdam conclusionē arguitur. In historia triptita libro octauo/capitulo vndecimo/legit q̄ Valentinianus senior legē p̄tulit vt p̄creationis causa liceret duas hīe vxores. Insuper durū ē dicere q̄ omnes/plures vxores habentes sint damnati: vt optimus Socrates duas vxores habēs: & multi alij. ¶ Respondet. ille Valentinianus erat Arrianus: & legē illam ob suā libidinē tulit. qđ ab effectu patuit: nam ipe p̄ter Seueram vxorē/Iustinam duxit: ex qua Valentinianus iunior natus fuit. Ad aliud dicitur q̄ cū ante legē gratiæ non oēs tenerent legem Mosaicam suscipere: viuentes in lumine naturali saluabantur dummodo legē luminis naturalis bene seruarent: quia illam impressit deus eorū cordibus: q̄ eis tunc sufficiebat. vel si male vixerāt, & pœnitudine ducebant: saluabant sine pœnitētia sacramēto. post legem vero gratiæ p̄mulgatā omnes habentes plures vxores sunt in statu damnationis. lex em̄ gīæ obligat oēs. ¶ Sed cōtra hoc arguitur. Innocētius tertius i cap. Gaudem⁹ de diuor. dicit. Nec vlli licuit vnq̄ habere plures vxores nisi cui fuit diuina reuelatione cōcessum. Respondetur. cum hebræis oībus tempore legis Mosaicæ dispensatū erat: cū principaliores & ariētes in populo plures habere possent, more multorum patrū ante legē. Isaac aūt Christi figura solam vnam habuit. Sed gentiles omnes durū est pro tempore legis Mosaicæ damnare in ea regione in qua erat hominum paucitas post acceptā cladē in bello: vt erat tempore Socratis, quo lex lata dicit fuisse de pluribus vxoribus habendis ob multos Athenienses peremptos. & sic forte sufficit dicere, vbi erat in gentilibus apparens causa in lumine naturali fuisse a deo dispensatū lege interiore sufficiente.

¶ Contra tertiam cōclusionē arguitur. pontifex potest dispensare cum religioso vt vxorem ducat in sæculo: ergo potest dispensare cum viro vxorem sterilem habente vt aliam fœcūdam superinducat. & sic duas habebit. Respondetur concedendo antecedens, quod patebit amplius distinctione. xxxviij. huius. sed nego consequētiam. nam vnum dependet ab actu hominis spōtaneo, & interpretationem suscipit: aliud autem est prohibitum expresse a Christo. & si cum religioso/ de quo ducitur argumentū, dispensetur qui vxorem cognitam in sæculo habeat: non potest aliam illa vxore viuente ducere cum vinculum illud post carnalem copulam nō sit solutum per mortem ciuilem. ¶ Ex dictis igitur habes q̄ in initio orbis conditi nemo poterat simul habere plures vxores. Deinceps autem tēporis successu patres poterāt plures habere vxores dispēsante deo. Scriptura nanq; expresse in Genesi mentionem facit de vxoribus pluribus deuotorum virorum: & postea in lege scripta. quæ pluralitas sine dei facultate non fuisset admissa. Hinc Augustinus super Genesim, vt allegat magister/dicit. Quando mos erat/crimen nō erat. Vlterius diximus q̄ plures vxores habere ē contra bonam politiam humanam. vt patet ex dictis in secunda cōclusione. Cum omnibus his quæ diximus/scimus fœminarum multas esse bonas. nam & ecclesia precatur diuam viginē. Intercede pro deuoto fœmineo sexu. Et licet mlt̄ pronæ sint in vitia: per verecundiam tamē & pudicam vitam, illa plurimæ pessundant, conculcant, & exterminant. Sūt autem humano generi necessariæ: & a deo creatæ i natura bona: modo eam bene moderentur. Aliquid tamen de earum instabilitate & imprudentia secundum exigentiam materiæ quam tracto/ex idustria explicaui, ne homines nimis inordinate erga eas afficerentur. nunc vero eas dem mundo necessarias laudo, vt me circa eas solū tenuisse mediū ostendā. sicut in philosophia latitudo vniformiter difformis reducit ad denoiationē gradus medij.

¶ Distinctionis Trigesimætertiæ Quæstio Secunda.

Secundo quæritur circa eādem distinctiōem. An libellus repudij in lege Mosaica fuerit licite permissus. Pro q̄stionis solutione memoriæ mandabis, quadrifariam aliquid esse pmissum. Primo modo minus bonū maioris boni comparatiōe. hoc modo matrimonium respectu virginitatis est pmissum. & illud est licitum. Secundo modo aliquid est permissū quia nō punitum. & sic nullum positiuum dicit/sed solum impunitatem. & dicitur dissimulatio: permissio simplex/siue tolerantia: quia non punitur/sed non tollitur culpa. hoc modo deus permittit peccata in hoc mundo: quia ea non semper hic punit: sed in futuro puniturus est si in eis

Universidad de Deusto
Biblioteca

qs decedat. Tertio modo pmissio capit vt duo dicit, scz impunitatem, & prohibitionē impeditionis. & hoc modo quis dicitur permittere aliquid quando illud nō punit: & ꝓhibet eos q volunt impedire facientes tale malum. quēadmodum ecclesia permittit Iudæis vti suis cerimonialib⁹, q⁹ vti est mortale pc̄m: id est ecclesia non punit eos pro illo peccato. & cum hoc ꝓhibet christianis ne in hoc eos infestent, vel eos ab hoc peccato impediāt. vt patet i cap. Qui syncera. xlv. distinctione. Quarto vt tria dicit: primo impunitatem: secundo prohibitionem impeditionis: & cum hoc ꝓmotionem. hoc est, assistit aliqd faciēti, auxilium p̄stās vt illud assequatur. hoc modo lex Cæsarea aliquas permittit vsuras qa eas nō punit: & prohibet ne quis impediat exercere volentes: & dat eis actionē in foro cōtradictorio vt eis in vsura soluat. Hoc quarto modo tam licitū q̄ illicitū ab imprudētibus supiorib⁹ pmittit. bona hoc mō pmittunt & mala.

¶ Hoc prænotato dico ad quæstionem, duas esse positiones oppositas: sed ps affirmatiua est ꝓbabilis. q ꝓbat. nā Deuteronomij xxiiii. scribit. Si accepit homo vxorē, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquā fœditatem: scribet libellū repudij & dabit in manu illius: & dimittet eam de domo sua. Ecce libellum repudij pmissum & formam libelli traditam. ergo libellus repudij nō erat illicitus. Sed dicta cōsequētiā inualidā. nā potest legislator statuere legem & formā de modo soluendi meretricib⁹ sine pc̄tō. & etiam accedentes eas soluere possunt sine peccato: tamen actus per quē pecunia acq̄rit/est peccatū. ergo licet possit forma scribi sine peccato: repudiare tamen mulierē est peccatum. Scdo arguit ad idē. Si repudiatio vxoris esset mala: hoc esset/quia vinculū matrimonij est indissolubile de lege naturæ. sed hoc nō obstat: quia in lumine naturali multi diuortium admisere. Patet. ff. de diuor. &. C. eodem titulo. Ostēditur idem de regina Vasthi/cōsilio sapiētū Persarum & Medorum separata. Secūdo, q̄uis esset cōtra legem naturalem: vt Valerius libro secundo cap. xxxiiij. de repudio dicere videtur: cum inqt. Inter virum & vxorē a cōdita vrbe vsq; ad vigesimū & qngentesimū annū nullū iter cessit. Primus aūt Spurius Carbilius vxorē sterilitatis causa dimisit. q q̄ q̄ tolerabili ratione motus videbat: reꝑhensione tn nō caruit: qa nec cupiditatem quidem liberorum, cōiugali fidei præponi debuisse arbitrabantur. Nō plurimū ab hac sententia Aulus Gellius libro. iiii. cap. iij. discrepat. Hoc tn non sufficit. nam licet indissolubilitas matrimonij sit multo rōnabilior q̄ eius dissolubilitas: deus tn potest in diuortio dispensare, sicut i vxorum pluralitate. sed vnū fecit ex q̄stione precedente: ergo & alterū facere poterat. Tertio arguitur. Si reuera non erat diuortium, & matrimonium ruptum: seqtur q⁹ contrahēs cum repudiata nullo modo contrahebat. qd est contra illud qd̄ scribit Deuteronomij. xxiiij. Cūq; egressa alterum maritum duxerit/& ille quoq; oderit eā: dederitq; ei libellū repudij/& dimiserit de domo sua, vel certe mortuus fuerit: non poterit prior marit⁹ recipere eam in vxorē: qa polluta est & abominabilis facta coram dño. ergo textus vult dicere q⁹ ipsa cōtraxit reuera cū secundo, nec prior maritus poterat iterato eam recipere: ne homines redderent propēsi suas repudiare vxores. Itē Matthæi. xix. scribit. Quicunq; dimiserit vxorē suā nisi ob fornicationē/& aliā duxerit, mœchat. ergo per locū a contrario sensu, q dimisent vxorē suam ex causa fornicationis & aliam duxerit/ non mœchat. Sed illud dices nō esse magni pōderis: quia vir potest aliam ducere etiam vinculo matrimonij manēte cum priore. Quarto arguit. Si vxorē repudiare fuisset illicitum: hoc debuit per legem ostendi: secundū illud Esaiæ. lviij. Annūcia populo meo scelera eorū. sed nec ꝑ Moysen/nec posteriores prophetas hoc ostēditur: imo potius oppositum. nam Malachiæ secundo cap. scribitur. Cum odio habueris eam: dimitte dicit dominus deus Israel. Aliter tamen erat de vsura. Quinto Chrysostomus super Matthæū dicit. Sicut apostoli pmiserunt secūdas nuptias ita Moyses pmisit libellū repudij. sed secūdę nuptiæ sunt licitæ: ergo & libellus repudij. Dices. argumētū a simili claudicat vno pede. At licet nō oēs rationes adductę opinionē demōstrēt: videt tn illa pars apparentior.

¶ Contra hanc conclusionē arguit per illud quod respondit Christus Matthęi. xix. ad quæstionem Pharisæorum. vbi sic scribitur. Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum & dicentes. Si licet homini dimittere vxorem suam quacunq; ex causa? Qui respondens ait eis: Non legistis: quia qui fecit hominem ab initio: masculum & fœminam fecit eos? Et dixit. Propter hoc dimittet homo patrem & matrem: & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna? Itaq; iam non sunt duo, sed vna caro. Q̄d ergo deus coniunxit, homo non separet. ergo ex his verbis videtur veritas voluisse dicere libellum repudij illicitum. & ita Pharisęi intellexerunt: vt videtur per eorum obiectionem contra responsionem ei⁹. nam sequitur i litera. Dicūt illi Quid ergo Moyses mādauit dari libellū repudij & dimitterę? acsi more scholastico dixissēt. Cōtra hoc ē auctoritas Moysi. Aut illis. Quoniā Moyses ad duritiā cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras. ab initio aūt non fuit sic. vbi glossa iterlinearis superverbo (Moyses) non deus. ac si diceret. separatio matrimonij erat contra voluntatē dei: sed ad matus malum euitandū permittebatur. Etiam ex verbis Christi hoc videt haberi. Et ita discipuli Christi intellexerūt: sicut Pharisæi, dicentes. Si ita est causa hominis cum vxore: nō expedit nubere. ac si dicerent. Si vicium matrimonij est indissolubile: nō expedit nubere. ¶ Respondetur. obiectum est apparēs ex responsione Christi. Et q⁹ res fuerit intricata: patet a signo. Nūq̄ em̄ Pharisæi in lege exercitati, ꝓposuerunt Christo quæstionē nisi ancipitem & problematicam: vt qcqd responderet/locus restaret obiectioni: more disputationis vici stramnis vel sorbonici actus, qcqd dicatur impugnādo. nō tamē addentes, secundū laudabilem consuetudinem huius almæ vniuersitatis. Si em̄ dixisset libellū repudij fuisse licitū: exp̄sse obiecissent illa q̄ Christus adduxit a principio de Adā & Eua: & bona æqtate naturali in oppositū. Respondeo igitur q⁹ Christus non reprobauit libellum repudii. nam cū ipo esse licito stat tota Christi responsio: q⁹ non sic erat a pricipio: sed ꝓpter duritiam cordis, hoc est, Iudæis ppensis ad vxorum cædem deus pmisit. & sic propter duritiam cordis pmisit licitū. Ad glossam respondet q⁹ non erat dei imperium, sed a deo pmissum. alioqn Moyses hanc viam eis nō aperuisset. Analogiam accipito. Si aliqs Romanus pontifex subtraheret duos dies quadragesimæ i hebdomada qualibet/scilicet diem iouis & martis ꝓpter hoim durtiam & malitiam nō ieiunantiū: non ieiunantes illis duobus diebus nō peccarent: & tamē relaxatio dierum fieret ob durtiam cordis. ¶ Cōtra hoc ꝓbatur q⁹ solutio stare non potest. peccat repudiatā ducens: ergo nō separabat vinculum matrimonij. antecedens patet per verba Christi Dico autem vobis/quia qcunq; dimiserit vxorē suā nisi ob fornicationē/& aliā duxerit/mœchat Et seqtur neruus argumēti. Et qui dimissam duxerit/mœchat. hoc est, q contrahit cum repudiata/mœchat. & hoc nō nisi q⁹ est vxor prioris mariti: & vinculum matrimonij adhuc manet cum priore viro qui eam repudiat. ¶ Respōdet. Christus dicebat vxorem non esse dimittendam nisi ob fornicationem. sic solum libellus repudij fuit licit⁹. Sed vt dicit glossa interlinearis sup illo versiculo. Si ita est causa hominis, Pharisæi multi ad nutum aliter illum locum exponētes dixerūt illud licere ob turpitudinem vel aliam diſplicētiā vel ad nutū. Sed sic exponendus est. Quicunq; vxorem dimiserit nisi ob fornicationem, & aliā duxerit, mœchatur. hoc est, vxor non est dimittenda vllo modo nisi ob fornicationē. Illic enim (nisi) capitur exceptiue. fornicationem ergo excipit. sed qui dimittit vxorē ob aliā causam: vt pote pro turpitudine/vel alia displicentia, & aliā duxerit/mœchat cum secunda: quia vinculū nō est solutū cū priore. Et qui dimissā duxerit/mœchatur: hoc ē qui ducit dimissam aliter q̄ per fornicationem/mœchat. Dedit autem ex industria versipellibus & vaftis pharisæis solutionē inuolutam: ita vt vix caperent in quo sensu responsionē dederit: vt confusi discederent, quia dolose disputabant. Apostolis autem/discipulis/& simplici plebi seorsum lucidas proposuit responsiones cum analogijs rudibus. sicut ingeniosus hō in mēsa sedens inter magnos viros, aliter respōdet sophistæ cauillanti ac inanē gloriolam captāti: & aliter bono viro serioſe quærenti. Si autem clare apostolis coram pharisæis respondisset: illū subito dolose impugnassent. quemadmodū in Sorbona respōdens, primis arguentibus, quos non timet/intellectū suarū positionum referaret: nisi vereretur ingeniosos secuturos. ¶ Ecce libellum repudij licitum. qui propterea dict⁹ est libellus/qa mulier habebat libellum a marito datū: in quo dabatur sibi facultas abeūdi vt alium ducere posset. In libello scribebatur secundum Iosephum. Promitto tibi q⁹ non plus conueniam te cū. Simile ferme ponit in lege ciuili. ff. de diuor. l. ij. Tuas res tibi habeto. vl' tuas res agito. auctoritas autem Christi q̄ sola stringere videtur i oppositum, soluta est ad literā. Ad auctoritates eorum qui oppositū tenuerūt, respondere nō oportet: nisi rōnes ꝑ se adducāt, vl' auctoritates irrefragabiles. Cū em̄ Deuteronomij. xxiiii. libellus repudij sit aptus: nec a Moyse vel a propheta quo q̄ posteriore sit reprobatus tanq̄ malus: imo Malachias inter nouissimos post reditū a captiuitate Babylonica eū admittat: non erat reprobandꝰ pro tempore illius legis. Nūc aūt Christus in lege gratię repudium vetuit/legem de nōrepudiādo primę institutioni coniūgens: & repudium legis Mosaicæ e medio tollens tanq̄ minus perfectum. vt patet Matthæi. xix. & primæ ad Corin. vij. vbi dicit Apl'us. His aūt qui matrimonio iūcti sunt præcipio non ego sed dominus/vxorē a viro non discedere. q⁹ si discesserit: manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Vlterius patet. q⁹ apud gentiles vxoris repudium est iniquius iudicatum q̄ vxorum pluralitas.

¶ Distinctionis Trigesimæ quartæ Quæstio Prima.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primo circa distinctionē trigesimāquartā Quęritur:an impotentia coeundi matrimoniū impediat. Pro solutione q̄stionis notato q̄ aliqua sunt ipedimenta quę virum impediunt ne mulierem cognoscere possit vt naturalis frigiditas.& siue a calore vel qualitercunq; illud a natura proueniat:sub nomine frigiditatis includitur:vt si vtroq; teste careat. Similiter arctatio in muliere impedit ne cognosci possit si illi arctitudini remedium apponi nō possit sine piculo vitæ ipsius:vel nisi mulieris membrum ad generationem aptum abscindatur. Præterea quędam sunt impedimenta quæ matrimoniū impediunt contrahendū:& dirimunt cum hoc cōtractum.& ratio est:quia quædam sunt impedimenta sine qb⁹ nō cōstituit sacramētū. talia ergo dirimunt matrimonium contractum :hoc est matrimonium quod putat inter homines cōtractū. Matrimonium enim reuera cōtractū non potest dirimi. Alia sunt impedimenta quæ impediunt matrimoniū contrahendū:& non dirimunt contractum.hoc est,peccant cōtrahentes & male faciunt:matrimonium tamē tenet:vt post votum simplex:post interdictum ecclesię:& in matrimonio clandestino:& in temporibus p̄hibitis. Et ita aliquæ personæ sunt illegitimæ ad cōtrahēdū absolute,q̄ simpliciter a matrimonio arcētur. Aliquæ simp̄r legitimæ:& aliquæ medio modo se habent,neq; legitimę plene & perfecte, vt vouētes:neq; illegitimę cōplete. sunt tñ legitimæ p̄sonæ:vt legitimū opponatur in toto suo ambitu, illegitimo. Aliquę itē sunt illegitimæ categorice & simp̄r:aliquæ cōditionaliter si partib⁹ vel ptis̄pliceat:possunt tamen si velint sic p̄sistere.

¶His prę̄missis pono aliquas cōclusiones ad titulū quę̄stionis respōsiuas: quarū Prima est.Matrimonia habēt diuersa impedimēta:ipsum contrahendum impedientia. Probatur omnis effectus qui ex causis impedibilibus constituitur,potest impediri. matrimonium est huiusmodi.igitur. minor patet,quia ex cōsensu cōtrahentium & personis legitimis conflatur.¶Secunda conclusio. Impedimentum in viro perpetuum ante matrimonium,siue naturale, siue accidentale,ratione cuius non potest mulierem cognoscere,impedit matrimonium:si fuerit mulieri ignotum. Patet hæc conclusio de frigid.& maleficiat.c.ij.& iij. Ratio conclusiōis est,quia error impedit matrimonium:vt in distinct.xxx.dixim⁹. si enim sciret mulier/non contraheret cum tali. ¶Tertia conclusio.contrahens cum impotente ad copulā sciens/vere contrahit.patet in.c. Consultationi.eiusdem titu.Ratio cōclusionis est:qa non est de essentia matrimonij carnalis copula. vt longiuscule in.xxx.distinct. ostendimus. ergo si personæ inter se consenserint,licet vir sit impotens ad carnalem copulam/est verū matrimonium:quia est consensus mutuus sufficienter explicat⁹.nec ecclesia illegitimat personas illas absolute:sed solum si alter dissentiat. ¶Quarta cōclusio. Arcta contrahens cum aliquo,cui absq; diuino miraculo auxilium dari non potest,vel si ne corporis probabili periculo,, non vere contrahit.patet in.c. Fraternitatis.eiusdem titu.Ratio est:quia matrimonium ordinatur ad duo potissimum/in officiū sc; & in remedium.neutrum aūt in hac haberi potest. cum eñ non possit cognosci:non erit generatio:nec potest viro esse remedium contra incontinentiam . Rationabile ergo erat mulierem reddere illegitimam, nisi vir in eam consentiret.

¶Cōtra secundam conclusionē argumētor. Sequtur ex ea q; inter senes nō sit matrimoniū.cōsequēs ē falsū,vt p;.C.de nup.l. Sācim⁹.& xxvij.q.j.Nuptiarū.R̄ndet.nullo mō seq̄t nā licet vltra septuagesimū annū viri nō generēt possunt tamē mulierē cognoscere:q̄is semē ab eis diffusum ad gn̄ationē non sufficiat. Iuuenes nanq; xiiij.annos nati vere contrahunt supposito q; postea possint mulierem cognoscere: alioqn infirmi contrahētes non vere contraherent. quod est falsum.¶Secūdo arguitur.sequitur q; fornicatio simplex in casu nō sit pct̄m. cōsequēs est falsū:ergo & añs.Cōsequētiā p̄bo.si fortes frigidus cohabitet cū Berta:& i fine triēnij,i quo potest cum muliere cohabitare,vt patet in.c. Laudabilē.istius titu.videat se nō posse mulierem cognoscere:& idē iudicet mulier:probabiliter iudicat q; hæc non est vxor eius:ergo eā cognoscēs quantū in se est,fornicatur vel fornicationi p̄babilissime sese exponit.Et qui exponit se periculo dubio pct̄i mortalis/mortal̄r peccat , sicut exponēs se piculo dubio de aliquo occidēdo.¶R̄ndetur negando seq̄lam:sed circa eā rē pōt se habere cōiunx sic vt nullum sit peccatum:vel vt peccet. si eñ sit cert⁹ de frigiditate:& cōiūx nō cōsentiat in frigidū,peccat.Vnde sicut Innocentius tertius dicit in cap.Inquisitioni.de sen. excōmu. et Lucius tertius in cap. Dñs.de secūis nuptijs.vl' alter

coniugū certo scit impedimentū cōiugij: vel habet conscientiā ex credulitate leui & temeraria:vel ex p̄babili & discreta. Si primū:nec debet reddere debitū,nec petere. Si secundū : deponat illam cōscientiā secdm cōsiliū sui pastoris. & tunc tam reddat q̄ petat. Si tertiū:nō exigat debitum, sed reddat. In primo mēbro nulla est difficultas . In secundo membro deponat cōscientiā per motiua in oppositū rationabiliora, & secdm iudicium prudentū cū quibus confert.nā stante iudicio de opposito per suā conscientiā, nō potest assentiri iudicio prudentū: quia nō potest habere iudicia contraria.& si quę particulari cōscientię contraueniat etiā erroneę,peccat:sed sua cōscientia euacuata,reddendo nō peccat.vt patet ex tertio mēbro. neq; petendo: quia tam recte informatus assentitur esse verū matrimoniū inter se & Bertam. & p cōsequēs licite more aliorū potest debitū petere. Si aūt habeat scrupulos leues:hoc est motiua aliqua parui momenti q; nō sit matrimoniū:assentiendo rationabiliter esse matrimoniū,potest expetere debitū & reddere. habere eñ scrupulos in oppositū, nō est opposito assentiri . nā assensus oppositi cōtrariantur.iij. Metaphysicę. Si vero habeat probabiles rationes etiā equilibres/potest reddere debitū:nō aūt petere.ratio primi est:quia probabile est esse matrimoniū:pone q; sit p̄blema neutrū:& habet rationē q; reddēdo debitum peccet,eo q; nō est matrimoniū.habet etiā rationes tot & tātę efficaciæ in oppositū q; sit matrimoniū,& q; nō dando,peccaret. Et cū alter coniugum sit in possessione:lite pēdente nihil debet innouari:sed potest reddere debitū . Petere autē debitū nō potest.& ratio est:quia nō petendo nō peccat:illud membrū est certū:petēdo aūt exponit se periculo peccati:cū nō sit releuamen in oppositū,iuxta notata in secūda q̄stione prologi.ergo nō debet petere.Cōformiter potest se habere iste frigidus vel vxor eius peccando vel nō peccādo,secdm cōscientiā & motiua rationabilia quæ habet.nā potest habere iudicium q; sit matrimoniū:& q; nō sit frigidus.& sic eius coniunx.Et q̄uis sit frigidus,sic nō peccat. forte eñ placet eis simul cohabitare nō obstāte frigiditate. Si vero rationabiliter dubitet de matrimonio:patet solutio ex dictis cū alio membro. Si ex stulta opinione sua peccet,quid ad nos? ad dicitur de longa cohabitatione,pōt ita impedimētū esse notū: vtpote per aspectum,aut quia non potest seminare in vas debitū: vel quia ipsa est adhuc virgo: & tūc nō diu simul cohabitabunt.si quis aūt statim reclamet quādo res est anceps:diutius simul cohabitabūt:& toto tēpore dubitationis debitum reddens quātū in se est nō peccat:nec etiam petens: dūmodo habeat probabile motiuū q; possit mulierem cognoscere:quia nihil aliud ad verū matrimoniū requiritur.nā potest nescire quid sit mulierem cognoscere:& facere potest in hora quod non fecit in anno.

¶Dubitatur: cum hic de mulierum sterilitate & virorū frigiditate tractetur: quid causæ sit quare reges & principes raro habeāt liberos, agricolę aūt & plebei plurimos generent. Et dubitationis ratio est. nā pauperes minus generationi vacant:quare pauciores proles habere deberent. In oppositum tamē est quotidiana experientia. ¶Respōdeť.multiplex est ratio. Prima ob eorū culpas.nā liberos nō merentur in peccatoꝝ pœnam,secdm illud Psalmographi.Beati oēs qui timent dominū: qui ambulant in vijs eius.& quæ sequūtur.Psal.cxxvij. Secūda ratio ē naturalis. nam excessiue coitui vacātes nec pariunt nec generant:vt euenit de mulieribus prostitutis: q̄ nū q̄,cum se omnibus applicēt,pariunt. Sed nō est idem omnino in viris & mulieribus:in his enim est seminū variorū forte cōtrariorū in matricem coniectio:& nō sufficiens quies. non sic in viris. Sed principes,& crebro coeuntes nō patiuntur semen concoqui:sed ante concoctionē sufficiētē cōcumbūt:quare est inutile. Pręterea a crapula & excessiuo potu obruūtur, sic vt natura sit p̄stracta:quare ad generationem sunt inepti. In ieiunio nāq; aliqui plus polluuntur noctu in somno: q̄ post splendidā cœnā. Petrus Ebanensis Aristotelē exponēs quarta particula problematū dicit se audiuisse quēdā iuuenē ieiunantē duobus diebus in hebdomada in pane & aqua:dicētē se illo tempore pollutiones nocturnas passum. Et Aristoteles tangēs causam in problemate citato dicit. Foramina corporis,ieiuno sunt inaniora: repleto aūt plena habētur. itaq; impediunt ne humor seminis genitalis valeat pmeare . Adde q; ex delicatioribus cibis,etsi superflue assumptis, natura ad se multū trahit,ita vt nō relinquat superfluū tertię digestionis.Mulieres etiā istę delicatę sunt ociosę:& humidiores excessiue fiunt.Ediuerso aūt in pauperibus cōtingit.nā exercitant in laboribus tā domi q̄ foris in agris. propterea minus pingues & humidę sunt q̄ fœminę diuites.insup cōmunib⁹ & minime exquisitis vescūtur cibarijs:& temperate ac raro rei veneręq dant operā:quapropter crebrius pariunt.¶Ecce quomodo ex pte frigiditatis viri & arctitudine mulieris cui p artem subueniri nō potest sine corporis discrimine,impedimētū redditur: si partium alteri placeat.possunt tñ si velint,matrimonium inter se cōtrahere. Sterilitas aūt fœminę dummodo cognosci possit nō est impedimētū.quare ob

Universidad de Deusto
Biblioteca

sterilitatē mulier dūmodo ipsa tēpore matrimonij cognosci possit,nō est a viro remouenda.nec in hoc Romanus pontifex dispēsare pōt. Eodē modo si vir possit mulierē cognoscere tempore matrimonij,licet post matrimoniū nō possit:sed fiat impotēs etiā ante carnalē copulā:manet matrimoniū:nec vxor pōt aliū maritum habere nisi ipse religionē ꝓfiteat. Si vero putatus frigidus a muliere separet, & cōtrahat cū alia:cogetur ad priorē redire. nā verū erat matrimoniū: & nullū impedimētū,sed solū putatū. Et ꝓz illd. xxxiij. q.j.c.Q d aūt interrogasti. Si qs aūt sit impotēs cognoscere Bertā:& possit cognoscere Tebergā potest cū Teberga cōtrahere & nō cū Berta, quā nullo modo pōt cognoscere. quēadmodū si qs nullā mulierē possit cognoscere,cū nulla contrahit nisi aliqua velit.& potēs quācūqz mulierē cognoscere cū qualibet cōtrahere potest si aliud nō obstet. Si Berta q̄ cōtraxit cū Sorte, quā ipse cognoscere nō potest,separato matrimonio cognoscatur a Platone:& forte ꝓpter vsum carnis pōt a Sorte cognosci:qd facto opus sit,& alijs eiusmodi,nō insisto:nec vtile censui. ¶In dubitatione tetigimus varias causas habēdę prolis:quarū prēcipua est,bene viuere in mādatis dei. hoc em̄ maximopere cupiēs sobolē & se perpetuare i sobole,exequi studebit:qa forte deus eū vel eā sobole habēda frustrat ob eius meritū. Secūdo obest q̄ nimis rei veneręq coniunx dat operā extēsiue cū pluribus,vel intēsiue cū suo vel sua. Tertio ꝙ nō tēperate viuit,nec laborat.

¶Distinctionis Trigesimęquartæ Quęstio Secunda.

SEcūdo circa eādem distinctionē q̄ritur. An maleficiatus possit cōtrahere. Respōdetur p duas cōclusiones.quarū prior est. Alię quę sunt mulieres maleficę & magicę.patet.cōtra tales grauissimę pœnę tā a sacris literis q̄ ab humanis legibus cōstitutę sunt.quę pœnę ꝓ chimeris non cōstituūtur.igit̄.Vnde Leuitici.xx.scribit̄. Anima q̄ declinauerit ad magos & ad ariolos:& fornicata fuerit cū eis:ponā faciē meā cōtra eā:& interficiā illā de medio populi sui.Et in fine eiusdē cap.Vir siue mulier in quibus phytonicus vel divinationis fuerit spiritus, morte moriantur. lapidibus obruent eos,sanguis eoꝝ sit super illos. Propter hoc peccatum Ochozias ægrotus mortuus est.quarti Regū primo.& Saul. primi Paralipo. x. Pœna aūt capitis scām leges sunt plectendi.& si accedant domū alterius:debent cremari:& eorū bona oia publicari. C. de malefic.l. Nemo.&.l.Culpa.Virgilij etiā quarto Aeneidos hanc artē vitandā docet,vbi Dido sororē sic alloquitur.Testor chara deos & te germana,tuūqz Dulce caput: magicas inuitam accingier artes. ¶Secūda cōclusio. Maleficiatus perpetuo,non potest contrahere. Probatur cōclusio. Nā primo est impotēs mulierē cognoscere:& mulier potest auribus viri intonare,volo eē mater:licet hoc nō impediat matrimoniū.modo em̄ possit vir mulierē cognoscere,nō requiritur maternitas. Secūdo probatur per rubricam quā tractam⁹, & cap. allegata,vbi frigiditati semper perpetuū maleficium connungitur.

¶Contra priorem cōclusionē arguitur.Nullus est maleficus:ergo quęstio ꝓsupponit falsum. Antecedēs patet. xxvj.quęst.v.c. Episcopi.& est ex concilio Acquirensi depromptū. vbi sic dicitur.Illud etiā nō est omittendū ꝙ quędā scelerate mulieres retro post sathanā conuersę, dæmonū illusionibus & phantasmatibus seductę credūt se,& ꝓfitentur cū Diana nocturnis horis dea Paganorū, vel cū Herodiade, vel cū innumera multitudine mulierū equitare super quasdā bestias:& multarū terrarū spatia intempestę noctis silentio pertrāsire:eiusqz iussionibus obedire velut dominę:& certis noctibus ad eius seruitiū euocari. Paulo post scribit̄.Q uapropter sacerdotes per ecclesias sibi cōmissas populo dei omni instāter prędicare debent: vt nouerint hæc omnino falsa esse: & nō a diuino sed a maligno spiritu talia phantasmata mētibus fidelū irrogari arbitramur.Et paulo inferius. Quisquis ergo credit posse fieri aliquā creaturā,aut i melius aut in deterius immutari:aut transformari in aliā speciem,vel in aliā similitudinē nisi ab ipso creatore qui omnia fecit,& ꝓ quē oia facta sunt:procul dubio infidelis est & pagano deterior. ¶Respōdetur.hoc cap. propterea non vult negare sicut nec debet,quin viri & mulieres & alia bruta a dæmonibus reuera deducātur localiter per spatia. Cuius possibilitas declarat̄.Nā angelus Thobię corpus assumpsit:& Thobiā in Rages Medorū asportauit:ille em̄ angelus corpus assumptū mouebat.Idē fecit dæmon de humanitate Christi. Matthęi.iiij. Et angelus trāsportauit Abacuc a Iudea in Babylonē:vt Danieli cibū ministraret. Danielis. xiiij. Angelus itē mouet cęlū ab oriēte in occidentē in.xxiiij.horis.& anima mouet corpus. Quare ergo angelus bonus vel malus non poterit mouere homines,lupos, equos, vel alia corpora:quoꝝ resistētia nō est æqualis potentiæ motiuę eius si sibi relinquat̄? Sed vult illud capdicere,ꝙ nō omnis qui putat se deferri localiter,

sic defertur.crebro em̄ est error.qd patet p simile de patiente incubū: vbi est sanguis coadunatus circa cor dormientis resupine post splendidā cœnam:si sit humoribus plenus. videtur nāqz vir ꝙ sit reuera magna mole externa ꝑsius,vel mulieri:& tamē nihil externū est. Nec debet aliquis asserere se esse localiter motū nisi aliunde doceatur.sicut somnians se esse sup trabem non debet illud asserere,nisi rationes valde ꝓbabiles ad hoc habeat.& vbi sunt rationes hincinde oppositæ: dicere debet sicut Apostolus secūdę ad Corinth. xij.Nescio an in corpore, an extra corpus, deus scit. homo em̄ nō debet assentiri visis in somno nisi vigilans de hoc doceatur. Vbi vero in alia ꝑte dicitur nō posse aliquid mutari de specie i speciē,nō est hic sermo de specie essentiali & quidditiua.non em̄ credo cū Iosepho de Nabuchodonosor ꝙ deus possit facere hominē,bouem,vel equū,quia hoc implicat.sermo est illic de creatione proprie dicta:de qua in prima q̄stione primæ dist.huius quarti loquuti sumus:quę creaturę nō cōpetit.nō em̄ potest facere creaturas quas deus. ipse nāqz potest formā substantialē producere & corpus:& partes cōiūgere,totū cōpositū ꝓducēdo:qd non potest facere angelus. bene tn̄ potest cōiungere actiua passiuis:vt agentia naturalia ꝓducantur.vt dicit glossa Augustini Exodi. vij. Dæmones q̄uis mali,naturā suā nō amiserunt. Ideo dū per incantationē eoꝝ, malefici aliquid efficere conātur,discurrūt p mundū:& subito semina eorū de quibus hoc agitur,asserūt:sicqz de illis ꝓmittente deo nouas rerū species ꝓducunt. Nihil aūt hic faciūt nisi ꝙ actiua passiuis applicant:sicut Vulcanus in formatione ignis. & hoc in creaturis imꝑfectis. Etā de animalibus perfectissimis,scilicet homine:glossa marginalis Geneseos.vj.tenet hoc nō esse improbabile:vtpote de gigantibus a dęmonibus incubis genitis. Qz vero dęmon possit semen viri impedire si sibi relinquatur:patet multis modis.Primo modo iter virū & mulierē.nā pōt impedire meatus p quos fluit semen in corpore.licet em̄ sit spiritus:potest corpus mouere expulsiue:vt patet ex dictis. ergo potest impedire semē ne p meatus naturales currat:etiā si ab oībus partibus corporis diffundatur:vt dixerūt antiqui ante Aristotelem. quia erit p totū corpus existēs.multo magis potest seminis diffusionē impedire si a determinatis ptibus corporis diffundatur: & magis seminis generationē.Aliqę aūt sunt herbę spermatis nutritiuę & calefactiuę, vt apud auctores notū est. sed exēplificare nō cōducit. Aliqę sunt frigefactiuę:q̄ febricitātibus in æstate cōcedūtur. Influētia etiā cęli ad hoc multū facit. Aristoteles in problematibus dicit viros in hyeme & in tēpore frigido veneris magis appetētes: & minus in ęstate.oppositō modo de fœminis. Cū itaqz homines illa experimēto nouerint: multo melius dæmones ea capiūt.Nō ergo mirabere si dæmones possint carnalē copulā impedire: & veneficę mulieres dæmonū auxilio aduitę.

¶Secundo arguitur contra eādem conclusionē.Magicę mulieres & dæmones p dicta non possunt rē de vna specie essentiali in aliā mutare:sed tanta est apparentia ꝙ rem de specie essentiali in aliā transmutent:quāta de quibuscūqz alijs trāsmutationibus:ergo non habes dicere ꝙ aliquid faciāt.Respōdetur.licet multa de trāsformatis legātur:& aliqua apud poetas:vt apud Nasonem in Metamorphosi: poetarū figmenta sunt:& intelligentiā latentē & moralem habēt.vt de multis in porcos mutatis: qui in viros sordidos luxui deditos & in gradum bestialitatis vitij descēderūt.Poetarū nāqz mos est sub nube allegoriā seu moralitatem includere:vt apud Aesopum & alios intueri licet. Alia ad literam aliquo modo verum habēt:iudicio tn̄ plurimū erroneo hominū.vt videre est apud Augustinum.xviij. de ciuitate dei.ca.xvii.de socijs Diomedis i aues conuersis.Et apud poetā dicentem.Carminibus Circe socios mutauit Vlyssis. nā sublatis socijs Diomedis loco eoꝝ corpora auiū dæmones adducere poterāt.Sed quia plerīqz hominū dicunt̄ in bestias mutari:delusio erat in hominū visib⁹. Quędam em̄ ferē esse herba q̄ accensa fumigās facit trabes,serpēres apparere. ¶Sed hęc illusio potest ex ꝑte obiecti,medij,potētię exterioris vł interioris ꝓuenire.Ex ꝑte obiecti,dæmon potest assumere corpus equi: vel fabricare corpus equi & ponere circa corpus hois: & hominem trudere sup terrā:vt incedat manibus & pedibus: & auferre ei vocē.hoc em̄ homo nouit facere:ponendo corpus rotūdū in ore alterius:& postea portare totū ipsę dæmon. Et sic venefica mulier pōt equitare sup hominē i equū cōuersum:& cogere eū ire ad molēdinū cū graui pōdere qđ tres equi ferre nō possent.quia dæmon hęc facit:vt Gregorius primo libro Dialogoꝝ refert de dęmone qui in specie lactucę montali:& in massa auri beato Antonio apparuit.Hinc Iob cū illo plurimū versatus recte dicebat. Nō est sup terrā potestas quę cōparet̄ ei.Iob.xli. ¶Potest esse fascinatio ex ꝑte medij.nā potest impedire species ne deueniāt ad organū astātiū:q̄ species licet corporales fuerint:nō possunt naturaliter ab homine videri sed solū sunt mediū per qđ homo videt. Dęmō autem potest has species expellere ab vna parte medij ad aliā.& sic vnus assistens videbit ad quē deuenient species,& nō alter.dæmon quoqz tam

Universidad de Deusto
Biblioteca

corpus q̄ animā: vel superior dæmon inferiorē a suo loco pellere pōt: q̄uis sint spiritus qbus non repugnat eē simul i eodē loco si velint. Sicut em̄ fortior pōt debiliorē prosternere, & a sua sede trudere: sic pōt dæmon species oēs versus obiectū tēdētes repellere, vt nemo assistēs videat: nō mouēdo accidēs de subiecto in subiectū: sed aerē, & totū simul repellēdo. Et si teneat positio quā minus rationabilē existimo q; nō sunt ponēdę species i medio: pōt impedimētū ne obiectū videat efficere. sicut iā vnū obiectū opacū alterius obiecti visionē impedit. Insup pōt facere q; vnū obiectū alteri⁹ coloris vni appareat q̄ alteri: species immiscēdo quo ad aliquos: & non quo ad alios. Sicut idē obiectū alterius coloris videt, quando sup ipm pānus tenuis ponit. & aliter videmus p vitrū rubrū q̄ sine illo. Et a somno modo excitatus aliter iudicat de Iride circa candelam q̄ iādudū vigilās: & in ppinquitate aliter q̄ in distātia. & vnus iudicat ppter situ visus & varios colores plures colores, vt i collo colūbę vel Iride, q̄ sint. ¶ Potest insup esse pstigiū i potētia tā exteriore q̄ interiore. nā Maniacus & phreneticus ob humores cadētes circa potentias iudicat serpentes vel dæmones in domo q nō sunt. & oculus parū a sua sede eleuatus facit vnū obiectū duo apparere: vt pisum digitis cancellatis tactū duo apparere facit. Et quādo sensus circa suū sensibile errat: intellectus nō reperiens rationē fortiorē ad sensum castigandū, illuditur & aberrat. hic autē hoc dephēdere nō potest. Beatus tñ Macharius vt⁹ in vitis patrū legimus, iuuēculā reuera vidit: quā alij in equā cōuersam putarūt: sed miraculo se adiutus. Porro in somno ob species fortiter mouētes & cōplexionē, homo iudicat q; rem videt, intuēdo rerū ad extra simulacra in memoria recōdita: quā nullo modo intuet. experientia nāq; hoc in nobis deprehēdimus. Phlegmaticus enim plerūq; se iudicat submersum esse in aquis, vel prope eas: & q; apprehendit arbores crescentes in ripa fluminis. sic cholericus de bello: melancholicus de cacodæmonibus & nigris somniat. de q̄bus in morbo prudens medicus inquirit. & similes species oīno in memoria recōditas habent: & hoc est ppter alias dispositiones i corpore, & species fortius potentię obiectas: & aliquas optime potētię applicatas. ¶ Oia siqdē hęc nouit facere dæmon sibi relictus: vtputa potest sensationes & intellectiones & earū species intuitiue cognoscere. Potest aliquas melius potentię applicare q̄ alias, vel tollere alias q̄ obicem mouēdi potentiā prestāt. Et licet teneatur positio aliox q; sibi relictus nō possit cognoscere intellectiones, intellectus species, vel habit⁹, nō refert: tñ percipit dæmon p exteriora, circa q̄ illicita aliquis mouetur, citius q̄ quicūq; homo. sicut peritus medicus p pulsum, vrinā, & supfluū primę digestionis multa nouit, sup qbus impetus miratur. Considerat nāq; caute & malitiose circa q̄ illicita homo versetur: vtpote si circa mulierē hāc pulchrā, cōtugē vel aliquid tale: & species talis mulieris optime potētię applicat & nocte & iterdiu, sic vt tētatus cogitationes actuales crebro habeat: qbus apprehensis homo ex negligentia & debilitate plerūq; succūbit. sed quādo illę species cū potētia applicatę naturaliter pducūt cogitationē mulieris de qua loquimur: nō est peccatū vllum: si homo nō cōsentiat, sī diuertat se q̄ primū cōmode pōt ab illa cogitatione piculosa. nā pōt cōuertēdo se ad alia obiecta sancta & salutifera, vtpote ad passionē Christi, & ad horrendū extremū iudiciū, illas cogitationes naturaliter extinguere. licet em̄ intellectus & sensus possint plures sensationes vel intellectiones actuales habere remissas: tñ capacitas actiua & sensus & intellectus terminat. & quādo vna potētia multū intēse & pfunde circa vnum obiectū immergit: facit alias potētias a suis cogitationib⁹ cessare: ita vt nullas habeat circa alia obiecta. alioquin actiua capacitas sensus vel intellect⁹ nō haberet statū: qđ est falsum. Volūtas em̄ cū sit libera, nō potest moueri nisi cōsentiat, a dæmone vllo. nec se solo pōt dæmon in volūtatē actum pducere. ¶ Quare corollarie infero q; diabolus nullū vincit peccādo nisi volētem. Signāter (peccādo) quia deo pmittēte pōt hominē & lędere & occidere sine hois peccato. Interdū nā q; obsessio dæmonis est pœna peccati inexistentis, forte infidelitatis: & deus illā pœnā pmittit, scdm illud Psalmographi Psal. xc. Q m̄ in me sperauit, liberabo eū. ergo p locū a cōtrario sensu, quia nō sperauit i me, nō liberabo eū. Interdū est pœna peccati pcedētis. nōnū q̄ ad patiētiā in homine experiēdā. vt in Iob. Aliqui aūt dubitāt an dæmones sint: vt Saducæi in lege. sed propter icredulos deus pmittit eos cognosci. Semp iudica q; deus permittat hęc ob bonū finē: licet nos lateat. Iudicia enim dei abyssus multa. Psal. xxxvj. Pręterea infero q; interdū visus nō decipitur. hoc est, videt circa obiectū p se ad extra: bene tñ circa obiectū p accidēs. vt qñ homo ppter figurā equi externā iudicat equus. Vltimo infert q; aliqs delusus putat se videre asinū: qui nullū asinū videt. vt somnians qui solū species rei sensatę pcipit iudicās se asinū sensatū videre. sī'iter homo qui putat in brutū cōuersus: qui tñ nullo mō brutū effici pōt. Si dicas. Daniel. iiij. Nabuchodonosor cōuersus est in brutū. Illic em̄ scribitur. Cor eius ab humano cōmutet: & cor ferę detur ei. Et paulo post i eodē cap. scribit. Fœnū vt bos comedit & rore cęli corpus eius infectum

nabuchodonosor,

est, donec capilli eius in similitudinē aquilarum crescerent: & vngues eius quasi vngues auium. Respōdetur. nō est reuera factus bos: prout Iosephus existimat: sed amēs inter pecora currēs. sicut stulti cū canib⁹ & brutis currūt. Deus nāq; in suā gloriā, & ad cōfundēdā supbiā Nabuchodonosor hoc fecit. glandibus qdē fructibus nemoris & herbis vescebat. nā deus pōt cōseruare hominē sine comestione, vel cū comestione graminis: sicut nunc viuit homo fructus & porros comedēdo. prēseruauit tñ eū a morte naturali: & ne a bestijs occideret. cū aūt sui & ipse hoc futurum ad annos septē audiuerūt a Daniele, cui ob sanctimoniā & stupenda miracula fidē adhibuerunt: pmiserunt eū currere & vagari quoquouersum: certo scientes q; rediret ad sceptra regni: & cōseruaret a deo: vt addiscēret dei potentiā & hominū infirmitatem.

Circa ista dubitat. An Fauni & homines syluestres sint dæmones. ¶ Secūdo dubitat: quare sint plures mulieres veneficę q̄ viri. ¶ Tertio dubitat: an liceat maleficiū p maleficiū tollere. ¶ Respondet. Dæmon interdū assumit corpus humanū vt aliquē fallat: qđ creberrime videre ē in vitis patrū. Sūt vero nōnulli qui deuotionis vel tristitię gratia mundū relinquētes p nemora discurrūt, nudi & hirsuti. foliis tecti, vitā eremiticā ducentes, ali quādo p bestijs in retibus a venatoribus capti. Sunt & mōstra ratiōalia effigies ferinas habētia vt satyri. qđ habere possunt ab influētia cęli. nā videmus aliquos cōterraneos tortis vultibus: & alios pulchros. sic esse pōt de istis. Mirabile monstrū & rationale vidit diuus Antonius cū Paulū primū eremitā q̄siuit: vt scribit Hieronym⁹. Q ui pmisso signo crucis, cū quisnā esset interrogasset respōdit Satyrus ille. mortalis ego sum, vn⁹ ex accolis eremi: quos vano errore delusa antiqtas Faunos, Satyrosq; & incubos appellat: legatiōe fungor gregis mei, pcamurq; vt cōmunē dñm p nobis deprecēris: quē p salute mūdi olim venisse cognouim⁹: et in oēm terrā exiuit sonus eius. Hūc virū Hieronym⁹ describēs ait. Erat aūt homūcio aduncis naribus: & fronte cornibus aspa cuius extrema corporis in caprarū pedes desinebāt. Aliqui pterea sunt ferme stolidi & ferini, nati sub polis & i insulis recēter ab hesperijs inuentis ppe equatorē. fortasse em̄ sicut mula ab equa & asino generat: sic pōt animal rationale ab hoie & pecore: & si sic, qd mirū q; habeat effigiē quodāmodo brutalē & quodāmō humanā: vt mula cū equa & asino pticipans? ¶ Ad secundā dubitationē respōdet q; mulieres sunt dicaces & docēt seinuicē: nec possunt silere de maleficio si qđ habēt. viri aūt sunt secreti & silere nouerūt. Scdo mulieres sunt maxime appetitiuę vindictę: & q̄ rūt vlcisci in eos q sibi multū displicuerūt. Hinc dicit Ecclesiasticī. xxv. Cōmorari leoni & draconi placebit q̄ habitare cū muliere nequā. Nō em̄ est malitia sup malitiā mulieris. & cū vtres nō habeant: dæmonis opē sollicitāt: & cū eo pactū faciunt, eū colēdo & sibi cōciliādo. Ille aūtē habentes pactū explicitū cū dæmone docent alias verba aliqua & signa: q̄ si faciāt, pmittunt, q; habeburit intentum: vt quas dæmon solus capere nequit: ope istarū malarū capiat, intendens sine pacto explicito ab initio alias superinducere vt se colant: & de fide Christiana male sentiant: vt tandem damnētur. sed pdetētim & caute procedit: etiā aliquas pmissiones eis seruādo vt fallat. nā sine causa apparentię non cōmittit fallacia: vt ex libris Elenchorū perspicuū est. Fidem em̄ totius salutis fundamentū euertere studet. Mulieres aūt propter carnis fluxibilitatem sunt maxime leues & instabiles. vnde Ecclesiastici. xix. Qui credit cito, leuis corde est, & minorabitur. ¶ Ad tertium dicitur q; nullo modo licet maleficium vnū per aliud maleficium tollere: quia non sunt facienda mala vt bona eueniant. ad Romanos. iij. Licitū tamen est maleficium vijs licitis e medio tollere: vt per licitū exorcismū, per aquę benedictę aspersionē, sanctorū intercessionem, per pœnitentiam veram, per Eucharistię deuotam sumptionē. nā potest homo his munimentis contra dæmonū versutias procedere.

¶ Hactenus de maleficis qui dęmonū ope omnia mala perpetrant: quorū potestas ad grandines/tempestates/lęsionē/& mortē extēditur, nisi a deo impediātur. & cū a deo pluibētur ei gratię immēsę sup hoc reddendę sunt. licet em̄ magis vellēt dæmones nocere insontibus q̄ sontibus: tamē hoc passim a deo nō permittit. Legimus siquidē de septē vtris occisis, cū Sara gratia voluptatis matrimonio iunctis. Thobiæ. vj. Et plerūq; vel ppter peccatū pōsens vel pcedēs hæc obsessio pmittit. Et q̄uis bonus Iob tā in bonis fortunę: q̄ in corpore & in filijs a dæmonibus vexaretur: tñ ei demū ad gloriā cessit. Summe autē cauēdū est cum dæmonibus habere cōmercium. Audiui e quodā religiosissimo patre de aliquib⁹ mulieribus multū vexatis a dæmonibus: quos in magna pœnitentia expellere nequibant: quia aditū ipsis initio dederāt. modo vno incōueniēte dato multa mala cōtingunt. Non satis mulieres hę in deo cōfidebāt: nec eū timebant: impetu fœmineo & temerario ausę pactionem cum dæmonibus fallacissimis inire. Vlterius cauendum est ab oīb⁹ suspectis modis operandi circa cu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tas hominū vel brutorū. Suspectos modos vo co qui sunt ꝓter cōmunē ecclesię cōsuetudinem: vel verba ambigua imponētes. vt tangendo ter terrā: & tangēdo toties genam inflatā cū oratio nibus. Illa em̄ tactio est inutilis: sicut alij chara cteres. & ꝓpter speciē mali ne simplicibus detur occasio sic faciēdi, multa alia i se licita sunt omit tenda. Et idē intelligitur in somnijs, & augurijs auiū, geomantia, necromantia, pyromantia, chi romantia. de nominibus em̄ nō refert. Potest tñ homo aliquos effectus naturales ꝑ manus dēp hendere: vt ex multitudine longorū lineamento rum in manu, cognoscimus ingeniosum virum & delicatā carnē. nā molles carne aptos mente di cimus. secūdo de anima. Sed iudicare per linea menta ex transuerso ducta bonā fortunā vel ma lam, est cōmentū vanū nullam causam naturalē habēs. Sic in fascinatione, vbi aliqua mulier ma lis humoribus plena odio vel ira agitata, humo res ad oculos dirigit: & teneros oculos paruulo⁹ inficit per aerem infectū intermediū: paruuli em̄ facile lędūtur. Et sicut Aristoteles recitat de ocu lo menstruatę ꝙ speculum mūdū inficit, nō autē vetus. sic de agno & non de oue, scđm illud Vir gilianū. Nescio quis teneros oculus mihi fasci nat agnos. Cruditatē aūt humorū muliebriū per menstruū ex Plinio libro. vii. naturalis historiæ intelligere potes, sic dicēte. Nihil facile reperitur mulierū, pfluuio magis monstriferū: acescūt sup uentu musta: orta sterilescunt, fruges morīūtur, hortorū germina & fructus arborū quibus insē dere decidūt, speculorū fulgor aspectu ipso he betatur, acies ferri præstringitur, eboris q̄ nitor, aluei apum moriūtur, odorq̄ ditus aera corrum pit, & i rabiē agunt gustato eo canes, atq̄ insana bilis veneno morsus infigit. Sic epidimia infe ctus aerē inficit: quo infecto alius susceptiuus in ficitur. sicut prior vidēs lupū, sit raucus, vt aiūt. Et egreditur sanguis a vulnere recēter occisi ob humores ab occisoris cōmoto organo ad vul nus. vsq̄ egredientes. Et vt Solinus narrat, q̄dā in Aphrica hoim familię suę voce atq̄ lingua ef fascinantes: q̄ si impēsius forte laudauerint pul chras arbores/segetes lętiores/infantes amœnio res/egregios equos/pecudes pastu atq̄ cultu opi mas: emortunt repēte. Hic signū est maleficij q̄n ꝓpter laudē aliq̄d mali alicui ist⁹ cōtingit: quia nulla causa naturalis motiuū suppeditat. Apud nostrates adhuc vulgatissimus est mos, si equū laudaueris, eum subito verbo benedicūt. Existi mant em̄ laudē tuā fore eius mortis causam. vel si p̄ciū cōpetes ꝓ eo offerat, nō audent equū tene re, ne subito moriat. forte em̄ a maleficio originē illa duxerūt: ꝙ aliqui equi laudati, vel pro q̄bus cōpetens p̄ciū offerebatur, mortui sunt. & ex illo error plebeius pullulat. Sane abhinc quinquēniū cū multis mercatoribus ꝓ Angliā ꝓficiscens, la res patrios reuisurus, hoc inter eos oēs comperi iuxta morem antiquū meę pueritię, vt opinatus sum. Sed hęc vana sunt. Siliter vertere clauē in ter duos digitos ꝓ furto deꝑhēdēdo, dicēdo. Si videbas furē & currebas cū eo. & cętera. vel scri pto, nomina eo⁹ de q̄bus dubitas ponēdo i vas plenū aqua: vel pcutiēdo faciē suspecti i pariete quę lędet si furtū fecerit. Hęc em̄ sine arte dæmo nis fieri nequeūt: cū causam naturalē habeāt nul lā. Sed de auiū cantu naturaliter aliqua deꝑhēdi mus. nā scimus aliquas aues tēpore tēpestatis fu turę mare relinquere, petētes rura. tūc autem pro gnosticamur pluuiā futurā. sicut teste Aristotele in Meteoris ex pulicibus mordētibus, & bobus a campis redeuntibu: vel per humor emlapidū.

¶ Eodemmodo dicatur de somnijs: quæ multi fariam eueniunt in somno. Interdū somnia sunt causa alicui⁹ effectus futuri. vt Galenus de quo dā recitat somniāte: q̄ si minueret ei sanguis iter duos digitos, sanaret. qđ postridie faciēs sanat⁹ est. & forte illud erat ex dei reuelatiōe. vt somniū Ioseph. Genesis. xxvii. de quo dicebat. Audite somniū meū qđ vidi. Et Daniel⁹. vii. ostendit q̄ somniū prophetę cœpit a cogitatiōe, & termina bat i reuelatione. scđm illud Numeri. xii. Si quis fuerit iter vos ꝓpheta dñi, i visione apparebo ei: vel p somniū loquar ad illū. Interdū somniū est signū alicui⁹ humoris i dormiēte abūdātis, nōnū q̄ illusione dęmonis. Interdum a casu & fortuna euenit qđ somniat: & sic facile fallit homo. Inter dū de his circa q̄ homo versat somniat. vt doct⁹ circa suā artē & theoricas. quocirca studiosorum somnia laudabilia esse dicit phūs scđo Ethicoꝝ. Nā mihi ipsi noctu dormiēti: sensib⁹ exterioribꝰ clausis & specieb⁹ nō turbatis, i materia ancipiti interdū occurrit qđ mihi visum erat dicēdū: & vi gilādo in illo iudicio tādē cōstiti. scđm illud Ca tonis. Sōnia ne cures: nā mēs humana qđ optat Dū vigilat sperat: ꝓ somnū cernit idipsum. Hic auarus de auro: & lubricus de luxu somniat. Vñ Virgili⁹ i Bucolicis. An q̄ amāt ipsi sibi somnia fingūt? In oibus his q̄n cā est naturalis vel putat naturalis, scđm illud potes iudicare. alioq̄n iudi care de somno est vanū. scđm illud Ecclesiastici xxxiiij. Multos errare fecerūt somnia: & excide rūt sperātes i ipsis &. Ecclesiastes. v. dī. Vbi mul ta sunt somnia, plurimę sunt vanitates & sermo nes innumeri. Et Leuitici. xix. Non augurabimi ni: nec obseruabitis somnia. Et Deuteronomij xviij. Propheta aūt ille, aut fictor somnioꝝ inter ficietur. ¶ Sūmatim cōcludendo possumus licite prognosticari de futuris quando habet causa naturalis. In alijs autem vti possumus oratio

nibus deuotis: cū cerimonijs in ecclesia cōsuetis: ab alijs verbis obscuris & vetularū signis, & car minibus cauētes. licet mulieres aliquę interdū ex simplicitate talia facientes, vbi nō docētur de op posito, nō videantur peccare. Verbi gratia. si Ber ta videat matrem suā habitā probā dicētē quin quies Pater noster, & quinquies tangentē vbera vaccę a buffone infecta: per naturā aūt vacca sa netur: & putēt mater Bertę & Berta hoc ꝓuenire a causa naturali orationis, & tactus vberū: vel a causa meritoria, sicut de exorcismo creditur: cū a sapiētib⁹ nō doceat de opposito: nec sit scriptū oppositum in corde istius bonę ruralis mulieris, alioquin probe viuentis: durū est dicere hāc sim plicem propterea delinquere.

¶ Distinctionis Trigesimæquintæ Quęstio Prima.

Agister i hac trigesimaqnta di stinctione disquirit: an vir possit vxorē ob adulte rium dimittere. & hoc manebit pro quęstionis titulo. Respondetur per duas cōclusiones. Prior est. Hoc est licitū: etiā loquen do de matrimonio cōsummato, & altero cōiuge dissentiēte, patet cōclusio de diuor. ca. Ex literis. Et Matthęi. xix. fornicatio excipitur. sed hęc ꝓbatio non cōcludit: quia veritas loquitur ꝓ tēpo re legis Mosaicę: & etiā de vinculo matrimonij. Ratio cōclusionis est: quia vt plebeio versiculo dicitur. Frangenti fidem frangetur fides eidem. si igitur coniunx peccauit contra bonum fidei: æquum est ei negare debitum in pœnā peccati. Ex qua cōclusione sequit⁹ ꝙ vir reperit cōueniē rē rationē ꝓfitendi religionem quādo vxor sua adulterata est. vt fecit Paulus simplex eremita. ¶ Secūda cōclusio. Hoc etiam est verū in hęresi quę est fornicatio spiritualis. xxvii. q. i. ca. Idolatria. de diuor. Quęsiuit. & hoc si nolit se corri gere. vbi etiā velit se corrigere, non est necessariū illam recipere. Ratio cōclusionis est: quia hęresis est cōtra bonū prolis vt nō religiose educetur.

¶ Contra priorē cōclusionē arguit

Reddere debitum vxori petenti est de iure diui no. primę ad Corinth. vii. ergo per constitutionē ecclesię non potest ab hoc iure absolui innocēs. Forte dicis. nō est de iure diuino reddere debitū vxori: si ipsa peccauit contra bona matrimonij, & thorum coniugis violauit. Contra hoc arguo. ergo si mulier occulte peccauit & virum lateat: ipsa nō potest debitum petere: sed peccat peten do: quia ius petendi suo peccato occulto amisit. ¶ Respondetur sufficiēter inter arguendū. istud enim est ius positiuū qđ mulier nō tenetur sci re. sed ipsa intēdēs mutare suā malam vitā/ post pœnitentiā potest petere. ¶ Secūdo arguitur. si vxor dominico die amiserit ius perendi debitū: & Sortes die lunę ob simile peccatū tenetur vxo ri reddere debitū. xxxij. q. vj. ca. penul. ¶ Respō detur. septem vel octo modis tenetur vir redde re debitū adulterę. Primus modus iam inter ar guendū dictus est. Secūdo modo si vxor sit vi oppressa. xxxij. q. v. ca. Ita ne. Tertio, si maritū probabiliter credat mortuū. xxxiiij. q. j. Cum p bellicā. Quarto si alter sub specie mariti cogno uit mulierem. xxxiiii. q. ii. In lectum. Quinto, si maritus tradidit eam adulterandā præsertim in uitam. de eo qui cog. consan. vxo. suę. ca. Discre tionem. Sexto, si maritus post adulteriū cogno uit & tolerauit eam. ar. xxxii. q. i. Si quis vxorē. Septimo, si matrimonio in infidelitate cōtracto vir dedit vxori libellū repudii. & vxor alteri nu pserit: quia si vir conuertatur, tenetur eam acci pere. c. Gaudemus. de diuorti. Octauo, si vir de dit occasionem mulieri remote & mediate adul terii perpetrādi: vtpote non ministrauit ei neces saria vel eā reliquit: ipsa contra virū se repudian tem nō potest obtūcere. Textus ad hoc est clarus in cap. Significasti. de diuor. de mulicre relicta a marito: quę tempore illo ex alio sobolem susce perat: & cum ipsa peteret marito restitui, pōtifex definiuit q̄ ad eam recipiēdam maritus cogi nō deberet. Si aūt vir dederit ei causam propinquā adulterii: puta instigauit eam ad adulterium: ipa viro est restituenda. Sed contra hoc arguitur per Augustinū de adulterinis coniugiis, & recitatur xxvii. q. ii. dicentem. Si tu abstines sine vxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licētiam: & pecca tum illius tuę imputabitur abstinentię. Respon detur cōcedēdo q̄ maritus in illo casu peccat & mortaliter, multum vel parū scđm magnitudinē vel paruitatem occasionis datę. sed hoc mulierē non excusat a graui peccato, vel vt ipsa restitui debeat. Nec est ignoscendum ei, quæ prætextu paupertatis turpissimam vitam ducit. ff. de ritu nup. l. Palam. §. Non est. ¶ Ecce quomodo pro pter fornicationem corporalem vel spiritualem solū potest esse diuortiū quo ad thorū vel coha bitationem mutuā, etiā post carnalem copulam muliere inuita. Vnde August. in lib. de sermone domini in monte. & citatur. xxxii. q. v. sic dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si vxorem quis habeat sterilē siue deformē corpore,siue debilē membris,vel cæcā, vel claudā, vel surdam,vel si quid aliud,siue morbis,siue laboribꝰ doloribusq; confectā:& quicqd excepta fornicationis causa,excogitari potest vehementer horribile:p̄ societate fideq; sustineat. Et si sit fornicatio notoria:potest vir vxorē ꝓpria auctoritate dimittere:nō tñ obtinebit donationē ꝓpter nuptias vel ꝓpter dotē. patet p cap. Plerūq;.de dona.inter vi.& vxo. vbi dicitur. Plerūq;.& infra. Si mulier ob causam fornicationis iudicio eccle się aut ꝓpria volūtate a viro recesserit:nec reconciliata postea sit eidē:dotē vel dotalitiū repetere nō valebit. Si vero delictū nō sit notoriū: diuortiū debet fieri p ecclesiā. alioquin instante altero cōpelletur cohabitare. Sed quo ad redditionē debiti potest ꝓpria auctoritate denegare:cū sibi cōstet alterius delictū. Adulteriū aūt est notoriū ex mulieris cōfessione:vel quia ex alio sobolē suscepit ex quo est a marito cognita: vel quia cū alio versatur in domo,mēsa,& huiusmodi: qđ nulla tergiuersatione potest negare. Sed matrimoniū cōsummatū,quo ad vinculū nō est separabile etiā p mortē ciuilē:sed solū p mortē naturalē, altero cōiugū moriēte. De quo dicit Apl's ad Roma. vij.Nā q̄ sub viro est mulier,viuēte viro alligata est legi. Si aūt mortuꝰ fuerit vir eius:soluta est a lege viri. Et.j.ad Corin.vij. Mulier alligata est legi quāto tpe vir eius viuit.q; si dormierit vir eiꝰ liberata est a lege. Cui aūt vult nubat, tñ i dño. Obligatio em̄ semel extincta non reuiuiscit.& si resuscitet,nō tenet maritū recipe. Aliud aūt est i sacramētis characteres iprimētibus & interabilibus:quēadmodū sunt baptismus,ordo, & cōfirmatio. illa em̄ post resuscitationē nō sunt iteranda.& aliud de alijs q̄tuor sacramentis:ꝓfessione religionis,& alijs cōtractibus. Si vero mulieris pctm̄ sit occultū:nō accuset eā vir:qa in ꝓbatiōe succūberet.& si nō ꝓbauerit intētū:nō erit diuortiū p legē Talionis: qa ad correctionē agit. Sed moneat eā q̄ cōmodissime poterit ad castitatē.& cū mulieris conditionē nouerit an sit meticulosa an animosa,astuta an simplex,secūdū hoc ꝓcedat. Si peccatū sit publicū:pōt eā accusare,vt suā innocētiā ostēdat:ne ipse videat turpis delicti fotor. Et si videat q; potius corrigetur secū manēdo q̄ eā expellendo:non debet eā a se eijcere. Similiter si nō possit sine ea cōtinēter viuere:maxime eam tenebit in remedium.

Post conclusiones & epilogationē,triplicē afferam dubitationem.

¶Prima erit: An adultera post pœnitentiā possit licite dicere se non esse adulteram.

¶Secūdo dubitaf: An liceat vxorē in adulterio dēphensam punire.

¶Tertio:quomodo vir debeat vxorē ob adulteriū relictā recōciliare.

¶Ad primā respōdeꝯ q; sic.nā cū ipsa habeat firmū ꝓpositū castitatis:& nullum actū luxus:nō est amplꝰ peccato adulterij obnoxia:q̄uis habitꝰ adulterij in ea adhuc nō fuerit omnino remissus per castitatē coniugalē adulterio oppositā.

¶Ad secūdū dubiū dicit q; lex Mosaica i adulterio dēphēsas occidebat.pat; Leuitici.xx. Si mœchatus quis fuerit cū vxore alterius:& adulteriū ꝓpetrauerit cū cōiuge ꝓximi sui:moriaf & mœchus & adultera. Nec Christus mulieri dēphēsę in adulterio parcēs. Ioānis.viij.illā legē Mosaicā euacuauit. Et licet tota lex Mosaica in passione Christi sit extincta: tñ iudicialia possunt adhuc seruari: & vim obligādi habere,nō a lege sed a legislatore humano:mō lex sit rōnabilis.Hęc etiā lex fuit apud Romanos.C.ad leg.Iul.de adulte.l. Gracchus.& adhuc in plerisq; locis occidētalis hesperię seruatur: sed ipsa est valde rigida. propterea Pharisęi mulierē dēphēsam in adulterio ad Christū adduxerūt: vt experirētur quid ipse sup hoc sentiret.

¶Ad tertiā dubitationē dicitur: q; aut mulier est corrigibilis:aut nō.si secūdū: nō est recōciliāda. Si est correcta: potest eā recōciliare. nā diuortiū est introductū i fauorē innocētis: & iuri suo renūciare pōt in casu quo pōt fieri recōciliatio. Aut vterq; cōcordat i recōciliationē:aut vter q; discordat:aut vnus concordat, & alter discordat. Si primū:debet fieri recōciliatio. Si secūdū, nō debet. Si tertiū,cōtingit dupliciter. aut innocens petit recōciliationē:& sic debet fieri: quia innocēs p diuortiū nō amisit ius qđ habet i altero. aut nocens petit innocentē:& sic non debet cogi innocens:quia pœnitentia non tollit actionem. xxxtij.q.ij.ca. Admonere.& multo minus exceptionē: cum facilius tollatur actio q̄ exceptio. Aut nocens petit nocentē: vt mulier quæ prius fornicata est petit virum qui post diuortium fornicatus est.sic videtur q; vir sit cogendus redire ad vxorem in foro cōscięt̄ię:nisi suscipiat ordines,aut religionē.si enim velit alterū eorū, nō tenetur:quia prætudicaret sibi cognoscēdo vxorē prius fornicantem.

¶Distinctionis Trigesimęquintæ Quęstio Secunda.

IN tertio capitulo huius distinctionis Magister q̄rit: An aliquis possit mulierem sibi matrimonio coniungere quā per adulteriū polluit: vel si propriam vxorē occidit vt aliā ducat idipsum secundo loco in hac distinctione ingrā. Respondeꝯ. Aliqua sunt crimina ꝓpter quę personas aliquas inhabiles efficientia ad contrahendum inter se: quæ personas illas non prohibēt contrahere cum alijs. ¶Et in ꝓpposito sunt duo casus quos in litera tangit magister. Prior est:si quis cum aliqua cōtrahat per verba de ꝓsenti viuēte vxore propria, vel econuerso vxor cum alio: vel fidē de cōtrahēdo dedit:& ad qđlibet istorum sequutū est adulteriū.vt in cap.fi.de eo qui dux.in matri.quā pol. p adul. Hic requirit q; vterq; sciat alterum habere coniugē:quia si cū ignorante aliquis contraheret: posset esse matrimoniū inter eos post mortē priꝯ vxoris.vt patet p cap.primū huius tituli.& hoc si supinducta fuit ignorās toto tēpore vitę vxoris. Dicitur autem ignorans q̄diu nō habet certitudinē vel probabilem opinionem.vt in cap.Inquisitionē. de senten.excōmuni.alioquī si certior reddita de vita primę vxoris ꝓmitteret se cognosci nō posset iter eos esse matrimoniū.vt habet dictū casi.Et idem est quando data fide sequtur adulteriū: quia illud cap.dicit (parificanf). Scdo requirit q; fit fides data de ea in cōiugē accipienda.quia sine fide data nullum esset impedimētū.sola em̄ fides sine adulterio:& solū adulteriū sine fide nō efficit hoc impedimentū.vt dicit in cap. Significasti.titulo quem tractam⁹.&.xxxj.q.j.ca.j. Statutū aūt hoc est rationabile.nam alioquin plerię vxores occiderent: vt alias haberēt:& ediuerso vxores viros.ad qđ vitandū hęc inhabilitas lata est. ¶Secū dus casus vel impedimētum est,cū alter coniugū machinatus est mortem alicuius:vt possit in virū vel vxorem/alterū vel alterā habere,interueniente adulterio.ca. Sup hoc.eodē ti. Sed si adulterium non interuenit:oportet q; ambo, scilicet coniugatus/& illa quā vult habere vxorem/sint machinati mortem alteriꝰ:& q; mors sequatur cum effectu. Nā si vnus solū machinatus fuit mortē alteriꝰ cū effectu:non est impedimentum quin illum habere possit propter quem habendum mortem alteri us sollicitauit.vt colligit ex di.ca. Sup hoc. Si vero fuerit adulterium: sufficit machinatio vniꝰ tñ cum effectu:vt sit illud impedimentū. Ad hoc facit ca. Si quis viuente.xxxj.q.j. Sed si effectꝰ homicidij non interuenit:machinatio etiam cū adulterio nō inducit impedimentū.vt dicit Ioānes Andreas in dicto cap. Super hoc.

¶Contra primum impedimētum per modum cōclusionis positum arguitur sic.ponendo q; Sortes ꝓmittat Bertę si sibi consentiat: post mortem suæ vxoris ducet vxorem illā quā Teberga amica Bertæ sibi consulet ducendam:& mortua vxore Sortis/Teberga consulit Sorti cōtrahere cum Berta:sequitur q; Sortes possit contrahere cum Berta.cum enim edictū de matrimonio sit ꝓhibitiorum,quod nō est prohibitum,est concessum.sed non prohibetur matrimonium inter Sortem & Bertam:cum non dederit ei fidem.

¶Respondetur.si non faciat hoc Sortes in fraudem legis:verum est matrimonium:vt argumentum tangit.si vero fecerint hoc ex industria p̄ circuitum:sunt personæ inhabiles:& nullum est matrimoniū. ¶Secundo arguitur.ponendo q; Sortes dedit fidem Bertæ q; eam ducet vxorem: sed Bertam non cognouit. vxore sua mortua contrahat cum Ioanna tertia mulere,qua viuēte cognoscat Bertam.ex dictis sequitur q; mortua Ioanna non posset cōtrahere cum Berta:cum dederit ei fidem & eam cognouerit. Respōdetur.potest cum Berta cōtrahere:quia licet ei fidem promiserit: ab illa tamen discessit:contrahēdo cū Ioanna. ¶Cōtra secundū ipedimētū loco cōclusionis positum arguitur sic. Dauid cognouit Bersabeā & machinatus est mortem viriꝰ scilicet Vrię: & tñ postea cum ea contraxit. Respōdetur.ista prohibitio est solum positiua pontificia:in qua pontifex potest dispensare.In diebus autem Dauidis nō erat hęc prohibitio contractum irritans. Ecce duo crimina positiua quę impediunt matrimonium contrahendum:& dirimunt contractum:scilicet datio fidei,hoc est promissionis nudæ,quæ crebro fides vocatur,secuto adulterio.requiritur autē q; reuera sit matrimonium:quia si prima vxor nō sit legitima,non erit impedimentum.perinde nāq; est vxorem illegitimā habere,& nō habere vxorem. alterum impedimentum est cum alter machinatꝰ est mortem alterius eo modo quo iam dictū est.

¶Dubitatur: an grauius sit crimē coniugem occidere,an alterum parentem. Respōdetur.grauius est parentem occidere q̄ vxorē. nā esse naturale & morale a parentibus habet proles: quale ab vxore non habet.grauior aūt pœnitētia p̄ vxoricidio q̄ matricidio statuta nō arguit grauitatem sceleris:sed procliuitatem. viri enim sunt procliuiores ad vxores perimendas q̄ matres.ꝓpterea acerbior pœnitentia constituitur.vt patet xxxtij.q.ij.ca. Admonere. Graue tamen est peccatum & abominabile vxorem propriam occidere: nec in nece mariti,nec in adulterio deprehensam. Et licet in his deprehendatur:eam tamen occidere est viro etiam graue peccatum.xxxtij.q.ij.cap. Inter hæc. vbi Canon dicit nemini licere vxorem in adulterio deprehensam occidere:licet secūdum mundanam legem aliter habeatur.vbi glos. in verbo(liceat)dicit.Hoc licet secūdum legē Lōbardam:sed non Romanam.Ignoscitur tñ marito(inquit)si vxorem in adulterio deprehensam occiderit,quo ad pœnæ mitigationem.C.ad.l.Iuli.

peccat occidens uxorem in adulterio comprehensam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de adul.l. Gracchus. Licet autem magna pœnitẽtia pro matricidio imponatur.vt decẽnis.xxxiij.q.ij. Latorem.rarissime tamen auditum est viros suas matres occidere. Nam q̃ iuuenis Ninus matrem Semiramidem occiderit: quid mirum/ q̃ fœdo matrimonio iuto/ q̃ Alcmęon matrẽ Eriphylen iugulauerit: in parte danda erat venia: q̃ patrẽ ad bellum in quo eũ occũbere rata ẽ/ miserat. quo non obstante turpiter & inique egit. Orestli multo maior venia danda est, q̃ esset vindex necis Agamẽnonis patris: cui⁹ mater Clytemnestra auctor erat. Breuiter sunt monstra hominum/ matrũ occisores. Quis autem in.xxxvij. distinctione loquatur magister de ordinatis non potentibus contra here: & in secundo capitulo de vxorum suarum interfectoribus: malui tamen hanc dubitatiũculam ob conuenientiam cum materia quam tractam⁹, huic inserere.

Distinctionis Trigesimęsextę Quęstio Vnica.



Veritur circa distinctionem trigesimãsextam. An seruit⁹ impediat matrimoniũ. Respondeẽ. seruitus precedens impedit quãdo ignorat. vt prędixim⁹ de errore cõditionis. sed seruit⁹ subsequens non dirimit matrimonium contractum vel præcedẽs, dũ modo contrahatur scienter. seruus enim contradicente domino, matrimonium contrahere potest. vt dicitur de coniug. seruo. ca. j. vbi Hadrian⁹ põtifex allegat verbũ apostoli ad Gala. iij. dicens. Dignum est. & infra. Sane iuxta verbum Apostoli sicut in Christo Iesu neq; liber, neq; seru⁹ est a sacramentis ecclesię remouẽdus: ita nec inter seruos matrimonia debent vllatenus prohiberi. Et si cõtradicentibus dominis & inuitis cõtracta fuerint: nulla ratione sunt propter hoc dissoluenda. Quẽ admodum licet dominus prohibeat seruo mãducare, non est ei obtemperandum. oportet enim cõseruare induiduum. similiter potest conseruare speciem rentẽte domino. nam positiuum ius seruorum non tollit ius naturæ & diuinum.

¶ Sed obiicies: seruus non potest ordinari sacerdos vel monachus. liij. distin. per totum. & tamen ordo est sacramentum ecclesiæ. igitur. Insuper teste Aristo. primi Politicorũ. iij. seruus est omnino domini. ergo nõ potest dare mulieri potestatem corporis sui sine consensu domini. Hinc dicimus q̃ vir non potest abdicare offita venerea contradicente vxore: quę habet dominiũ corporis viri. ¶ Ad primum respondetur. nõ est simile: quia per matrimonium parum impeditur seruus a seruitio dñi. secus est in ordine & religione, vbi homo est mancipatus cultui diuino, & voluntati p̃lati. sed etsi peccat accipiendo ordines: ratio manet ordinatus. & episcopus talẽ ordinans scienter, debet p̃ eo satisfacere. si vero ignorans ordinet tradendus est dño: & deputabit negotijs hominis secundum suum statũ. Ad aliud distinguo q̃ sit dñi: vel quo ad seruitia corporalia: & sic cõcedo: sed non tale dominium habet in corpus serui, quale vxor. Dicis. ex isto sequitur q̃ coniugatus non habet tam plenum dominium in corpus proprium q̃ non coniugatus. Cõcedo illatum. p̃terea nanq; mortua vxore vir dicit liberatus a q̃dam seruitute. ¶ Potes ponere q̃ Titius manumittat Sortem seruum hac lege, si primus cui obuiat dicat verum: & non aliter. & obuiet Bertæ cũ qua contrahat: & ante omnia dicat Berta, tu es seruus. quærendo an seruus Tiũ sit liber & possit cõtrahere: nec ne. Si dicas. est seruus, iam Berta dicit verum: ergo per conditionem positam/ est liber. ergo prima ei occurrens dicit verum: & Berta dicit Sortem esse seruum: & ita est per te: ergo non est liber ad contrahendũ de iure. capimus si promissi ue. Simile argumẽtum refert. A. Gellius in noctibus Atticis libri quinti cap. x. Quale est (inquit) peruulgatum illud quo Protagoram sophistam acerrimum vsum esse ferunt aduersus Euathlum discipulum suum. Lis nanq; inter eos: & controuersia super pacta mercede hęc fuit. Euathlus adolescens diues, eloquentiæ discendæ, causarumq; orandi cupiens fuit. Is in disciplinam Protagoræ sese dedit: daturumq; promisit mercedem, grãdem pecuniam quantam Protagoras petiuerat. Dimidiumq; eius dedit iam tunc statim priusq̃ disceret: pepigitq; vt reliquum dimidiũ daret quo primum die causam apud iudices orasset, & vicisset. Postea quum diutule auditor, assectatorq; Protagoręfuisset: & in studio quidem facundię abunde promouisset, causas tamen non reciperet, tempusq; iam longum transcurreret: & facere id videret, ne reliquum mercedis daret: capit consilium Protagoras, vt tum existimabat, astutum. Petere instituit ex pacto mercedem: litẽ cũ Euathlo cõtestat. Et quum ad iudices conjciendæ consistendæq; causę gratia venisset: tũ Protagoras sic exorsus est. Disce, inquit, stultissime adolescens: vtroq; id modo fore vti reddas q̃d peto: siue contra te p̃nunciatum erit. siue pro te. Nã si contra te lis data erit: merces mihi ex sententia debebitur: quia ego vicero. Sin vero secundum te iudicatum erit: merces

mihi ex pacto debebitur: quia tu viceris. Ad ea respondit Euathlus: Potui, inquit, huic tuę tã arcipitti captioni isse obuiam si verba ipse non facerem: atq; alio patrono vterer. Sed matus mihi in ista victoria ꝓludium est: quũ te nõ in causa tm: sed in argumento quoq; isto vinco. Disce igitur tu quoq; magister sapientissime vtroq; modo fieri vti non reddam q̃d petis, siue contra me pronunciatum fuerit, siue pro me. Nam si iudices ꝓ causa mea senserint, nihil tibi ex sententia debebitur, quia ego vicero. Sin contra me pronunciauerint, nihil tibi ex pacto debebo: quia ego non vicero. Ecce argumenta reciproca. Sed dico q̃ Euathlus non obligabatur soluere. si vicebat: notum est. sin minus: ex pacto nihil debebat. Sic i proposito dicas. Sed illud argumentum & similia sunt iuniori bus qui recenter philosophiam imbiberunt, relinquenda. nam i theologia prolixe eiusmodi tricas deducere, est eã labefactare & indecore augere. tribus tamen verbis locose dictis, danda est venia. hæc enim non posumus vt sophistis aditum scribendi demus: sed vt eos miseros & infelici ingenio, ne id factant, dehortemur & deterreamus.

Distinctionis Trigesimęseptimę Quæstio Vnica.



Rigesimam septimã distinctionẽ pauciss imis absoluam, proponẽdo: An sacer ordo impediat mrimoniũ. Respondetur affirmatiue. nã sacris initiati reddũtur inhabiles ne cõtrahere possint. vt ostendit Magister in litera capitu. j. & xxxij. dis. i ca. Placuit. ex cõcilio Carthaginẽsi dicitur. Placuit eꝑos, p̃sbyteros, diaconos, subdiaconos secundum priora constituta etiam abstinere ab vxoribus: quod nisi fecerint, ab ecclesiastico re moueantur officio. cæteros vero clericos ad hoc non cogi: sed vniuscuiusq; ecclesię consuetudinẽ obseruari debere. Idem patet i cap. Seriatim. & q cleri. vel vouen. cap. primo.

¶ Contra conclusionem hanc argumentor. coniugatus possibiliter est sacerdos: ergo sacerdos possibiliter est coniugatus. antecedẽs patet de grecis. ¶ Respondeẽ concedẽdo illatum. nã potens & possibiliter ampliant a frõte & a tergo. ¶ Scda ꝓpositio. possibile est sacerdotem esse cõiugatum. patet. tollendo modum, q̃d reliquum est veritatem habet in greco sacerdote: vtpote sacerdos est coniugatus. nam cum cõiugatus sit sacerdos: ꝓ cõuersionem simplicem sacerdos est coniugatus. sed isti greci primo coniuganẽ: & deinde assumunt ordines. ¶ Tertia propositio. ei qui prio est sacerdos non licet postea ducere vxorem. hoc amplius dist. xxtiij. prosecuti sumus. Per sacerdotem etiam intelligo diaconũ & subdiaconum. At dicis. contrahens matrimoniũ cõtra interdictum ecclesię, vere contrahit licet peccet contrahendo. ergo ordinatus cõtrahens vere contrahit licet peccet contrahendo. quia ordo nõ impedit matrimonium quia ordo: alioquin omnis ordo impediret matrimonium. q̃d est falsum. nec ratiõe voti: alioquin non essent duo impedimenta distincta, ordo & votum. Nego consequentiam. nam ecclesia aliquos contractus ꝓhibet: sed non irritat eos si fiãt. vt in interdicto ecclesię. Aliquos & ꝓhibet & simul reddit inanes. vt in proposito ordo impedit quia sacer. Itaq; ordo sacer est causa sine qua non, vel propinqua. Irritatio autem legis est proprie causa in ordine sacro. Et dicitur sacer quia ei castitas est annexa, quæ vtrum cælibem & sacrũ facit. reliqui autem omnes quia sacramenta, etiam aliquo modo sacri dici possunt.

Distinctionis Trigesimæoctauæ Quæstio Prima.



Aggrediendo Trigesimãoctauã distinctionẽ i qua de votis nonnulla determinabo: Primo dicam de voto in vniuersali, pauca de religiõe annexurus. Secũdo loquí ꝓpono de religione tã cõparatiue q̃ absolute. s. cõparãdo eã tã ad vitã secularẽ: q̃ vnã religionẽ ad aliã. Et tertio de religiõe in se & religiosorũ votis ac cõstitutiõib⁹. Circa primũ quęrã an expediat vouere. Secũdo, an requirat ad votũ q̃ ꝓmittẽs intendat se obligare ad hoc vt dicat vouere. Tertio: an omne votũ obliget. Quarto, an opus factũ cũ voto sit ꝑferendũ operi sine voto facto. Pro primi expeditione declarabit quid nois voti. postea cõclusiue ad q̃stionẽ ꝓpositã respondebo. ¶ Votũ interdũ capit vt tãtũ valet quãtũ arbitriũ vel volũtas. sed̃m illud Persij. Velle suũ cuiq; est nec voto viuit vno. nõ sic imꝑsentiarũ capimus: sed aliter, vt ex ei⁹ definitiõe q̃d nois videbit: quã

Universidad de Deusto
Biblioteca

pono hāc. Votum est volitio deliberata de meliore bono/ nō necessario ad salutē/deo facta mediate vel imediate & nō irritata a supiore. Volitio est superius ad votū: supius inquā denominatiuum. nam omne votū est animi volitio. si sit nolitio volitionē inferens: nihil interest. (Deliberata) hoc est q̄ fiat cum libramine debito & iudicio intellectus saltē notitia sufficiente. qđ ex parte temporis deprehendi non pōt: cū homo possit iudicium sufficiēs habere in instanti cū actu voluntatis: sed ponit p pter actus indeliberatos quos solent aliqui habere. vt ātēq̄ plene a somno excitet aliquis. vel cū ratio pturbat: vt in subita & magna ira accedēte ad insaniam: vt cū pxime tēdit ad ebrietatē vulgarē. Iuramētū aūt i ira extortū nō valet. de iureiurā. ca. Sicut. Sic iter nec cōfessio calore iracūdię emanās. nisi quis pseueret. vt dicit glossa in cap. Ex literis de diuor. ergo eodē modo i ppōsito. Sed de hoc ad materiam primorū motuū in secūdo sententiarum remitto: quia illic materiā hanc plixius prosequar. Addit (de meliore bono) qđ est obiectum & causa materialis voti. si em̄ sit de malo: non est votum. nā in turpi promisso oportet rescindere fidē. quare tertio officiorū M. Tullius dicit q̄ imprudēter Agamēnon exoluit votū Dianę factū immolādo Iphigeniā. hoc ipsum p fabulā solis & Phaētis: Thesei & Hippolyti declarat. Nec oportet q̄ illud obiectū sit melius vouēti: sed sufficit q̄ in se sit meli⁹. plerīq; em̄ vouerūt quib⁹ votū p accidēs ex mala vita fuit exitiale: qui sine voto fuissēt saluati. sed vitiū nō est ex parte materię q̄ vouet. nā aliqua sūt bona quorū oppositа semp sunt mala vt pcepta decalogi. Aliqua sūt bona, & etiā eorū opposita sūt bona: vt nubere/nō nubere: pfiteri religionē/nō pfiteri religionē. tamē vnū est alio melius. Aliqua sunt bona & etiā eorū opposita: nec reperit maior bonitas in vno extremo q̄ in alio: vt facere circulū in cinerib⁹/nō facere circulū in cinerib⁹. Circa scda sunt potissimū vota. Dicit (non necessario ad salutē) qa vouere est superogatiōis vt dicit glossa sup illo verbo psalmographi. Vouete & reddite. Dicit (mediate vel imediate) iterdū nā q; vouem⁹ adire sanctum Iacobum: sed hoc ē vt sanct⁹ Iacob⁹ p nobis intercedat apud deū. Finis ei est causa causarū. ij. Physicorū. & .ij. Metaphysicę. Dicit (nō irritata a supiore) nā licet ante. xiiij. an nos qs possit habere cōsensum liberū vouēdi religionē, & cętera oia quę posuimus: tamen non erit ppterea obligat⁹ pmanere in religione. patet de regula. & tran. ad reli. cap. Ad nostram. & in cap. Significatum. lib. vj. Sed oportet q̄ mas quatuordecim annos cōpleuerit: & fœmina duodecim. nec hic est sermo de malitia supplente ętatē: vt in matrimonio. ¶ Ecce definitionē voti ex q̄tuor causis conflatā. Causa efficiēs voti est volūtas hominis volētis aliquid vouere. Causa materialis siue obiectiua est res ipsa q̄ vouet: pegrinatio, eleemosyna, castitas, religio vel simile. Causa formalis, alia q̄ ad votum requiruntur.

¶ Ex hac definitione ppositiōes aliquas infero: quarū prima est. Votū ppriē captum nō est de necessitate salutis añ votū. laxato tñ vocabulo pōt dici votū necessariū ad salutē. & sic eo dē modo definit vt pri⁹: relicta dūtaxat illa pticula (nō necessario ad salutem): quō Iacob vouit q̄ dñs futurus esset sibi in deū. Genesis. xx. licet illic possit dici q̄ hoc erat in dominiū speciale, dando ei decimas. vt habet Genesis. xxv. qđ erat opus cōsilij ante legē Mosaicā. Sed quicqđ sit: hō pōt vouere hoc ad qđ alitūde est obligat⁹. qđ patet: qa homo pōt se firmare in bono ope p̄cepti sicut in ope cōsilij. Itē hō pōt idē pluries vouere. ¶ Scđo sequit hic nō esse votū, vouео me aditurū sanctū Iacobū ea lege vt occidā Sortē. posito q̄ Sortes occidat illicite: & licitū sit seorsum adire sanctū Iacobū. q̄ pbat corollariū. hoc totū est illictū, scilicet adire sanctum Iacobū ea lege vt occidat Sortes: licet vna pars sit licita. ergo hoc totū nō est licita materia voti. Scđo ostēdit idem. votū cōditionale nō tenet nisi extāte cōditione, ad quā implendā vult vouēs deū vel sanctū, opē pstare. sed illa conditio ponit pctm̄, ad qđ nec tuuat de⁹ nec sanct⁹. ergo siue ponat conditio siue non: ipse vouēs nō obligat. Pręterea. hic nō est votū, vouео me occisurū Sortē ea cōditione vt cœnobiū cōstruā: ergo nec in alio. ¶ Tertiū corollarium. aliquid est licitū qđ nō est licita materia voti. Probat: qa nō pfiteri religionē est licitū: & tñ nō est licita materia voti: quia sic vouēs ponit obicem motioni spiritus sancti, & firmat se cōtra cōsilia Christi. Itē illic excludit maius bonū de per se: ergo nō est materia voti. secus est hic. vouео me pfessurum religionē sācti Augustini: vbi pfitēdo regulā beati Augustini, Carthusia regula arctior, vel maius bonū de per accidens & indirecte excluditur. Sic si quis iurauit q̄ mulierem ducet i matrimoniū cōsummatum: hoc est seruādum. i. dignum seruari. ¶ Et ex illo sequitur quarto. q̄ si quis voueat se nunq̄ pfessurum religionem, pōt profiteri sine dispēsatione. quia si non: hoc erit quia vouet se non pfessurum. sed hoc nō obstat. nam licet dicat, vouео me hoc facturum: non est votum: vt patet de vouente occidere hominem auctoritate propria/in secundo corollario. & licet hoc iuret non est ad hoc obligatus: quia non est licita materia iuramenti. Iuramentum enim super materia de se licita non obligat quando per se maius bonum secludit. Gratianus tamen videtur esse alterius sententiæ. xxij. q. iiij. ca. fina. §. vltimo. vbi dicit. q̄ si quis iurauit

rit se clericatus tonsuram & religionis habitū non susceпturum: q̄uis aliquibus videat reprehensibile: quia opus charitatis iuramēto se nō facturum pmisit: nulla tamen auctoritate seruare prohibet. quia etsi nunq̄ clericatus tōsurā vel religionis vestē suscipiat: non tamen ideo minus salutem promereri valet. Potes etiam dicere q̄ nō tenet opposito corollarij. quia dicit: nō est cogēdus ad aliud. licet illud non videat esse ad eius mentem. Potes eum relinquere: sicut manifeste in eodē ca. glos. cū reprehendit, cum dicit. Aliquando nāq; iuramento deest iustitia: veluti cū quispiam potit votū castitatis ducit vxorem, iuramento firmans nunq̄ ab ea discessurum. qđ q̄us illicitū sit, quia iustitia sibi pbat deesse: tñ auctoritate Augustini seruari p̄cipitur. Vbi glos. in verbo (nūq̄) non bene dicit: quia si ille vouit simpliciter postq̄ duxit vxorē: iurat q̄ non dimittet eam. illud iuramētū licitum est. sed si prius vouit q̄ ducat vxorē: tunc potius seruabit votum q̄ iuramentum sequens. vt extra qui cle. vel vouen. Rursus. Fateor tamen dictum Gratiani prima frōte habere colorem apparentē. ¶ Quinto sequit q̄ incurrēs iactura ex mutuo & vouēs q̄ nunq̄ dabit alicui mutuo: occurrenti alicui cui est pręceptū dare mutuo, vel consiliū: dando mutuo non cōtrauenit suo voto. qđ patet: qa non est votum: non em̄ est de meliore bono: sed vel est peccatum, vel minus bonū non dando: ergo vi voti nō obligatur ad illud. Pro regula nāq; hic seruato: q̄n quis vouet aliquid qđ potest vergere in bonam partem vel in minus bonā: cū i minus bonam partem maioris excludituam de per se vergit: non est votū. Hoc em̄ sequit ex definitiōe voti. Itaq; vbi magis saluti meę & meorum expedit nō dare mutuo, est votū: & non aliter. Propter ea Iepte stulte compleuit suum votum, vt scribit Iudicum. xj. Is vouerat domino q̄ primum animal egrediens de domo sua offerret domino si filios Amon vinceret. in quo non peccauit: sed in hoc zelo laudatus est: vt dicit Apostolus ad Hebręos. xj. vbi ponitur in sanctorum catalogo. qa poterat esse q̄ animal immolatitiū egressum fuisset primo. sed non debebat filiam offerre. prudenter itaq; vouebat: quia votum poterat bene implere: sed imprudenter votum impleuit: vbi nō debebat implere. Non valet qđ Nicolaus dicit: q̄ non occidit filiam nisi ciuiliter. Non est verosimile (dicit) quin prudentes ei dixissent q̄ non tenebatur filiam occidere: sed ad oppositum tenebatur. Hoc inquam non valet. nam vel aliorum consilio non acquieuit: vel alij videtes eum obtinuisse victoriā miraculosam, consuluerunt ei filiam perimere. Et hoc ostendo per beatum Augustinū: qui in q̄stionibus veteris & noui testamēti. q. xliij. quęrit, quare Abraham erat prohibitus filiū occidere: & non Iepte filiam: varias afferēs causas. filiam ergo occisam supponit. Dicis. hoc nō sufficit ad Nicolaū omnino improbandum. Ostendo hoc idem ex litera quę dicit. Et dimisit eā duob⁹ mēsibus. Cūq; abisset cū sociis ac sodalibus suis flebat virginitatem suam in mōtib⁹. Expletisq; duobus mensib⁹ reuersa ē ad patrē suū: & fecit ei sicut vouerat. Ex inde mos increuit in Israel & cōsuetudo seruata ē, vt post anni circulū cōueniāt in vnū filię Israel, & plāgāt filiā Iepte Galaaditę dieb⁹ quatuor. Nō est autem verosimile q̄ hoc fecissent p morte ciuili: sed p naturali ob casum lamentabilem eius quā litera virginem asserit. Similiter si aliquid est licitū tēpore voti: successu tēporis factū illicitū vel minus licitum: nō est obligatio. Alia regula non longe ab hac discrepās est. Quicquid impedit votū si pśens eēt, aufert obligationē a voto. Nam quæ de nouo emergunt, nouo egent cōsilio. vt ego vouens me non comesturum carnes vt domet caro: incidens in debilitatem non obligor: quia si debilitas a principio adfuisset: non fuissem obligat⁹: ergo nec nunc. ¶ Sexto sequit. q̄ si pater voueat pro filio: filius nō tenetur seruare votum patris nisi voluerit. votum ei psonale & singulare nō obligat nisi volentem. ¶ Septimo sequit. sicut aliqđ est votum categoricū: ita est aliquod conditionale. nā tota definitio voti cōuenit illi. vt vouео me pfessurum religionem si fuero san⁹ isto anno. sed non tenet, nisi extante conditione: quia illa est intentio vouentis. & licet ex intēperantia sua nō habeat sanitatem: dūmodo hoc intēdat, nō est obligatus. sicut vouēs q̄ faciet a. si de⁹ det sibi bonā doctrinam vel se pręseruet a peccato, non obligatur ad a. si in pctm̄ labatur: quia licet non stet per deum quin pręseruet: sed per ipsummet nō faciētem quod in se est: hoc non obstante: cū hęc est ei⁹ intētio: nō est obligatus. Nec putetur cum dño Innocentio q̄ sit simonia emendo a deo sanitatem vel hmōi pro tēporali. nā cū deo qui omnium nostrū dñs est: nō cōmittit simonia. Nunquid pmittit vitam æternam p eleemosyna & bonis opib⁹? Matthęi. xxv. & Danielis. iiij. dicit. Et peccata tua eleemosynis redime: & iniquitates tuas misericordijs pauperū. Sicut aliquis punit pœna simoniæ cum inferiore: & non cum Romano pōtifice. vel loquendo de simoniaco quia prohibitū est a pontifice: aliquid est simoniacum cum inferiore a Romano pontifice: non autem cum ipo. sic in ppōsito. Sicut si Romanus pontifex p̄ciperet rē alienā auferre: esset furtū & peccatū: nō autē si deus p̄ciperet. sic est in materia simonię. ¶ Octauo sequit. q̄ aliquis est actus vnus quo religiosus suo voto cōtrauenit: & tñ act⁹ eius est æquiualenter duo peccata. nō loquor de partib⁹ act⁹ quarū quælibet est peccatū. Probat: qa duas habet deformitates

Universidad de Deusto
Biblioteca

annexas.hoc est,cõtrauenit pluribus legibus,scili cet pbibitioni diuinę de furto:& suo voto de pau pertate.sed si actus sit impartibilis secundum intẽ tionem:vt Thomistę putant, non erunt in re duo peccata. Sicut si secunda persona in diuinis duas assumeret humanitates:non esset propterea duo homines,sed vn⁹ homo. Sed an religiosus distra hens pecuniam sibi a superiore concessam contra suam regulam,virtualiter duob⁹ peccatis peccet: scilicet contraueniendo voto:& præcepto diuino: non est ita lucidum.de priore notum est q̄ illi cõ trauenit. Sane q̄uis frater minor frangens ieiuniũ diei veneris in quadragesima,dupliciter peccet:ali um tamen diem veneris non obseruans:nõ sic du pliciter peccat:sed solũ semel contraueniendo suę regulę.ergo similiter ille cũ secluso voto pauperta tis,præfatam pecuniam expendendo cõtra regu lam,non peccaret contra pręceptum dei:si peccet, vnico peccato peccat. ¶Nono sequitur q̄ aliqđ est votũ labijs non expressum:sed solum mente.

¶His p̄missis respondetur affirma tiue ad titulum quęstionis.nam votum est de bo no,ex definitione voti.modo firmare animum in bono per obligationem est aliud bonum:& bonũ bono non repugnanti adiũctum, totum bonum reddit:& inter illa bona nulla est repugnãtia vt no tum est.igitur.

¶Cõtra hãc cõclusionẽ arguit̃ sic. multi sunt damnati,suis votis contraueniẽtes.vt multi religiosi qui regulam suam non seruarunt: qui tamen fuissent saluati non vouendo.ergo nõ expedit vouere. ¶Respondetur concedendo an tecedens.nam melius est non vouere q̄ votũ non perficere.xij.q.j.Scimus.sed hoc ex eorum culpis prouenit:& non ex parte rei quam vouent vel vo uerunt.Q uẽadmodum si homo habeat optimũ pontem ad transeundum fluuium:insidens tamẽ equo indomito:vel inaduertenter transiens fran gat tibiam vel collum:nõ est ponti imputãdum, sed negligentiæ transeuntis. ¶Secundo arguit̃. vouẽs se nunq̄ peccaturum emittit bene votum: & tamen non expedit hoc vouere: quia vbi esset minus peccatum voto secluso peccando,contra ueniendo voto erit maius peccatum.ergo nõ ex pedit vouere. ¶Respondetur vno modo negan do prima facie maiorem.licet enim homo oblige tur non peccare sub pœna peccati:tamen non est licita materia voti:quia non est verosimile secun dum communem legem q̄ illud licitum bene ser uabit.secus est de aliqua vna specie peccati,a qua potest verosimiliter cauere.proponat tamen hoc cum ope diuina q̄ ab omni peccato cauebit. sed forte non prudenter facit hoc vouendo. Potes hic replicare.cum non peccare sit licitum, non ta men licita materia voti, vouẽs nõ obligabitur vi voti ad illud.ergo contraueniens nõ peccabit am plius q̄ si non vouisset:sicut vouens q̄ auctorita te propria hominem occidet:hoc reliquens nul lo modo peccat.Sed non est simile:quia habet p̄= ceptum diuinum in contrarium de non occiden do.hic autem legem dei habet omne peccatum p̄ hibentem.Aliter potest dici concedendo maiorẽ: & negando minorem.nec consequentia probatio nis valet:quia eodem modo p̄baret q̄ non liceat vouere. ¶Ecce quid est votum:& q̄ expedit vo uere siue sit præceptum dei vel hominis: siue nõ. & per consequens homo põt vouere plures ser uare suam religionem.vsitate tamen vocabulum capim⁹ pro opere consilij ante votum emissum.

¶Circa hãc materiã dubitatur quę sint diuisiones voti. Respõdetur. duplex est votum.Nam quoddam est generale ad qđ omnes obligantur. vt baptismus, & renunciare diabolo & pompis eius.& illud obli gat tam volentes q̄ nolentes.xvij.q.j.cap. Sunt quędam.Aliud est votũ singulare,de quo in p̄fa ta definitione locuti sumus : ad qđ nemo obligat nisi volẽs.Item votorum quoddam est psonale: vt votum continentiæ. Aliud reale vt elemosy nam vouere.Aliud mixtum:vt dare se & sua religioni.Item votorum aliud solẽne:aliud votũ nõ solẽne,siue simplex.Votum solum est solẽne duo bus modis.vno modo per susceptionem sacri or dinis.Alio modo per professionem religionis ap probatæ.de voto & voti redemp.ca.Q đ votũ.li. vj.Quodlibet autem aliud votum est simplex:si ue fuerit occultum,siue publicum. Ex quo patet non esse idem votum solenne, & votum publi cum.Item votorum aliud temporarium:aliud pe petuum.

¶Distinctionis Trigesimæoctauę Quęstio Secũda.

Secũdo circa hãc vo torum materiã q̄rit: An p̄= missio obliget p̄mittentem absq̄ hoc q̄ promittens in tendat se obligare ad seruã dum illud quod p̄missit.In tendimus q̄rere de illo q̄ p̄= mittit se facturum a.sine intẽtione formali se ob ligandi,hoc est non cogitando de obligatione:an dicatur obligatus sub pœna peccati ad illud faciẽ dum: & an hoc ad votum sufficiat . Et hincinde est difficultas,quam Ricardus Middiltonus tenet problematicam:sed mihi non placet. ¶Propter ea pro quæstione soluenda ponitur hæc con=

clusio.Homo tenet nudũ pactum licitũ & hone= stum seruare sub pœna peccati. Nudum pactum voco qđ nec fide nec iureiurãdo est vallatum:sed simplici pollicitatione.Probatur conclusio.Pacta enim legitima quę neq̄ dolo malo/neq̄ aduersus leges/neq̄ quibus fraus alicui fiat,facta sunt/ ser= uabo:ait prætor.ff.de pactis.l.Iuris gentiũ.§.Ait prętor.& nollet p̄tor hęc seruare nisi cõtraueniẽdo eẽt turpe & vitiũ.igitur. Insuper p dictũ vulgare. Omne p̄missum licitum & honestum ex ore fide lis cadit in debitũ.Vulgo quoq̄ dicit̃.Verba ligãt homines:taurorũ cornua funes . Tertio,si homo nõ teneret seruare promissum:laberet in extremũ veritatis,scilicet mendaciũ:qđ Aristoteles quarto Ethicorum vitiũ asserit. Prętera non poterit alit ter cõstare de intentione hominũ:si liceat sine pec cato resilire ab honesto p̄misso ad nutum. ¶Se cunda conclusio.aliqua potest esse trãsgressio nu di promissi,quã homo prętertens/ mortaliter pec cat.Probatur conclusio.nemo est excõmunican= dus nisi pro mortali.xj.q.iij.cap.Nemo episcopo rum.sed p transgressione nudi pacti aliquis põt excommunicari. capitu. Antigonus. de pactis. vbi dicitur. Aut insita pacta suam obtineãt firmi= tatem:aut conuentus si se non cohibuerit ecclesia sticam sentiat disciplinam.Prętera arguit̃ ad idẽ. Aliqua potest eẽ promissio boni notabilis: a qua si quis sine causa labatur,mortaliter peccabit. Nã prętierire promissum sine rationabili causa est pec catum:in re modica veniale:in magna mortale.si cut in furto magno & paruo.si enim homo intẽ dat non seruare p̄missum:sed fallere promittẽdo peccat.sed non tenet̃ seruare promissum: sicut in voto vel iuramento:nisi alter aliquam iacturã ra= tione illius promissionis incurrat:puta quia confi debat in te promittẽte:nec prouidit sibi de libris, lignis,equo,vel huiusce modi:vnde patit̃ iacturã. quare teneris ei succurrere:cum ei occasionẽ dãni dederis . ¶Insuper arguitur ad vtrãq̄ conclusio nem simul,probando q̄ transgressio promissi sit peccatum,non curãdo de mortali vel veniali.suf= ficit enim q̄ sit peccatum i genere.patet hoc.xij. q.ij. cap.Q uicũq̄ suffragio.& quęst.v.cap. Quia Ioannes.& expressius ex Ioãne Chrysostomo,vt citat̃.xxij.q. v.ca.Iuramẽti.vbi sic habet̃.Et ideo dominus inter iuramentum & loquelam nostram nullam vult esse distantiam.quia sicut in iuramen to nullam conuenit esse perfidiam:ita quoq̄ i ver bis nostris nullum debet esse mendacium. Sed di cis.illud non concludit. quianllic loquitur de men dacio & periurio.& notum est vtrumq̄ illorum es se peccatum.modo promittẽs aliquid de futuro, intendens facere quod promittit:non facit mẽda cium.Ex his nudum pactum siue nudam p̄mis= sionem reor esse obligatoriam sub pœna peccati mortalis vel venialis,nisi rationabilis causa non i plendi promissi occurrat.Prudentis autem est mu tare consilium in causa rationabili.vt prolixe de= clarat Ioannes Cassianus in collatione abbatis Ioseph.

¶Contra hanc conclusionem argu mentor.promittẽs se professurum religionem: & non intendens se ad hoc obligare,non vouet.igi tur conclusio falsa.assumptum ostenditur per ca pi.Literaturam.de voto. vbi est casus de perter= rito mortis pauore/proponente animo q̄ aliquã do religionis habitum esset susceptur⁹.illic pon tifex conclusit q̄ si non sit ampli⁹ processum in voto non tenebatur profiteri religionem. Vbi di cit glos.in verbo (proponens in animo) Non ta men animo obligandi:nec firmiter hoc proponẽ= do seu eligendo.& nemo se obligat nisi qui ani mum habet obligandi. ¶Respondetur neglecta glossa & canonistis, qa ca. aliqd ex artibus p̄sup ponit ad hoc vt explicetur:dicam q̄ facillime pos sim.Ex textu Literaturam.nihil aliud concludi tur nisi q̄ ille timore perculsus dicebat , non diu hic morabor. proponens in animo q̄ aliquando religionis habitum esset susceptur⁹ . quæ verba expositione indigent.Propterea sic dico.cum vo tum sit actus voluntatis:& voluntas non feratur in incognitum:præsupponit vnum actum intel= lectus vel plures.hoc est, tam notitias apprehensi uas q̄ iudicatiuas,& discursum.syllogisat nanq̄ prudens anteq̄ votum emittat:pericula mundi & eius instabilitatem apprehendit:& ita iudicat.quã obrem proponit deo seruire:& putat se posse me lius hoc facere in religione q̄ extra religionem, tunc cogitat de religione:& iudicat sibi vtilius fo re profiteri religionem q̄ manere in sæculo : sed adhuc non vouet:quia nullum actum voluntatis habet:& voluntas est libera tam contrarie q̄ con= tradictorie,stante quocũq̄ intellectus iudicio: nul lum enim imperium in intellectu cum aliis pono. Secundo vbi voluntas habet suum actum,scili cet proponit p̄fiteri religionem:hoc est, habet ho mo intentionem profitendi religionem : vult ta men seruare se liberum ab obligatione,& tenere se non obligatum adhuc quouisq̄ amplius excogi tet:adhuc nullo modo votum emittit . & illud est proponere de quo est sermo in capitu. Literatu= ram.pro cuius intelligentia hæc dicimus . Decla ro q̄ illud proponere non obligat proponẽtem. Nonne vides q̄ homo proponit surgere tota æstate hora quarta vel tertia : & aliis dicit se in tendere hoc facere:quo non obstante si non sur gat hora quarta , quando etiam bene potest : ne mo iudicat eum male agere? Breuiter(proponere) nescio melius explicare q̄ sic. homo intendit

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquid facere,vel habet velle aliquid faciẽdi:sed i tendit explicite vel implicite se ad hoc non obliga re.hoc est, vult tenere libertatem obligationis pe nes se:cũ hoc sit in facultate sua. Huic ergo ꝓposi to homo cõtrauenit sine peccato.& iste ẽ casus ca pituli Literaturã. Canonistę autẽ secundũ hoc de bent explicare seu, vt dicunt/figurare suũ casum: & sic totũ i recitatiõe elucidabũt. Tertio,homo in tendit se ad hoc obligare formaliter vel effectuali ter:siue verba exprimat siue nõ.& hoc est vouere. & si nullum signum exteri⁹ sup hoc faciat,est pro missio interior deo nota:& hõ obligaꝫ suũ votũ i plere:nisi voluntas imperet aliquod signũ exteri⁹ vt vocem,scriptũ,vel nutũ,qđ signũ sensibile est nota ꝓmissionis interioris:vel ꝓmissio exterior, non refert. Declaro illđ qđ dixi(formaliter vel ef fectualiter)quia expressiõe vlteriore eget. Forma liter/quando hõ intendit actualiter se ad hoc obli gare,vel actu vouet. Virtualiter aũt vel effectuali ter,quando homo taliter iudicat,& vult ꝓmittere sicut alij qui ad vota se obligant . vt diximus de matrimonij contractu. ¶ Ecce votum ad qđ per duos vel tres gradus fit consensus.primo per ap prehensiones & iudicia intellectus/q⁹ bonũ sit reli gionem profiteri:ita vt omnes operationes intel lectus vnum gradum faciant,propositum voti est secũdus grad⁹:& deliberata ꝓmissio est votũ ipsum.potest enim esse actus indeliberatus circa materiam voti.

QVbitaꝫ. An vouens ꝓfiteri religionem debeat statim suum votũ adimplere:& non super hoc mature de liberare. ¶ Secundo dubitatur:an vouẽs assume re religionem,statim exiens satisfaciat suo voto. Respondeꝫ ad Primũ. vel homo idoneus religio ni promittit i certo tempore profiteri religionem & tunc debet adimplere ante finem temporis pre fixi.si enim tempus illud labatur sua negligentia/ peccat:ga non debet tardare reddere domino deo promissa. Vel non ponit terminum sed moratur i sæculo,vt magis postea in religione vel in vinea domini proficiat:quia fortasse non potest in religione bonas artes addiscere,intẽdens cum religio sus erit alios docere:& vt prosit:dummodo mane at cum statu salutis extra religionem,non peccat. Et licet peccet votum differendo quousq; inido neus religiõi reddatur / peccãdo per omissionem: sufficit ei pœnitere q⁹ suum votum distulerit: sed tunc non obligatur:quia si hæc conditio q̃ nunc est presens,affuisset ab initio quãdo vouebat : nõ fuisset ꝓprie votum . Q⁹ autem aliquis successu temporis reddatur ildoneus religioni qui in iuuẽ ta erat idoneus:ostendo sic.cõtingit q⁹ in morbũ chronicum incidat:in debilitatem stomachi: verti ginem,vel senium.& tũc erit religiõi in grauamẽ, non potens cum alijs ieiunare/surgere noctu:& si milia agere.& per consequens erit occasio cæteris non seruandi rigoris monastici: & vita eius nota bilissime præripietur seu breuiabit.in sęculari au tẽ vita bene viuet.quare tali sufficit habere dispen sationem sui voti.Non est idem immo longe dif fert/si fuisset religiosus.talem nanq; oportet i cœ nobio permanere,& facere quod possit.ac ei con descendetur in ieiunio,matutinis nocturnis,& si milibus.mala enim induceretur sequela & religio nis eneruatio: si permitteretur egredi.nam tãtum humanitatis ei impendetur in religione quantum extra eam.& cum actualiter sit mortuus ciuiliter: non redibit amplius ad sęculum.Etiam ingrediẽs cœnobium in iuuentute acquirit habitum rigide & strenue viuendi in religione:ita vt nunq̃ futur⁹ sit tam idoneus quin regulam seruare potent:nõ autem senex ingrediens.sicut arbor tenera etiam curua suapte natura/potest sic flecti vt erecta sem per maneat:non autem iam indurata.sic est in ꝓ posito . ¶ Ad secundam dubitationem respõde tur q⁹ talis cœnobium ingrediens potest multifa riam se habere. vel vouet ingredi vt exeat: & hæc est illicita materia voti.vel vouet ingredi,de egres su nihil cogitando:vel si cogitet,nullum actũ vo luntatis super egressu habet:& sic tenetur ingredi. sed si religionem suis humeris imparem iueniat, potest exire:nec erit vllo modo apostata vel pec cator:quia secũdum legem communem daꝫ vni cuiq; tempus probationis vt experiatur an velit in religione persistere.nisi accideret casus quo eẽt aliis occasio scandali in bona religione. Vel est in tentio eius manere perpetuo in religione: vel dun taxat ad tempus pro sumenda probatione.& faci le est consequenter dicere.

¶Distinctionis Trigesimæoctauę Quęstio Tertia.

TErtio circa hãc voto rũ materiã quęritur. An oñe votum obliget vouẽtem/ad sui obseruantiam. Respõde tur affirmatiue.probatur cõ clusio Deuteronomij. xxiij. Cum votum feceris domi no deo tuo:non tardabis reddere:quia requiret il lud dominus de⁹ tuus.& sequitur. Si nolueris pol liceri absq; peccato eris . Ac si diceret.vouere est consilij:seruare est præcepti. Et Psalmographus ait psalmo.lxxv. Vouete & reddite domino Deo vestro. Et psalmo.lx. Reddam vota mea de die i diem. Et.lxiiij. Tibi reddetur votum in Hierusa lem. Et psalmo.cxv. Vota mea domino reddam

in conspectu omnis populi eius. Et in cap. Licet. de voto.dicitur sic. Licet vniuersis liberũ sit arbi trium in vouendo: vsqueadeo tamen solutio ne cessaria est post votũ:vt sine proprię salutis dispẽ dio alicut nõ liceat resilire.

¶Contra hanc cõclusionẽ argumẽ tor.si voueat Sortes dare vnã mensurã alicui reli giosorũ cõuentui: de nulla determinata intẽdens: Sortes nõ tenetur adimplere votũ. ergo cõclusio falsa. Antecedens patet:quia nullã mensurã dare tenetur. Respondetur,siue intẽdebat dare determi natam mensurã siue nõ,nõ est quęstio in argumẽ to: sed argumentũ ponit omnia quæ difficultatẽ promouent. Et dico q⁹ oportet respicere cõmu nitatem cui vouebat: & opes vouentis: & secun dum iudiciũ prudentũ adimpleat votum. ¶ Se cundo arguitur.proponendo q⁹ Sortes vouet ꝓ fiteri religionẽ si Plato voueat idipsum,& nõ ali ter:& nõ velit religionẽ profiteri/ nisi Plato profi teatur.quia eius societate spirituali gaudet. Cõtra plato videns sortem malũ vouet se religionẽ pro fessurũ/si sortes nõ profiteatur: & si sortes profi teatur,ipse nõ profitebitur. Isto casu stante neuter istorũ tenetur profiteri religionẽ. & tamen vterq; istorũ vouet.igitur.Maior patet:qa si sortes profi teatur religionẽ, plato nõ profitebitur ex casu pla tonis. Et si plato nõ profiteatur: nec sortes tenebi tur ex casu sortis:ergo neuter tenetur religionem profiteri.Minor patet:qa vterq; cõditionaliter vo uet:ergo est obligatus seruare suum votũ. ¶ Re spondebo ad argumentũ primo quo ad logicã & vtcũ straminis.secũdo quid theologice & in mate ria conscientię ad casum hunc & ad similes dicen dum sit.(si)nõ capitur illatiue in ꝓposito:sed pro missiue/votiue/vel iuratiue.ad veritatem autem propositionũ in quib⁹ sic accipitur/ nõ requiritur bonitas cõsequentię : immo nõ est consequentia. nam idem requiritur ad bonitatem consequentię & veritatẽ propositionis cõditionalis in qua con tunctio illatiue sumitur:videlicet q⁹ non possit ita esse sicut significatur per antecedens,quin ita fue rit sicut significatur p consequens.ergo capiendo (si)illatiue in prefato casu conditionales illæ sunt propositiones impossibiles & nõ admittẽdę. Sed capimus(si)promissiue:& ad veritatẽ propositio nis in qua sic accipitur,sat est:si ponatur ita esse si cut significatur per antecedens, q⁹ ita erit sicut si gnificatur per consequẽs:siue vnum extremũ po natur/siue nõ.vt ad veritatem huius:si veneris ad me dabo tibi equum, sufficit q⁹ si ad me veneris/ dono equum a me accipies.nã si veneris/ & equũ abduxeris:iam conditionalis promissiua est adim pleta.si nõ veneris:sed si venisses equũ habuisses: adhuc illa cõditionalis ꝓmissiua est vera.& qa nõ ponit ad suã veritatẽ antecedens vel consequens: sicut nec cõditionalis illatiua,cõditionalis ꝓmissi ua/cõditiõalis illatiuę simia dici põt. Eodẽ modo dicaꝫ q⁹ ad veritatẽ huius, viri Ceilæ tradidissent Dauid & suos in manus Saul si Dauid mãsisset in ciuitate:nõ requiritur bonitas consequentię:vt Nicola⁹ in lra & Doring in replica putant.de quo j.Regũ.xxiij.Burgẽsis vero in additiõe dissutius ꝓcedit. Pro illa lra vno verbo dicaꝫ sufficere q⁹ si Dauid mansisset in ciuitate/viri Ceilę tradidissent eũ in manus Saul. nec illic est consequẽtia aliqua sed deus nouit intentionem ciuium Ceilæ,& im pedimẽta possibilia: nõ autem Dauid. propterea consulendo dominũ sciebat illam conditionalem interrogatiuã esse verã. Aliqua enim est conditiona lis ꝓmissiua:aliqua votiua:aliqua iuratiua:aliqua interrogatiua & consultiua:vt in ꝓposito. Et non differunt nisi sicut ꝓmissio/votũ/iramentũ circa eandẽ materiã. ¶ Hoc premisso dico q⁹ votũ for tis nõ tenet nisi extante cõditione: quia nõ intẽdit se obligare ad religionis professionem/ nisi plato ꝓfiteatur.& sic casus eius potest bifariã verificari. vno modo si ambo religionẽ ꝓfiteanꝫ.alio modo si neuter profiteaꝫ.& vtriusq; modi verificatio ca sui platonis repugnat.quare iter casus est incõpos sibilitas/siue simul voueant/siue successiue.modo ad impossibile nemo obligatur. Sortes nãq; non intendebat se obligare ad religionẽ nisi & plato se obligaret:& cũ plato nõ possit hoc simul implere: sortes est liber:ac si nihil vnq̃ vouisset. & eodem modo plato est liber.& neuter tenetur profiteri re lionẽ vi istius voti. Illud autẽ argumentũ iuniori bus & his q⁹ artes callent/relinquo.nec enim materia est ꝓducenda/sed suis limitibus cõtinẽda,ne theo logię ignari muscas sophisticas quęrẽtes longius philacteria dilatẽt: alios sub vmbra boni fallẽtes. decuit tamẽ aliquid dicere: qa quãdoq; docti viri nõ logici/se temere fatigant etiã in altioribꝰ disci plinis. ¶ Tertio arguitur. votũ est cõmutabile in aliud.vt patet de voto & voti redemp.per totũ,& potissimũ in cap.Magnę.§.Cũ igitur.& id quoti die videm⁹.ergo nõ oñe votũ obligat ad sui obs eruantiã. Concedo antecedens:& distinguo con sequens. vel quo ad eius obseruantiã in propria forma: & sic nõ oportet: sed sufficit in meliore il lud adimplere/vel in equali, & in casu ancipiti cũ consilio superioris.quodlibet enim aliud votum est in votum religionis commutabile per legem scri ptam & cõmunẽ.vt patet p cap. Scripturæ.de vo to & voti redẽp.in quo dicitur. Reus fracti voti aliquatenus nõ habetur: qui tẽporale obsequium in perpetuam noscitur religionis obseruãtiam cõ mutare. Sicut si voueam me daturum duodenũ in vsus pauperũ,dando scutum nõ adimpleo in forma qđ voui:sed tamen in meliore. sic votum

Universidad de Deusto
Biblioteca

religionis quolibet aliorū votorū est melius. Multa quoq; in canonib⁹ dicūtur de voto terrę sanctę quæ nūc nō sunt maxime seruanda. tunc cū erat spes militum terrā sanctā recuperare vel tueri potentium/cū Christiani aliqui essent illic ad resistendum. Sed Ptolemaide ablata vir priuatus ad hoc parum potest conferre. quare si gratia deuotionis terrā sanctam petere vouerit: potest votū illud cōmutari. In voto autē peregrinationis terrę sanctę solus papa dispensat. ca. Magnę. de voto & voti redemp. Idem seruatur de voto visitandi limina apostolorū Petri & Pauli in vrbe: & voto sancti Iacobi, licet in nullo iure scripto inueniat. In alijs autē votis episcopi dispensant quo ad suos subditos: & abbates & priores quo ad suos religiosos semper intelligendo q; sit legitima causa dispensandi. alioquin nō erit tutus in conscientia is cum quo fuerit dispensatū. ¶ Quarto arguitur. homo licite vult se nō vouisse, ergo nō obligatur seruare suum votum. antecedens patet: quia licitū erat a principio non vouisse: ergo adhuc post votum potest elicere talem actum, vellem me nō vouisse vnq̄: vel si nō vouissem nō vouerem. ¶ Respondetur concedendo antecedens. nam qui vouit potest trifariā se habere respectu voti preteriti emissi. Vno modo votum preteritū approbando. Secūdo modo sic, nollem me vouisse: hoc est, si nō vouissem/nō vouerem: sed tamen cum vouerim/volo votum meū seruare. Tertio modo nec volendo nec nolēdo. Primo modo habet actum bonum. Secundo modo bene agit respectu secundi actus, volo seruare votū meū quod emisi: & etiā respectu prioris actus illius secundi modi: sed ille est minus bonus q̄ alter. cū enim sit actus deliberatus habens in intellectu iudicium regulatiuum sui, nō est indifferens, scilicet neq; bonus neq; malus: immo probabiliter nullus est talis post vltimam relationem actualem. nec videtur q; sit malus: qa sicut ille actus est licit⁹: nolo vouere ante emissum votum: sic actus iste de quo est sermo post votū: quia solum mentionem facit respectu illius actus preteriti qui iterdum erat licite nolitus anteq̄ erat emissus. Nec ille manum mittit ad aratrum & retro aspicit, contra verbū Christi Lucæ. ix. cū suū votum seruare studeat in posterum: & post votū emissum etiā ille actus sit licitus, nō seruarem votum meū in futurum si nō essem a deo obligatus seruare. quēadmodum vellem occidere sortem si nō esset a deo prohibitum. cū his em̄ actibus conditionalib⁹ stant isti actus boni, nolo occidere sortem ob preceptum dei: volo seruare votum propter legem dei me obligantē. Dando vero tertiū mēbrum/nec eligendo velle nec nolle, nō meretur nec moraliter bene agit: cū nullum actum in voluntate habeat. ¶ Quinto arguitur. vbi Berta vouit virginitatem ponatur ipsa corrupta siue inulta siue nō. Hoc supposito arguitur sic. Berta vouit virginitatē: & nō tenetur seruare virginitatem: quia hoc est ei impossibile: igitur non omne votū obligat ad sui obseruantiam. ¶ Respondetur casu admisso ad formā argumēti concedendo vtrā q; premissarū & etiā conclusionē. sed ipsa tenetur seruare hoc quod potest. Si enim peccauit in virginitatis amissione, tenetur hoc detestari: & debet seruare id quod restat de illo voto seruando. virtualiter nanq; ipsa vouit q; nunq̄ actui venereo dabit operam. si autem semel dedit/iam ablata est virginitas, ex dictis in distin. xxx. remanent tamē alij actus possibiles a quib⁹ ipsa abstinere potest. Hic notetur illa regula iuris. Si non valet qđ ago vt ago, valeat vt valere potest. ¶ Sexto. Voueat Sortes existens in Britannia adire Romam. post quatuor annos nō aduertēs ad hoc votum transeat gratia studij Paduam vel Bononiam: & illic aliq̄diu studeat: deinde transeat Romā, & illinc ad Britanniā redeat: & tum primo faciat conscientiā de suo voto adimplendo. Hoc supposito arguitur sic. Sortes qui in Britanniā reuersus est vouit visitare limina Petri & Pauli Romę: & tamen nō tenetur illud votum adimplere cū Romā iam visitauerit. Si dicas. adimpleuit hoc quod promisit vtpote iuit Romā sicut promisit. Contra hoc arguitur. Sequitur ergo q; si ad imaginationē fuisset delatus in somno Romā in spiritu: vel ponecasum de loco propinquo, votum adimpleuisset. quod nō est dicendum. Preterea. dormiens vnum diem quo preceptum est ieiunare, nō prescius dicti illius ante tēpus ieiunij nō satisfacit precepto ecclesię: ergo nec iste de quo loquimur. ¶ Respondetur. certum est si quis ab initio habeat propositum adeundi locū suę peregrinationis nō cogitādo de illo loco immediate/dūmodo eius transitio imperetur ab actu interiore ad illum locū adeundum: q; is votum adimplet. Et etiam ille votum adimplet qui vadit Bononiā gratia studij: & post ea memor voti petit Romā. nam vouit adire Romam: & ita facit animo deliberato. Et idem reor esse si iuit gratia habendi beneficij, dūmodo Romę sit memor sui voti in Britannia emissi. Forte etiā idem est si approbet illud Roma redeundo: vel quod amplius est cū est in termino ad quē reditus/suum transitum approbando. Ad id quod tangitur de dormiente in die ieunij: dico q; non transgreditur ieiunium peccando/licet nō mereatur. sed raro hic casus occurrit, quare non insisto. ¶ Septimo arguitur de votorū incōpossibilitate ponendo q; sortes vouerit se ieiunaturum in die veneris in pane & aqua. deide voueat se nō comesturum panem in die beati Laurentij: qui in die veneris occurrit. vel ponatur de quibuscūq; alijs votis, quorū quodlibet est possibile: sed multa illorū votorū sunt incōpossibilia: & per consequens reddunt iter sese impossibilitatē: sicut copulatiua cōposita ex cōtradictorijs contingentibus. ¶ Respondetur. q̄ vota sunt compossibilia & vouens intendit illa obseruare & potest: tenetur illa simul seruare. Si autē sint incōpossibilia: seruet maius & melius. Si æqualis bonitatis/seruet illud qđ prius vouit. semp enim in promissionibus prior obligatio fortius ligat cęteris paribus. quēadmodum in matrimonio superius diximus, de contrahente cū duabus sponsalia. Si vero simul illa vota emittat: eligat vtrū eorū seruare maluerit. ¶ Octauo arguitur. Nemo potest obligari ad votū supererogationis. nam quādo obligat, nō est supererogatio. Respondetur. ad opus supererogationis homo potest obligari: tamen non potest obligari ad opus supererogatiōis. nec est possibile q; obligetur ad opus supererogationis. intelligens logicā vno verbo hęc capit. ¶ Nono. Voueat sortes pfiteri a. religionē: & a. religio nō velit sortem recipere. illa enim simul stant. Tunc sic arguitur. Sortes emisit votum profitendi a. religionem: & nō tenetur ad illud: ergo conclusio falsa. Respondetur. nō est contra cōclusionē. vouens tamē debet facere quod in se est ad profitendū a. religionē. & qa per eū non stat quin a. religionē profiteatur: non peccat. Ipse autē vouens potest intendere pfiteri a. & nō intendere profiteri aliam religionē nisi a. & tunc si a. religio noluerit eum recipere: ad nullam religionem tenetur: nec tenetur seruare regulam. a religionis in sæculo: quia nō vouit illam regulam nisi cum illa conditione adiecta, si a. religio velit eum suscipere. sicut transiens ad ordines/putans suscipere ordinem sacrum/& non suscipiens/quia alter non potest ordinem conferre: nō tenetur ad continentiam: quia nō intendebat se obligare ad continentiā nisi ordinem susciperet. Sed si is de quo loquimur vouit profiteri religionē principaliter, & determinet se secundario ad hanc religionem: tunc si religiosi nolint eum recipere: tenetur pro implettione sui voti omnia religionis cœnobia adire quousq; recipiatur: vt per eum nō stet. ¶ Ecce quomodo votum est obligatoriū: cui homo potest satisfacere multis modis. Vno modo implendo hoc qđ vouit. Secundo petēdo cōmutationē sui voti/vt cōmutetur in aliud deo magis gratum. Tertio cum est rationabilis causa nō implendi. vt si quis vouit se quando robustus erat aliqua executurū quę nunc debilis effectus facere nō potest sine corporis iactura: tunc cum habeat preceptum diuinum de seruanda vita: nō tenetur seruare votum. & vbi casus est euidens: nō opus est dispensatione: nisi pro conscientiæ scrupulosę soliditate. vbi vero est dubium, petatur dispensatio: vel de voto tollendo/vel commutando prout superiori equius videbitur. Regula autē, Quod semel placuit/amplius displicere nō potest, intelligitur in necessarijs ad salutem: vel quando nō occurrit causa cōmutandi.

Questio Quarta.

¶ Distinctionis Trigesimęoctauę Questio Quarta.

Varto circa hanc materiam quæritur. An opus factū ex voto sit melius q̄ opus factum sine voto. Respondetur affirmatiue. ꝓbatur sic. quicqd boni est in opere facto sine voto/hoc est in opere voti: & aliqd aliud. ergo conclusio vera. Antecedens probatur: qa vouens/se obligare intendit ad hoc: sine voto autē hoc nō oportet. ¶ Beatus Thomas & Middiltonus alias rationes ad hanc conclusionē adducunt. quarum prima est. Opus inferioris virtutis imperatum a superiore virtute est magis meritorium q̄ ab inferiori imperatum. vt actus temperantię est melior imperatus a charitate q̄ a sola tēperantia. sed actus ieunij in illo qui vouet/a latria imperatur: nō autē in alio qui non vouet. Secundo, per votum quis immobiliter firmatur in bono: nō autem sine voto. Tertio, qui vouet/magis se dat deo q̄ ille qui nō vouet: ergo actus eius est gratior. Per cōparationem nāq; beati Anselmi in libro de similitudinibus: plus dat alicui dans arborem cū fructu q̄ solum dans fructus. ¶ Sed dico q; hę rationes nō sunt efficaces. & si concludant, pro religiosis & pro sæcularib⁹ concludunt. quod patebit respondendo ad singulas. Ad primā rationem concedo maiorē & negatur minor. nō enim oportet vouentem plus actualiter referre actum temperantiæ/castitatis vel cuiuscunq; alterius virtutis in deum q̄ non vouentem. & sic actus inferioris virtutis qui elicitue est ab inferiore virtute, & imperatiue producitur a superiore virtute/equaliter tam in vouente q̄ in non vouente imperatur. & si ad virtualem relationem obtutum figas: idem erit in nō vouente prudente. Ad secundam rationem dico/q; ratio si probet intentum/solum concludit de actibus qui a professione religiōis emanant, & non de alijs actibus bonis ad religionem nō pertinentibus. Dico secūdo q; nec de illis concludit: quia nō vouens potest eque firmiter in animo proponere se hoc facturum/ac vouens. quia ad bonitatē actus ex secundo Ethicorū requirit q; sit firmiter & propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc.id est,q̄ habeat obiectum & finem,& immobiliter fiat. Nec religiosus obligat se sub pœna peccati ad quēlibet actum religionis: vt postea dicetur.& si se sub hac pœna obligaret: nō oportet/ saltem nō cōstat q̄ actus eius erit ꝓpterea melior. Tertio dico q̄ non in quolibet actu etiā religiosi est distinctum votū. & nō religiosus potest illud bonum vouere in particulari: & sic actus eius erit firmior. Si dicas:a primo proposito suæ professionis impatiuo quilibet actus est aliquo modo votum.Hoc potest habere nō religiosus, vouendo q̄ velit seruare omnia præcepta dei & ecclesię: & tamen actus eius procedit a voto sicut actus religiosi.Nec tertia ratio cōcludit.Nam secularis recognoscit se creaturam dei:& est eius seruus vt religiosus. Ad exemplum beati Anselmi concedo q̄ plus dat dans arborē cū fructu q̄ fructum solum: quia duo bona dat. Modo si velis applicare hoc ad propositū: oportet ꝓbare q̄ religiosus det pomū & fructus ei⁹:hoc est bona opera deo, & etiā seipsum/arborē, quia homo est arbor euersa: & q̄ secularis nō dat hęc deo. sed hoc est falsum:quia facit actus suos propter deum: & contingit q̄ det se deo,etiā quolibet die semel. Dicis. licet dicat,do me deo:tamen nō dat reuera se deo: cū teneat bona fortunę/bona animæ/ & corporis: quæ tria religiosus a se abdicat : & sic actualiter dat se deo/cum nihil retineat amore dei. Contra. religiosus per te dat se deo : quia vult viuere secundum regulam suam / quæ illa tria abdicat. sed non professus sacerdos continens / sequens regulam euangelicam sumens solum necessaria vitę,potest sic facere.igitur,probatur minor:quia vouet continentiam virtualiter : & votum fit solenne per susceptionem sacrorum ordinum: nec quicq̄ habet nisi fructus beneficiorū. modo illorum deus est dominus ex.xxxiij.distinctione huius. Item si actus religiosi est magis meritorius: quia est specialiter deo dicatus: sequit q̄ religiosi strictioris religiōis actus erit magis meritorius q̄ actus religiosi religiōis latioris:cęteris oīb⁹ paribꝫ hoc dempto q̄ vnus sit religiōis sancti Augustini: & alter actus/ Carthusiensis vel bonorū hominum. qđ opinione mea nō omnes religiosi latioris ordinis concederent.cōsequentia tamē est euidens. nam sicut tu dicis q̄ actus religiosi mancipati deo est melior actu religiosi viri in religione christiana cęteris paribus:quia est magis cultui diuino mancipatus:proportionabiliter dicere debes de actu viri in strictiore & latiore regula.¶ Quarto probant isti conclusionem sic. Religiosus plus peccat q̄ non religiosus: ergo plus meretur. tenet consequentia: quia alioquin religiosus esset securus de damno & nō de lucro. Respondetur. cōsequētia est nulla.nā argumētū probaret quodlibet opus precepti præstare cuicunq̄ operi consilij.qđ est falsum. ¶ Quinto. ieiunet religiosus die veneris secūdum regulam:& etiā secularis.tūc sic.si non esset preceptum/vterq̄ actus esset alteri par.sed circūstantia precepti facit actum meliorē. igitur.Respōdetur.adhuc probatū nō est q̄ circūstantia precepti faciat actum esse meliore q̄ esset sine illa circūstantia.quia si sic:si mille actum preciperent/actus esset melior q̄ si pauci ipsum preciperent. Secūdo dato q̄ hoc sit verū/ nō probatur de actu nō contēto in regula. ¶ Sed an secularis grauius peccet q̄ religiosus:dicunt isti q̄ sic. Sed cęteris oīb⁹ paribꝫ hoc dēpto q̄ vn⁹ sit religiosus & nō alter:q̄q̄ alij dicāt,cōcedo q̄ religiosus plꝰ peccat.tū qa est deo magis deuinct⁹,vt ipsi dicūt. tum quia cadit a gradu altiore & securiore.loquor de his quę plurimū cōtingunt.nō enī oportet loq̄ de viro heroico sæculari : & mediocri religioso. Sed q̄us grauius peccet q̄ nō religiosus:li sit in societate bonorū/citius resurgit: quare nō ita periculose peccat vt secularis. Si vero loquaris de peccato regulę cui cōtrauenitur: sæcularis nō peccat: sed religiosus peccat.& certus est de peccato/si male agat: & nō alter. sed illud periculum peccati cōpensatur p bona religionis.de quibus postea dicemus comparando statum sęcularem ad statum religiosorum.

Vbitatur:qui possint vouere. Respondetur. omnes qui nō prohibentur. quare de prohibitis vouere loquendum est.quibus cognitis adęquate: in promptu habebis qui possint vouere. Aliquę autē personæ de iure naturę prohibentur vouere: vt dementes & breuiter rationis omnis expertes. Aliquę de iure positiuo.cū quo ius naturale multum/vel parū conuenit. ¶ Primo. Episcopi & alij superiores prelati non possunt facere votum/quo vinculum inter se & suas ecclesias dissoluatur,sine consensu papę.de renun. ca. Nisi cum pridem. nō enim potest prelatus emittere votum quo graue prejudicium fieret ecclesię sue.viij.q.j. Clemens. ¶ Secundo clerici beneficiati in beneficijs residentiam requirentibus/ nō possunt facere votum longæ peregrinationis sine facultate episcopi.de voto.cap.Magnę.Possunt tamen inferiores episcopis profiteri religionem inuitis episcopis.xix.quęst.ij.Duę.& beneficium eorum nō debet alteri conferri quousq̄ fuerint professi, vel absolute appareat q̄ vitam mutare voluerint.ca. Beneficium.de regula.libro sexto. ¶ Tertio religiosi nō possunt vouere sine cōsensu formali vel virtuali superioris. quod patet per illud Basilij quod recitatur.xx.q.iiij.ca.Monacho. vbi sic scribitur.Monacho nō licet vota vouere sine consensu abbatis sui.si autem vouerit frangendum erit. Ratio est:quia voluntatē a se abdicauit. Sed dicis nō tenet parere abbati nisi in regula: ergo in alijs impertinentibus est sicut erat ante professionē liber.sed ante professionē vouere poterat aliqua ad regulam nō pertinētia,& fuisset obligatus illa seruare: ergo adhuc pōt illa vouere/ & potissimū regulę nullo modo aduersa:vt sic.voueo me oraturum & facturū hoc quolibet die si nō vocer a superiore.& contingit q̄ a superiore nō vocer: ergo potest facere qđ vouit,& manebit obligatio. Scimus hominē posse illa ratione euasionem probabilem inuenire: sed satius est dicere q̄ licet nō teneatur abbati in ijs quę ad regulā nō pertinent parere:tamē nō potest vouere sine consensu abbatis nam presumit abbas pastor prudentior sua ouequę multis oneribus importabilib⁹ se sub specie deuotionis premens votum voto accumularet. Propterea rationabilius est dicere q̄ ad hoc est aratus.& probabiliter hoc constat: vt aliquo modo iam patuit,& amplius ostenditur per vxorem. ¶ Quartę personę vetitę vouere sunt vxores.nā vxor nō potest sine consensu viri vouere votum abstinentię. vt dicit Augustinus in quęstionibus Numeri.& citat.xxxiij.q.v.cap.Noluit.& in cap. Manifestum. Et eodem modo de quocunq̄ alio voto:etiam ad carnalem copulam nō pertinente. quo ad copulam autē marit⁹ & vxor sunt pares. cap.Gaudemus.de diuor.& etiā quo ad ea quę copulam cōcernunt.vt vir nō potest vouere q̄ dormiet indutus vestibus:nec potest vouere abstinētiam per quā nō possit mulieri reddere debitū. Et licet vir mulieri cōsenserit:potest tamen votū mulieris reuocare,licet iterdum male agat: nōnū q̄ bene/ quando scilicet est rationabilis causa voti soluendi.ratio est,quia est caput mulieris. Sic abbas est caput religiosi:& magis est religiosus subiect⁹ abbati,q̄ mulier viro.xxj.q.j.Non dicatis.Et propterea recte dicit glossa in dicto capi. Noluit. q̄ abbas potest reuocare votū quod religiosus emisit ante monachatū. ¶ Quinto,filiusfamilias nō potest vouere aliquid qđ sit contra regimen domus & familię nisi ex consensu patris:preter votum religionis. ¶ Sexto, impubis nō potest facere votum religionis etiā cum facultate patris quā tūcunq̄ prudens fuerit.de regula.cap.j.lib.vj.vbi ille qui ante.xiiij.annū fuerat professus licite potest redire ad sęculum.potest enī pōtifex talem cōtractum irritare.& q̄is iste sit prudens: ne tamen alij iuuenes passim circūuenianť a religiosis:pmitti nō debet. ¶ Septimo serui nō possunt vouere aliquid qđ est in prejudiciū dominorū suorum. ¶ Octauo & vltimo nec abbates possunt aliquid vouere: per quod prejudicium in suo officio generetur : sine permissione suorum superiorum.

xviij.q.ij. Abbates. Nō sic intelligas q̄ cū facultate superiorum possint etiam tale votum complere:sed sic,in casu ambiguo de prejudicio cœnobij imploranda est superioris permissio.

Vbitatur: an iuramētū plus obliget iurantem ad prestandum id qđ iurat q̄ votum. Respōdet beatus Thomas Secunda secūdę/quęst.lxxxix.art. viij. q̄ plus obligat votum.Cuius rationes sunt nam iuramentū interdum fit homini: votum autem soli deo:igitur obligatio voti est maior. Alia ratio.obligatio voti nascitur ex fidelitate quā deo debemus:vt ei promissum soluamus:obligatio autē iuramenti ex reuerentia quam ei debemus, ex qua tenemur verificare illud qđ per nomen eius promittimus. omnis autē infidelitas irreuerentiam continet. sed nō conuertitur.videtur enim infidelitas subiecti ad dominū,esse maxima irreuerentia.Rationes istę nō cōcludunt.nō prior. nam loquimur de iuramento quo aliquid iuratur deo: vtpote iurando q̄ profitebor religionē quēadmodum si illud vouerem.ponamus semp cætera paria/hoc dempto q̄ vnus iurat se facturum a. & alter id idem vouet. Nec secunda ratio concludit , quia sicut votum nascitur ex fidelitate quā deo debemus:vt ei promissum soluamus:sic etiam iuramentum ex eadem fidelitate oritur. Ex fidelitate autem quam debeo deo de voto/teneor seruare iusiurādum meū licitum. nec obstat q̄ in transgressione iuramenti irreuerentia fiat deo. sic enī fit in transgressione voti. Præterea, possibile est trāsgressorē voti habere fidem rectam in intellectu/sicut nō implentē iuramētū.ergo nō est maior infidelitas in transgressiōe vnius q̄ alteri⁹. An autē infidelitas quęlibet irreuerentiā dei exuperet: nunc nō inquiro. ¶ His rationibus euacuatis arguitur cōtra cōclusionē.B.Thomę. Omnis ratio obligationis in voto/ manet in iuramento: & additur aliquid aliud. ergo iuramentum nō minus/ immo magis obligat q̄ votum. Antecedēs patet de intentione obligandi : & cū hoc assumitur nomen dei in testimoniū.ergo quęcūq̄ ratio obligationis est in voto: illa & aliqua alia est in iuramēto.nō minus igitur obligat: immo plus. Pręterea, iuramentū metu extortū tenet:votum autē metu extortum non tenet.ergo plus ligat iuramentum q̄ votum. ꝓbatur cōsequētia: quia si votum esset maius vinculū q̄ iuramentū spōtaneū: votū magis obligaret q̄ spōtaneū iuramentū: & coactum votū magis obligaret q̄ coactū iuramētū. ¶ Propterea teneo q̄ iuramētū plus obligat q̄ votū cæteris oibus paribus. nō tamē habet cōsuetudo sic iurare ob euitandū periurīū. Sed prudens in casu licite iurare pōt.sicut deus p semetipsum iurauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Genesis.xxij. & secūdum Apostolū ad Hebręos vj.oīs controuersię finis ad cōsummationē est iuramentū. ergo cū ei plus stetur q̄ voto tanq̄ fint cōtrouersię:plus obligat.& eius pręuaricatio est cōtra p̄ceptū primę tabulę:nō autē pręuaricatio voti. Ex isto sequit q̄ si prudens turet deliberate se religionē professurū,quod est sibi licitum:nō minus/ imo magis corā deo est obnoxius suum iuramentū implere,q̄ hoc ipsum vouens.

¶Distinctionis Trigesimęoctauę Quęstio Quinta.

Liqua iam de voto in generali tetigimus,& obiter aliqua de religiosis. deinceps tria inuestigabo. & primo, An status religionis sit vitę seculari quo ad meritū/ & ex cōsequente quo ad prę miū p̄ferēdus. In primis videamus quid sit religio: & status secularis: ne videamur vmbratice in equiuoco laborare. Terminus religio iterdum p̄ metu capitur.vt apud Virgiliū. Iam tum religio pauidos terrebat agrestes Dira loci. vbi Seruius. Religio,inqt.i.metus vel sollicitudo, ab eo q̄ mentē religet. Inde dies religiosi infames vel infausti dicti sunt. Aliquādo sumitur p̄ supstitione.quo modo religiosus dicit qui nimia & supstitiosa religione se alligat. Terentius. Vt stultę & misere omnes sumus religiosæ. Alio autē modo religiosum vocatur illud qđ ob sanctitatē aliquā remotū ac sepositū est a nobis,a relinquēdo dictum. vnde Virgilius in.vtij. Est ingens gelidum lucus ppe Ceretis amnē Religione patrum late sacer:vndiq; colles Inclusere caui & nigra nemus abiete cingunt. Lactantius lib.tiij. religionē a religando dictam asserit. Augustinus vero lib.x.de ciuitate dei a reeligēdo religionem deducit. Prima acceptio est nobis aliena cū secunda:sed tertia peculiaris. ¶Itaq; tertio modo capiēdo religionem vel religiosum a religando,trifariā accipitur. Vno modo latissime vt omnē christianum includat. & vocatur christiana religio apud loquētes.vt in cap. Pro humani.de homi.lib.vj.sicut in lege Mosaica de comedēdo agno paschali dicit Exodi.xij. Hæc est religio phase.& Numeri xix. Hęc est religio victimę quā statuit dñs. ¶Secūdo modo capit religio p̄ eis q̄ realiter honeste viuunt,siue sint seculares/siue clerici/siue quicūq; alij.& sic apl's vocabat se pharisęū secūdū certissimā sectā religionis Hebręorū. Actuū.xxvj.& Iacobi.j. scribit. Religio mūda & immaculata apud deum & patrē,hæc est:visitare pupillos & viduas &c. Et Actuū.ij. Erant autē in Hierusalem habitātes Iudei/viri religiosi/ ex omni natione quæ sub cælo est. qui tamen omnes erant seculares. & sic vocamus sanctum Ludouicū Regem: & magistrum nostrum Standonck Mechliniani,religiosissimos viros. ¶Tertio modo capitur religiosus pro illo qui aliquā e religionib⁹ approbatis ab ecclesia professus: & vestes a secularibus distinctas habet. Ex quo patet q̄ religio secundo modo est optima inter has acceptiones: quia in se bonitatē includit:& malitiā excludit. Tertio autē modo dicta religio bonitatē & malitiā nō recusat. Seculare tot modis oppositis possumus accipere p̄ regulam topicā. Quot modis dicitur vnū oppositorū:tot modis dicitur & reliquum.sed capim⁹ opposito modo ad tertiā acceptionē: ita vt quēlibet nō religiosum religione vulgari secularē appellemus. Videmus eīm aliquos immo plurimos religiosos suarū professionū pręuaricatores:q̄ putātur a sapientibus esse in periculosissima sorte viuendi: nec putantur consequi salutem viuēdo vt viuunt.alij autem bene viuunt.

¶His præmissis pono cōclusiones sequentes:quarū Prima est. Status religionis siue conuentus religiosorū in quo fratres religiose viuunt/est securior ad merendum & peccata vitanda:q̄ status secularis & mundanus. Probatur cōclusio. Nam in seculo plurimū in auaritia peccatur/vendendo/emendo/& in multis alijs contractibus: & crebro nō est alieni restitutio.ergo ille stat⁹ in quo homines se talibus accommodant est periculosus. peccatur item in luxu & in superbia vitæ,secūdum illud primę Ioannis.ij. Omne quod est in mundo:est cōcupiscentia carnis , & cōcupiscentia oculorū, & supbia vitę.Q ua de re Baptista in vita Ludouici Morbioli ita cecinit. Ambitiosus honos:& opes: & fœda voluptas Hęc tria pro trino numine mūdus habet. Hę sunt precipites furię quib⁹ vritur ardens Orcus: & in terrā seminat oē scelus. Ab his autē trib⁹ in bona religione cauetur: & contra ea vouētur tria contraria: cū contraria contrarijs curentur. Contra superbiam. proprię voluntatis in manus alterius renūciatio. Contra cōcupiscentiā oculorū,hoc est auaritiam: paupertas. Contra carnis cōcupiscētiam vouetur castitas. ¶His suppositis arguitur sic. Datis duobus statibus vel vtjs/de cęteris nō curemus:status ille est securior & melior qui relinquit omnia illa penitus in quibus passim peccatur : q̄ status ille qui hęc non relinquit: sed permittit: sed sic est de statu religionis respectu status sæcularis : vt ad oculum videmus. igitur. Insuper si status religionis non esset melior statu sæculari: imprudentes essent viri deserentes seculum & manentes in reli-

gione.hoc aūt ab oībus habet falsum. & cōsequētia patet:q̄a nō deberēt hoies sic mundū deserere & ad religionē volare si status secularis ē potior. Tertio oculatissimi patres has religionū cisternas foderūt vt hoies prudenter & caute ad patriā ducerēt.ergo status religiōis statu seculi est pfectior. Quarto arguit sic.beneficiatos seculares in simonia:beneficiorū pluralitate:p̄diga fructuū ecclesia sticorū dissipatione:& male suis officijs incūbēdo peccare videmus.milites/mercatores/ agricolas/& oīs sortis hoies videmus p̄ terris aut possessionibus litigantes/fraudulenter crebro & nō fraternaliter: incidentes in adulteria: nā luxus plurimi sunt cogniti.& ab his oībus in bona religione cauetur. Pręterea dicit Petr⁹ Blesensis. Si paradisus est in terris,est in religiōe aut in studio.in religiōe vtrūq; habebis.cui cīn plus ocij datur studendi q̄ religioso a tumultu seculi segregato? Literas autē Maro in primis elegit cū in secūdo Georgicorū inquit. Me vero primū dulces ante oia musę,Quarū sacra fero ingēti pculsus amore,Accipiant.Religiosus itaq; sacrę scripturę intēdit quę eū mores & sapientiā docet. dicit nāq; Apostol⁹ ad Romanos xv.Quęcūq; scripta sunt/ad nostrā doctrinā scripta sunt:vt p̄ patiētiā & cōsolationē scripturarū/ spem habeamus.Et Esaiæ.xlviij. Ego dñs deus tuus docens te vtilia.& ad Hebręos.iiij. Viuus est eīm sermo dei/& efficax/& penetrabilior oi gladio ancipiti. & Psalmographus. Q̄ dulcia faucibus meis eloquia tua sup mel ori meo.psal.cxviij. Et psal.xviij.Desiderabilia sup aurū & lapidē p̄ciosum multū:& dulciora sup mel & fauum. A peccato siquidē sacrę scripturę lectio pręseruat.vnde rex & vates dicebat.Me expectauerūt peccatores vt perderēt me:sed nō pręualuerūt, quia testimonia tua intellexi.& psal.xxij. Posui in conspectu meo mēsam aduersus eos qui tribulant me. sacrę scripturę lectioni intēdens. Nūc vitas patrum religiosus reuoluit vt eos imitari conetur: nunc casus conscientię sapientū perlegit:vt mentē suā & aliorum purget:horis statutis hymnos & dei laudes hilariter depromit: & mente in cęlum rapitur: nunc i cellula orādo cum deo mussitat. sic sancte occupatus/a fluctibus seculi prorsus est semotus. parce i refectorio comedit & bibit:modico quoq; somno indulget.Ecce boni religiosi vitā:vel pauca exercitia quibus sese in vita occupat. Longe autē ab his diuersa in seculo eueniunt. quare conclusio vera,scilicet q̄ status religiōis in qua regula a fratribus seruatur, est statu seculari securior & longe prestantior. ¶Secūda cōclusio. Multi in seculo saluātur.patet.nā aliq; sunt boni laici & plures cōparatiue:sacerdotes quoq; paucis cōtēti,verbo & exēplo vitę alios instituētes & ędificātes:casti,nō auari:nec alijs vitijs irretiti. q̄ existentes in

mūdo,mūdum nō curāt:sed legem dei querūt & quęsitā obseruant. ¶Tertia cōclusio.Multi sunt religiosi vulgares in periculoso statu ex sua culpa viuentes.p̄bat sic.multi illorū nō obseruant regulas quas vouerūt: sed sunt religiosi mathematici & habitu. malitia autē nō p̄uenit a regulis: sed ex eorū culpis.Hinc beatus Augustinus scribens ad Vincentiū Donatistā dicit. Sicut difficile sum expertus meliores q̄ qui in monasterio p̄fecerūt:ita nō sum deteriores expertus q̄ qui in monasterio defecerūt.& citatur.xlvij.dist.c. Quantū libet. Hi cū vouerint paupertatē.obedientiā cū castitate,seculum deserētes:iterato more canū ad vomitū redeunt & ad seculū. Sed vt dicit Eugenius papa, & recitat.xvj.q.j.c.Placuit. Sicut piscis sine aqua caret vita: ita sine monasterio monachus. Porro cœnobio relicto seculo sese ingerentes non relinquunt sindonē cū illo qui Christū instante passione sequebatur:nō hydriā cū Samaritana:nō retecū petro:nō telonium cū Matthęo:nō pallium cū Ioseph ęgyptiacę mulieri:sed conantur ab itinere ad terrā p̄missionis redire ad egyptū,& comedere carnes more recalcitrantiū Hebręorū:q̄ vt scribit Numeri.xj.dicebāt. Quis dabit nobis ad vescendū carnes?recordamur pisciū quos comedebamus in ęgypto gratis:in mentē nobis veniunt cucumeres, & pepones, porriq;, & cepe, & allia. Anima nostra arida est.nihil aliud respiciūt oculi nostri nisi man. Isti moraliter sunt religiosi Aegyptū.i.mūdum relinquētes: ad religionē locū pœnitentię & arctitudinis p̄gentes vt ad terrā p̄missionis:hoc est ad paradisum celestem p̄ueniant.in qua religione māna māducant,hoc est deuotionē sacrę scripturę:& ea quæ in cōclusione p̄cedentia citauimus.sed hoc isti cōtēnunt:carnes desiderāt, hoc est carnales delicias in mūdo. Herbę autē frigidę quę tanq̄ salsamēta eis dabant,frigiditatem deuotionis,& spiritualis lętitię significant:quę cū illis carnalibus voluptatib⁹ miscetur. porri,cepe, & allia suapte natura calida appetūtur,quę cholerā & auaritię ardotē generāt. Anima est arida charitate & deuotione:nec sapit ei dulcedo sacrarū literarū. sicut palato nō sano cibus optim⁹ est pœna q̄ sano est suauis. hinc dicit Prouerb.xxvij. Anima saturata calcabit fauū.more febricitantis cōtraria sanitati affectātis. Isti nāq; febrib⁹ calidissimis laborāt:& cōtraria suę saluti petunt. Postq̄ autē dñs dedit eis carnes coturnicū,qđ secutū sit, litera sequēs i fine cap.narrat dicēs. Adhuc carnes erāt in dentib⁹ eorū:nec defecerat huiusce modi cibus:& ecce furor dñi cōcitatus in populū p̄cussit eum plaga magna nimis . vocatusq; est ille locus sepulchra concupiscentię,ibi eīm sepelierūt populum q̄ desiderauerat carnes. Sic isti religiosi in cōcupiscētijs carnalibus & ardorib⁹ crebro in seculo

Universidad de Deusto
Biblioteca

moriuntur:& in statu horrēdo egrediuntur:& potissimū q alijs prę sunt: vestiti tanq̄ sponsi de thalamo pgredientes cū mutatorijs vestiū, more Naaman Syri: magna clientū multitudine stipati. vt nō patres monasteriorū:sed dñi castrorum videri possint:nō rectores animarū:sed principes prouinciarum:tumultus aulicos sub vmbra defensionis bonorū cœnobij sectantes:& ad regia consilia nō vocati properantes : cum tamen deberent saluti suę & suorum consulere.sed religionem facto docent esse sęculo postponēdam: & in suum miserā dum exitiū/precipites ruunt

¶Contra primā conclusionē argui tur. Religio christiana est necessaria ad salutē.status religionis nō est necessarius ad salutē:ergo status sęculi nō est religioni postponēdus. Respondetur si status religiōis christianismū excluderet/ argumentū cōcluderet:sed ipsum includit cū aliquib⁹ adminiculis quę ad finē intentū in christiana religione maxime cōducūt: ad quę noluit dñs obligare oēs:sed consiliū dedit. Religio autē christiana est cuilibet necessaria ad salutē: & illam seruare sufficit.alia autē factitia/ nō est necessaria ad salutē. ¶ Secūdo arguit.status religionis est vna methodus in religiōe christiana inclusa.sed difficilius est p illam methodū incedere q̄ p totā religionē christianā.qđ ostēdit ad oculū in via materiali nā facilius est multo incedere sine errore in via regia inter Parisios& Lugdunū, q̄ capere methodū licet paulo breuiorē. Et patet a signo.nā multi damnant in religiōe q fuissent in sęculo saluati. Respōdetur.Religio nō est exclusa a religione christiana/sed cōsulta:& est methodus breuis ad terminū ad quē/scilicet patriā ducēs. Et licet difficilis & angusta sit in principio:tñ lata est via & tranquilla in fine:muros habet & septa:arcens incolam ne ad dexterā vel ad sinistrā cadat:nisi quis ex stultitia sua muros frangat. In via aūt regia ob diuites transeūtes sunt fures/latrones/& sicarij viri belial: bona fortunę,vt aurū/argentū: pulchra supellex: mulieres pulchrę:dęmones & cętera id genus mōstra ad vitiū allectiua. Licet vero sint verbi diuini declamatores, populum ad bonū inuitātes sic vt prudens mercator secur⁹ icedere possit:tamē multi sunt imprudentes qui illaqueantur: & terminū nō attingunt. Et conceditur illud qđ in argumento tangitur,q⁹ aliqui religiosi sunt damnati/qui in sęculo fuissent saluati. sicut enī auis inclusa in bona cauea nō exponitur prędæ auibus rapacibus, vt auis vaga in aere:sic est de religione & sæculo. ¶Tertio arguitur. Aliqui in sęculo saluantur ex omni hominū genere, vt dictū est in secunda cōclusione : sed difficiltus est illis bene viuere extra religionem q̄ in religione:ergo plus merentur. ergo melius est manere in sæculo q̄ in religione. Respondetur cōcedendo totū argumentū cęteris paribus.sed status ille est periculosior: & p consequens alius prę ferendus est a prudente. ¶Iam vidimus quonā pacto possit quis viuere tam in religione q̄ in sęculo:securius tamen in religione/in qua bene viuitur secundum institutum cœnobij. & sic non est idem de religione & sęculo: quod de parua methodo & via regia.multi tamen sunt religiosi male viuentes/proprietarij/ inobedientes, & regulas quas professi sunt nō seruantes:vt ex dicendis latius patebit.

¶Distinctionis Trigesimęoctauę Quęstio Sexta.

SEcundo circa hanc materiā quęritur, & est quęstio sexta in materia votorum.an status religiosorum sit perfectior statu episcoporum sęcularium.Per statum officiū/& modū viuendi intelligo.de vocabulis enī nō est curandum.hoc dico q̄ status secūdū leges diuidit in libertatē/ciuitatē,& familiā:secūdū quē est maxima capitis diminutio:media,& minima. vt patet in.ff. de capitis diminu.l.fi.§.j.ij.&.iij.Et secundū hoc aliq volunt dicere statum debere esse perpetuum.

¶Pro solutione quęstionis pono aliquas cōclusiōes:quarū Prima est. Aliqui sunt status viuendi vel operationes magis stantes cū salute animę q̄ alię.patet.nā piscator/& agricola de cuius sorte Virgil⁹ dicit, At secura quies & nescia fallere vita.est in perfectiore statu q̄ aduocat⁹,caupo,negociator,vel miles in bello.igit. ¶ Secūda conclusio. Aliqui sunt status pfectionis. qđ sic aliqui sunt status siue modi viuendi vel dispositiones,in quibus homines melius viuere solent q̄ in alijs.& isti dicunt ab aliquib⁹ status perfectiōis. in qbus hoies obligant se cū aliqua solēnitate ad deo seruiendum:vt sunt episcopi & religiosi.propterea Dionysius.v.cap.cęlestis Hierarchię attribuit perfectionē episcopis tanq̄ perfectoribus.& in.vj.capite eiusdē libri attribuit pfectionē religiosis quos monachos vocat, vel therapeutas.i.deo famulantes:tanq̄ pfectis.sed quālibet bonā cōditionē viuēdi,qualis est virginitas,viduitas.& cōiugiū,statū vocabo:tum q⁹ de nominib⁹ nō refert. tum q⁹ hoc est in cōmuni vsu. nā vocamus statū virgineū &c. Insup pfectio ab aliquib⁹ diuiditur in pfectionē acq̄rendā:& in perfectionē acquisitam.prior religiosis:posterior episcopis conuenit. ¶Tertia conclusio. Status episcoporū sęcularium

est perfectior q̄ status religiosorū, probatur hæc cōclusio. nulli licet a maiore statu ad minorē trāsire:bene aūt ediuerso:quia hoc esset retro aspicere.sed potest aliquis transire a statu religionis ad statū episcopalē. vt dicit.xviij.q̄st.j.c. Statutū. Hęc cōclusio etiā pbat̄ p ca. Licet.de regula.& p c.Veniens.de renun.

¶Contra hanc tertiā cōclusionem arguitur,probādo q⁹ status religiosorū sit statu episcoporū perfectior. & hoc sic. Episcopi fluctibus sęculi exponūtur: & sunt in maiore discrimine salutis tā in collatione beneficiorū q̄ in administrādis bonis ecclesię q̄ religiosi. & cū splēdide comedāt,& in societate sint sęcularium vtorū : in maiore sunt periculo perdēdę castitatis q̄ religiosus simplex. ¶Respōdetur.argumentū sufficiēter cōcludit religiosos esse i securiore statu bene viuendi q̄ sint episcopi nostrę tēpestatis propter illa & similia quę in argumēto tāgūtur. Q⁹ autē dicātur episcopi esse in statu perfectionis acquisitę:expositione indiget.nā multi eorū paruam habent perfectionē acquisitā. vtinā haberent charitatem infusam.Religiosi autē sunt in statu perfectionis acquirendæ.i.sunt de statu illo in quo adhuc sunt sub modio:in quo laborant pro acquisitione perfectionis. Ad hoc aūt vt epi bene prę sint,prerequirit q⁹ virtutes habeāt ad hoc vt ponātur super candelabrū. Ex quo sequitur q⁹ aliq sunt in statu perfectionis acquitēdę nominaliter & nō in statu perfectionis acquirendę participialiter.sicut obligator cōcedit vnā ꝓpositionē cōcedendā nominaliter, vt hanc,homo est asinus, si cōuertatur cū hac, deus est: quæ nō est cōcedēda participialiter. Esse ergo in statu perfectionis acquirendę nō est esse in via qua ꝓpinque magna perfectio acquirit:sed est virū esse astrictū perpetuo ad cultū diuinū,cū quadam solēnitate. Vnde Ioannes Gerson circa finē primę partis sic inqt. Religiones huiusmodi factitię satis improprie & abusiue & forsitan arrogāter dictę sunt status perfectionis.qđ verū est. nam cōtingit homines imperfectissimos tales ordines profiteri.modo nō propter perfectionē acquirendā, sed acquisitam debet dici status perfectiōis. Et infert.propterea melius nominaretur via q̄dā,instrumentum vel dispositio ad perfectionē acquirendā.nam sicut iuuat quosdā ad pfectionē verę religionis Christianę:sic multos impedit atq̄ pcipitat:quos tutius fuerat in sęculo remansisse. Sic ille. Quo fit vt aliquis sit in proxima via acquirendę pfectionis,qui nō est in statu pfectionis:& ediuerso. qđ significat̄ p parabolā,Matth.xij.recitatā,de duobus filijs quorū alter dicebat se operari in vinea & nō operabatur.alter dicebat se nō operari & tñ operabatur. Vel sic.Vnus solēniter se obligat ad hoc:non alter. ¶Secundo arguitur.qđ scribitur Matth.xix. Si vis perfectus esse vade & vende omnia quę habes,& da pauperibus. id adimplēt religiosi:nō aūt episcopi:qui possunt habere propriū.xij.q̄est.j.ca. Episcopi.& distin.xxiiij.hui⁹ diximus. Respōdet beatus Tho. in secūda secūdę q̄est.clxxxiij.q⁹ nō cōsistit essentialis perfectio in renūciatione actuali bonoꝝ fortunæ: sed est perfectionis instrumentū. Alio modo potest cōsiderari scđm ꝑparationem animi:vt scilicet homo sit paratus omnia distribuere pauperibus si opus fuerit.& hoc directe pertinet ad perfectionē.ad hoc aūt maxime tenētur episcopi ꝑ salute sui gregis. ¶Tertio arguit̄.status religionis ad vitā cōtemplatiuā ordinat̄:status autē episcoporū ad vitā actiuā.modo vita cōtēplatiua vitę actiuę ꝑstat: vt perbelle philosophorū princeps decimo Ethicoꝝ docet. Respōdet̄ cōcedēdo q⁹ vtraq̄ vita est bona:vt patet per responsionem Christi.sed cōtēplatiua simpliciter est melior.tamen vita actiua cōtēplatiuę vitę nō aduersatur: sed ad eā disponit,dicēte Gregorio sexto Moraliū.Qui cōtēplationi arcē tenere desiderat:prius se in campo p exercitiū operis probet.Et nō solum ad contemplattuā disponit: sed cū ipsa stat. Potissimus aūt actus vitę cōtemplatiuę est speculatio & notitia dei:cōsiderādo eius bonitatem, excellētiā,& magnitudinē. Secūdarius actus est in cōsideratione creaturarū in quibus relucet dei immensitas & bonitas, scđm illud Apostoli ad Romanos primo . Inuisibilia dei per ea q̄ facta sunt, intellecta cōspiciūtur . Modo isti actus intellectus,opationibus exterioribus circa ꝓximū vel actibus illos exteriores impantib⁹ nō aduersantur. multi enī actus possunt simul esse, vnus in intellectu,& alter in volūtate: vel plures actus in ea dē potētia.quare tēpore quo episcopus exercet se circa act⁹ vitę actiuę,potest etiā act⁹ vitę cōtēplatiuę elicere. ¶Quarto arguit̄.Ex hac tertia cōclusione sequit̄ q⁹ si aliqs voueat ꝑfiteri religionē:& anteq̄ ꝑfiteat eligatur in episcopū,is posset episcopatū assumere, religione neglecta. cōsequēs est falsum,vt ostēdit̄ p Romanū pōtificē in ca. Per tuas.de vo.vbi est casus rotundus de prius vouēte,& postea ad episcopatū electo. cōsultus Romanus pōtifex dicebat.Nos igit̄.t. di. cōsulimus,vt si tuā sanare desideras cōscientiā:regimē resignes ecclesię memorate:ac reddas altissimo vota tua. Dicis.pōtifex subiūgit. Q⁹ si capitulū Gebeñ.ecclesię te postmodū canonice duxerit eligendū:electionē recipere poteris de te factā. Et ita voto qđ est vnū bonū, fuisset aliud bonū supadditū,& p cōsequēs totū bonū. Cōtra hoc nō soluit argumētū.nā capitulū nō tenebat

Universidad de Deusto
Biblioteca

postea eum eligere:& ideo pontifex cōsuluit ei episcopatū relinquere ꝑ voto adimplendo.ergo exposuit eū periculo maioris bont amittēdi pro minore bono obtinendo.nec episcopatus est status pfectior religione:qa si esset pfectior:iste de quo est sermo nō deberet dici voti transgressor: cū illud adimpleat m meliore.p.c. Scripturæ. de voto.& p.c. Peruenit. de iureiurā. Non valet solutio Hostiēsis ꝙ nō erat eligibilis,quia erat in peccato mortali ob trāsgressionem voti:nec assumpsit religionē in tēpore prefixo. Nō em̄ video ꝙ mortale peccatū impediat quēpiā eligi ad ꝓlaturā.etiā ꝑ illo mortali poterat ei imponi pœnitentia:& sic eligi.vt in ca.j.de voto.li.vj. Pan.aūt dicit. Si vouens cōsensit electioni principaliter propter deū & vt magis mereat:tūc nō tenet renunciare episcopatui.sed si cōsensit vt ꝑsset & non magis mereat:tenet episcopatui renūciare. Hoc nō valet.Nā primo,poterat facile ille electus assumere bonū ꝓpositū.secūdo, cū esset electus a capitulo,& cōsuleret pōtificē quid opus esset facto:signū erat bonę cōsciētię:& pōtifex debuit ꝑ sumere in meliorē ptē etiā si se non cōsuluisset:& de hoc sciuisset aliūde q̄ ab illo electo. ¶ Dico ergo:ꝙ sicut pōtifex definuit:ipse tenebat religionē pfiteri vt vouerat. Et quādo dicit,fauore populi pfessus pōt extrahi de cœnobio ad episcopatū.xviij.q̄st.j.c.j.ergo a fortiore eligi ante professionē.Nego hāc cōsequentiā:& negationis ratio est:quia vbi est fact⁹ episcopus,tenet seruare tria essentialia vota religionis.xvi.q̄st.j. De monachis.paupertatē,obediētiā regulę quā pfessus est,& cōtinentiā:& etiā habitū religionis.signum nanq; fastus est in aliquibus religiosis in habitu dispēsationē petētibus,vt eū subter tunicā deferāt.licet silentio,ieiunio/& alijs cerimonijs cœnobij nō sit astrictus:quia illa statui pontificio repugnāt. sed tria essentialia vota pontificatū ornant & perficiūt.& sic habebit duo opa pfectionis,sc; religionē quā vouet,& episcopatum. Sed adhuc nō est penitus satisfactū argumēto.nā cū episcopatus voto prelet:votū nō violat episcopatum assumens:cū votum in meliore adimpleat:sicut alia vota in voto religionis cōplentur. Respōdet bene episcopatum regens plus meretur: & est in statu perfectionis acquisitę,& per cōsequens melior q̄ religiosus simplex.sed cū status episcopalis pluribus sit periculis obnoxius, non est adeo securus vt stat⁹ religionis.Multi nāq; possunt se se dirigere in religione sub aliorū ducatu,qui nō nouerunt alijs præesse:qd ad episcopatum pertinet. Hinc primo Politicoꝝ dicit Aristoteles ꝙ alia est virtus boni viri:& boni ciuis, & maxime supremi directoris. Et propterea in episcopatū non cadit categoricū votū,secus est in religione, alia nāq; vota in religione implentur in ratione securiore & meliore.& sic intelligitur.c. Scripturę adductū.&.c. Peruenit. ¶ Quinto arguit.episcopus potest cedere episcopatui & profiteri religionem.vt Alexander Tertius scribit ad episcopū Londoñ.de renū.c.j. & Innocentius Tertius ad archiepiscopū Eboracensem in.c. Ad supplicationem.& in.c.Nisi. ad episcopum Arelatēsem. sed quilibet episcopatui renūcians,potest religionem profiteri.nemo aūt transit a magis perfecto ad minus pfectū. per verbū Christi. Lucę.ix.& probationē cōclusionis cōtra quam obiicimus. ¶ Respōdetur.si episcopus sit idoneus populo, & possit facere illa quę prēminētiæ seu prelaturę cōuentūt cū salute sua:nō debet suas oues relinquere.quia vt Ioannis.x.scribitur,bonus pastor animā suā ponit pro ouibus suis. Cum quo quadrat dictū Apostoli ad Philip.j. Et quid eligam ignoro. coarctor aūt e duobus desideriū habēs. dissolui, & esse cū Christo, multo magis melius est. permanere aūt in carne necessarium propter vos.& hoc confidēs scio quia manebo &c. Quare licet sit graue episcopo:nō debet gregem desere re (potissimū vbi nō est aliquis magis idoneus vel æque idoneus cognitus talis:volens suscipere curā) nisi populo esset odiosus, & in periculo necis:nec posset illic proficere, vt allegabat archi prēsul Eboracensis ꝓpatus:vel cōscienria vrgere tur ꝙ non possit exequi illa quę suo officio incūbunt,vt dicebat Londonienſis. sed nō debet facile dimitti:indiciū em̄ est bonę cōscientię. Si vero non fuerit sufficiens sic vt non possit illa facere q̄ suo officio debeat/ nec p se nec p auxiliū: relinquat episcopatū. Sūt aūt sex causę ob quas episcopi possunt petere,& papa cōsueuit cōcedere facultatē cedēdi:q̄ explicant i.c. Nisi.de renū. & comprehēdūtur his versiculis. Debilis/ignarus/ male conscius/irregularis/Quē mala plebs odit, dans scandala cedere possit. Nec hoc est aratrū relinq̄re & retro aspicere: sed relinq̄re aratrū quo arare nescit. Qd aūt dicit de religione nō concludit:qa pōt episcopatui cedere siue religionē pfiteat siue nō. s; si religionē ꝓfiteri voluerit:ei nō phibet. ¶ Ecce qd ē stat⁹ pfectiōis: & ꝙ episcopatus est statu religionis pfectior:a quo qs extra hi pōt vt episcopatū assumat:& spirituales filios in sęculo generet.tñ nō desinit esse religiosus, si ue dispenset secū vt habitū ferat sub tunica,siue vt nō ferat.quorū vtrūq; improbo in istis religiosis episcopatus venātibus,qui erubescūt dici religiosi. Argumētū est,sicut erubescūt de religionis habitu:etiā religionis vota essentialia eos minime seruare studere. Ab austeritate tamē regulę sunt absoluti.nā de pertinētibus ad curā suā tractare debent: alijs in cœnobio tacentibus. & per

consequēs maturinis horis tempore quo alij surgunt adelle nō astringūtur.accedant tñ q̄ proxime possint ad obseruationē regulę: modo necessaria vel vtilia suo officio non negligāt. Vlterius de vita actiua/cōtemplatiua/ & mixta loquuti sumus. Pręterea diximus ꝙ vouens religionē se p fessurū nō potest in episcopū eligi suo voto ꝑtermisso: sed primū profiteat: deinde eligatur si alij voluerint. Et licet cū maiore merito quis episcopatus habeat bene moderādo prēsit q̄ religioni vacādo:tñ securior est religio in ea congregatione i qua vera institutio seu regula obseruatur: quia de illa semp intelligo,quādo de religione loquor eā laudādo. Deniq; in casu licitū est episcopatū dimittere:& indiciū est securę cōscientię tales honores,modo salubriter curę quidetur, relinquere.sicut beatus Valerius,beat⁹ Anselmus, beatus Baldredus, Albertus Magnus, & multi viri cęlo digni fecere.

¶ Distinctionis Trigesimęoctauæ Questio Septima.

TErtio circa religionis materiā,& septimo i hac distinctione q̄ritur: an curatorū status qui apud Britannos oēs rectores vocātur,sit maioris perfectionis q̄ stat⁹ religiosorū. In hac q̄stione tria faciā. In primis sentētiā vnā recitabo. Scdo illā impugnabo. Tertio ponā sentētiā illā quā rationabiliorē puto. ¶ Pro istoꝝ articulorū expeditione scito esse sentētiā beati Thomę i secūda secūdę quęst.clxxxiij.art.vj.dicētis ꝙ nullus citra episcopū est i statu pfectionis. Ratio eius est quia curati nō obligātur manere perpetuo cū cura:sed possunt eā deserere sine facultate episcopi transeūdo ad religionē. qd nullo modo liceret,si essent in statu pfectionis,quia manū retro mittere ēt. Episcopi aūt nō possunt sine licētia Romani pontificis ad quē solū spectat in votis perpetuis dispensare/retrocedere.ergo inter solos prælatos episcopi sunt in statu pfectionis. Postea articulo viij.dicit.ꝙ curati & religiosi possunt comparari scdm bonitatē qua boni sunt: & difficultatē quā habent:hi ad regularē obseruātiā seruādā:illi ad bene ministrandū in sua cura. Si sit cōparatio in bonitate:ꝑfertur religiosus curato vel archidiacono.ratio est:quia religiosus totā suā vitā obligat ad pfectionis studiū.curatus aūt & archidiaconus nō obligāt totā vitā suā ad curā animarū sicut episcopus:nec etiā eis cōpetit principalē curam subditorū habere,vt episcopo : sed tñ q̄dā particularia officia pro animarū cura illis cōmittuntur. Et ideo cōparatio status religionis ad eorum officiū, est sicut vniuersalis ad particulare, & sicut holocaustū ad sacrificiū, qđ est minus holocaustо: vt patet per Gregorīū sup Ezechielē. sed hæc cōparatio ē scdm genus operis, & non scdm charitatē operantis. quandoq; enim opus minus ex genere est magis meritoriu. Si vero attendatur difficultas bene obseruādi, in religione & in cura animarū:sic difficilius est bene conuersari in cura animarū propter exteriora pericula: q̄uis cōuersatio religionis sit difficilior, quātum ad genus operis,propter arctitudinem obseruantiæ regularis. Ex his ergo secundum eum habetur ꝙ soli episcopi & religiosi sunt in statu perfectionis.episcopi tamen sunt in perfectiore statu q̄ religiosi.

¶ Contra hanc positionem arguitur,probando ꝙ plebani & alij curam animarū habētes vt archidiaconi, decani, & curati,sint in statu perfectionis.primo per glos. marginalem Matth.xxiiij.dicentē. Tres sunt status hominū solum:scilicet coniugati,qui significātur ꝑ Iob. rectores:qui significātur per Noe qui arcā rexit. cōtemplatiui & cōtinētes: qui sunt in statu perfectionis,& significanē ꝑ Danielē. Et addit glossa. non sunt alia genera hominū q̄ hęc tria in ecclesia. Idē habet Ezechielis.xliij.in glossa interlineari. vbi in textu dicitur. Et si fuerint tres viri isti in medio eius,Noe, Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua liberabūt animas suas. Nō tres solum intellexit: sed per eos,hos tres status de quibus loquimur. Modo curati nō sunt de statu coniugatorū : nec sunt ex alio genere q̄ ex supremo eoꝝ cum Noe in quo genere sunt episcopi.& si religiosi sint de genere Danielis contemplando: supra eos sunt curati. Pręterea ratio eius nō valet,qua dicit.episcopi obligātur perpetuo manere cū episcopatu non autē curati.Nam hoc nō est de iure naturæ, nec diuino:sed solū humano : magis de episcopo q̄ de inferiore prelato.ergo ante illam cōstitutionē pontificiā ita licitū erat episcopo,episcopatum relinquere: vt curato suam curā. sed neuter poterat sine rationabili causa curam suā dimittere licite:q̄is dimissio esset valida. Preueniamus igitur illam constitutionē humanā de perpetua obligatione ad episcopatū sine dispēsatione maximi pōtificis.tūc sequitur,ꝙ illo tēpore episcopatus nō erat status perfectionis plus q̄ cura: & post dispensationē cū episcopo factā,episcopatus erat status perfectionis. qđ est absurdū. Itē potest papa statuere legē ꝙ nullus curatus possit relinquere curā sine dispēsatione sua.& sic curatus erit in statu perfectionis:& ad libitum Romanus pontifex faciet aliquē esse in statu perfe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctionis.qđ similiter est absonū. Rursus Romanus pontifex potest suū episcopatū deserere,religionē profitendo:ergo & quilibet alter eius lege secluſa.ꝙ enī iuret tenere pontificatū vel eū non relinquere: nō est de essentia episcopat⁹ summi. sicut cōtigit de primo post Petrū qui pōtificatū reliquit.Preterea vt patet ex dictis,nō est verum neminē posse in votis perpetuis dispensare nisi Romanū pōtificē:immo inferior potest in voto simplici perpetuo dispēsare. Itē nec episcopum oportet facere votū de ppetua mora in sua diœcesi.Insup si nō esset lex pōtificta:episcopus posset ēpatū relinquere & ꝓfiteri religionē sine facultate papę, sicut curatus.sed p eū,nō licet transire de maiore ad minus.ergo religio est status perfectior q̄ episcopatus.qđ ipse expresse negat.Preterea dicit ꝙ religiosus ꝓferť curato in bonitate quia totā vitā suā obligat ad pfectionis studiū: nō aūt curatus.Hęc ratio si valeret,cōcluderet religiosum esse meliorem episcopo.qđ ipse negat. Itē curatus sic habet curā p̄cipuā sui gregis partui vt episcopus totus.Vel capiať archidiaconus Lincolnien'sis,vel magnā curā animarū habens: aut abbas Cluniacēsis vel alius:& episcopus habens paruā diœcesim. Tūc sic.hic episcopus est in statu perfectiōis,& maioris q̄ religiosus p te, hic p̄latus inferior,abbas,archidiaconus,vel al⁹ habet tātā curā & sollicitudinē quātā hic episcopus:ergo iste est in statu pfectionis sicut religiosus,& maioris perfectionis.

¶Deinde arguitur contra hoc qđ dicit,ꝙ cōuersatio religionis est difficilior quātū ad ipm genus operis q̄ cura animarū. Difficilius est exequi opus totū qđ habet curatus,decanus, vel archidiaconus,q̄ opus qđ incumbit simplici religioso.probatur:quia plus meretur bene operando,q̄ religiosus regulam bene seruādo: teste Augustī.dicēte in epistola ad Valerium. Cogitet religiosa prudentia tua,nihil esse in hac vita, maxime hoc tēpore difficilius, laboriosius, periculosius episcopi aut presbyteri aut diaconi officio sed apud deū nihil est beatius si eodē modo militetur quo imperator noster iubet.Et ostēdit ratione.nā conditio religionis est securior ad salutem q̄ cōditio curati.ergo est facilior. tenet cōsequentia:quia homines citius succūbūt in difficilibus q̄ facilibus.Cōfirmatur hec ratio.status episcopi scđm genus suū est difficilior q̄ status religiosi.sed aliquis archidiaconi curā tā difficilis modo ramінis habēt q̄ aliquis episcopi. igitur. Preterea seruare tria vota:& facere cerimonias regulares in modesta societate religiosorū,cū homo fuerit vtcūqꝫ assuetus,est facile.nā ab alio altus inuitať ad virtutē:& sub pœna ad eā cogitur. nō sic est de curato.Item.scđm istū doctorē, difficilius est bene viuere cū cura animarū propter exteriora pericula,sed hoc addit ad bonitatē actus:& facit actū meliorē. qđ ꝓbo.Si Sortes habeat versari circa a.obiectū,& Plato circa b.obiectū: & difficultas ex pte obiecti solū a.esset maior vel æqualis q̄ ex pte b.ceteris paribus si nō sit impedimētum & difficultas externa, adhuc actus latus in b.erit melior. qđ probo : quia ois difficultas extrinsecus ꝓuenięs tā ex parte obiecti q̄ personæ sine culpa eius facit difficultatē actus,& actū magis meritoriū. Exēpli causa,Sortes habeat celebrare in cœnobio seorsum a societate mulierū, & aliorū quę a deuotione auocāt : Plato in tēplo cui præest simile officiū habeat,cū oibus impedimētis occurrētibus : sed se ab eis p̄seruat: Plato plus meretur q̄ Sortes: nā subit officiū suis humeris par,in quo multi succūberēt: & se p̄seruat. sic enī est ei maior difficultas, & crescit ad meritū.Ex parte etiā persone ostēdit.nā si quis fuerit male natus & male educatus in tenera ætate sine sua culpa:is ab illicito abstinēs contra inclinationē sui habitus plus meretur q̄ bene natus abstinēs:q̄uis obiectū vel genus sit idē . sed sic est in proposito inter curatū & religiosum.igit. Sed dicis:sicut ipe dicit.difficultas q̄ ꝓuenit ab impedimētis externis quādoq; diminuit perfectionem virtutis:puta cū aliquis nō tātū virtutē amat vt impedimēta virtutis declinare velit . scđm illud Apostoli primę ad Corinth.ix.Omnis q in agone cōtēdit ab oibus se abstinet . Hoc nō sufficit: quia nō est in facultate curati tollere hęc impedimēta supueniētia,exercēdo officiū qđ licite ipse tenet.nā oportet, confessiones audiat: euangelizet verbum dei:& casus ancipites in foro interiore suarū ouiū enodet:qui interdū ad ꝓccatum allictūt.Non sic est de religioso.Postremo curati sunt ex institutione Christi: &.lxxij. discipulis succedunt, vt dicit Anacletus papa.xxj.distinctione.c.In nouo testamēto.vbi dicitur ꝙ Apostolis succedūt episcopi:& curati. lxxij. discipulis.& patet Luce.x. hoc autē non potest sic ostēdi de religiosis.

¶Istis absolutis deuenio ad tertiū in quo conclusiue dico curatos & alios prælatos episcopis inferiores esse in statu perfectionis : & maioris perfectionis q̄ religiosos simplices. Signāter (simplices) nā si religiosus sit episcopus, est in supiore gradu.in quolibet enī istoꝝ statuū possunt assignari gradus. Probať hęc cōclusio p reprobationem opinionis oppositę.Et adhuc ratione arguiť.omnis ille status qui succedit statui discipulorū Christi est perfectus . sic est de statu plebanorū.igitur.Præterea omnis ille status qui

ordinatur ad hierarchiam in politia Christiana, purgādo,proficiēdo,& illuminādo est perfectus sic est de statu curatorū.igitur. ꝙ aūt sit maioris perfectionis:iam patuit.¶Contra hoc arguitur. ex isto nō dabitur regula cognoscendi status pfectionis.cōsequēs est incōueniens : ergo & antecedēs.cōsequētia patet,q̄rēdo quis sit ille.Respōdetur negādo cōsequentiā.nam omnis ille status est perfectionis qui consulitur vel instituitur a Christo.in quo sunt episcopi & curati apostolis & discipulis succedētes,virginitas,seruare opera consilij firmiter,siue ex voto,siue non:& alij modi quibus hoies ducūtur ad æternā beatitudinē. ¶Sūmatim dicta in hac q̄stione resumendo patet,aliquos esse status perfectionis:aliquos imperfectionis. Status illi perfectionis vocātur in quibus antiquitus homines bene vixerunt: vt apostolatus & discipulatus apostolorꝫ & discipulorꝫ Christi:virginitas:& alij: in quibus illorum loco successerunt episcopi,curati,& prælati medij, vt abbates,archidiaconi,decani curas animarū habētes.& ita est de statu religiosorꝫ:qui quodāmodo apostolos Christi imitati sunt.Et licet religiosi nulli essent:vel nō bene viuerēt: adhuc eorum cōditio viuēdi vocaretur status perfectionis.nomina enī significant ad placitū:res tamen ab initio nomini cōueniebat.& adhuc in omnibus his modis aliqui perfecte viuūt:vtpote in episcopatibus,in curis inferioribus,in virginitate,in religione.Dico ꝓterea statū curatorum versari circa obiectū difficili⁹ seruatu,q̄ statū religiosorū simpliciū,difficultate ꝓueniēte sine eorum culpa,& ipsis dātibus operā rei licitę:& hoc æque meritū auget ac si proueniret ex parte obiecti.Abbates autē & priores curas habēt animarū:& cum hoc sunt religiosi.Vlterius credo statū religiosorum (vbi est regula rite seruata) dicēdū esse securiorē vt plurimū ad saluādas animas hominū. qđ nō parū est dicere.pauciores nāq; in religione succūbūt q̄ in episcopatu vel animarū cura . & difficilius est homini se & alios quibus pręest regere & dirigere q̄ seipsum.religiosus aūt a superiore dirigitur.quēadmodū arbores in mōtib⁹ sitę citius eradicātur & frangūtur q̄ in valle inter mōtes. & vt inqt Alanus,Tutior in terris locus est q̄ turribus altis.Qui vadit in terris, nō habet vnde cadat.sic est de curas magnas habētibus:& religiosis inter montes interceptis . ¶Cōcludēdo dico de statu perfectionis nō esse seriose cōtēdendū: sed de bona vita quam aliqui habēt in inferiore statu:& non in superiore. sicut aliquis magister Cadomi est doctior q̄ Petrus magister Parisiensis,etiā ingeniosus qui ocio torpet⁹. sed defectu studii Parisiensis hic error nō ꝓuenit.quomodo Loth in Segor,loco minutissimo & nō piculoso cecidit:& non in maiore discrimine in Sodoma. Quare certādū est de vita perfecta:& nō ampulose verbis sesquipedalibus, & inflata buccade statu perfectionis cōtendendum.

¶Distinctionis Trigesimęoctauæ Quęstio Octaua.



bona q̄ excessiua vel defectiua. Et hoc exemplo declaratur sic. sint. xl. religiosi in cœnobio, qbus mille aurei sufficiant pro vestibus & victu cū q̄dam mediocritate: & qngenti ꝓ cōseruatione tēpli ac domorū: & totidē ꝓ abbate & ministris eius vel si opus sit maiore pecunia pro bonis cōseruādis in ꝓcessu, vel pro tēplo reparando: oportebit abbatem minus absumere. tūc sufficiēt ei ducēti aurei: & religiosi parci⁹ expēdēt. pro hospitalitate aūt diuitū nihil habebit: cū sint oppida ꝓpinqua: q̄ accedētes/oīa habere poterunt ꝓ pecunia. Isti em̄ hospites infestant religiosos in spirituali vita: quare non sunt suscipiēdi. sed alij religiosi paupes possūt ab eis excipi. Ecce tali cœnobio bis mille aurei optime sufficient iudicio prudentū. nec oportet habere oculū ad sterilitatē duorū annorū, vel combustionē domorū cœnobij pro habēdis pluribus bonis. Illa em̄ est prudentia sæculi: & sub velamine opes colligere. raro etiā euis modi calamitates eueniunt. & si religiosi bene viuant: vbi qđ tale acciderit, deus q̄ pascit aues in cāpis, eis prouidebit. magis aūt pōderā iū est exitium quod sequitur ex abundantia bonorū cœnobii continuo, q̄ illud qđ raro vel rarissime euenit. ¶ Cōtra istud arguitur. seq̃tur ergo q̄ abbates male agant tollendo bona cœnobii e manib⁹ potentum/& cœnobio applicantes. cōsequēs est falsum: ergo & añs. & patet cōsequentia: qa dantes illa bona malū cœnobitis affert: & erit pc̄m̄ solis nobilibus illa bona detinentibus: qđ minus ponderādū est. Respondetur. si abbas nō posset illa bona melius applicare: argumentum haberet vim. sed abbas a nobiliū manu tollens pōt multis modis illa bona aliter applicare cœnobio, vc3 plures religiosos creando/ita vt pauca abbati relinquantur: vel noua cœnobia eiusdē religionis condendo: vel ea pauperibus elargiendo. & cū hoc tollit peccata nobilium qui iniuste illa bona detinent. Fateor tamen abbates in ea re multū peccare. Aliqui nanq̄ agricolæ terras a cœnobio hīt locatitias, q̄ certam quotam soluunt, & suos nutriunt. auarus autem abbas qui omnia corradit/ cogit hos bonos viros soluere tantū vt non possint se & suos alere/sub vmbra ditandi cœnobij, qđ pulchrū putat: & tñ est malum cœnobio. hoc est/dat fomētum peccati ipsis cœnobitis. sed hic abbas habet prudentiam sæculi & non dei: cum non aspiciat intentionem institutorū seu fundatorum cœnobij. ¶ Transeūdo vt argumētis aliqbus breuiter satisfaciam: Dico q̄ multi abbates putantes bene facere/& a vulgo laudati, opes cœnobii augent vt dicantur bene meriti de reb⁹ cœnobij, ignorantes q̄ dei sunt: vel vt maiorem pecuniam pro se & suis habeant. vel augent portionem religiosorū plus q̄ ratio dictat: vel pecuniam pro vestib⁹ adhuc multiplicāt. ¶ Quarto arguit. Matth. vi. dicit Christ⁹: Nolite solliciti eē in crastinum. sed isti religiosi capiētes immobilia in cōmune prouident pro tempore ꝓpetuo: ergo sunt maxime solliciti de crastino: nec viuunt secundū consilium euangelij. Respondet. habere bona perpetua non arguit sollicitudinem in euāgelio vetitam. Christus em̄ sollicitudinē nimiā de futuris prohibuit. qui autem cum moderamine puidet, ne aliq̄d in posterum deficiat: ab illa sollicitudine cauet. imo viuere ita dies singulos atq̄ ex tēpore, facit hoiem sollicitum. Hinc dicit Augustin. in libro de opibus monachorū. Si hoc verbum dñi: nolite esse solliciti in crastinum: ita intelligatur vt nihil i crastinum reponat: quomō possunt viriire in arctitudinem separatim ab hominibus ad mixtos dies? & cur dñs loculos habuit vbi collectā pecuniā reponeret? ꝓhibet cum superflua sollicitudine cogitare de tēpore futuro. ¶ Iam dixim⁹ q̄ expedit habere aliqua i cōmuni pro religiosis sustētandis tam in victu q̄ in vestitu, pro templo & domibus religiosis necessarijs & hoc i immobilib⁹, aliqn deuotio & cœnobiū facile perirent. Nec factum apostolorū, & eorū q̄ eos sequuti sunt/qui possessiones in Iudæa vendebāt & ponebāt ꝑciū ad pedes apostolorū/suadet contrariū: qa ipsi erant iturī ad gentes, & illic non mansuri. præuiderunt em̄ vrbem euertēdā a Romanis, quare nihil immobile & stabile illic tenuerunt. Præterea paucos cōtemplationi deditos habere omnia in cōi, nō est tenere politiā Socratis & Platonis: quā Aristoteles scdo Politicorū reprehendit. Laudasset em̄ Aristoteles & q̄libet sapiens conditionē illam: si aliq̄ pauci res suas i commune applicuissent: honestæ contemplatiōi intenti sine sollicitudine sæculi. Oīa aūt bona cōmunitatis sunt religiosorum copulatim, hoc est monasterij: vel dei: ſ3 parū iteresset: l3 secūd⁹ mod⁹ loquēdi sicut est rōni magis cōsentane⁹: sic est dicendum vt religiosi se & sua oīa eē specialr cultui diuino mancipata credant: nec circa ptiale rerum dñium oculos figant. Diximus item nociuū esse religionibus ex cōi viuentibus habere excessiua bona temporalia. hic aūt non respicimus ad excessum iudicio abbatis & prudentū in cœnobio temporalia solum cōsiderantiū: sed iudicio prudentum legem dei meditantium/& mundi pericula i diuitijs reputantiū. Nā vbi cœnobium habet modicas opes pro sustentatione religiosorū nobiles non quærunt illic religionem profiteri vt sint abbates/more bubonum templa ingredientium vt oleum exugant/& lumen extinguāt. nec filii principum ea cœnobia expetunt in commēdam: quare præficietur filius cœnobij religiosæ vitæ: & nutriet deuotio. Nec tñ non hīe bona

Universidad de Deusto
Biblioteca

immobilia est obuiare sollicitudini a Christo p-hibitæ Matthæi.vj.nam in abdicatione bonorū non consistit perfectio religionis:sed in bona vi ta.Habere aūt mediocria bona est instrumentum pfectius attingēdæ btitudinis q̄ est hoīs finis,q̄ excessiua vel nihil hre.modo cæteris paribus,p fectiore instrumento artifex melius operatur.vt habens bonum calamū,atramentum & papyrū/ meliores facit characteres q̄ hæc instrumēta ma la habens. Sed qa statim occurret obiectio ex p te religiosoꝝ mendicantiū q nihil habēt:gratia il lius materiā illam attigā: aliqua circa mēdicātes religiosos inuestigando.

¶Distinctionis Trigesimæoctauę

Quæstio Vndecima.

QVarto igitur circa votū pauptatis &.xj.i hac distinct.quero:an licite sint aliqui religiosi mendicātes Respondetur affirmatiue. Aliq em̄ sunt religiosi mē dicantes honeste viuentes vc3 quatuor religionum mendicātes ab ecclesia approbati.sc3 p̄dicatores/ minores/ Augustinen ses siue eremitani/& Carmelitę: q nūc sunt p ec clesiam latissime dispersi. Q3 mēdicare liceat,sic pbatur.licet patres validos in modo viuēdi imi tari.sed multi sanctī humilitatis causa mendica runt. Vnde Hieronymus in epistola ad Oceanū cōmendat Fabiolam in hoc q̄ optabat vt suis diuitiis pariter effusis pro Christo stipem accipe ret. Et beatus Alexius oībus suis ꝓpter Christū dimissis gaudebat se a seruis suis eleemosynā ac cipere:q in Edessa ciuitate Mesopotamiæ.xvij. annos iuxta ædē beatæ Mariæ ex eleemosynis viuendo iacuit:deinde reuersus Romam totidē annos a patre nutritus est tanq̄ mendicus,patre tñi ignorante q̄ sibi filius esset. Et in vitis patrū legit̄ de beato Arsenio grās agēte de hoc q̄ ne cessitate cogente debuit eleemosynā petere. Da uid itē ab Abimelech petiuit panē.primi Regū xxi.& a Nabal.primi Regū.xxv.& Helias a mu liere Sareptana. Tertij regum.xvij. Nunc quoq; in pœnitentiā aliqbus pro grauibus culpis iniū gitur vt peregrinando per mundum,& mendicā do/mundi erūnas ꝓpeti discant. qđ tñ non est in iungendū nisi cū magna prudētia. Ostendit etiā ratione.nā periculosus morb⁹ remedio cōtrario est e medio tollen:dus,sicut calida febris vsu fri gidoꝝ.sed per hāc subiectionē mēdicandi:& vi litatem i populo reputatam tollitur superbia. Etiā in necessitate/vbi qs nō pōt aliter viuere:vel cū i tendit̄ aliqd vtile qđ sine eleemosynis haberi nō p ōt:licitum est mendicare.vt pote p domib⁹ ho spitalibus ędificandis,vel restituendis pontibus vel pro qbuscunq; alijs quæ in vtilitatem cōmu nem vergunt.qualis est cōuentus religiosorum qui orationi & studio vacant, pro benefactorib⁹ supplicātes: & verbum dei esurientib⁹ frāgētes.

¶Contra hanc cōclusionē arguit̄ sic.prohibet̄ in lege mendicitas:ergo ipsa non est licita & honesta.añs patet per illā qđ scribit̄ Deu teronomij.xv. Et oino indigens & mendic⁹ non erit inter vos. Et in psalmo.xxxvi. Iuuior fui,et em̄ senui:& non vidi iustum derelictū/nec semē eius quærens panem. ¶Respondet̄. cōsequen tia est inualida:nec añs ad sensum argumenti est verum. Dico ad primū q̄ ꝓceptū ē diuitibus vt subueniant pauperib⁹,nec patiantur eos mendi care.multi tamen in illa lege mendicarūt.vt pat3 ex contextu noui testamenti:& de gestis a Chri sto & apostolis:vbi erant mendicantes.quia egē tibus qbus non subueniebatur alia via q̄ p mē dicitatē,licitum erat mēdicare. Ad secundū rnde tur q̄ Dauid intellexit de pane spirituali verbi nec semen eius:hoc est imitatores iusti.sic glossa interlinearis exponit,secundum illud Ecclesiast. xv. Cibauit illū pane vitæ & intellectus.qa in p batione conclusionis ostēdimus sanctos viros mēdicasse:vt dictum ē de beato Alexio. ¶Ter tio arguitur.priæ ad Thessalo.iiij. dicit Apostolus. Operemini manibus vestris/sicut p̄cepimus vobis. Et.ij.ad Thessalo. iij. Si qs non vult opa ri nec manducet. Propterea noctu operabat̄ apo stolus & interdiu p̄dicabat,ne quem grauaret,vt ipse in eodē cap.dicit.sed isti religiosi mēdicātes mirum in modum sunt multiplicati in onus po puli & eius grauamen.ergo male faciunt mendi cādo. ¶Rndet̄.labor manuarius ꝓprie ip̄m ca piēdo est aliqbus de p̄cepto: vtpote ijs q nō p̄nt aliunde se & suos sustētare: vel ijs q alioqn non possent cauere a pc̄ō, qn furent̄/mentiant̄/vel adulterent̄.sed ijs qb⁹ hæc nō eueniūt labor ma nuum non p̄cipit̄,vt nobilib⁹/studentibus,aduo catis,prædicatorib⁹ & aliis.nā corporis impetus ad illicita ꝓcliuis pōt aliter magis q̄ labore manuum frangi:vtpote p longas oīones, p crebra ieiunia,vigilias,ígēs studiū: qa Minerua minuit neruum.Nō em̄ est credēdū agricolam, vinitorē aut lapidum incisorē tātū laborare quantum lite ris incūbentem. qđ expiētia docet.Nā hi manua rij opifices carnes bouinas,porcinas,fabas & re liqua durissimæ concoctiōis comedētes egregie concoquunt:manent læti & sani:dormiunt qeti quia rudes sunt/nec vexant ingenium ad varia meditanda. At ingeniosus & studiosus si sanguj

neę complexionis vel cholericę a natura fuerit:fre quēti meditatione in pituitā, dolorem stomachi, morbos chronicos,in consumptionē virīū natu ralīū labit̄.nec in somno noctu quietē habet:syllo gizat hincinde,suadet,dissuadet: opponit:respon det:semp est occupatus: ęgre comedendo ocium mentis capit.Nec in hoc male agit,licet vitā corri piat.nam in honesta occupatione more militis & agricolę,& ꝓ vtilitate cōmuni oia facit,vt scribat, legat,prędicet verbū dei:vel artes bonas vt gram maticā & logicen,quę ad verbum dei intelligēdū nō parū conducūt,tradat.quis sapiens dicet hunc ociosum:& non minus alendū a republica q̄ ma nuarios opifices? Religiosi autē mendicantes hęc faciūt,vbi bene viuunt.Eoꝝ vero importunitatē in petendo,& nimiā inutilium multiplicationem laudat nemo. Scite ad hoc propositū rndet Au gustinus in libro de operibus monachorū . Tam multos hypocritas sub habitu monachoꝝ vsque quaq; dispersit callidissimus hostis circūeuntes ꝓ uincias:omnes petunt:oēs exigunt,aut sumptus lucrosę egestatis,aut simulatę precium sanctitatis. Hic fige pedem. Porro si videret hunc numerum multiplicatū qui a trecentis annis prēteritis initiū sumpsit,plura diceret. Videmus siquidē mendicā tium plurimos nomen ipsum mēdicitatis ample ctentes:& rem non prosequentes:sed institutorū i tentionem frustrantes.hoc est,importune mendi cant,& id a plebeis pauperibus tenuissime alitis: ipsi autem inutiles intemperanter & prodige hęc expendunt.Videbis fratres minores plurimos cō tra suam ꝓfessionem pyxides pro pecunia q̄stuo se colligenda in mensa prēsentantes:triticum,bo ues,& oues sub deuotionis vmbra/ mēdicitate cō quirentes.& ita de alijs tribus religionibus.Verum non loquor in religiosos mendicantes reformate viuentes:sed in hos dyscolos q reformari renuūt cum oculatissimi & prudētissimi harū quatuor re ligionum institutores intēderent q̄ paucis contē ti forent:eleemosynas oblatas caperent: & solū ꝓ necessitate vitæ cū quadā mediocritate vbi opor tet,requirerent. ¶Quarto arguit̄. Isti religiosi mē dicantes tenentur pro alijs orare:ergo eorum ora tio minus pro ipsis applicabit̄:& per consequens imprudenter profitentur. Respondetur.hoc argu mentum contra omnes religiosos ęqualiter tēdit: & breuiter contra primas ecclesię colūnas,apostо los,& sanctos qui erant hierosolymis:pro quibus Paulus crebro vt ex ei⁹ epistolis liquet,eleemosy nam quęsiuit.nam orans pro alijs non minus me retur sibiipsi ad vitā æternā q̄ si ꝓ se solo oraret. ¶Quinto arguitur.multi sunt istorum qui non mendicant:ergo non sunt omnes de religiōe men dicantium:nec illum ordinem secundum institu tionem patrum seruant. Respondetur concedēn-

do antecedens.nam sanctus Thomas, Albertus, Alexander Halensis,& Ioannes Scotus nō mēdi carunt,saltem non constat.sed viuebant ex his q̄ sibi dabant̄ in ratione eleemosynæ a diuitib⁹.vel nutriebantur mediate ex eleemosynis.nā alij men dicantes soluerunt pro eorum victu & vestitu : & ipsi alios exemplo,verbo vitę,& legendo docue runt,vt prędicare possent.alij autem prædicando necessaria conuentui attulerunt. Et propterea ex ordine mendicantium vocati sunt isti quatuor no minati:& multi alij harum religionum,& aliarum duarum.Etiam in ecclesia plurimum profuerunt, & plus q̄ plurimi sæculares. De his tamen duob⁹ minoribus nominatis & Middiltono,& similibus sufficienter cōstat q̄ in itinere vbi non habebant cœnobium:amore dei victum/hospitium/& trās itū p oceanū a Britannia ad gallias & contra/peti uerūt/in grande meritū sibi/& aliorū ędificationē: q̄ viri summo pōtificatu digni/digito demōstra ti ob eminentes suas virtutes,sic eleemosynā non verti sunt petere.Idem fecissent doctor sanct⁹,li cet genere nobilis:& doctor seraphicus,vbi opus fuisset. ¶Sexto arguitur.Religiones mēdicantiū parum fixe steterunt in prima institutione.nā bea tus Bonauentura statim post regulam veniens,re gulā reformare,& fratres deutos ad normā redu cere conatus est:ita vt multi fratres conquelti sint in concilio Constantiensi se habere conscientias laceratas:quibus concilium tradidit modū viuen di:qui hodierno die obseruantes dicuntur.qđ prę dicatores & multi alij sequuti sunt. Alij autem reli giosi diutius perstiterunt.signum est ergo q̄ reli gio mendicantium religiosorum sit minus rōna biliter fundata.Nec sufficit dicere, hoc ꝓuenire a culpa religiosorum regulam non obseruantium, & non a regula.quia loquimur de bono instrumē to quo homines vtuntur vt ad beatitudinē pue niant.cum enim multi alias religiones obseruēt & non has:signū est q̄ non est instrumentum adeo perfectum,quo homines vtūtur ad beatitudinē, vt aliæ religiones. ¶Respondetur concedēdo q̄ multi istorum lapsi sunt a patrū limitibus. aliq ta men eorum spiritum domini habētes alios ad vi am salutis reduxere.& vt intentioni argumenti sa tisfiat/dico q̄ partim prouenit supiorū culpa tot passim ad suas religiōes admittētiū. Alij autē ex cōmuni viuētes nō suscipiūt nisi quos ex redditi bus cœnobij alere possunt.tamen etiam multi co rum ex communi viuentium non diu perstiterūt in rigore institutorum. ¶Epilogādo dico religio nes quatuor mendicantium rationabiliter institu tas.qđ a signo patet. Nam egregios viros in lite ris & moribus in ecclesiā emisit:& p̄dicatores quo tidie emittit in vineam domini ad declamandum in templis/& ad supplendas vices ineruditorū cu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ztorum. Item mendicitas est licita moderate assũ
pta,& meritoria. sed quum iportune nimis petit:
& potissimum a pauperibus egentibus:ipsa ẽ ex-
probrãda. Validi autem mẽdicãtes in Codice sunt
reprẽhẽsi/qui scilicet sunt robusti/seculares/mẽdicita
te & ociositate torpẽtes,qui si vellẽt,possent labo-
re manuum sibi in vita prouidere.

¶ Distinctionis Trigesimęoctauę Quęstio Duodecima.

Circa hoc votũ paup-
tatis quęrit quinto:an mendi
cantes possint recipere bona
immobilia vt agros/ vel red-
ditus ex quibus viuere pos-
sint sine mẽdicitate. Respon-
detur negatiue,pbatur sic. Isti
suo voto contrauenirẽt sic faciẽtes: ergo hoc non
licet eis. Antecedẽs patet de prędicatoribus & mi
noribus:qui nũc mẽdicantiũ sunt prędicipui. & idẽ
de aliis intelligo.de excess.prelato.c. Nimis prava
Gregorius nonus dicit illas duas religiones esse i
arctissima pauptate. sed si haberẽt in cõmuni vn-
de viuerent/non essent in arctissima pauptate.igit
nec redditus ppetuos habere possũt. Tũ quia red
ditus inter imobilia cõputant secũdũ iura.vt cõci-
lium Viẽnense in cle.Extui. de verbo.signifi.dicit
Tum secũdo qꝫ sic redditus augeri possent & esse
perpetui:& nũq mendicarẽt:nec opus esset aliquẽ
in illis ordinibus mẽdicare. Preterea hoc esset con
trauenire suę professioni & itẽtioni istitutorũ. Hic
beatus Dominicus videns suos fratres Bononiæ
capiẽtes possessiones ab aliquibus deuotis ciuibꝰ
eas recusauit:& fecit oia restitui conferẽtibus:& in
extremo vitæ suæ moriẽs maledictionẽ dei/& su-
am suscipientibus possessiones tales reliquit. Pre-
terea,prędicatores reformati distrahunt possessio-
nes/quas prędecessores sui non reformati habue-
runt: quod nullo modo facerent si hoc eis liceret.
Si enim bona immobilia iure legati/vel hęredita-
ria succedente prędicatoribus veniant(prędicato-
res ẽm possunt hęreditatem parẽtum adire:de pri
vilegijs cle.iiij.)q̃ primum debent vendi :& preci-
um necessitatibus cœnobij applicari:& siquid resi
duum fuerit,dari pauperibus. Et citat archiepi-
scopus Florentinus Petrum Paludanum in qua
dam epistola respõsiua ad magistrum ordinis di-
centem Hugonem scripsisse: qꝫ magister ordinis
& prouincialis possint dispensare in hoc eque ac
in comestiõe carnium in casu necessitatis/quę legẽ
nõ habet. Sed dicit Antoninus & bene:nõ esse si-
mile:quia per constitutiones declaratur qꝫ prælati
possunt dispensare i vno,& non in alio: immo ex
ꝓsse eis ꝓhibet. Itaq; fixe dico hoc qđ Antonin⁹
dicit.Nam si fratres bene viuant: & non assumãt
in excessiuo numero:non obueniet eis necessitas.
Secũdo recitat dominum Ioannem Cardinalem/
qui primus vitam regularem in religione eorum
suscitauit in Italia,tenuisse hoc nõ licere: bono au
tem & docto potius habenda est fides. Tertio,vta
illa est tuta:& alia multum periculosa. Quarto:qđ
efficaciter concludit: concilium Viennẽse in dicta
cle. Exiui in.§. Cũq; annui redditus. hoc dicit. Ec-
ce verba in forma. Cũq; annui redditus inter im-
mobilia censeantur a iure:ac huiusmodi redditus
obtinere paupertati & mẽdicitati repugnet. & quę
sequuntur. vbi sacrosanctum concilium conclu-
dit,qꝫ cum annui redditus mendicitati repugnent
minoribus conuenire non possunt.tum quia men
dicantes:tum quia in arctiore paupertate q̃ alij de
gunt:prout ipsi confitentur. De minoribus autem
nemini dubium est. Nam regula eorum est strictis
sima:quibus pecunia est interdicta:ne per se vel i-
terpositam personam capiant. vt patet in cle. Ext
ui de paradiso.de verbo. signifi.& i regula,Ipsi au
tem pro vestibus/& pro succurrendo infirmis pos
sunt habere recursum ad amicos religionis. Pro
pterea recte dicit Panor.in di.ca. Nimis.qꝫ relicta
quę communiter fiunt alicui loco cum hoc onere
qꝫ det annue certum redditum prædicatoribus/&
minoribus vel alijs mendicantibus religiosis/non
valent:quia hoc esset quandam habere proprieta
tem.

¶ Contra hanc cõclusionem arguí-
tur. Prædicatores profitentur regulam beati Au-
gustini: modo illi non repugnat habere in cõmu
ni. Respondetur. Beatus Dominicus licet accepe
rit aliqua ex regula beati Augustini : tamen adie
cit abdicationem bonorum imobilium:ne fratres
ex illis viuerent sine mendicitate.& hoc totum est
a Romano pontifice tanq̃ licitum & meritorium
approbatum.& hęc est proprie regula fratrum prę
dicatorum. Constitutiones autem capituli super-
additæ sunt pro conseruatione regulæ:& a capitu
lis statuta superaddita possunt per alia immutari:
non autem regula quam profitẽtur,absq; ecclesię
iudicio/quę regulam admisit. Prędicatores tamen
possunt habere pauca bona mobilia in communi
pro paruo tempore : quorum possunt dici domi
ni more aliorum religiosorum. debent tamen elee
mosynis viuere:siue ad eos deferantur:siue eas a-
liunde petant. ¶ Secundo arguitur . Minores
possunt habere hortos & olera,& a fortiore prædi
catores:quorum sint domini: sed possunt hortos
cum arboribus ad aliquantam distantiam elonga
re:quia non est status prefixus:ergo possunt cape
re redditus quibus viuant. Respondetur.possunt
hi & illi habere hortos:in quibus habeant olera ex
quibus viuant: non autem vendendo: & non am

plius.& illic est status in elongatione. ¶ Tertio ar
guitur. consuetudo iam est introducta in multis
regionibus qꝫ mendicantes religiosi habeant red-
ditus ex quibus ferme viuere possint. cõsuetudo
autem legem positiuam interpretatur. Responde
tur. seruare votum est de iure diuino:cõtra ius au-
tem diuinum nulla currit consuetudo. ¶ Quar-
to arguitur.quia multorum refriguit charitas: nõ
possunt sustentari eleemosynis:ergo necessarium
est capere redditus:alioquin ordo corruet. Respõ
detur.culpa est ex parte eorũ,si charitas erga eos
refriguit:quia non viuunt religiose,sed seculares
scandalizant. Secundo nimis sua phylacteria dila
tant.nam omnes suam religionem assumere vo-
lentes, vtiles & inutiles sine discrimine admittunt:
in grauamẽ & onus populi:contra æquitatem,&
contra ordinis rigorem,quem tanta congeries nõ
seruat.sed si redigerẽt se ad certum numerũ,& be-
ne viuerent:optime eis prouideretur . Qđ ostẽdo
manifeste.nouimꝰ siquidem in vtroq; regno Bri-
tannię multa esse cœnobia de obseruantia sancti
Frãcisci,qui in diẽ viuũt,nihil de crastino sollicitu
scẽm suam professionem in magno numero: po
pulum verbo & exemplo instituentes: & eleemo-
synis viuentes.ergo vbi alij non bene viuunt,sua
culpa non consequuntur eleemosynas. ¶ Quin-
to arguitur.dicunt se habere dispẽsationem a Ro
mano pontifice vt possint possessiones recipere:
& fratres minores pecuniam.modo papa omnia
iura in scrinio pectoris sui censetur habere.de cõ-
stitu.ca.j.lib.vj. Respondetur.male informãt Ro
manum pontificem:& adducunt aliquos sophisti
cos colores pro se:nec dicunt de sua mala vita &
nimia religiosorum multiplicatione.modo priui
legium per surreptionem obtẽtum, vigore caret.
de rescrip.ca. Super literis. Nulli enim dubium est
quin si papa cognosceret rem sicuti est:nõ conce-
deret eis hæc priuilegia. sed quia habent in curia
Romana aliquos pro se rogantes,quærentes la-
nam,& non salutẽ rogãtium:cõcedunt. ¶ Sexto
arguitur. Si frater minor transeat per regionem
aliquam in qua non possit habere necessaria : vbi
aliquis daret ei scutum ad emendum panem, po-
test illud accipere ne fame pereat : necessitas enim
non habet legem. Confirmatur hæc ratio.primo
die quo fratres minores transeũt de Edinburgo
ad capitulum per mare:magister nauis potest eos
alere in naui: Sortes in itinere.primo die egressus:
Plato secũdo die:Cicero tertio. & sic quolibet die
Romam vsq;. vel breuiter aliquis opulentus vir
transiens alia causa Romam potest eos alere i iti-
nere.ergo pari ratione possunt habere socium ha-
bẽtem pecuniam ab aliquo amicorũ ordinis qui
oia necessaria ministrabit i itinere. ¶ Ad sextum
respondetur.si cęlum rueret, omnia essent confu
sa.conditio nempe illa nunq̃ euenit . nunquid de
Hibernia insula,Scotia,Anglia,Norwegia obser
uantes vadunt in Italiam vel Hispaniam ad capi
tulum,& transeunt satis cõmode? Contingit qꝫ in
terdum penuriam patiantur:hæc enim est inietio
regulæ & institutoris.capiant pro primo ferculo i
scutella vnum gradum patientiæ:qui perdice,spi
rituali viro est dulcior. Ad confirmationem con
cedo qꝫ si diu maneant in naui/ capitũ refectionẽ
in naui,vel a magistro nauis,vel mercatoribus: q
sibi libentius impartiuntur q̃ ipsi capiãt.& ita tan
tisper eis fiet quoad bene viuant & non amplius.
Christus enim qui pascit aues in campis, eos san
cte & religiose viuentes non deseret nisi se primũ
deserant & famulum suum qui ordinem instituit.
Non tamen debent accipere a variis vel ab vno i
itinere sic necessaria:quia hoc esset in fraudem re-
gulæ,& deus tãdem eos negligeret. possunt tamẽ
capere refectionem ab ijs qui in itinere offerũtur:
& præsumere qꝫ deus dignatus est sibi dare hãc re
fectionem,sicut Heliæ coruum cum pane.& si nõ
essent alij religionem fœdantes,& pecuniã contre
ctantes:multo melius tractarẽtur.nescit ẽm popu
lus frequenter an sint obseruãtes/an fratres de lar-
ga manica,vt aiunt. ¶ Septimo arguitur. seque
retur qꝫ peccarent dantes fratribꝰ minoribus pecu
niam,similiter possessiones eis et prędicatoribus.
Distinguo qꝫ peccarent. vel illud errore inuincibi
li putantes esse licitum:& sic nego. multi nãq; sim
plices nesciunt illud esse peccatum:nec scire tenen
tur.si vero fuerint docti hoc scientes:concedo qꝫ
peccarent cooperantes scienter peccatis aliorum.
¶ Octauo arguitur.Minores marsupia replentes
pecunia sunt adeo docti vt alijs obseruantes:& ver
bum dei prædicant tam vtiliter q̃ alij . ergo sunt
æque vtiles reipublicę christianę:& per consequẽs
fouendi more aliorum. Respondetur.q̃uis forte
sint æque docti in speculatiua scientia:& habeant
gratiam bene concionandi:non tamen prædicant
sicut alij qui verbo & vita docent.illi autẽ sibi cõ
tradicũt.verbo tm̃ docẽt:nam vita repugnat.Nũ
quid apud ethnicorum sapiẽtissimum legisti.viij.
ca.x.Ethicorum,Veritas tamen in ijs quæ i actio
nem veniunt:ex operibus iudicatur & vita? Et to
to illo dato qꝫ æque vtiliter prædicarent ac alij:nõ
sequitur qꝫ sint in statu salutis:sicut nec existẽs in
mortali bene ꝓdicans alijs. ¶ Epilogãdo dico qꝫ
religiosi mẽdicantes nõ possunt habere agros vel
perpetuos redditus in parte vel in toto:nisi cõtin
geret qꝫ nõ possent viuere eleemosynis fidelium:
quod nunq̃ vt opinor adhuc contigit.nam verã
institutionem seu regulam seruantes vt vbiq; vi
demus,meliorem habent portionem:templũ/refe
ctorium,& omnia melius extructa & culta q̃ ha
beant irregulares. Videmus hoc Parisijs tam in ꝑ

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicatorib⁹ q̄ minorib⁹:vtpote ędificia per eos cōpleta quæ per eorum patres nūq̄ fortita fuissēt ex itum.deus nanq; dat eis sapientiam omnia recte moderandi:et hominib⁹ initiatum eis bene faciē di. Alij vero sunt in malo & piculoso statu viuendi:quibus est necessariū redire ad sanam mentem/ et ad patris regulā quā vouerūt.nec iactent se de priulegio per surreptionē obtento. Bene viuētib⁹ autem sufficit facere qđ i se est/vt cōuertātur. Q; si cōuertanē oēs(qđ deus concedat)non multiplicent nimis gregem/sub vmbra efficiendi oēs bonos:ne forte tot instabiles aggregando/plus toti multitudini nocean: q̄ prosint.

¶Distinctionis Trigesimęoctauę Quęstio Decimatertia.

SExto q̄rit circa hāc pauptatis materiā,quis sit dominus bonorum quę habēt fratres minores .Respōdetur p cōclusiones :quarū Prima est.In rebus quę vsu cōsumūt vt in cibo et potu fratres minores habent dominiū.vsus ēm licitus quo licite prędicti fratres vtūt/a dominio nō distinguit.et ratio est:quia in alijs rebus vsu nō cōsumptibilibus vt in equo/domo/& similibus/vnus potest habere proprietatē:& alter ad cōmoditatē suā licite illis vti.qđ non contingit in rebus vsu consumptibilibus. ¶Secūda cōclusio.In aliquib⁹ rebus vsu consumptibilibus quibus fratres minores vtuntur,dominium non manet penes ecclesiā Romanam.Probat sic.dominium non manet penes aliquem vel aliquos nisi eis consentientibus. sed Romana ecclesia non cōsentit in dominium omnium rerum quib⁹ vtunt fratres minores:immo dissentit:& pronunciat,ac definit ne deinceps quis q̄ constituat nomine ecclesiæ procurator pro defendendis illis bonis.Vnde dicit Ioannes vigesimussecundus. Nunquid non prefatę ecclesię deroga honori si ipsam oporteat nūc in foro ecclesiastico/nūc sęculari:interdū quoq; corā pedaneis iudicibus:& plerunq; p rebus paruis & vilib⁹ continue litigare. Excipit tamen ecclesiam, vestes,libros,domos quibus vtuntur ad inhabitādū & ad officia peragenda in diuinis.Omnia aūt ista habētur in ca. Ad conditorem canonum.in extra. Ioannis vigesimisecundi de verbo.signifi.& etiam ca. Cum inter nonnullos.& ca.Quia quorūdam.Fūdamentaliter his determinationibus pontificijs in hac parte innitimur . ¶Sed quia tūc restat dubiū penes quos manebit dominium aliarum rerū fratribus minoribus concessarum,quarum dominiū Romanus pōtifex & ecclesia Romana recusant: dico pro Tertia cōclusiōe q; deus est spectalis domin⁹ talium rerum.Probatur sic.Aut fratres minores sunt dñi:aut ecclesia Romana,aut illi q hęc bona contulerunt.Non primū,vt dicunt ipsi fratres.nec secundum ex dictis.contingit etiam Romanum pontificem esse fratrem minorem:& pōt contingere q; cardinales similiter sint fratres minores.ergo secundum eos non sunt capaces talis dominij.qui vero has res cōtulerunt,nō possunt eas licite reuocare.consequens est igitur q; de⁹ sit dominus talium rerum:& breuiter omnium rerū ecclesiasticarum ratione ecclesiæ protenientiū,& potissimum religiosarum. Nec obstat q; ecclesia Romana aliquarum rerum vsurpat dominium. hoc enim itelligitur ad bonum sensum:quia vult q; nomine suo tales res defendantur,ac si immediate ad ecclesiam Romanam pertinerent. ¶Et quia fratres præfati dicunt se Christū imitari qui nihil in proprio nec in communi vnq̄ habuit:Pon⁹ hęc Quarta conclusio.Hęresis est asserere Christum & apostolos nihil habuisse in proprio vel in communi. Probatur hæc conclusio. Contrarium habetur ex euangelio:ergo est hęresis.cōsequentia est euidēs.& antecedēs ꝓbat.nā Ioānis.iiij.scribit quomō mulier de Samaria venit haurire aquā: & Christ⁹ petijt bibere.vbi sequitur in littera statim. Discipuli enim eius abierāt in ciuitatem vt cibos emerent.ergo ipse & discipuli habebant pecuniā, saltem in communi ad cibos emendos. Item Iudas vt scribitur Ioan.xij.voluit vnguentū quod Magdalena effudit super pedes Iesu,venire:inquiens.Quare hoc vnguētū nō venijt plus q̄ trecētis denarijs & datū est egenis:qđ nō dixisset si Christus recusasset ań denarios. Et sequit in littera imediate. Dixit aūt hoc,non quia de egenis ad eū pti nebat:sed qa fur erat,& loculos hns ea q̄ mittebā tur portabat. Illic sup verbo(loculos)glos.interlinearis dicit. Dñi loculoꝝ custos.& Ioānis.xiij.Iude a saluatore nostro dictū est.Q đ facis,fac citi⁹. Et sequit.Hoc aūt nemo scluit discūbētiū,ad qđ dixerit ei.Quidā ēm putabant:quia loculos habebat Iudas:q; dixisset et Iesus,eme ea q̄ opus sunt nobis ad diē festū:aut egenis vt aliqd daret . Ex hoc textu cōuincit q; pecuniā habebat i cōi saltē. & cōsuetudo ei⁹ erat/pecuniā dare pauptib⁹:& more Iudęoꝝ emere aliqua:vt vestes,vel cibū i festo paschali.Itē Matth.xxvij.Iudęi sortiti sunt de tunica ei⁹.ergo tunicā habebat,siue erat illi⁹ ꝓprietari⁹,vel tāq̄ pars,sicut q libet religiosus i bonis cœnobij.Et Matth.xvij.didrachma dedit recipiētib⁹ tributū.qđ adducit ab Vrbano papa.xxiij.q.viti. Tributū.& Actuū.xx.dicit Paul⁹.Ad ea q̄ mihi opus erāt/ministrauerūt man⁹ istę. vēdebat ēm artificiū suū,& inde viuebat.¶Hęc cōclusio patet p extrauagā.Io.xxij.Cū iter nōnullos.in q̄ sic dicit.

CVm iter nōnullos viros scholasticos sępe cōtingat in dubium reuocari:vtrū pertinaciter affirmare redemptore nostrū ac dñm Iesum Christū, eiusq; apostolos in speciali non habuisse aliqua nec in communi etiā,hæreticū sit censendū, diuersa & aduersa etiā sentientibus circa illud:nos huic concertationi finē imponere cupiētes:assertionē huiusmodi ptinacē(cū scripturę sacrę q̄ in pleriscq; locis ipsos nonnulla habuisse asserit,contradicat expresse ipsamq; scripturā sacram p quā vtiq; fidei orthodoxæ probant articuli,quo ad præmissa fermētū aperte supponat cōtinere mēdacij: ac p cōsequēs quantum in ea est,eius in totum fidem euacuans: fidem catholicā reddat(eius ꝓbationem adimēs) dubiam & incertā) deinceps erroneam fore cēsendam & hęreticā de fratrū nostrorū consilio hoc ꝑpetuo declaramus edicto.Rursus in posterū pertinaciter affirmare q; redēptori nostro ꝑdicto / eiusq; apostolis hus q̄ ipos habuisse scriptura sacra tenetur nequaq̄ ius ipsis vtēdi competierit/nec illa vendēdi seu donādi ius habuerit,aut ex ipsis alia acq̄rendi:q̄ tamen ipsos de ꝑmissis fecisse scriptura sacra testat,seu ipsos potuisse facere supponit expresse:cū talis assertio ipsorū vsum & gesta euidenter includat/in premissis non iusta:qđ vtiq; de vsu/gestis/seu factis redēptoris nostri dei filij sentire nefas est,sacræ scripturę contrarium,& doctrinæ catholicæ inimicum: assertionem ipsam pertinacem de fratrum nostrorum cōsilio deinceps erroneam fore censendam merito ac hæreticam declaram⁹.Nulli ergo omnino hominum liceat hāc paginam nostrarum declarationum infringere: vl' ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit:indignationē omnipotētis dei & beatorū Petri & Pauli apl'orū eius se nouerit incursurū. Datum Auinioni.iij.Idus Nouēb. anno.vij. ¶Ex his formo hanc rationem . In rebus dubijs fidei/determinationi Romani pontificis auctoritate sacræ scripturæ se munientis apparentissime/indubie credendum est.sic est in ꝓposito.igitur.cōsequentia patet cum maiore.& minor nota est ex allegatis.

¶Contra primā cōclusionē arguit.

Fratres minores habēt solū nudū vsum facti,vt Nicolaus tertius vel quartus decreuit in ca. Exijt qui seminat.Respondet.si p nudū vsum facti intelligat q; in nulla re habent ꝓprietatem & dominium,vel licitū vsum:hoc est falsum & negandū. nec hoc voluit dominus Nicolaus.Pro cui⁹ vberiore intelligentia notato q; nudus vsus facti potest excludere ꝓprietatem.& sic non excludit eā in rebus vsu cōsumptibilibus:vt diximus.in rebus aūt vsu nō cōsumptibilibus,ꝓprietatē in particulari excludit:& radicaliter in communi respectu omnium religiosorum:quorum Christus est fundamentalis dominus:q̄ uis omēs religiosi sint cōdomini:in sentētia non refert.Bene tn fratres minores habent licitū vsum rerū quarū ecclesia habet dñiū:& eleemosynarū,quarum deus vel dantes secundum aliquos habent dominium. Secundo nudus vsus facti pōt excludere actionem i foro contradictorio:vtpote si quis velit auferre tibi tunicā vel equū:nō moues ei litem in foro contradictorio:sed permittis eum abire.& hoc est licitū. ius enim licet partat actionem/non tn nisi volūtatem. Potest insuper esse nudus vsus facti, vt distinguatur contra vtilitatē.sicut seruus vtit re dñi in vtilitatem dñi,& nō ꝓpriā.& sic minores nō habēt nudū vsum facti:cū habeāt vtilitatē ex domibus,in quibus manent:& hoc quidem licite . Potest quarto excludere nudus vsus facti/omnis iuris nudationē.& ts non competit fratribus minoribus:sed excludit a fure,qui alieno vtitur iniuste. hoc non facit frater minor:sed honeste re vtitur. & p consequens iuste/& cum iure.vnde Augustinus ad Macedonium. & transumptiue habetur. xiiij.q.iiij.Quid dicam.Hoc enim certe alienū nō est qđ iure possidetur.Hoc aūt iure possidet qđ iuste:& hoc iuste qđ bene.Nā ois act⁹ iust⁹ est iuris: & omnis actus licitus est cū iure vtendi.Hanc rationem innuit Ioannes viceſimussecundus in ca. Cū inter nōnullos.Dicit ēm q; asserere Christum & apostolos in rebus quibus vsi fuerunt, non habuisse nisi simplicem vsum facti/conuincit actus eorum fuisse non iustos,& p consequēs iniustos: quia negatio in subiecto apto nato/ifert priuationem.sicut non visio in oculo infert cęcitatem.

¶Cōtra tertiā conclusionē arguit.

Christus præcepit apostolis ne aliquid haberēt in communi,vel in ꝓprio.nā Matth.x.scribit. Nolite possidere aurum,neq; argentum,neq; pecuniā in zonis vestris:nō perā in via:neq; duas tunicas/ neq; calceamenta/neq; virgā. Ex quo textu arguitur sic.hoc erat p̄ceptum:ergo apostoli contraueniendo peccassent.nam Christus seruauit qđ docuit. Actuū primo.Cœpit Iesus facere & docere. ¶Respondetur.hoc argumentum non conuincit Christus enim p̄cepit apostolis quando ibant ad prædicandum ne hoc facerent.& quia plantaturi erant nomine eius fidem:dedit eis modum necessaria habēdi.quia ante in eodem cap.scribitur. Infirmos curate:mortuos suscitate:leprosos mūdate : dæmones ejcite: gratis accepistis:gratis date.Quis autem obsecro nūc est qui non daret necessaria viris qui talia peragerent : & eos nō rogaret vt continuo secum manerent ? quid opus erat ergo viris illis aliquid habere pro illo tem

Universidad de Deusto
Biblioteca

pore:interdū tamen habebant ſacculū. nā Lucæ xxij.dixit Chriſtus.Qui habet ſacculū,tollat: ſi'l'iter & perā. Ex quib⁹ verbis denotat̄ q; tā habuerunt perā & ſacculū. vt ēm Matth.x.prohibuit eis capere aliqd qđ eſſet ſibi impedimēto p̄dicatiōis: poſtea vt cōdeſcēderet ſequacib⁹ apoſtolorum:p miſit eos habere ſacculū & perā. Vñ.xij.q.j.dicit Auguſtinus.Habebat dñs loculos a fidelib⁹ obla ta cōſeruās:& ſuorū neceſſitatibus & alijs indigēti bus tribuebat.tūc primū eccleſiaſticę pecuniæ for ma eſt inſtituta. Quia ſequacibus nō dedit robur miracula faciendi:nec opus erat.ſicut herba recen ter plantata,qualibet nocte irrigat̄:nō aūt cū tam coaluerit. ¶ Secundo arguitur. Lucę.ix.ſcribitur. Vulpes foueas habēt:& volucres cęli nidos:filius aūt hominis nō habet vbi caput ſuū reclinet. Rñ detur.iſte cui Chriſtus reſpōdebat erat ſcriba,hoc eſt doctus in lege,conſiderans q; multa bona poſ ſet a Chriſto habere.nā Matth.viij.ſic dicit. Et ac cedens vnus ſcriba aſt illi.Magiſter ſequar te quo cūq; ieris. Et dicit ei Ieſus.vulpes foueas habent: & q̄ ſequunt. Ac ſi diceret. Tu ſequeris me iquo aio,vt bona fortunę cōſequaris quæ non habeo. hoc eſt.q̄ minime vides me curare.nō ēm vēdico mihi ꝓprietatem in quācūq; domū.& ita exponit gloſſa marginalis dicēs.Quid me ꝓpter lucrū ſæ culi vis ſequi cū ita ſim pauper,vt nec hoſpitiolū qđ meum ſit habeam:licet domorū quas acceſſit acceperit vſum. ¶ Ecce q ſint domini bonorum quibus vtuntur fratres minores. Aliquorum ēm curia Romana:aliorū non improbabiliter illi qui dant,manent veri dñi:& poſſunt ſua dona ad libi tum reuocare:quia fratres nolunt ſtrepitum forē ſem ſuper hoc ſuſtinere.deus aūt eſt dñs funda mentalis oim bonorū religioſorū:ſed quo ad de fenſionem,religioſi cōmuniter.licet fratres mino res in lite nolint bona tueri.Minorib⁹ aūt hoc do conſilium:ne circa opus nonaginta dierum Gui lielmi Ockam,& multa alia Chriſti paupertatem tangentia laborent:ſed ſuam inſtitutionem ſeu re gulam quæ eſt bona & ſancta,ſeruent & colant.& ſicut ſunt minores nomine,maneant maiores hu militate & virtute:vt populum verbo & exemplo inſtituant.

¶ Distinctionis Trigesimęoctauę Quęstio Decimaquarta.

Circa votum continē tię q̄rit:An Romanus pontifex poſſit diſpenſare cum religioſo in voto continētiæ vt vxorem ducat in ſæculo. ¶ Pro ſolutione quæſtionis pono duas cōcluſiones:quarū Prior eſt. Quilibet religioſus ſub pœna pecca ti tenet̄ ſe ſeruare immunē a venereis. hoc eſt,ne cōſentiat i actū libidinoſum carnalis copulę. Pro batur concluſio. quilibet ſub pœna peccati tenet̄ caſte viuere:religioſus non poteſt caſte viuere ca ſtitate coniugali:ergo non patet et via ſalutis niſi prorſus a venereis abſtineat. Inſuper hoc vouet quando fit religioſus:& cum ſit perſona inhabilis vi ſuæ profeſſionis nunq̄ potēs vxorem ducere: oportet q; abſtineat. ¶ Secunda cōcluſio. Roma nus pontifex pōt diſpenſare cū religioſo ſimpli cī/hoc eſt non exiſtēte in ſacris vt vxorem ducat. Probatur concluſio. nā hoc fecit cū quodā rege Aragonum.nec eſt veroſimile q; hoc attētauit ſi ne ſapientum conſilio. Dices ſicut dicit Altiſiodo rus.xxij.tractatu ſui tertij tenēs oppoſitū, q; non diſpēſauit,ſed diſſimulauit. Hoc non eſt veroſimile q; nobilis mulier in eū cōſenſiſſet:nō viſa diſpen ſatione: nec hæreditas ſine illa in ſobole manſiſ ſet pacifica. Sed dicis,& apparentius.ex factis pō tificis & ex diſpenſatione et⁹ non ſequit hoc eē li citum. ¶ Propterea ſcđo arguit̄ ad idē.papa pōt diſpenſare in voto ſimplici vt notū eſt ex dictis i p̄cedētib⁹:ergo & in voto ſolēni. ꝓbatur cōſequē tia:quia tātū obligat votū ſimplex,quātū ſolēne coram deo.cap.Rurſus.qui cleri.vel vouē.matri. contra.poſſunt.illic Celeſtinus tertius dicit q; ſim plex votū apud deū nō minus obligat q̄ ſolēne. Forte dicis cum gloſſa. Nō minus.i.non minori tempore.vel non minus.i.non minori peccato in genere:quia vtriuſq; tranſgreſſio eſt mortalis.ſed vna eſt alia grauior. Contra.votum ſimplex pōt eſſe cum actu intenſiore & diuturniore q̄ votū ſo lēne.ergo per intenſionem actus & diuturnitatem poteſt attingere ligamē quod ſolēne vltra votum ſimplex habet. Poteſt dici.in voto ſolenni de⁹ po nitur in poſſeſſionem vouentis.in voto autē ſim plici promittitur ei illa poſſeſſio. Fortius autē eſt ligamē quo res eſt data q̄ promiſſa, quemadmo dum ſi promitterem Titio & Platoni equum:dā do Platoni equum manet ei⁹,quicquid ſit de prio re promiſſione. ¶ Tertio arguitur. ſi papa nō poſ ſet diſpēſare in voto religionis:hoc eſſet ꝓpterea quia ſeruare votum emiſſum eſt de iure diuino: vel ꝓpterea quia continentia non pōt habere ali quid melius.ſecundum illud Eccle.xxvj. Omnis ponderatio non eſt digna continentis animæ.vel quia qđ eſt deo datum,non poteſt in vſus huma nos reuocari:iuxta verbum domini Leuitici vlti mo. Primum non valet:quia ſic in voto abſtinen tiæ non poſſet eſſe diſpenſatio.quod oēs negant. Nec ſecundum: cui innititur Altiſio.quia cōtinē tia non valet niſi propter puritatem mentis.mo do finis eſt perfectior his quę ad finem ordinant. multa quoq; ſunt alia quæ tantū & ampli⁹ valēt

q̄ continentia.nec valet tertium/ cui beatus Tho mas innititur.nam calix/libri,& huiuſmodi deo di cata ꝓ rōnabili cauſa poſſunt reuocari. Panes quo q; propoſitionū ſacerdotibus dicati dabantur Da uidi laico in neceſſitate.primi Regū.xxj. Ergo qđ eſt deo dicatum ꝓ vtilitate publica poteſt in vſus humanos reuocari. ¶ Pręterea quarto arguitur. ſi ſit aliquis religionis votū emiſſurus cui expediat non vouere pro re vtiliore in republica:poſſum il li conſulere non vouere. igitur poſſum illi cōſule re poſt votum cum diſpēſatione papę egredi cœ nobio.ergo et egredi eſt licitum:quia regula com munis eſt in hac parte:quando vouetur aliquid in differens ad bonum & malum: quando vergit in malum,votum non eſt ſeruandum. Sed ſi religio ſa mulier diſpenſante papa/poſſet Turcam cū ſu is ad fidem conuertere: maior honor/& vtilitas in republica chriſtiana ſequerentur ex diſpenſatione ergo mulieri tali licet capere diſpenſationē,& egre di cœnobio manēdo in ſęculo:in quo poteſt cum ſalute animæ viuere: & ſequetur magnus honor i religione chriſtiana.

¶ Contra ſecundam concluſionem arguitur per auctoritatem Innocētij tertij i capite Cum ad monaſteriū.de teſta.mona. vbi pontifex in fine ca.ſic dicit.Nec ęſtimet abbas, q; ſup habē da ꝓprietate poſſit cū aliquo monacho diſpēſare quia abdicatio ꝓprietatis/ſicut & cuſtodia caſtita tis,adeo eſt ānexa regulę monachali:vt cōtra eam nec ſummus pontifex poſſit licentiam indulgere. ¶ Reſpondet̄ diſtinguēdo q; non poſſit diſpēſa re cū monacho vt habeat propriū, vel vxorē. vel in ſenſu compoſito:& ſic cōcedo.in ſenſu diuiſo nego. Vbi ēm pro rationabili cauſa cum ipſo eſt diſpenſatum:nō eſt amplius monachus:ſed a to to monachatu pontifex eum abſoluit:ac ſi nunq̄ fuiſſet monachus:& reſuſcitat ipſum qui erat mo nachus ad vitam ciuilem qui ciuiliter mortu⁹ erat. non enim facit q; nunq̄ fuerit monachus:cū hoc facere non poſſit deus.non tamen debet diſpenſa re cum monacho niſi pro cauſa ardua,iudicata ra tionabili iudicio prudentū. ¶ Secundo arguitur. beatus Matthæus non conſuluit Eugenię accipe re Hirtacum virum:imo diſſuaſit:& tamē erat ap parens lucrifactio vnius regni ad Chriſtum.ergo non eſt cōſulendū virgini poſt votū emiſſum cō trahere cum Turca,etiā licet eēt magnus color q; Turca cū maiore parte ſuorum Chriſtianiſmū aſ ſumeret. Reſpondet̄.omnes tūc in ciuitate Nadab bar,& in Aethiopia erāt chriſtiani.quare argumē tum non quadrat ꝓpoſito. Etiam apoſtolis erat vigor miraculorū collatus ad cōuertendos infide les:quibus non opus erat iſs mediis quę nobis cō ducunt. ¶ Ecce votum continētiæ quod obligat ſeruare religioſus niſi diſpenſetur ſecū pro rōnabi li cauſa:& tūc continētia non eſt ſeruanda de qua in propoſito loquimur:ſed ſufficit ei caſtitatē con iugalem ſeruare. & poteſt habere ꝓprium ac ſi nū q̄ fuiſſet monachus.nihil enim ad eum amplius ſpectat monachatus.non tamen eſt ſecurus in cō ſcientia talem diſpenſationem habens:niſi fuerit rationabilis cauſa iudicata iudicio prudentum. Et quia remiſſio cōtinentię eſt remiſſione pauptatis notior:paucis de illa tranſeo.

¶ Distinctionis Trigesimæoctauæ Quæstio Decimaquinta.



Acten⁹ de voto pau pertatis & continentię locuti ſumus:nunc pro voto obe diętiæ quæro,& eſt.xv.q̄ſtio votorum. An votū obediē tię cęteris votis maius,obli get religioſum in omnib⁹ pa rere ſuperiori. Præmittatur quid nominis obediē tię:q̄ nihil aliud eſt q̄ volitio actualis vel habitua lis qua quis vult parere illi cui debet:& exequt illa ad quę tenet̄. ¶ Quo premiſſo reſpondebit̄ ad illud qđ queſtio ſupponit,in priore cōcluſione:in ſecunda vero ad illud quod queręt̄. ¶ Prior cōclu ſio eſt hæc. Votum obedientiæ votum paupertatis & caſtitatis in bonitate exuperat. Probat̄ cōclu ſio ſic. Votum obedientiæ alia duo vota infert,& non contra.ergo ſpſum eſt magis vtile & neceſſa rium religioſo.nam ſi quis fuerit obediens ſeruā do ſuam regulā in qua duo/ paupertas & caſtitas vouentur & p̄cipiunt̄:illa duo ſeruabit,& ipſam obedientiam:non aūt habendo vnum alterū duo rum.poteſt ēm quis eſſe pauper vel caſtus:& non obediens. Secundo arguitur ad idem.obedientia habet epitheton excellentius q̄ cætera vota. dicit enim prælatus,In virtute ſanctæ obedientiæ p̄ci pimus. Præterea vitium obedientię oppoſitū eſt peius vitijs oppoſitis alijs votis. ergo obedientia eſt melior.probatur conſequētia:quia meliori vir tuti tam ſecundum actum q̄ habitum act⁹ peior opponitur. Antecedens oſtenditur ex illo.j.Re gum.xv.Quaſi peccatum ariolandi eſt repugna re:& quaſi ſcelus idolatriæ,nolle acquieſcere.id eſt non obedire. Super quo verbo dicit Gregori⁹ in Moralibus. Sola eſt quæ fidei meritum poſſidet obedientia:ſine qua quiſq; infidelis conuincit̄:etiā ſi fidelis eſſe videatur. Citat̄ a Gratiano.viij. q.j. Sciendum eſt.In eodem quoq; cap.xv.dicit̄. Melior eſt enim obediētia q̄ victimæ.quod expo nens idē Grego.vt gloſ.marginalis allegat,dicit. Obediētia victimis iure p̄ponit̄:quia p victimas aliena caro:p obedientiā vero ꝓpria voluntas ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctatur. Tanto ergo quisq; deū citius placat: quanto repressa arbitrij sui supbia gladio p̄cipiti se immolat. Pręterea, obediētiam Christi Apostolus ad Philip. ij. cōmēdat dicēs. Humiliauit semetipsum factus obediēs vsq; ad mortem. Religiosi aūt est Christū imitari oīb⁹ abiectis iuxta illā Matth. xix. Si vis pfect⁹ esse, vade, & vēde oīa q̄ habes: & sequere me. hoc est, conditiones meas secūdū fragilitatem tuam. Refert Ioānes Cassianus libro. iij. de institutis cœnobiorum, quomodo Ioānes qui dā egregius adolescēs & religiosus ad senitorū imperiū a duob⁹ miliaribus quolibet die indesinēter attulit aquā: & lignum aridum & quodāmodo putre humectabat. ¶ Secūda cōclusio. Vera obedientia nō obligat religiosum in omnibus licitis & honestis parere suptori. Probat cōclusio. nullus obligatur ad opus superogationis nisi volēs: volens hāc religionem, nō intendit ad vlteriora se obligare: ergo nō male agit alia sibi imposita recusando. Secūdo arguit ad idē. Nā dato opposito sequit q̄ pfessus in religione sancti Augustini teneat ad mandatū suptioris ingredi Carthusiam. hoc consequens est falsum: & consequentia patet per te: cū hoc sit licitū & honestū. Tertio hoc ostendit p̄ beatum Bernardū in lib. de p̄cep. & dispēsatione dicētem. Nihil prohibeat me prælat⁹ horum q̄ promisi: nihil plus exigat q̄ promisi. si tamen obediat mādatis licitis: bene facit: & est obedientia non necessaria sed perfecta.

¶ Contra priorē cōclusionē arguit. Difficilius est relinq̄re multa bona q̄ parere suptiori. qđ patet de iuuene euāgelico qui p̄cepta seruabat: cui difficile erat suas opes deserere: facile parere. ¶ Respondetur. potest dari vnus actus paupertatis, hoc actu vel illo obedientię melior: tñ maximus actus obediētiæ est melior optimo actu paupertatis. Difficile profecto ē cordato viro, & capitoso voluntatem suam perpetuo in manus senioris ponere: & magna humilitas.

¶ Cōtra secūdā cōclusionē arguit. Castitas habet determinatam materiā, similiter & paupertas: ergo etiā obediētia. sed hoc nō erit nisi obedientiam habeat seorsum, p̄ter illa duo vota & regulam. Respondetur negando q̄ habeat determinatam materiam sicut alia duo: sed solū requritur obediētia in regula. Contra hoc arguit. Ex illo sequit q̄ si sint quatuor iuuenes religiosi: quorum vnus possit solus purgare cœnobiū sordib⁹ nullus eorū teneatur id facere. cōsequēs est inconueniens. q̄ sequatur probo: qa hoc nō cōtinet i regula. Ioānes purgabit cœnobium. Respondetur negādo sequelā. quilibet em̄ tenet seruare suam regulā. & illa sine quibus regula seruari nō potest. & hoc est seruare regulā. nā si vnus istorū licite possit qđuis onus intūctū recusare: pari ratione quilibet aliorū trium. itaq; vbi necesse est aliquē purgare cœnobium, & nō est maior ratio de vno q̄ de illo cui superior p̄cipit: tenet ille suptiori parere: vel qñ est dubiū. ¶ Secūdo arguit cōtra eandē cōclusionem. Refert Ioānes Cassian⁹ lib. iiij. ca. xxv. quomodo Ioannes de quo in p̄batiōe cōclusiōis mentionem fecimus, p̄cipiente seniore lenticulam olei q̄ sola erat in eremo in vsus fratrū seruata, fregit. Et in. xxvj. ca. quomodo idē Ioānes seniore p̄cipiēte vt aduolueret grande saxū qđ aduoluere ne quibat: nō desinebat quousq; plenus sudorib⁹ lapidē humectabat: applicita nunc ceruice: nunc toto pectore. Et in ca. xxvij. eusdem recitat quomō Mutius p̄prium filiū in fluuium p̄cipitare volebat ob suptioris p̄ceptum. Quibus & multis alijs simlibus suppositis, quæ idē Cassianus recitat, arguit sic. Isti religiosi quib⁹ p̄cipiebat factu difficillimū: immo impossibile: p̄cipiente seniore, complere conati sunt: & in hoc laudandi omni quo. sed illorū facta sunt imitāda: ergo oportet parere abbati in omnibus. ¶ Respondet. argumentū bene p̄bat q̄ bene agit parēdo abbati in omnibus licitis q̄ fieri possūt: & etiā enitēdo facere quātum in se est, impossibile: quta illud entiā est possibile: vt si p̄cipiat inferiori euertere arcē: potest inferior manus. ceruicē. pedē⁹. & hmōi tali euersioni applicare. sed non sequit q̄ homo ad hoc teneat. Vnde si duobus inferioribus Sorti & Platoni: abbas p̄cipet arcē euertere: & Sortes se applicaret ad id faciēdum: & Plato diceret hoc esse a regula alienum: nec se ad hoc vi p̄fessiōis suę esse obnoxiū: & propterea nolle hoc facere: vterq; istorum licite faceret, nec peccaret: sed sortes meli⁹ faceret. ¶ Vnde hic notabis q̄ abbas potest p̄cipere inferiori suo multifariam. Vno modo illicitum cognitum tale: & in hoc nō est ei parēdū. nam p̄ceptū dei est cōtrarīū. & deo oportet plus parere q̄ hoib⁹. Actum. v. Vel p̄cipit scđm regulā: puta exequi aliqd qđ in regula cōtinetur, vel sine quo regula seruari non potest. & sic tenetur inferior superiori parere. Vel p̄cipit aliquid cōtra regulam: & sic vbi est rō dispensandi, parendum est. si autem non sit ratio dispensandi, licet non desit auctoritas in dispēsante: non est ei parendum. & hoc quando constat nō esse rationem. Si vero p̄cipiat aliqd in quo est dubiū an possit bene fieri: an male, parendum est: potissimum vbi superior est prudens. modo cū p̄cipiat licitum & honestum etsi a regula alienū etiā cognitum tale, turpe est nō parere: potissimum si sit facile factu: licet nō sit peccatum. ¶ Hactenus de obediētia votorum essentialium potissimo voto: & in quibus de necessitate est parēdum: in quibus vtile: in quibus nō necessarium: & in quibus peccatum.

¶ Distinctionis Trigesimęoctauę Quęstio Decimasexta.

DEcimosexto in hac distinctiōe quęritur. An qs possit profiteri religionē relinquendo parentum alterū in extrema necessitate. Pro solutione quæstionis ponā conclusiones. ¶ Prima est. Male facit filius religionem profitendo, relinquens parentū aliquē in extrema necessitate. Probatur cōclusio, nam succurrere parentibus in extrema necessitate est p̄ceptum legis naturę & diuinū. modo cōsiliū istud nō absolut a p̄cepto diuino: nec facit ipm̄ desinere esse p̄ceptū. ¶ Secunda conclusio. Filius religiosus tenetur cœnobium egredi vt parentibus aliunde sustentationē habere nō valentibus succurrat. Et quia Beatus Thomas in secūda Secūdę, & Nicolaus Lyranus. Matth. xv. tenent priorē conclusionem, & contradictoriā huius: paulo plixius hanc p̄babo, p̄ expressa verba Christi in eodem capite quibus glossam futilem apponūt. Cū illic scribæ & pharisęi arguerēt Christū q̄ discipuli eius transgrederētur traditiones seniorū de nō lauandis manibus ante cibū: pposuit eis quęstionē: quā si solu issent: data fuisset respōsio quęstioni eorū: & nō sicut Nicolaus putat: clauū clauo retūdēdo. Quęsiuit itaq; Christus, quare vos transgredimini mādatum dei ppter traditionē vestrā? mā deus dixit. Honora patrē & matrē, vos aūt dicitis. Quicūq; dixerit patri vel matri: munus qđcūq; est ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem suum aut matrem suam. & irritum fecistis mandatum dei propter traditionem vestram. Hic expresse est sermo de succurrendo parentibus in necessitate: quod est dei p̄ceptum. sed vt glossa interlinearis exponit: dixerunt auari pharisei. si filij offerant deo hoc quod parentibus debetur, id magis proderit parentibus q̄ eis succurrere: & etiam filijs. Vbi Christus dicit pręuaricari legem dei propter traditionem hominū. nam offerre deo sacrificiū, est licitum cōmuniter: sed male fit dando illud qđ homo tenetur dare parenti: qa relinquitur dei p̄ceptum. sic autem est in casu nostrę conclusionis. Sed dicis. hoc solum concludit priorem conclusionem: q̄ scilicet ante ingressum religionis bona si habeantur danda sunt parentibus: vel laborandum est pro bonis habendis ad eis subuenendum. Ideo probatur aliter conclusio sic. Si quispiam premeretur & conculcaretur ab equo: religiosus stans in ostio, potens ei succurrere, prohibente abbate teneretur succurrere presto. vel si claudus sit in domo quę igni consumitur: religiosus succurrere potens, prohibente abbate ex lege naturę & dei ad hoc tenetur. ergo eodem modo in casu conclusionis secundę. Non valet responsio Nicolai dicentis q̄ succurrere parentibus est p̄ceptum affirmatiuum, obligans pro loco & tēpore. modo post votum religiosis succurrere parentibus est illicitum, prohibente superiore. sicut sacerdoti non licet succurrere patri per vsum armorum si ab hostibus inuadatur: quia iam nō est ei licitum pugnare corporaliter. Hoc inquā nō valet. nam p̄ceptum affirmatiuum pro loco & tēpore obligat: sed iam est locus & tempus: quia si p̄termittat, parentes morientur. Et quod affert de sacerdote, nō habet speciem veri: quia potest resistere patrem iuuando & contra hostem defendēdo: ac si nullo modo esset sacerdos: vbi pater nō posset aliter euadere. nullum enim p̄ceptum humanum ab hoc relaxat. Dico ergo sicut Christus intendebat contra scribas & pharisęos: q̄ apostoli comedentes relicta traditione tam crebro lauandi manus nō peccarunt. Nam Marci. vij. sic scribitur. Pharisęi etiā & omnes iudæi, nisi crebro lauerint manus suas, nō māducant. Et q̄ peccant deo offerentes (nisi occurreret p̄ceptum) nō succurrendo parentibus. Sic relinquens parentes fame morituros ante religionis professionem vel post, propter votum sponte emissum & hominū traditiones, legem dei transgreditur de parentibus honorandis. & egredi cœnobio etiā abbate p̄hibente, nō est peccatum. sicut apostoli nō peccabant relinquendo traditiones seniorum.

¶ Contra secundam conclusionem arguitur argumento altero cōmentatoris, seu vt dicunt postillatoris. Contrahens matrimoniū nō tenetur cohabitare cum patre, propter aliud vinculum quo obligatur vxori. ergo neq; per professionem a fortiori. Item arguunt aliqui. maius est vinculum deo factum q̄ parentibus. votum est deo factum. igitur. ¶ Ad primū dicitur q̄ potest subuenire patri cohabitando cum vxore. Ad secundum nego q̄ sit vinculum deo factum: cum sit contra p̄ceptum dei, non subuenire parentibus: nec votum est ad oppositum. Nihil est dicere, p̄ceptū de voto est de prima tabula: subuenire autē parentibus de secunda. quia dicimus votum nō esse obligatoriū in hoc casu. Nec valet dicere: nō habet voluntatem, cū sit religiosus. quia adhuc p̄cepta ecclesiæ tenetur seruare p̄hibente abbate. ergo a fortiori p̄cepta dei.

¶ Contra eandem conclusionem arguitur. Ex ea sequitur q̄ filius nō tenetur profiteri religionem quando parentes sunt triste de eius professione: sic scilicet vt affirment se morituros

Universidad de Deusto
Biblioteca

si filius cœnobium ingrediatur.cõsequens est falsum. alioquin multi a religione prohiberentur. ¶Respondeꝛ negãdo sequelam:illa nãq; tristitia in gaudium tandem cõuertetur.id eñ plerũq; visum est.& licet dicant se pręꝛ tristitia morituros:nõ consequens est ꝙ mortentur: nec eis in illo dicto est credẽdum:quia pauci vel nulli hoc modo moriuntur. Si tamẽ pręter legem et reuelaretur ꝙ parentum alter moriturus sit si religionem assumat: iam est euentus cõclusionis. Nec tristitia diuę virginis tempore passionis hoc loco citanda est.tum ꝙ Christus salutẽ publicã humani generis egit. tum ꝙ sciebat matrẽ ex illa tristitia nõ moriturã. ¶Secundo arguitur. Homo nõ in infinitũ tenetur plus procurare necessaria parẽtibꝫ q̃ alijs: sed pro alijs nõ tenetur religionẽ differre:ergo nec pro parentibus. ¶Tertio,Petrus nõ potens manere cũ salute animę suę in sęculo potest religionẽ profiteri:quia plus debet curare salutẽ animę ꝓprię q̃ corporalem parentum. ¶Quarto arguitur. Ad eius ꝓfessionem sequitur solum parentum mors corporalis:& magnũ detrimentũ filio in spiritualibus: quã tacturam nõ tenetur subire pro morte corporali parentũ:quibus forte prodest perire fame,quia sunt in bono statu. ¶Quinto arguitur. dicit Christus.Matthęi.x.Qui amat patrẽ aut matrem plus q̃ me,non est me dignus. ¶Ad primũ istorum conceditur maior: & ad minorẽ dicitur: ꝙ si daretur aliquis qui mortem obiret nisi filius professionẽ religionis differret:deberet differre.nã conditionẽ particularẽ parentum nouit, & nosse tenetur.nõ sic autẽ aliorũ: qa putat alios ad quos spectat talis cura & indago, circa hoc insistere. ¶Ad tertiũ nõ admitto positum in argumento. nam cuilibet religio christiana sufficit ad salutem: quã homo seruare potest. & si peccet/ datur ei remedium per pœnitentiam.sed si ita foret vt argumentũ imaginatur:plus deberet curare salutẽ animę suę q̃ vitam corporalem parentũ:immo q̃ vitam corporalem propriã. ¶Ad quartũ nego primã propositionẽ ꝙ solum sequatur mors corporalis parentũ: immo spiritualis mors filij obligati parentibus succurrere ne pereant. & esto/ parentibus conduceret corporaliter mori:filio hoc nõ cõducit: qui ex pręcepto diuino tenetur parentibus subuenire: licet iacturam in spiritualibus faciat. ¶Ad quintum concedo auctoritatẽ vt iacet: qa illic est sermo de illo qui ad fidem catholicam nõ conuertitur,vel eam relinquit gratia parentum.is enim peruertit charitatis ordinem:cũ deus sit super omnia diligendus.in proposito aũt nostro ꝓpter pręceptũ dei iste succurrit parentibus.& vbi deus pręciperet vnũ: & parentes aliud: deo parentibus relictis/parebit,quatenus parẽtibꝫ succurrat & vbi nullus alius eis prouidet.nõ solum in extrema necessitate: sed etiam differenda est religio potiusq̃ notabile detrimentũ pattantur: vtpote ꝙ mendicando,vel seruiendo vitam protegant/si ante erãt honesti:nõ autem pro eorum pomposo statu,vel ob eorũ tristitiam.in ijs enim verificatur illud Hieronymi ad Heliodorum. Per calcatum perge patrem: per calcatam perge matrem. licet illud melius quadret de assumptione religionis christianę. ¶Ecce quo modo quis tenetur religionẽ differre ad tẽpus,& forte perpetuo.

Dubitatur.An sit multum cõsultãdũ & deliberãdum de religiõe ꝓfitenda. Respondetur: nullus debet tale onus subire sine matura liberatione/ cõferendo cũ viris sapientibus & deum timentibꝫ: nõ cum religiosis:quia omnes te ad suam religionem attrahere nitentur/ si sis futurus eis vtilis in spiritualibus vel corporalibus. In primis oportet videre an in religione quã quis profiteri intendit/ sancte & pie vtuatur:an nõ. Si secundũ:nõ est ille profitendum. Si primũ: oportet prospicere an is de quo dubitatur:possit ferre onus rigidę religionis.Non placet qđ in.q. vltima secũdę secũdę beatus Thomas dicit.Nõ cõfidat in propriis viribus. quia in ꝓpriis viribus nõ confidit: sed in bonitate diuina.secũdum illud Esaię.xl. Qui sperant in domino,mutabunt fortitudinem. Dico non esse expectandam a deo miraculose nouam fortitudinem ob religionis professionem: quia non frigrediens sperat in domino,vt religiosus. Alia ratio non valet.licet enim professio religionis in se sit melior q̃ eius omissio:forte nõ huic.nam contingit ꝙ homo melius ad salutẽ animę & suę ad gloriam dei melius se habeat in sęculo q̃ in religione. vtputa, habet solum vnum beneficium quo est contentus:qui vel docet in schola: vel in templo vtiliter ad populum declamat: de temporalibus nõ est sollicitus:prouisionem sufficientem & non superfluam habet:viuit cum honesto famulo vel famulis/procul a mulierũ societate: & a superbia potest cauere in religiõe christiana/quã nouit melius q̃ abbas. Tales enim doctos viros in bonis vniuersitatibus, laudabiliter viuentes pluꝛes dabis: ad quos indocti refugium habent: vt ad oraculum Apollinis.Q uibus,opinione mea, non est consulendum/ religionem profiteri. nam episcopi & curati iuxta prędicta sunt in ordine altiore q̃ religiosi simplices.Vnde Gerson in regulis moralibus vbi loquitur de superbia, bene dicit,stultum esse dicere ꝙ de ingredienda religione consiliandum non sit:sed ad primã inspirationem ingredendum.

¶Distinctionis Trigesimęoctauę
Questio Decimaseptima.

Decimoseptimo i hac xxxvij.dist.quęrit An graduatus ere alieno possit ꝓfiteri religionẽ. verbi causa. Sortes debet trecẽta scuta platoni:& est bonꝰ artifex, vel mercator industrius: & verosimile est ꝙ ante duos vel tres annos lucrabitur totã pecuniã & satisfaciet creditori platoni:iam quęsito est vtrum bene agat religionẽ assumendo dando platoni cẽtum/ & debendo ducenta,ad quę soluenda facit se impotentem,religionem profitendo. ¶Ad quęstionis solutionẽ ponã aliquas cõclusiões. Prima est. Si sortes profiteatur:hoc est,faciat qđ in se est ad professionẽ:reuera est religiosus.probat:qa si aliquid obstet maxime est debitũ: sed illud nõ impedit religionis ꝓfessionẽ de facto, licet bene de iure.igit.ꝓbat minor:qa dolus & blanditię nõ impediunt religionis ꝓfessionẽ.de dolo patet.de conuer.cõiuga.c.Ex parte tua.& ca.Veniens & c. Accedens. & cap.Dudũ. & de his quę vi.me.ve cau. fi.Cũ dilectus.De blanditijs non est difficultas.& patet:quia in oĩbus istis stant simul debitũ & religio:ergo debitũ religionis ꝓfessionẽ nõ impedit. ¶Secunda cõclusio. Seruus sine cõsensu dñi nõ potest religionẽ profiteri. patet.liij.dist.c.Nullus episcoporũ. & ante triennĩũ potest repeti. xvij.q. ij.c.Si quis incognitus. & domino restituetur/ cũ oĩbus quę attulit. ¶Tertia cõclusio. Sortes cedendo bonis suis quę pręcise valent centum scuta,& debendo ducẽta platoni quę plato nõ remittit nec remittere tenetur:quę potest soluere manens in sęculo/in duobus vel tribus annis:male agit religionem profitẽdo.Et licet aliqui religiosi teneant oppositum:credo hanc cõclusionẽ verã.quã sic probo.Male agit se reddens impotentẽ ad satisfaciendum illi/cui iure naturæ & diuino obligatur.modo de iure naturę & diuino est soluere acceptum debitũ si alter nõ remittat,nec remittere teneaꝛ: & profitẽdo religionem facit se ad hoc impotentẽ. Secundo ꝓbatur idem.seruus ꝓpterea non debet profiteri religionẽ ne iniuria fiat dño,ex cõclusione precedente: sed in ꝓposito creditori fit iniuria. Tertio.scriba peritus vel frater potens lucrari pecuniã/manibus operando ad satisfaciendum creditori, abscindens sibi ipsi manũ vltra peccatum in proprium corpus cõmissum peccat se impotẽtem reddendo.ergo eodem modo erit in proposito.Q uarto.dato opposito conclusionis aperietur via debitoribus & altena detinentibus vt religionem profiteantur in fraudem verorũ dominorũ. & sic vsurarius vel fur potẽs satisfacere aliunde: cum alieno,cedendo bonis poterit religionẽ licite profiteri.qđ est inconueniens. Quinto.obligatus ad ratiocinia,profiteri nõ potest quousq; se expediat reddendo rationem.liij.distin.cap.Legem.ergo a fortiore in proposito. ¶Quarta conclusio. prędictus religiosus sortes sciens & potens in cœnobio manibus operari & pecuniã acquirere labore:tenetur laborare:& pecuniã lucro partã dare creditoribus.ꝓbat: qa ꝓ vota religionis nõ absolutꝰ seu deobligatur qs ab illo ad qđ iure naturę obligatur,vt a nutritione parentũ:solutione debiti:restitutione furti,& similibus.igitur.

¶Contra tertiam conclusionẽ arguit. Is de quo in tertia ꝓbatione huius cõclusionis facta est mentio, manũ abscindens est absolutus a solutione debiti,cum sit factus impotens ad soluẽdum.sed sic est hic. Respondetur.maior nõ probat quin ille peccet, vt in probatione dicitur.secũdo minor est falsa:quia satisfacere potest: & tenetur per quartã conclusionẽ. ¶Secundo arguitur argumẽto beati Thomę in.q.vltima secũ dę Secũdę oppositũ tenẽtis. Persona liberi hominis nõ obligatur secũdum leges ciuiles:sed res.qa persona liberi hominis superat omnẽ ęstimationẽ pecuniæ.sufficit ergo cedere bonis:nec tenetur in sæculo remanere:vt procuret vnde debitum reddat. Respondetur. hoc argumentũ nõ concludit. nam quicquid sit de iure cęsareo in hac parte: homo tenetur iure diuino restituere alienũ. nec valet cessio in bonis apud deũ: nisi homo proponat restituere reliquã partẽ alieni quod detinet, vbi potest illud habere labore, hereditate,dono, vel alia iusta via. Nec excusandi sunt debitores manentes intra septa ecclesię nõ satisfacientes creditoribus cum possunt. Loquor in foro conscientiæ: quia in foro exteriore habent ꝓtectionẽ sub hac vmbra ꝙ soluere nequeant. Secundo hoc est falsum ꝙ persona liberi hominis superat omnẽ ęstimationẽ pecunię.nam interdum homo liber venditur ꝓ determinata pecunia:& aliqua pecunia in foro exuperat valorem liberi hominis. De valore autẽ entitatiuo nõ est sermo.

¶Contra quartam conclusionẽ arguitur. Ille ęre alieno grauatus est religiosus:ergo tenetur more aliorũ regulam seruare:& in alijs horis si vocetur,operari in officijs cœnobij.& per cõsequens nõ poterit vnq̃ laborare ad soluendum creditoribus. Respondetur concedendo ꝙ est religiosus: sed nego ꝙ teneatur operari in seruitio cœnobij.quousq; creditoribus satisfecerit.nam religiosi est seruare legẽ naturę & dei. alioquin esset religiosus habitu,& nõ mente. Abbas autẽ debet

Universidad de Deusto
Biblioteca

sinere eū laborare ad soluendum: vel pro eo solue re.& licet abbas ei ꝓhibeat laborare: nō tenetur pa rere: qa lex nature ꝓcipit oppositū. ¶Ecce ergo ꝙ habēs ęs alienū furto,usura,rapina,vel mutuo qui nō satisfacit:corā deo male agit cedendo bo nis. Si autē bona ipsa nō sufficiant vt satisfiat cre ditoribus, nisi creditores ei remittant illud qđ re manet: vel remittere teneant:vtpote qa nescit la borare: nec alia via solutionē procurare/siue ma neat in sęculo/siue religione:tūc facit qđ pōt & ad qđ tenet.frustra autē ab eo aliquid exigent: quia inanis est actio quam excludit inopia debitoris.l. Nam is.ff.de dolo. & impossibilū nulla est obli gatio.ff.de re. iu.tūcq religionē ꝓfiteri poterit bo nis cedendo:& nō aliter. Vlterius dico si abbas vel cœnobiū aliquē debitorē bonorū/sciēter recipiat: debet soluere ꝓ debitore vel eum nō recipere.& si eū nō propalantē debitū susceperit, eijcere postea poterit vbi debitorē sciuerit.quo nō obstāte alter tenet seruare sua vota. & videndū est in casu con scientię an satisfacere possit creditoribus,an nō.si primū:querat remissionē a creditorib⁹:& sic eū re cipere debebit.si vero nō possit habere liberationē a debito:studeat soluere:& deinde ꝓfiteri religio nē:vel manendo in religione si poterit.

¶Distinctionis Trigesimęoctauę Quęstio Decimaoctaua.

POst hęc quæram de religiosis in vniuersa li. Primo. An qs possit seruare vnum vel plura triū votorū quę religiosi vouent,manēdo in sęcu lo. Animaduerte ꝙ Mat theus Grabon Saxo or dinis prędicatorū in libello quē cōposuit/aliquas conclusiones scripsit. quarū prima erat hęc. Nul lus licite potest & meritorie,imo nec veraciter obe dientię, paupertatis, & castitatis vota extra veras religiones iplere. In nona quoq; cōclusione dice bat, ꝙ nullus potest paupertatis consilium meri torie: immo nec veraciter obseruare nisi fuerit in statu spiritualis perfectionis/ siue verę religionis. In decima cōclusione dicebat ꝙ reputantes se be ne facere assumendo cōsilium pauptatis/remanē do in statu sęculari, mortaliter peccant. ratio eius est: quia talis assumptio ipsius nō est nisi phanta stica,puersa & nō vera. Infert ꝙ ꝓprietas tēporalium rerum statui sęculari essentialiter est annexa. Has conclusiones vide ꝓlixe in fine primę partis Ioannis Gerson.vbi has cōclusiones reprobat.& Petrus Aliacensis in cōcilio Constantiensi dixit/ libellum igne debere cremari.

¶Ponam succincte ad titulum quę stionis quę occurrunt per conclusiones. Prima cō clusio. Quis potest seruare paupertatem in sæcu lo,siue cum voto,siue sine voto,nō refert.proba tur: quia beneficiatus solum habens bona benefi cij cui deseruit, nō habet dominiū illorum. prout in distinct.xxiij.huius diximus. Secundo proba tur.aliqui religiosi deseruiunt curis, & vt religiosi multi putant, licite. quos non oportet propter ea votum paupertatis infringere. sic potest cura tus siyoueat. Tertio.quis potest omnia sua simul dare pauperibus/ vouendo paupertatē,& viuen do ex proprijs laboribus: vt Iesuitę faciunt: vel aliter aliquo ei necessaria ministrāte. Quarto.apo stoli in primitiua ecclesia ita fecerunt.nam cōuer si posuerunt omnia in cōmune vendentes posses siones:& precium ponentes ad pedes apostolorū qui oibus distribuebant sicut cuilibet opus erat. Actuum. ij.& tamen nō leguntur fuisse religiosi. nec est verosimile ꝙ oēs illi tenuerūt continētiā. nam erant tria hoim milia ad prædicationē beati Petri conuersa in die pentecostes: & numerus in dies augebat:inter quos multi erant coniugati:li cet apostoli cōtinerēt.vt Leo.ix.recitat dist.xxxj. c.Oino.hoc conuincens ex verbis Apli.j.ad Co rinth.ix. Nunqd nō habemus potestatē mulierē sororē/circunducendi sicut frater dñi & cephas? tamē nō est hoc apparēs de oibus conuersis.ergo potest seruari pauptas sine cōtinētia. ¶Secunda cōclusio. Aliquis pōt in sęculo vouere votum ca stitatis.patet de sacerdote qui castitatē seruare te netur:quę est honesta/& materia voti:& vnus mo dus voti solēnis.& vltra hoc pōt illā vouere:licet eā ratione statuti seruare teneat. Secūdo ꝓbat idē aliquis vel aliqua potest seruare virginitatē tota vita/& multū meritorie:& est materia voti:si ergo voueat, vi voti nō tenetur profiteri religionem. ¶Tertia cōclusio. Aliquis pōt obedire episcopo suo,curato,vel viro probo & circūspecto,cui ex pediat hoc vouere. voueat ergo,& patet cōclusio. ¶Quarta cōclusio. Quis pōt seruare oia licite in sęculo/quę religiosus seruat in religione. Nam ea seruare nō est impossibile,nec ihonestū. ¶Quinta conclusio.Quis potest vouere omnia quę vo uet religiosus,manens in sæculo.patet. potest illa seruare sine voto:& hæc omnia sunt materia vo ti:ergo potest ea vouere. Insuper in cap. Insinuan te.qui. cle. vel vouen.matrimo.contrahe. pos.est sermo de nobili, muliere, quę in ꝓpria domo vo uerat. ¶Ex his sequit ꝙ ꝓprietas nō est annexa statui sęculari.ꝓbat:qa cōtigit sęcularē nō ampli⁹ habere ꝓprīū q religiosum: & adeo bene viuere in sęculo/vt alter vtuit in religiōe. quēadmodum

aliquis nō sumens medicinā pręseruatiuā/eque be ne pręseruat a morbo ꝓ bonū regimē/ac alter me dicinā sumēs. imo illa medicina sumpta/ cōtingit in morbos varios incidere ex itēperātia. Sic de re ligione & sęculo.potest eīn homo esse in sęculo:& nō sęculariter more cōmuni viuere.

¶Contra quintam cōclusionem ar guitur.Ex ea sequit ꝙ vouens ꝓfiteri regulā prę dicatorū nō tenet ad illud votū seruādū:cū possit in sęculo seruare.Respōdet:nō sequit.nā cū illud vouet: oportet illud seruare. secus est si vouisset paupertatē/& obedientiā prudenti viro/& castitate.tunc eīn adhuc nō est religiosus:sed pōt mane re in domo ꝓpria cū viris bonę vitę,extra tumul tū sęculi eque atq; in religiōe. ¶Ecce quō paupertas pōt seruari sine voto/& cū voto in sęculo me ritorie:& sic castitas & obedientia. nec ꝓprietas est annexa statui sęculari plus q religioso: qa pōt ab vtroq; separari. melius tamen in cœnobio seruat (modo religiosi bene viuant) q in sęculo.

¶Distinctionis Trigesimęoctauę Quęstio Decimanona.

DEcimonono in hac distinctione, & secundo de religiosis in vniuersali quę ritur. An transgressio cuius libet in regula cōteti sit pec catū.Henricus Gādensis in vj.lib.quodlibe.tenet ꝙ sic Alij ꝙ nō:sed solum transgressio trium votorū principaliū. ¶Sed ponā cōclusiones ad quęstionē responsiuas. Prima est. Non quelibet transgressio regulæ in religioso est peccatum.probatur.nam patres regulas cōponē tes erant circūspecti,intēdentes religiosos regulis suis deducere ad celestem paradisum. sed hoc nō fieret/ si quælibet statuti regulæ transgressio esset peccatum. Secundo probatur idem. Nō quelibet transgressio regulæ fratrū minorū est peccatū:er go nec in alijs religionibus. probatur cōsequētia: quia beat⁹ Franciscus nō magis loquitur de pec cato q̄ alij.antecedens patet ꝓ cle. Exiui de para diso. ¶Secūda cōclusio.Non quelibet transgres sio cōtra tria vota essentialia est mortalis. Proba tur:quia contingit peccare venialiter in furto/etiā deliberato ob paruitatē obiect: ergo circa ꝓpriū hoc potest contingere,obedientiā,& castitatē:etiā ob actus indeliberationē, vt in primis motibus. ¶Tertia cōclusio.Q uelibet transgressio delibera ta contra tria essentialia vota religiosorū est pecca tum.Hęc conclusio probat:quia talis transgressio est pessima quæ in religione euentre potest: & si ipsa nō sit peccatū,nulla erit peccatū. & sic nullus peccaret regulā infringendo. ¶Quarta cōclusio. cōtingit dare multas alias transgressiōes a tribus votis/peccata.ꝓbat.ita est in regula minorū: ergo eodē modo in alijs nisi patēter id excipiant. Ante cedens patet:qa hoc cōclusum est in cōcilio Vien nensi/vbi ponit hoc verbū (teneant) vel equipol lens:qđ in regula tenet vim pręcepti: & debet ob seruari a fratribus tanq; tale:& cū hoc posuerit in aliquib⁹ cōstitutionib⁹ & nō alijs: signū est ꝙ hoc intēdebat.& ita in alijs regulis vbi id inuenit: nisi expresse ponat ꝙ nō intēdāt obligare sub pœna peccati:sed solū ad pœnā etiā si inferat. Secūdo, ratione materię de qua agit:quę est tantę vtilitatis vt eius ꝑtermissio notabiliter regulam decoloret. & per vtriusq; horū transgressionē cognoscit esse peccatū:& a fortiore qñ simul cōcurrūt, vt cōciliū definiuit.& vbi ineruditus sup hoc dubitat:regu lam docto ostendat ipsum cōsulendo. Aliqua au tē ad quę Minores sub pœna peccati obligant, q̄ concilio ponit,subiectemus. vt de nō portandis calceamētis:nō equitādo nisi in necessitate:ꝙ vili bus vestib⁹ induant,quę reputētur viles secundū cōsuetudinē regionis in qua morant,tam quo ad colorē,q̄ quo ad precium. In hoc in vtroq; regno Britannorū multū hodie peccat.nō loquor de ob seruantibus. Sed citra mare etiā ante reformatio nē nō fuit error i vestib⁹.Pro alijs religiosis notet hęc theorica in cōcilio Viennēsi statuta. Q ñ in re gula habet (teneātur) vel equipollens:vel ratione materię de qua agitur,statutū est tantę vtilitatis ꝓ regula cōseruanda:vt ipso sublato,iudicio prudē tum regula decoloret & aperiatur via propinque ad alia quę cognoscuntur pręcepta, pręuaricāda: iam transgressio est peccatum.

¶Contra primam conclusionē ar gumētor. Religiosus ꝓ qualibet transgressiōe cō tenti in regula potest puniri.vt si vna manu tenēs poculū bibat:vel ex fragilitate loquat post cōple torium in cœnobio.sed nemo est puniendus nisi ra tione peccati.qđ ꝓbat sic.Q uilibet actus delibera tus vel est bon⁹/malus/vel indifferēs secūdū vnā positionē.secūdū aliā bonus vel malus moraliter. teneatur secūda positio q̄ est ꝓbabilis.nā si actus bonus volūtatis/de se nō habeat iudiciū prudētia le sui regulatiuū:iam nō est bonus nec malus: nec proprie deliberatus. Isto supposito arguit sic.pro opere bono nemo est lapidādus.Idcirco Christus cū percuteretur:vt dicit Ioannis.xviij.respondit Si male locut⁹ sum,testimoniū perhibe de malo. si autē bene/quid me cędis?ac si diceret.male agis me cędendo propter hoc ꝙ bene ago.& cum ne mo sit cędendus ꝓ ope bono:& ꝓ qualibet transgressione in regula religiosus possit rationabiliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

cędi:sequitur q; quelibet transgressio sit peccatū, contra primā conclusionem. Simili ferme modo potest argumentū duci/ponendo actum indifferē tem.incōueniens autē videtur q; aliquis percutiatur pro opere nō malo/iuxta sententiam saluatoris. Si male locutus sum : testimoniū perhibe de malo.addendo.si autē bene:quid me cędis? ¶ Respondetur ad totū pondus argumēti.nō est incōueniens q; quis puniatur ꝓ opere bono quādo in sua regula hoc est vetitum: vel pro actu indifferē ti quādo actus ipse est in regula vetitus.nec incōuenit virum esse punitū sine culpa,dūmodo subsit causa:vt sit vigilantior in regula seruāda.Quo modo prudēs in artibus ꝓceptor percutit scholasticū nō surgentem ad lectionē matutinā hora quinta:licet nō fuerit excitatus: sed percutit illum leniter sine eius culpa: nō autē sine causa: vt meminerit alloqui excitatorem:vel horam surgendi menti imprimat vesperi dum it cubitum: vt hora consueta surgat : & vt alij sint vigilantiores & caueant a simili errore.nam Felix quē factū alienа pericula cautū. Sic religiosus percutitur vt in posterum tam ipse q̄ alij sint magis solliciti ad amussim seruare regulam. Christus autē percutiebatur ꝓ opere bono:nec legem habuit in oppositum. ¶ Secundo arguitur cōtra eandem cōclusionem. Petrus religiosus vouet totā hanc regulam, ac si voueret vnam copulatiuā ex oibus statutis in regula cōpositam.ergo cuicunq; statuto cōtraueniat:suo voto obuiat. & per cōsequens peccat. Dices sicut aliqui:profitens nō promittit se seruaturum regulam:sed obedire prelato secundum regulam & cōstitutiōes.Contra hoc arguitur. Suscipiens sacerdotium licet nō ꝓmittat se dicturum horas canonicas: & celebraturum: cū tamen velit esse sacerdos/tenetur facere ea quę illi officio incūbunt.ita de episcopo,curato,& docente artes contingit. ergo regulam aliquam profitens quocūq; modo loquendi vtatur/ tenetur facere illa quæ illius professionis sunt. ¶ Respondetur concedendo q; religionem profitēs tenetur seruare illa quæ illius professionis sunt.Nihil est qđ aliqui dicunt/ alios altis cautius & prudentius vouere: nulla em̄ verborū est vis seu cura. nam sicut sacerdos promittens se velle viuere pro statu sacerdotali tenet ad ea quę sacerdotio incūbunt: sic alter factus sacerdos nihil loquens tenetur ad eadem: & antecedenter vult exequi ea quæ officio illi incumbunt. Ad nodum igitur argumenti respondet cōceden do q; ꝓfitens vouet totā regulam eo modo quo regula obligat.& cū regula obliget ad aliqua sub pœna peccati mortalis: ad alia sub pœna peccati venialis:ad alia sub aliqua pœna si inferat:eo mō vouens obligat & nō aliter:nō secus ac si voueret copulatiuā ex trib⁹ statutis: quorū a.obligaret ad mortale: b.ad venialе:& c.ad aliquā punitionē/si inferat.Nam idem est vouere hęc tria vota: & vouere se facturum a.sub pœna peccati mortalis:b. sub pœna venialis: & c.sub punitione aliqua si inferatur.Et sicut dico de his tribus: ita de oibus dicendum est.exēplum in simili.vouens regulā euā gelicā/vouet eā adimplere eo modo quo hominē obligat.modo aliqua sunt ꝓcepta:quędā ꝓhibitiones:& quędā sunt monitiones & cōsilia.primo rū transgressio est mortalis: posteriorū nō est peccatū nec ꝓprie transgressio. ¶ Tertio arguit. Forte cōditor regulę nō cogitauit de peccato in transgressione: vel si cogitauit/nihil circa hoc statuit.ergo hoim expositio innititur debili fundamento. ¶ Quarto.aliqua verba videtur importare vim ꝓcepti in regula:aliqua vero nō:sed ꝓpter arduitatē materię capimus ea loco ꝓceptorū.sed quādo hoc sit:dubitant sapientes:& inter se contradicunt:sic vt nesciatur:vtra pars sit vera. & ita manebit regła anceps:qñ homo peccat & quādo nō. ¶ Respondet ad tertū q; religionū institutores seu fundatores prudentes & perspicaces per verba ostenderunt suā intētionē.Et licet nō cogitauerint de quolibet ī particulari:an sit peccatū necne: volebant tamē astringere religiosos suos ad suā regulam seruādam sub pœna peccati secundum iudicium prudentū:& regulam eorum iudicio exponendam reliquerunt:ac scite & ex industria tacuerunt de transgressionibus quę nō sunt peccata:ne per hoc religiosi forent proniores ad transgrediendum statutum. ¶ Ad quartum concedo assumptū.sed videatur si verbū ꝓcepti sit certū & expressum:sic em̄ nō oportet lōgius inuestigare.si habeat tantū oneris vt eius transgressio deneget regulam:iterū est ꝓceptū. si illa duo cōcurrāt:iam est luce clarⁱ esse ꝓceptū.Et q̄uis sit dubiū inter sapientes qñ sit ꝓceptū,& qñ nō:tamē nō est dubiū de peccato apud prudentē.in casu autē ancipiti sumat pars securior/ periculū relinquēdo:sicut in alijs cōtractibus fit.hoc em̄ nihil mali cōtra regulam arguit. Nōne vides in lege gratiæ cōtractus ambiguos:& aliqua quę videntur habere vim ꝓcepti prima fronte: quę tamē nō habēt intētionē ꝓcepti? vt Marci.vij. Christus ꝓcepit discipulis ne cui dicerēt miraculū a se factū.& tñ nō obligauit eos vt nō diuulgarēt illud.Quędam etiā habēt ꝓceptū in intētione: sed nō in modo. vt Exodi.ij. Nō furtū facies. ꝑ verbū imperatiui modi.Quędā habēt & intentionē ꝓcepti & modi.vt est illud Ioannis.xv.Hoc est ꝓceptū meū, vt diligatis inuicē. ¶ Quinto arguit.homo tenet confiteri quālibet transgressionē regulę.sed nemo tenetur confiteri nisi mortale:ergo quelibet transgressio est mortalis. Respondetur.nescis probare maiorem qñ constat q; sit talis.

¶ Contra quartam cōclusionem & documentum illic positum arguitur sic. Minores habent sub vi ꝓcepti/ non vti calceis: & tamen vtunt sine peccato,vt videmus.Insup in regionibus frigidis,vt in Scotia, & Norwegia,in hyeme est molestum & durū indut calceis incisis siue sandaliis.imo contingit delicatū senem illis vtentem religionē eorū profitentē/egritudinē aut mortē incidere. ergo tum rigor illⁱ statuti relinquēdus est. ¶ Ad primū respondetur negando minorē:quia induuntur calceis duntaxat superne excisis: alioquin integris & bene suppactis.Nam & Marci.vj. de apostolis ad predicādū missis scribit. Sed calceatos sandaliis.vbi glossa Bedæ. Vt neq; pes tectus/neq; nudus ad terrā. Sandaliū autē nō est calceus.Dicere vero q; ꝓhibeant induere calceos in zonis sicut Paulⁱ Burgēsis dicit in loco allegato: nullo modo est apparens. Ad secūdū respōdet q; assuetⁱ in puericia indui sandaliis/eis optime in senio vtit sine lęsione:quēadmodū est de facie:& sicut assuetⁱ dormire sine velamine in capite,nō incidit in morbū.sed senex contineat se domi, in tēplo,vel in schola alios docēdo ne morbū incidat. Etiā qñ deambulant,calefaciūt pedes. aut eos stādo aut sedendo moueant.motus em̄ localis est calefactiuus.scio tamen q; necessitas nō habet legē. In itinere autē vbi nullus occurrit pannū supponant. quantū tñ possibile est caueant ab illis cerimonijs prętereundis ob malam sequelam.

Dubitatur. An religiosi peccent comedendo carnes. Respondetur. multiplices sunt religiosi.aliq; em̄ sunt quibus carnes nō sunt interdictę ex regula vel ex statutis capituli. vt minores: religiosi sancti Augustini,certis diebus. Alij sunt quibus sunt ꝓhibitę carnes extra necessitatē:vt Benedicti ni.& de istis est dubitatio an peccent carnes comedendo. Sed respōdeo q; abbas cū eis potest dispēsare, vt pro causa rationabili comedant carnes in cōclaui seu domo ęgrotorū:& vt opinor extra refectoriū in alia domo/aliquos vocando, vel aliqbus dando facultatem:sic vt ordinarij aliqui maneant in refectorio comedētes pisces. sicut in Britannia faciunt multi. regula nanq; hoc permittit. & pontifex in capi.Cū ad monasterū.sic inquit. In refectorio vero nullus oīnino carne vescatur. Raritas autē piscium & eorū caritas, vel religiosi debilitas potest esse causa sufficiens dispensandi, vt carnes comedantur. Et idem opinor probabiliter posse fieri apud Britānos: qui licet piscibus abundent,nō tamen habent copiam vini.Et licet Carthusienses diu viuant:nō est tātus rigor in nō esu carniū Benedictinis quātus Carthusiensibus. & potissimū apud eos qui ab antiquo hoc habēt: modo sit probabile principium de iusta causa ab initio:vel nō constet de oppositо: hoc seruato vt semp in bono numero sint religiosi/pisces comedentes in refectorio: & oēs abstineant certis diebⁿ vt faciunt. Et istud patet.xx.q.iij.cap.fina. & de cōsecra.dist.v.c.Carnem. Et forte nō est mortale comedere carnes abbate dispēsante sine causa:vt putat beatus Thomas in primo quotlib.& Ioannes Gerson.caueant tamē quantū est possibile secundum verba & intentionē regulę.& cap.Cū ad monasterū.ponderabis sine glossa vlla. ¶ Hactenus quomodo q̄libet trāsgressio deliberata notabiliter cōtraueniens alicui triū votorū essentialium est mortalis.Dico etiā q; aliqua statuta possunt esse tantę molis ad cōseruationē trium votorū:vt ipsis cōtrauenire sit peccatū mortale.An autem aliqd sub pœna peccati mortalis obliget:cognoscit penes duo. Vno modo qñ habetur hoc verbū teneantur, vel equiualens cadens distincte sup vnū faciendū.vtpote,fratres minores teneātur nō equitare nisi in casu necessitatis. si aūt ponatur in fronte totius regulę,nō est idem: qa tunc ex vi verbi super totam regulam cadit:vt in solutione secundi argumenti diximus. Secundo modo cognoscit penes vtilitatem materię quā statuit tum tangit, qđ tanti est ponderis in cōseruatione regulę,vt sine eo regula patiatur difficultatē vt in vigore maneat.qñ vero illa duo cōcurrūt,notum est. Aliqua autē sunt consilia & decentia,vt q; fratres doment carnē suam: nō loquantur in cœnobio:quę prudens iudicat nō esse magni ponderis: quorū trāsgressio nō est peccatū,si nō sit cōtęptus vel superioris ꝓhibitio.nā mitius agit cū lege q̄ cū ministro legis.ff.de arbi.l.Celsus. Volens tamē religiose viuere, eniti debet oia in regula cōtenta ad vnguē cōseruare ob securitatē & ne alios scandalizet:nec prętерire illa quę parui momenti vident. ne assuetus pusilla prętерire successu tęporis maiora pręuaricari nō formidet. Hinc em̄ pedetentim religionis feruor extinctus est.

¶ Distinctionis Trigesimęoctauę Quęstio Vigesima.

Vigesimo quæritⁱ. An sit meritorū religiosos nō religiose viuentes reformare. Forma quidē dat esse rei: & materia sine forma inanis est & vacua.vt de terra dicit Genesis.j.cū forma autē habet suum nitorem.Et quia quęstio supponit plerosq; religiosos suā formā amisisse: & adhuc videmus non omnes eā habere: tam quo ad hoc q̄ quo ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

quęsitum ponam duas cōclusiones. ¶ Prior est. Plerięq; sunt religiosi in damnato modo viuendi. ¶ Secunda cōclusio. grande est meritū deuios religiosos reformare. Prior cōclusio patet: nā plerięq; sunt religiosi sua tria vota preuaricantes/& potissimū paupertatē & obedientiā: & sic decedunt: ergo prior cōclusio vera. Insuper videmus aliquos religiosos ꝑ paruis bñficijs litigantes sibi pniciosis spualiter: assistētes ifantib⁹ baptizādis seu eos tenentes aut leuantes: & cōtrahentes familiaritatē cū mulieribus & sęculo: sequentes tumultus aulicos pro caducis honoribus: quęrentes capacitatē beneficiorū anteq; ad ea vocentur. ¶ Secunda cōclusio patet: quia grande est meritum peccatorem a mala via spirituali ad iter rectum reducere: sicut errantī in tenebris noctu meritoriū est ostendere rectum iter corporale: & cogere eos tenere religiosam vitam. Ostenditur hoc per rationem domini Innocentij quā Panor. allegat. Aut religiosus intrauit religionem instinctu spiritus sancti: & tunc nō potest dicere q; nō vult intrare religionem reformatā: aut dicit se nō intrasse bono animo: sed solum vt viuat sicut in hoc conuentu viuitur: & sic nō debet audiri, tanq; allegans turpitudinē suā ar. c. Inter dilectos. de fi. instru.

¶ Contra priorem conclusionē arguitur. Cōsuetudo legem humanā interpretatur. regula beati Augustini vel Benedicti ē regula humana: ergo illam regulam & modū viuendi in ea/ cōsuetudo religiosorū ita viuentiū interpretatur. Respōdetur. de iure diuino est seruare votū emissum nisi vbi obsit rationabilis causa/ in qua desinit esse votum. ¶ Secundo arguitur. capio a. cœnobium nō reformatū. intentio mea est viuere vt viuitur in hoc cœnobio & non aliter: nec aliud in regula intelligo. hoc enim mihi ad salutem sufficit. quod patet: qa nullus tenetur vouere nisi qui vult. nullus em̄ obligatur ad opus supererogationis nisi volens. xxxij. q. j. Integritas. sed nō intendo me aliter obligare nisi quēadmodum in hoc cœnobio viuitur: ergo illud seruando non pecco. Confirmatur hęc ratio. Licitū est sorti ante omne votum indut camisias lineas & vestes pretiosas: comedere carnes: habere. xx. scuta sibi data quotannis ab aliquo ꝑ emendis vestibus: loqui in monasterio quacunq; hora: ludere/canere/& huiusmodi: & hoc totū nō ponit obicem cōtra motionem spiritus sancti: ergo quis potest illud totum vouere. sed sic facit monachus cœnobium nō reformatum ingrediens. sicut canonicus si minus pecunię habeat pro vestibus/celebrat & capit quotidie sex paruos albos ꝑ missa/vbi eos habere potest. sic etiam facit frater minor. & hoc vouet/nec intēdit se ad aliud obligare/ quocunq; nomine vocetur illa regula, sancti Basilij, Benedicti, Augustini, vel Francisci. ergo ipse nō est coram deo cogēdus obseruare aliud. & sic frater minor excusatur tractando & portando crumenam onustam pecunia: & omnes mendicantes bene viuunt habendo redditus sufficientes pro sui sustentatione. ¶ Respondetur. prior ratio est apparēs, & Achilles male viuentibus. & Pan. in cap. Super eo. de regula. & transeun. ad reli. dicit q; argumentum cōcludit. Ratio eius est ista. Tria tm̄modo sunt substantialia regulę seu professionis: reliqua enim sunt accidentalia & ad finem illorum trium ordinata. vnde si per tantū tempus de cuius initio nō est memoria, aliqua accidentalia regulę nō fuerūt in monasterio seruata: satis potuit ingrediens cogitare q; ex aliqua causa illud prouenerit: cum illa accidentalia possint abesse & adesse stante religione in istis tribus essentialibus. vnde saltem anteq; regula reformetur per superiorē: illi qui fuerunt ingressi tempore quo remissius ibi viuebatur nō videntur peccare. & ita cōsuluit (inquit) dominus meus dñs Car. Facit ad prędicta. ca. Tua. de sponsa. ad dit Pan. in fine illius cap. q; abbas potest cogere eos seruare rigorem regulæ primæ. ratio eius est: quia quātūcunq; durū per abbatem pręcipiatur: nō valet monachus resistere/ dummodo illud sit licitum & implebile. ¶ Dico hic. in primis nescio an ille Panormitan⁹ tenuerit bene suam regulam monachalem: vehemēs est presumptio in partem negatiuam. Secundo ostendam q; dissute multū ad argumentum respondeat: & q; falsa & inter se contradicētia asserat. falsum est em̄ q; monachus tenetur parere abbati precipienti omne licitum & a se implebile: vt in quęstione de obedientia dedu ximus. Vlterius si coram deo religiosi nō tenētur seruare regulam aliter q̄ hic seruetur/non tenentur parere abbati in foro animæ: ergo ipse nō potest cogere eos vt redeant ad primęuā institutionem: cuius oppositum dicit.

¶ Iam arguo contra principalem solutionē. ex solutione Panor. sequitur q; Mahumetanus de religiōe christiana audiēs/& viuēs in sua secta pestifera saluaretur. Item sequeretur q; successores colentiū & seruantium primo religionem christianam: deinde periculosas hereses miscentiū essent in statu salutis/intēdentes viuere more maiorum seu predecessorum suorū. Sed dicis nō esse simile: cū religio christiana sit de necessitate salutis: non autem religio factitia. Oppono. licet hoc sit verum: tamen post votum religio est de necessitate salutis. ergo nō das dissimile quo ad hoc. ¶ Secundo arguitur ad idem: & magis stringit. quilibet obligatus ad aliquid principale obligatur ad omne accessoriū ad illud. nam accessorium

sequitur naturā principalis. sed frater minor vouet regulā bti Francisci: & monachus regulā bti Benedicti: ergo tenet ad oīe illi annexum. sed tota regula est annexa principali. igit̄. ¶ Tertio arguitur. Suscipiens sacerdotium vel aliū sacrū ordinem, nihil cogitās de cælibatu/sub pœna pcti tenetur continere. ergo vouens regulam bti Bñdicti, q̄uis non cogitet de impletione oim annexorū, sub pœna peccati cogēt regulam seruare. valet cōsequētia conuenientissima similitudine. & añs ꝓbat: qa dato eius oppositō: sequitur hæc conclusio: si sacerdotes passim incōtinēter viuerēt: itendens suscipere ordines & viuere more aliorū icōtinenter, esset apud deū excusatus. qd̄ est falsum Si em̄ nō intēdat vouere se fore de religione bti Benedicti: cum nullam altā regulam voueat/nō est religiosus. & sic nihil cōducit proposito. & ita de votis oīm aliarum religionum. Sed qa fortasse dices mihi: Religiosus vouet regulā beati Benedicti: sed intendit eam seruare sicut in hoc cœnobio seruatur: ¶ Contra hoc quarto arguit̄, ꝓbando q; non euadat ꝓpositum. volens suscipere ordines: & nolens seruare continentiā: sub pœna peccati/hoc non obstante est obligatus seruare continentiam: ergo vouens regulam bti Benedicti, licet velit aliquid qd̄ nō bene stat cum regula, tenetur illam voluntatem deponere: & velle oē illud qd̄ sequitur ad regulam. ¶ Quinto arguit̄. Si Benedictinus comedens carnes, capiēs pecuniam, & faciens oīa illa q̄ in argumēto tāgunt̄/sit in via salutis: qa intēdit viuere vt in hoc cœnobio viuitur: ergo si tāta fiat regulæ dissipatio vt q̄libet habeat portionē seorsum/& mulierem in domo: & ita descendendo in infinitū: sequitur q; in fine illius descensus religionē assumēs erit in statu salutis, intendens viuere vt tunc viuitur. cōsequēs est absurdissimū auditu. ¶ Sexto. ratio Panormitani qua dicit q; sufficit seruare tria essētialia religionis, est nullius momenti, qa notum est q; paupertatem in regulis institutā omnino violant. nam si frater minor habeat pecuniam: vel religiosus mendicus redditus perpetuos quib⁹ viuat/licet dicat se nō habere ꝓprīū, & illa bona esse dei: cuilibet sano capiti notū est ipm̄ esse proprietarium. ergo qd̄ ipse vocat accidentale/est essentiale. ¶ Septimo arguit̄. Licet tria vota essentialia seruentur: tn̄ aliqua sunt alia sub pœna mortalis peccati obligatoria: vt patet ꝑ dicta in quæstione precedente de regula minorū. Nec constat aliquo⁹ opinione qcqd hoies dicant/q; monachus comedens carnes sine rationabili causa dispensationem habens, non peccet: & ita est de mītis aliis statutis magni momenti pro conseruatione regulæ. ergo talia non sunt accidentalia/sed essentialia. ¶ Octauo dato q; prævaricās aliqd̄ tale statutum/vel plura nō peccet: cū tn̄ faciat aditum & viam ad ꝓpua regulæ statuta ifringēda propter sequelam sub pœna pcti est cauēdū. igitur. ¶ Nono arguit̄. Vouēs aliquā regulam tenetur seruare illam in potioribus, hoc est in tribus votis & æqualentib⁹: & cum hoc tenet̄ facere oē illud sine quo regula seruari nō pōt. probat̄ hæc maior propositio. non ob aliud ꝓhibet̄ monialibus vt nullo pacto egrediant̄ septa monasterii: qd̄ nō erat de regula: vt in cap. vnico de sta. reg. libro sexto. & idē pōt facere papa i monacho. vt dicit Ioannes Andreas in cap. Ioannes. de reg. & trān. ad reli. Non aliam ob rem obligat̄ qs euitare occasionem peccati, puta consortium mulieris cum qua nō bene viuit. Sed sic ē de hoc mō viuendi quo isti deformati viuunt. non em̄ possunt suam regulam seruare. & istud totum patet xx. q. iii. cap. Cōstituit. de his q̄ vi me. ve cau. fi. Cum dilect⁹. & de regula. cap. Ex pte. ¶ Istæ rōnes opinione mea concludunt efficaciter multos religiosos etiā castos esse i periculoso statu viuēdi: nec excusari ꝑ textu consuetudinis/ vel intentione deprauata. Quæ est conclusio nostra prior ꝓbanda. Nec opus est respondere duobus argumentis factis: puta' secundo argumēto cum sua confirmatione: qa per improbationem Panor. rationes illæ sufficienter interimuntur. nam intētio viuendi vt viuitur in hoc cœnobio non sufficit. Cū em̄ qs vouet regulā beati Augu. vel Bñdicti: obligatur ad omne ei annexum. Ad confirmationem transeat q; potest facere illud qd̄ ponit in argumento ante oīne votū. sed vel vouet religionē alicui⁹ sancti, gra exēpli, beati Bñdicti: vel non. Si secundum, coram deo nullo modo ē religiosus: qa nullam aliam religionē vouet: nec religionem sancti Benedicti per te. Si primū, vt facit: oportet votum implere: & qcqd voto repugnat tanq̄ illicitum resecare. qualis est modus viuendi in hac religione lapsa.

¶ Tertio contra eandem conclusionem arguitur. q ad episcopatus assumunt̄ vouerunt regulam/quam nō seruant: & tamen nō peccāt: ergo nec alij. Respondet̄. assumpti ad episcopatus tenentur seruare tria essentialia voti: puta pauptatē/ obedientiam/ & castitatē. sed nō tenentur parere abbati: quia forte ē maximus pōtifex vel alius inferior, abbati nō subiectus: sed obedient suæ regulæ. Cerimoniarum aūt regulę tenebit tantū/quātum commode poterit saluo onere qd̄ iā suscepit. Silentio nocturno cū pro curæ pastoralis moderamine conferendum sit, nō est obnoxius. Et cū habeat tot labores (ꝫ expediret quā tum cōmode potest abstinere ab esu carniū) puto sine peccato ipsum posse carnibus vesci. Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō ꝓbo ſuæ religionis habitū reiſciētes. ¶Quarto arguitur. ſeq̄retur q̄ vouens ſe ꝓfeſſurū religionem nō ſatiſfaciat ſuo voto corā deo/ꝓfitendo religionē in qua diſſolute viuunt: & illi ſit diſſuadendum illam religionem ꝓfiteri: & q̄ ipſi religioſi peccent ſuadendo aliꝭ ſuam religionē ꝓfitert. hoc eſt cōtra oēm praxim. & q̄ ſequaſ/patet intelligēti. ¶Reſpondeť cōcedēdo illa tria illata primū q̄dem ſi nō ſit ſpes de propiquo bene viuendi. Sicut eñ votum non tenet in oēm euentum: ita nec pōt vouens ꝓfiteri licite religionem diſſolute viuentium in eadem. Nec ſufficit q̄ ꝓponat alios reformare & reducere. quia citius eū peruertent q̄ ipſe eos cōuertat, cum inueteratam malitiam habeant. Secundum etiam cōcedo. nā elaborandum eſt oñi ratione vt ſic vouens profi: eatur ordinem i quo bene viuaſ: & diſſuadēdū ne cœnobium diſſolutorum ingrediaſ: qa oportet eum præſeruare quantum poſſibile eſt a peccato. lxxxiii. diſtinct. cap. i. Tertū ſiť cōcedo ſecundū reſpōſionē Chriſti ad Phariſęos Matth. xxiii. Vę vobis Scribæ & Phariſęi hypocritæ q̄ circūitis mare & aridā vt faciatis vnū ꝓſelytum: & cum fuerit factus, facitis eū filiū gehennæ dūplo q̄ vos. Iſti tñ habitum religionis deferūt: & intrinſecus ſunt lupi & hypocritæ. de q̄bus recte dicitur illud Eſaiæ. ix. Multiplicaſti gentem non magnificaſti lætitiam. ¶Quinto arguitur. eſt intentio Sortis viuere ſicut viuitur in hac religiōe & non aliter vt in ſecundo argumento dicebatur exiſtimat nanq̄ ſuas vires ſufficiētes ad viuēdū eo modo quo nunc in hoc cœnobio viuiť. non eñ ſurgunt in media nocte: non ieiunant: non faciunt illa difficilia q̄ deberent ex inſtitutione patrum. nec ipſe eſt ſufficiēs ſeruare regulam reformatam. ergo non teneť hunc rigorem ſeruare in religione manēdo. Quicqd Hoſtienſis hic dicat dico eē eandem difficultatē de illo q̄ ſucceſſu tēporis debilis efficitur/vel ſenex ꝓfitetur religionē & incidit in morbum īopinatum poſt ꝓfeſſionē. is nutriaſ in cœnobio: & exigaſ ab eo qđ cōmode facere poteſt.

¶Contra ſecundam concluſionē arguiť. Cœnobia reformās eſt multoꝝ cauſa pcṫōrum. ergo male agit. conſequentia eſt nota. ꝓbať antecedens: quia religioſi nouam regulam ſuſcipere nolentes quærūt diſpenſationes/cauſas fingentes: & veſtes exuunt/more ſacerdotum non religioſorum viuendo. nōnunq̄ qđ peius eſt, nemora ingreſſi trāſeūtes occidūt. ¶Rñdeť. diſtinguēdo q̄ reformās ſit cauſa multoꝝ pcṫōrū, vel per accidens: & ſic cōcediť. quo mō virt⁹ iterdū ē cauſa p accidens ſupbiæ. vel p ſe: & ſic negatur. Adde q̄ reformatio eſt cauſa per ſe magni boni: q̄ ſcz reformati religioſe & ſancte viuant: & placent deum orationiḃ⁹ ꝓ peccatis populi: & exemplo & verbo populum inſtituāt q̄ in male viuentibus ſcandalizatur. ¶Secundo arguiť. Pariſijs vidimus difficile fuiſſe factu introducere reformationem in cōuentus prædicatorum & minorum/populo renitente: ergo ſignum eſt q̄ illi quos irreformatos vocant, bene vixerint, & fuerint ita eruditi vt nunc ſunt. Rñdeť. boni & ſapientes reformationem omniū religioſorum ſemp quæſiuerunt: caupones autem, paſtilliferi/piſtores & id genus hoies eos ob bonū vtile vel delectabile dilexerunt: q̄bus videbatur moleſtum eorum priuari conſortio: præuidebant nanq̄ ſe nō tantum lucri temporalis poſſe conſequi a reformate viuentibus. nec erat populus: ſed plebs q̄ē belua multoꝝ capitū. & iſti alios ſiniſtre corruperunt & totam vrbem i reformatores cōmouerūt. Secundo non cognouerunt bonitatem futuroꝝ ſed putabant eos fore hypocritas: & alios vagæ vitę probos. ſcimus tñ eoſdem poſtea dixiſſe ſe fuiſſe falſos. & nunc plus vno die exēplis & moribus populus inſtituitur q̄ cētū antea. In ſtudijs autem multo amplius iſti pollēt. ſed nō ſola ſciētia homines extollit. nam aliqui illoꝝ doctiſſimi euaſerunt, ſed multo peius ſæcularib⁹ viuentes literas & ſapientiam quæſtui expoſuerunt: quos literę fecerunt inſanire: & arma cōtra probos ſuppeditarunt. ſcientia nanq̄ in corde mali/eſt enſis in manu furioſi. ¶Ecce ergo q̄ religioſorum aliqui non ceciderunt a ſua inſtitutione: q̄ optime patriſſant. de q̄bus dici poteſt illud Prouerb. x. Filius ſapiens lætificat patrem ſuum. vt Carthuſiani: & Cæleſtini in Francia. Aliqui lapſi ſunt i totis cœnobijs & ꝓuinciis in magno nūero: quorum aliqui ſunt reformati re & nomine: nullo mō retrocedentes, iam a multis annis: aliqui autem a pauciorib⁹. vtrunq̄ bonum/licet alterū melius. vtriſq̄ aūt dicitur illud Matthæi. iii. Pœnitētiam agite: appropinquabit eñ regnum cælorū. Alii non reformati manſerunt, & manent: q̄ a patrū limitibus longe errantes diſceſſerunt: de q̄bus dici poteſt illud Threnorum quarto. Quo modo obſcuratum eſt aurum: mutatus ē color optim⁹ & egreſſa eſt a filia Sion omnis decor ei⁹. Et Eſa. j. A planta pedis vſq̄ ad verticē capitis nō eſt in eo ſanitas. In q̄bus verificabitur illud Eccleſi. ii. Si pœnitentiam non egerimus incidimus in manus dñi. Quos ē difficile reformare: tū ob opes q̄bus conciliant ſibi amicitiam magnatū: tum ob proteruiam & inueteratam malitiam: iuxta illud Hieremiæ. xiij. Si mutare poteſt æthiops pellem ſuam/aut pardus varietates ſuas: & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum.

¶Diſtinctionis Trigeſimęoctauæ
Quæſtio Vigeſimaprima.

IT quia prius de religioiḃ⁹ reformatis & nō reformatis loquuti ſum⁹: & videť q̄ ꝓfitre ligioſo de corrupta religione in bonā ꝓficiſci: ꝓpterea quarto de religioſis in vniuerſali q̄rā An liceat vel expediat religioſo ab vna religione in aliā trāſire. Rñdeť per concluſiones. q̄rū Prima eſt. Expedit de a. religione in b. religionem tranſire. Probaſ. cōtingit q̄ oēs in a. religione male viuant/& nō ſolū illi/ſz & omnes in prouincia q̄ ſunt illius ordinis: nec ē ſpes propinqua bonæ vitæ. in b. aūt religiōe bñ viuiť. ſed expedit viro exuere ſe a ſocietate malorum: cū q̄bus ægerrime pōt cum ſalute animę viuere: & ſocietatem ꝓbox adire cum q̄bus ꝓbe viuet. quia cum ſancto ſanctus erit. Secundo arguitur. Is teneť a. religionem relinquere: & nō poteſt ſuum votum ſine peccato præterire: ergo ei expedit aliā religionē ꝓfiteri in qua bene viuitur. Maior ꝓpō ꝓbať. nā q̄libet teneť fugere conſortium illoꝝ cum quibus veroſimiliter ꝑuaricabiť ſuam regulam. ſed ſic eſt de iſto i a. & ſiad aliq̄d teneaſ, illud expedit. ¶Scđa cōcluſio. Licet trāſire de c. religione bene obſeruata ad d. religionem arćtiorē bene obſeruatam. Probaſ cōcluſio. licitū & expediens eſt viro ad culmē virtutis cōſcendere. ſed ſic eſt in hac trāſitione. ſupponiť aūt poſſe ſufferre onus d. religionis. Scđo arguiť ad idē. ſi nō licet: hoc eſt qa manum ad aratrū mittēs retrocedit: ſed hoc eſt falſum: cum maiorē rigorem & regulam optime obſeruatā aſſumat. igitur. Tertio. licitum eſt imitari egregios patres maxie exemplares. ſed in vitis patrum legim⁹ patres rigorē viuendi rigori ſupaddere, nō tranſeuntes ſubito: ſz ſenſim de extremo in extremū. igiť. Quarto patet hæc cōcluſio in cap. Licet. de regula. vbi Innocentius Tertius dicit q̄ religioſus zelo ſanctioris vitæ poteſt ad religionem ſtrictioris vitæ trāſire licētia petita: q̄uis nō obtēta: licet ettā monaſterū ſit priuilegiatū ſic vt de illo ad aliud arctius tranſiri non poſſit. ſic inquit pontifex in illo capite. Talis ergo poſtq̄ a prælato ſuo tranſeūdi licentiam poſtulauerit: ex lege priuata quę publicæ legi ꝓiudicat abſolutus: libere pōt ſanctioris vitæ propoſitum adimplere: non obſtante ꝓterua contradictione indiſcreti prælati: quia priuilegium meretur amittere qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate. Et loquitur de illo q̄ pure & non ficte facultatem petit. ¶Tertia concluſio. Non licet tranſire de arcta religione bene obſeruata ad laxiorem bene obſeruatam, vbi quis poteſt vtriuſq̄ religionis feruorem portare. ꝓbaſ: qa hoc eſſet retrocedere & votū infringere. nec ſufficit diſpēſatio papæ ad hoc: qa non eſt rationabilis cauſa diſpenſandi. Nec valet gloſ. in cap. Cum ſingula. de ꝓbend. libro ſexto. tenēs oppoſitū, etiā ſine cauſa. ¶Quarta concluſio. Male agit tranſiens de vna religione bene ſeruata ad ſimilem oino bene ſeruatā. Probaſ: qa hoc arguit religioſi inconſtantiā nō potēris in bona religione pſiſtere. Secūdo, vnuſq̄ſq̄ iuxta apl'm. j. ad Cori. vii. debet viuere in vocatione qua vocat⁹ ē: vbi non habet meliorē. Tertio. ille ſcādalizat fratres cū q̄ b⁹ erat: & ꝓbet eis quātū ē i ſe ſuſpicionē q̄ male viuāt: qđ ē falſū. ¶Quinta cōcluſio. Quis pōt tranſire de ſtrictiore religiōe ad latiorē dūmō amabæ bene ſeruentur: ꝓ rationabili cauſa, habendo diſpēſationem ab illo q̄ pōt: q̄ erit epiſcop⁹ ſi locus non ſit exemptus/& cauſa fuerit vrgens: ſin fuerit exemptus: prælatus eius. vt tenet gloſſ. in cap. Non dubiū. de regula. Probatur concluſio. Si qs vouerit aliquid quod poſtea ex aliquo impedimento nō poteſt adimplere: non obligatur ſuum votū ſeruare, ſed ſeruabit qđ poterit. ſed contingit q̄ iſte ſit delicatus & factus impotens ſeruare rigorem religionis auſteræ: ſeruare tamē poteſt inſtituta religionis latioris. Verum potius conſulerem ei & cōuentui in quo eſt: vt in multis condeſcendere: vt faciat qđ poſſit: & maneat ſtabilis. Arbor eñ q̄ crebro tranſplantaſ nunq̄ bene coaleſcit. nec timendū eſt de malo exēplo mō religioſi fuerint prudētes & circūſpecti. nā ſi egrediaſ/ apiet viā reliquis egrediendi. ꝓpterea ſatius puto eum manere in ſuo cœnobio.

¶Contra primam concluſionē arguitur. Cōtingit q̄ a. religio ſit ſancti Benedicti & b. ſancti Auguſtini. ſed nō licet viro trāſire de religione ſtrictiore ad latiorē ſi vtriuſq̄ iugū ferre valeat. Rñdeť. ille poteſt ꝓfiteri religionē adeo difficilē & arctā bene ſeruatam vt eſt ſua ſi velit: ſed nō teneť. illa aūt religio licet ſit lattor q̄ erat a. religio a prima fundatiōe: nūc tñ arctiꝭ i ea viuiť q̄ in a. & ſic nō deſcendit: ſed bene aſcendit.

¶Contra ſecundam concluſionem arguiť. ex ea dať occaſio fratribus fugiendi punitionē ſupiorū & ſanctam obedientiam violandi cum inſtabilitate. ergo concluſio eſt minus bene poſita. Reſpondeť negando ſequelam: qa oportet cum maturitate iſta facere: aliogn religioſus peccat. In primis facultatē abeūdi a ſupiore pe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tat:& sic non violabit obediētiam. Scđo oportet q̄ alia religio nunc actu seruet rigidiorem modū viuendi.nec sufficit q̄ primæua institutio fuerit arctior:qa contingit illam arctitudinem nūc nō seruari. Tertio,q̄ habeat rōnabilem causam id faciendi:& sic euitanť inconuenientia in argumē to assumpta.& si transiuerit licentia petita & nō obtenta:p̄babilior est illa sentētia q̄ reuocandus est ob bonum obediētiæ quoad p̄ superiorē materia fuerit discussa. & hoc si lis fuerit ante p̄fessionem in scđo monasterio mota.

¶Contra tertiā cōclusionem arguit sic. Vouens se p̄fessurum religionē Carthusiensiū:& profitens postea religionem sancti Augustini/manebit in religiōe minus arcta sine pct̄o. cap. Qui post. de regula. lib. sexto. vbi sic dicit. Qui post votū a se de certa religione intranda emissum,religionē aliam etiā laxiorem ingredit/ & profitetur in ipsa:potest voto non obstante priori(cui tanq̄ simplici per secundum solenne noscitur derogatum) remanere licite in eadem.ergo licitū est de religione arctiori in latiorem transire. ¶Rn̄deť concedendo añs.nam maius est p̄fiteri in religione etiam latiore q̄ vouere ingressum in religionem arctiorem.non autem potest professionem religionis strictioris factam relinquere latiorem assumendo.& p̄pterea consequentia est nulla.pœniteat tñ q̄ non compleuit votū emissum de religione strictiore:nec vlterius tenetur facere conscietiā. Si tamen voluerit religionem arctiorem profiteri : iam patet solutio ex secunda conclusione. ¶Vidimus nūc quonam pacto de religione minus arcta licet in arctiorem transire, licet vtraq; bene seruet nō aūt econuerso si vtriusq; religiōis onus ferre possit:q̄uis expediat & necessarium sit religionem arctiorem a primęua institutione deserere/& assumere latiorē a prima fundatione dummodo regula seruetur. Non em̄ est habendus respectus ad institutionem:sed rigorē & regulam iam in religione cōseruatā. Quę autem religionū sit cæteris austerior : disceptatio sit religiosorū:qua de re inter eos opinione mea non facile conueniet: sed q̄ est in religione bene obseruata etsi lata nō curet egredi: nec arctiorē i grediatur:sed maneat in vocatione in qua vocatus est,secundum consilium apostoli primæ ad Corin. vij. In qualibet em̄ religione tria principalia vota obseruari possunt: modo religiosi non fuerint lapsi a primæua regula.

DVbitatur. An retrahens aliquē a professione religionis teneatur restituere aliqd religioni. Respōdeť. multifariam,pōt qs aliū ipedire ne religionē p̄fiteat. Vno modo ne religionē male viuentiū p̄fiteat.& sic bene facit.& p cōsequēs nec religioni nec illi cui religionē dissuasit, ad aliqd tenet. Idē est si non cōducat illi religionē vllā p̄fiteri. Dixi em̄ supius & adhuc dico: qcqd religio si dicant,multi sunt boni q̄ possent in religione viuere:q̄bus tñ non est cōsulendū religionē p̄fiteri. Tertio licet fuerit cōsiliū alicui religionē p̄fiteri:ei dissuadens p̄fessionem nō peccat: nec tenetur vlli restitutionem facere. Quarto si fuerit pro vtilitate spirituali sua : dissuadens adhuc nō tenetur. Charitas em̄ incipit ab habente. Quinto si sit lucrum suum temporale,vel ratiōe sanguinis,vel amicitiæ sæcularis/dissuadens non tenet religionem profiteri:et si religionē p̄fiteri alteri expediat:cum nō peccet:quia est solum consilium. Si vero i odium religionis hoc cōsulat (qđ creo rarissimum) faciat emendam religioni: suadendo alicui religionē p̄fiteri:vel faciendo religiosis bona spūalia scđm arbitriū boni viri.& si videat illū cui dissuasit religionis p̄fessionē male viuentē,q̄ verisimiliter bene in religione vixisset:vigilet & efficiat quātū possit vt bene viuat.

¶Distinctionis Trigesimæoctauæ Quæstio Vigesimasecunda.

IGesimosecūdo in hac distinctione q̄rit. an sit expediēs tot religiones habere in mundo. Rn̄deť. Decēs est habere varias religiōes. p̄batur. Licitū est habere varias vias tēdēdi ad patriā.ſ3 hoc fit p varias religiones. igit. nā qđ vni placet,alteri displicet& econuerso. Insup si bene viuant:sibiinuicē calcar præbent & stimulum bene viuēdi: ac sancta erit inuidia inter eos qui ad virtutem aspirāt. Tertio arguitur ad idem. In religionibus quæ iādiu steterunt emerserunt viri tam literis q̄ moribus p̄clari:tam inter mendicantes q̄ non mendicantes Quarto. Ecclesia Christi sponsa,non recusat varietatem. Nam ouile Iacob varii coloris habuit oues,& rete Petri varios pisces,p̄uos & magnos Variæ quoq; sunt in cælo stellæ:in horto varii coloris sunt flores:in pictura variorū colorū decora cōpositio ornatū affert. sic varij sunt i clero sæculari. Aliquæ itē sunt aues nigræ,aliæ albæ,alię versicolores:oēs volantes:q̄ a deo pascunť. Sic sunt monachi nigri,canonici regulares albi:& ita de alijs coloribꝰ videre est:q̄ omes pascūť ex bonis Christi,vt contemplationi vacent. ¶Secun

da conclusio. Sicut decet varias habere religiones: ita factum est.patet experiētia. Aliqui nāq; in oriente viuunt sub regula beati Basilii:alii sub regula beati Augustini: alii vero beati Benedicti:beati Francisci: & beati Dominici.licet enim partem regulæ beati Augustini prædicatores habeant:aliqua tñ habent separatim:ratione quoꝝ regulam habent diuersam. Aliqui sunt Carthusienses & solitarii Heliam Thesbiten & Ioānem baptistam imitantes:sicut priores Heliseū:qui in communitate fratres multos habuit. ¶Tertia conclusio. Indecens est nimis religionum pluralitatem multiplicare. Probať hæc conclusio. idecens em̄ est religiosos in supabundante numero habere.nam hac via boni & mali assumuntur:& ita non recte viuitur. Item hoc erit in onus aliorum laborantium. Nec ob aliud p̄hibita est religionū multiplicatio sine facultate Romani pontificis. Præterea dato oppositio licitum erit quotānis nouam instituere religionem: immo quolibꝫ mēse:& sic nihil nisi religiosos habebis. sed vbi sit terminus:sapientis erit iudicium. Fortasse diebus istis magis conducit religiosos a via spūali deuios ad rectū iter reducere/ q̄ nouos instituere.

¶Contra primam conclusionē arguit sic. Si essent tñ duæ familiæ religionū cū tot religiosis quot nunc sunt,non haberent tantā difformitatem inter se:sed reducerētur ad paucitatem capitum. hoc autē magis expedit. Respōdetur. adhuc inter se dissentirent: q̄ dissensio pōt esse seruata charitate:vt de angelo Persarum & Medorum apud Danielem. Secundo,dubium foret quæ essent illæ duæ familiæ. aliquibꝰ enim spiritualibus viris magis placet religio eorum q̄ habēt bona in communi:aliis autem mēdicitas. ¶Secundo arguit. Ex illa conclusione aperitur via religionum in abyssum p̄grandi:qđ est incōuentens. Probať:quia religio instituta non corruit:& nouæ religiones instituunť:vt videmꝰ de Iesuitis manibus laborantibus : & his diebus de Minimis cibariis dūtaxat quadragesimalibꝰ viuentibus. Respondeť. nullæ admittuntur nisi ab ecclesia approbatæ:cuius est considerare superfluā religiosorum multiplicationem. ¶Concludēdo religiosis oībus dico/sūme cauēdū esse,redire ad Aegyptū & ad Hur Caldęorū a quo exierūt: sed maneāt in cœnobiis/curiis principū postpositis iuxta cōsiliū Psalmographi. Elegi abiectus esse in domo dñi q̄ habitare i tabernaculis pct̄orum psal. 83. Petrꝰ em̄ in domo pricipis negauit Christum:q̄ fixus in societate Christi absq; mēdacio dicebat. & si oēs scādalizati fuerint i te,ego nūq̄ scandalizabor. Coruꝰ itē arcā egressus nō ē reuersus:sed cadaueribus allectus. Et aues q̄ ciuitatē i colunt,facile capiuntur:sed in cauea a rapacibꝰ seruanť,foris rapiunť. Sili pisces i aqua bñ conseruanť/q̄ extra eandē positi repēte moriunť. & sicut maiora aialia diutiꝰ i vteris maternis cōseruātur:sic maiores sunt religiosi i meritis q̄ diutiꝰ in vtero materno id ē i cœnobio morant. qa cū in hortis creuerit sinapi:maiꝰ ē oibꝰ olerib9. Matth. xiii. Præstat nāq; detineri in carcere cū Ioāne q̄ i conuiuio Herodis puellā intueri saltantem. Et si doctꝰ & ex religiōe p̄dicantiū fuerit: nō egrediať ante castitatem & bonos mores adeptos:rogans cū Psalmographo aliq̄diu. Bonitatē & disciplinā doce me. Portū imiteť:qđ prio anno nō emittit semē sibi prio itēdēs:deide semē emittit. sic cū in virtute nutritꝰ fuerit:exeat,& semē verbi filios gñet nō spurios. Q đ significatum ē secūdi Regū primo: vbi scribitur q̄ nuncij Dauid manserūt in Hiericho quoad barba eoꝝ creuit. hoc est, morū grauitas & maturitas. Habētibꝰ officia nemo iudeat.nā abbas & p̄curator officia hñt piculis p̄xima. Hinc Iudas inter ap̄los portauit loculos. & Petrꝰ post Christi mortē ad piscationem rediit:ſ3 Matthæus ad teloniū nō resedit. Arbor itē i valle posita fixa stat: flante borea & fulgure nō quatiť:q̄ i iugo mōtis sita p̄sterniť & euellitur. Sit itaq; cura boni pastoris habendi.nā capite lāguente cætera mēbra dolent:& motū primi mobilis sequunť sphęre iferiores etiā motu raptus. Is sit primꝰ i officiis,vt dux gruū primꝰ i agmie vbi cōmode poterit dicens. qđ me videtis facere hoc facite. Iudi. iii. & Actuū. j. Cœpit Iesus facere & docere. Quō Cæsar militibꝰ nō ite:sed veni te/dicere cōsueuerat. Nā nisi religiosorū gubernationi intendat:sæculares euadēt. sicut rosa domestica nisi more vitis colať,etiā iter sepia clausi manens efficiť syluestris. Ponāt omnia in cōmune more apū & formicarū. tollant a rebꝰ hæc p̄noia meū & tuū,noie/req; pōderantes illd Psalmographi. Ecce q̄ bonū & q̄ iucūdum habitare fratres i vnū. psal. cxxxij. Frater em̄ est fere alter Summopere pensitent qđ causæ sit quare Carthusia & Cælestinoꝝ ordo maneant i virtute fixi & immobiles:ac eos sanctissime imitari studeāt.

¶Distinctionis Trigesimæoctauę Quęstio Vigesimatertia.

VAs quęstiones nūc scribere p̄pono de Carthusiensiū ordine:quē aliqui iprudēter deprimūt:alij nō satis vt par ē efferūt. Sit ergo prior q̄stio. An Carthusia sit religionum optima. Ad quā respondeo hac cōclusione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nulla inter religiones omnes Carthusiā in bonitate & securitate transcēdit. loquor de religionib⁹ factitijs & vulgarib⁹: sicut vulgo capim⁹ religionem. & intelligo tam inter mēdicantes q̄ nō mendicantes. Supposito pro fundamēto certo q̄ religio vulgaris nō est perfectio sed pfectionis instrumentum, ad hoiem pseruādum a peccato: sicut medicina pseruatiua sumitur ad præseruādū hoiem ne in morbū labatur. Religio etiam comparatur cuidam naui pseruaturæ hoiem in hoc mari magno vt ad portum scilicet patriam deueniat. Omnes em̄ ad patriā eādē tēdim⁹, variis nauibus vecti: & p varia itinera: & quolibet die/qualibet hora, quolibet momento ad mortem tendimus: tacitisq; senescimus annis. ¶ His suppositis formo tale argumentum sensibile. Omnis nauis quæ rarius a scopulis colliditur/ sed suos ad portum ducit sine collisione, est securior q̄ nauis cuius multæ costæ franguntur: & in qua multi peunt. sed sic est de naui Carthusiensiū. igit. consequētia est nota cum maiore. Pro pbatiōe minoris capio eorum regulam, & q cq̄ cerimoniarum obseruant, pro eoꝝ naui. Pręterea Carthusienses præcesserunt mendicantes omnes ad centum & xxx. annos: nec vnq̄ audita est in terris vna eoꝝ domus lapsa. si vnus illorum in vna domo lapsus iueniat, q̄d mirum? cum Iudas in sacro illo apostolorum duodenario repertus sit filius pditionis? Accepi autē nauim vnius religionis collectiue pro aggregato omnium nauium ad vnam religionem spectantiū. Quot em̄ sunt cœnobia: tot sunt particulares naues. Nulla ergo nauis carthusiæ a prima ipsa institutione inuēta ē fracta: non est sic de alijs nauibus religionum. q̄d patet inductiue. nam multæ aliarū religionum naues sunt collisæ: & asseres a toto corpote nauis separati: quos boni patres redintegrare (q̄d reformare nūc dicimus) & nauim instaurare studuerunt: quibus callidus hostis/& peruersi religiosi quātū possunt/obicem pstiterunt. Nunq̄d sanctus Bonauentura statim veniens post suæ religionis initium conatus est eam restituere? & postea in concilio Cōstantiensi aliqui boni patres cōsciētiā facientes q̄ nō essent i statu salutis, facultatē habuerūt subtrahēdi se a gnali remige. Sz et nūc aliq viuētes, alij⁹ religionis studeant cum sua vnionē facere: q̄d dns cōcedat. Inter pdicatores sic vidimus. Idē circa monachos & canonicos hts annis pximis cōspeximus: dū Ioānes Stādonck Mechlinianus/totus charitate ardēs pro hoc pio officio seipm penitus expēdit. res est adeo nota de aliarum religionum lapsu/& multorū reluctatione ne ad patrum limites redeant: vt nemo nisi cęcus non videat. ¶ Scdo arguit ad idē. Vera religiosorum intentio cadit in nauim Carthusiēsiū: ergo nauis illa ē secura i mari. añs patet: q̄a apd eos optime seruatur paupertas. null⁹ em̄ religiosus pōt habere pprietatem in aliquo: intelligo in rebus vsu nō consumptibilibus. nullus eoꝝ hēt denarium: sed vestes & necessaria solū: q̄m nec aliquoꝝ eget, q̄a assidue manet in cœnobio: portionē, vestes/& omnia habet sufficienter. ergo nō est possibile mēdicanti religioso paupertatē melius seruare. Isti nāq; religiosi viri necessaria habent sine sollicitudine vt deo vacent. Prior eorū non habet laicoꝝ vllū, famulum: sed cogit̄ venire cū aliis tā ad matutinas q̄ ad alia officia. Castitas pterea apud eos seruatur: mulierū nulla ingredit vnq̄. nec ipsi (q̄d ponderandū ē) egrediunt: nisi prior vel procurator in necessitate. Obedientia etiam. nam optime seruāt regulā: cū seruēt naues particulares integras: q̄d est seruare obedientiā. tacituri cōsistunt in cellulis scām illud Baptistæ. Hinc carthusiacis ęterna silētia claustris. fūt mortui mūdo vt viuant deo: nunq̄ vescuntur carnibus: induunt cōtinuo ad carnē cilicio: dormiunt in straminibus/nūq̄ in plumis: ad matutinas hora decima surgūt: in diebus festis hora nona, ad tertiam vsq; orantes: die veneris in pane & aqua ieiunāt, cum multis aliis rigidis cerimonijs: & tñ adhuc pseuerant. ¶ Tertio arguit. Fūdator paucrum studētiū nostri collegii Montis Ioannes Standock/consilio sapientū motus curā & moderamen primū collegij priori Carthusiæ reliqt: non ob aliud nisi q̄a ex anteacta vita iudicauit continuationem Carthusiensiū solidissimā, & pseueraturam. igitur.

¶ Contra hanc cōclusionem arguit̄ sic. Minores nihil habēt: & ita sunt nimis sollicit̄ circa bona habēda. habētes aūt in cōi nimis hīnt: & sic aliq̄d viscositatis hīnt ānexū. aliq̄ pauca bona habent pro tempore in cōi, & nihil in proprio & illi nihil viscositatis & sollicitudinis habent. q̄les sunt prædicatores. ¶ Respōdetur. Antonin⁹ pdicator hoc argumētū facit: sed quantū carthusienses concernit: nego q̄ habere immobilia in cōmuni ad sufficiētiā sicut Carthusienses vtunt aliquid viscositatis habeat. nam non minus bonum est/si nō maius, habere bona more Carthusiensium q̄ pauca more pdicatorū. Illud autē argumentū est contra oēs religiosos habentes redditus in cōi: q̄ vno ore dicerent se esse paupes: vt paupertas cōtra pprietatem distinguit: eque atq; mendicantes. & alios esse sollicitos plurimum p bonis habendis. ¶ Secundo arguitur. Carthusienses sibi solis deseruiunt: mendicantes aūt pdicāt/audiūt confessiones, & multa fīcia faciunt q̄ non faciunt Carthusienses. ergo plus merentur. ¶ Respōdet. multifariā hoc argumētum diluit.

primo q̄uis se solos saluarent, cū nō sint obligati alios saluare: elt ne hoc parū? q̄nimo debemus oēs sup hoc gaudere. Scdo nego q̄ sibi solis deseruiant. nā orant tā p se q̄ pro alijs. nūq̄d de⁹ voluit parcere pētapoli si decē iusti fuissent in ea repti? Propter bonos em̄ de⁹ differt punire multos malos: & sic puersis/eorū sancta vita pdest. Tertio alīq eoꝝ scribunt: & recta dant consilia petentibus. Quarto pdicant vita: illa aūt pdicatio est pdicatione verbali & verborum multiplicatione longe efficacior & vehemētor. Da duos sacerdotes in vrbe tua/sortem simplicem exemplaris vitæ: & platonē malę vitę/sed verbi diuini declamatorē dicacē. vter istoꝝ plures ad rectū iter attrahit & allicit? nōne facto pdicans? Soleo ego dicere: cum gra leuandi spūs, circa muros Parisiēses deambulo: Carthusiensiū domos seperatas cōtēplando: domos ipsas pdicare, & eoꝝ cāpanā hora nona dū cæteri vadūt cubitū. ¶ Tertio arguit Carthusienses sunt cauti. nā manēt inclusi: & si peccent, eoꝝ vitia non deprehēdunt. aliorum aūt in publicū pdeuntium vitia facile deprehendunt. & sic iudicamus Carthusienses bonos, q̄a nō cōstat nobis de oppositō. ¶ Respōdet. cōsulto sic obticio vt pteruo in absentia rīdentis satisfiat. dico q̄ alij multi religiosi ab initio ita parum septa cœnobij egressi sunt. Et addo q̄ si eoꝝ vita foret iniqua: prodiret i publicū: & ambitiose priores se erigerent multitudine clientū stipati: ac eos inuisentes eorum errata cognoscerēt. Non tñ iudico eos impeccabiles: nec per naturā, nec p gratiā: sed cū nō constet de oppositō: secdm regulam euāgelicā nō debeo aliter iudicare de fratre meo. Addo vltra hoc, me facile cognoscere q̄ parum peccāt. Si em̄ Alex. Halensis/cōterraneus: & alij in. xvii. distinctione. iiii. ausi sunt dicere q̄ milti pstant vno anno sine mortali: illic nō min⁹ seruatur q̄ in quauis religione. ¶ Quarto arguit. Nō clarent tot miraculis vt alti religiosi: nec habent tot sanctos canonizatos. ergo non est in eis signū tantæ sanctimoniæ. ¶ Respondetur miraculorū multiplicatio est res cęca: & miraculorum a nō miraculis discretio. Minores nāq; sancti cerebro plurib⁹ miraculis fulgent q̄ maiores: de quorum sanctimonia minime dubitat. & sic de canonizatione. aliqui em̄ si sollicitarent apd sedē apostolicam habere sanctos canonizatos: facile ipetrarent: sed nō si expedit. nā miracula sæpe fiunt vt dicit Gerson & bene, ob incredulos in regiōe aliqua: & facientem non sufficienter arguūt plus sanctimoniæ habere q̄ nō donatū miraculorum numero. Vbi aūt sanctimonia est nota: q̄d ē op⁹ miraculorū multitudine? Refert cancellarius Parisiensis in secunda parte, obiectionem de canonizatione sancti Thomæ/q̄ non claruerat multis miraculis, cui pontifex respondit non esse laborādū de miraculis ei⁹. nam tot miracula fecisse, quot quæstiones determinauerit. Sic̄ in secūda pte dicit de Augustino & Hieronymo & Gregorio: cum habuerint pbationem sanctimoniæ in eminentia doctrinæ. Et ostēdo illud rationabiliter dictum. Nā cum oē opus suū circa vtilitatē spiritualē reipub. applicauerint bonis oībus fortunæ conculcatis: signum erat bonitatis vitę in eis. Præterea Ioannes Baptista, Carthusiēsiū patronus, nullo in vita claruit miraculo vt Ioannes euāgelista testat: quo inter natos mulierū nō surrexit maior: testimonio oris diuini. Insup habere fratres in conuentu miraculis clarentes eis obesset. nā indoctum vulgus q̄d miraculis concitat/ eos maxime infestaret pro sanctis illis visitādis. q̄d indicat quædam eorum historia anni dñi ducentesimi supra millesimū. Quidam nāq; defūctus miraculis claruit: gratia cuius fratrib⁹ mitū in modū populus erat molestus. Quē cœnobij prior sic affatus est. Define fili in virtute sanctæ obediētiæ quā semper seruasti/a miraculis: & permittas cōmilitones tuos trāqlle viuere sub modio vt portū felicem attingāt tecū: & nō sis eis impedimento. q̄d & factū est. Dico esse opus heroicum, regulam diu seruare: esto (q̄d humanū est) interdum labantur/dūmodo resurgant. ¶ Quinto arguitur. regula eorū non est approbata ab ecclesia: ergo nauis eoꝝ nō est tātæ securitatis quātæ ego pdico. ¶ Respondet. duplex ē approbatio. quædam verbalis: de qua cōcedit añs. alia tacita & virtualis. de qua negat. Hoc amplⁱ⁹ declaro. nā ante mēdicātes nō erat hæc approbatio vocalis. q̄d patet de Augustino Hieronymo & alijs religionum institutoribus: quos vitæ sanctimonia approbauit: & postea donati erant priuilegijs ab ecclesia. Sed vbi religiosi mendicantes pullulare cœperūt: & fratres suos multiplicarunt: ac vt multis visum est/excessiue, tulit legē pōtifex ne de cætero illud fieret sine sua approbatione, vis meliorē approbationē habere q̄ bonā vitā i tot annos continuatā? ¶ Sexto arguitur. Multis bonis abundant: & vt supius dixi, multitudo bonorū nō est instrumētū bonū attingendi portū. Rñ det. si nō deficerēt in aliquo: non essenti hoc mari magno: sed in portu. verūtñ nego q̄ in hoc deficiāt. nā accepi eos pl⁹ eleemosynarū dare q̄ reliquos multos. Dicūt nāq; mihi studētes se ab eis largiorē victū cōseq̄ q̄ ab oībus religiosis domibus Parisijs. Vlter⁹ intellexi q̄ vbi religiosi mendicantes reformate viuentes eos accedūt: recipiātur charitatiue ad duos, vel tres dies. Nego ergo q̄ habeāt bona supflua vllo modo. q̄d iterū ostēdo. Quid em̄ cuiq̄ eoꝝ cōducerēt: cū nullus accipiat denariū vnq̄: nec prior possit dare aliq̄d con-

sanguineis plus q̄ alius inferior essent vtiq; imprudentes coaceruando pecuniā vltra illam quā debēt in rebus necessarijs expēdere. ¶ Septimo arguitur. Non conducit quemlibet religionem p̄fiteri volentem/ingredi Carthusiā. sed q̄libet debet conari assumere optimā religionē. ergo ista nō ēoptima/negatiue vel affirmatiue capiēdo suplatiuum. ¶ Respōdet concedendo añs: qa nō q̄libet valet iugum adeo graue ferre: cum sit genus longi martyrij. Sed pro materia argumenti dico multiplices esse homines. quidam sunt docti: vel verosimr eminenti doctrina pollebunt. & isti sūt duplices. aliquorū em̄ periclitatur castitas in sęculo: vel ipsi alios in sæculo scandalizant. q̄bus consulerem assumere religionem mēdicātū ad alios docendos. si aūt possint cum salute aiæ cōuersari in sæculo: sint mēdicātes & p̄dicatores in populo. Possunt tn̄ laudabiliter accedere Carthusiam si habeāt sufficiētia principia doctrinæ: & scribere. Si aūt sint viri q̄ verosimr non erūt eminētis literaturæ: nec declamatores frugiferi: potius p̄ salute aię Carthusiam petant. nō tn̄ q̄n bn̄ possint alibi saluari inter monachos vel canonicos bene viuētes. Multi em̄ sunt q̄ non possent illud iugū ferre: vel iz possent nō audēt se ad hoc astrigere. q̄bus consulēdū est aliā religionē p̄fiteri. nihilominus multi docti sunt in Carthusia: & doctores theologi ante p̄fessionē. Ad formā igitur argumēti dico hāc cōsequētiā iualidā. hęc religio nō est optima huic: ergo nō ē optia. ¶ Octauo arguit. Mendicātes vel alii religiosi p̄dicātes verbo & exēplo populū i sæculo instituētes: plus merent q̄ Carthusienses sub modiolatētes. sed enitēdū est plus mereri. Ad hoc dico q̄ varij sūt sæculares tātū merētes quātū religiosi. nō tn̄ propterea seq̄t vitā secularē ēē potiorē p̄fessiōe religiosoz aut tā bonā. Nolo negare q̄n sint alīq religiosi mēdicātes, pariter & nō mēdicātes: q̄ possint tātū mereri quātū Carthusienses. sz p̄imū nō est ita. nā etsi religiosus mereat p̄dicado: ducit tn̄ bonos dies vbi alter est i cōtinua mortificatione carnis: & in suis cerimonijs. Adde q̄ religiosi interdū p̄ q̄stu p̄dicationibus insistūt. scdo nō sūt in tā securo statu. tertio nulla vna tota nauis religionis diuersa a Carthusia/vidēt securior vel ę̄q̄ secura, qđ nō parū est. ¶ Nono arguit. Minimi strictius viuūt q̄ Carthusienses. Nunq̄ em̄ vescūtur cibis aliis q̄ quadragesimalib⁹. ergo sūt Carthusiensibus p̄ferendi. R̄ndet. Minimi heri & nudiustertius in mediū p̄diere: de q̄bus iudicari poterit si more Carthusiensium p̄seuerēt. Potissimū em̄ argumētū meū est de Carthusiensiū lōga p̄seuerantia. ¶ Decio arguitur. Cælestini ab esu carniū abstinēt more Carthusiēsiū. ergo non debeo Carthusiā Cælestinis p̄ferre. Respondetur. nō p̄tuli verbaliter adhuc nauim Carthusiēsiū nauib⁹ aliarū religionū. sed ducētis ānis Cælestinos Carthusiēses p̄cesserunt. Cælestini tn̄ in Gallia optime hodie viuūt/& a dieb⁹ Cælestini. Quitti m'ta cū laude in Gallia durarūt: quos p̄seuerare faciat deus. Pōt ēē argumētū cōtra Carthusiēses q̄ eorū prior est perpetuus: Cælestinoz aūt & m'toz aliorum de triennio in triennīū variabilis. Satius em̄ est habere triēnales: sed cōsulto de hac materia nunc sileo. ¶ Nunc vidimus quomō religionum nulla Carthusiēsium ordini est p̄ferenda. q̄ etsi bonis fortunæ (vt par est) abūdant/hęc optime distribuūt. tot nāq̄ curialiū sollicitāt prioratū Carthusiæ i cōmendā: quot prioratū Sorbonæ. Nec milites in belli furore eoz cœnobia igrediūtur. nam qđ nō capit Christus: hoc capit fiscus: & cōtra qđ capit Christ⁹, hoc nō capit fisc⁹. & sicut Herodes/istorū patronū Ioānē a mortuis resurrecturum crebro timuit: ita milites/reges, & oēs timent manus in istorū bona mittere. Solēt prudentes viri dicere tria illū ordinē cōseruare: scz solitudo/silentiū p̄ quæ mortificant mundo. vi. id est habēt capitulū quotannis gñale/& visitationem optimā. Nec putet religiosoz quisq̄ me fauore aliquo hæc scripsisse. certe non memini me vnq̄ ab aliquo Carthusiæ cœnobio denariū vel denarij valorē accepisse. deū testē cito quo aio nedū i hac materia: sed i qualibet alia p̄cedā. Sed in hoc p̄posito ista præcise dixerim: vt virtus laudata crescat: & in via dñi iamdiu cōtinuata ipsi perseuerent: & tanq̄ athletæ & fortes religionum vexilliferi iter pugnandi cōtra antiquum hostem ostendant. Licet autem religiōes multæ eos tempore præcesserint: hoc nihil contra eos vincit: cum pugna relicta vexillum relinquerint. Q̄uis etiam in antiquiore religione semper reperiatur vnum cœnobium non lapsum multis aliis labentibus: id nō sufficit pro vexillo ferendo.

¶ Distinctionis Trigesimęoctauæ Quęstio Vigesimaquarta.

SEcundo de Carthusiēsib⁹: & vigesimoquarto i hac distinctiōe q̄ro: An peccent Carthusienses comedendo carnes. Nō enim desunt dicentes imprudenter eos agere sic rigide ab esu carnium abstinendo. Ioannes Gerson hanc materiā p̄tractans ponit tres conclusiones in fine primæ

partis. Prima est. Potest esse lex lata i Carthusia q̄ nūq̄ comedantur carnes. Secunda conclusio. Non obstāte illa lege potest dari casus in quo teneātur, comedere carnes. Tertia. Abbreuiatio vitę aut sanitatis debilitatio nō aufert rationabilitatē illius legis. Quia tn̄ istę tres cōclusiones nō penitus extinguūt difficultatē q̄stionis: & Martin⁹ Magister de tēperātia. q. iiij. de ieiunio eādē materiā p̄tractat, cancellario se opponēs, cuius oppositio in multis est debilis: p̄pterea dignū duxi aliqua sup hoc dicere iuxta angustiā tēporis.

¶ Pro solutione quęstionis ponam aliquot cōclusiones. quarum prima est. Carthusiensis deliberate comedens carnes citra necessitatem, mortaliter peccat. Probatur hęc cōclusio. quia si nō, hoc est propterea quia est cōstitutio & statutū in regula: & votū eorū nō cadit super nōesum carniū. sed hoc nō impedit. nā multa sunt statuta tribus votis superaddita sine quibus tria vota nō possunt bene seruari: quę sub pœna peccati obligāt. Insup doctrina in cōcilio p̄ expositione regulę Minorum ponitur, qua cognoscitur aliquod statutū esse obligatiuū sub pœna peccati: quando ponit in regula hoc verbū (teneātur) vel æquipollens: vel ex arduitate & necessitate ipsius statuti pro cōsequutione finis illi⁹ regulę. sed hoc potest esse in alijs votis. igit. Secūdo arguitur. non plene cōstat quicqd homines dicant q̄ monachus nō peccet carnes comedendo sine rationabili causa: vtpote quia dispēsationē non habet a superiore ex rationabili causa: vel est talis casus repētinus vt nō sit expectādus suptor. de quo ante locutus sum. sed Carthusienlis strictius obligat nō comedere carnes q̄ monachus: cū secūdus habeat exceptā necessitatē expresse: alter vero nō: & parua necessitas monachū excusans a peccato carnes comedentē: Carthusiēsem nō excusaret. igit. Tertio arguit. rigor istę quem Carthusienses in nō comedendis carnibus, & cæteris statutis a tot annis tenuerūt & hodierno die tenent, fecit eoz religionem solide stare: & facilis trāsgressio i alijs fecit eas nutare & sensim pessumire. ergo illud statutū p̄cipuū infringere est occasionē dare regulę supplantādę: & p̄ cōsequēs est peccatū. Sed dicis. hęc ratio p̄baret singulas trāsgressiones i religione esse peccata ob sequelam. Non sequit. nā potest esse trāsgressio interdū secreta. sed in rei veritate a qualibet multū cauēdū est ob sequelā in se vel in alio. Istud aūt statutū inter reliqua est saluberrimū, & carnis castigatiuū: & eos in admirationē honestatis trahens: cū illud qđ hominibus est difficillimū: scilicet carnibus abstinere. pessundent. Q̄z nō vesci carnibus carnem domet: probatur sic. nō ob aliud carnes prohibuit ecclesia in quadragesima: in diebus veneris, sabbati, & in alijs ieiunijs: nisi vt hoies insultus passionis domarēt, & se ad sancte celebrāda festa occurrētia p̄pararent. hoc nāq̄ fecerunt patres in Thebaide Aegypti/Scythia/ & Mesopotamia Syrię. nemo est qui hoc non nouit, qui vitas patrū plegerit. & Hieronymus in epistola quadā ad Eustochiū, nō solū carnes sed & coctū aliquid accipere luxuriæ fuisse scripsit. Oēs em̄ patres hoc fecerūt vt luxū in se euitarēt: & vt pœnitentiā rationabilē p̄ peccatis suis assumerent. propterea Bruno istorū pater voluit carnes stricte vetitas esse. Nec oportet argumētari vt aliq̄ faciūt de Christo, qui nō legitur vnq̄ comedisse carnes: nisi de agno paschali. nā argumētū a nō legitur negatiue, est nullū. licet em̄ euāgelistę meminerint q̄ pisces comederit: tamē de agno paschali etiā comedit. Sed dicis illud fuisse cerimoniale legis. Respōdeo. Christus cū alijs inuitatus verosimiliter comedit talia qualia apud inuitātes repperit. & ipse q̄ p̄pter peccatores venerat: viā regiam tenuit. sed licet nō sufficiēter cōstet q̄ nō comederit carnes: imaginor tn̄ q̄ assuetus erat cū Apostolis crebro vesci piscibus. carnibus vero nūq̄ nisi agno paschali, qui erat ex lege comedendus. ¶ Secūda cōclusio. Aliquis potest vouere categorice se nūq̄ comesturū carnes. probatur: quia nūq̄ comedere carnes est licitum: nec repugnat inspirationi spiritus sancti: quēadmodū est vouere de nō p̄fitēda religione. ergo quis potest illud vouere. Secūdo arguit. nūq̄ bibere vinū est licitū. qđ patet de Rechabitis Hieremiæ xxxv. quos cū Hieremias introduxisset i domū domini ponēs corā eis vinū: respōderūt: Non bibemus vinū: quia Ionadab filius Rechab pater noster p̄cepit nobis dicēs. Non bibetis vinū vos & filij vestri vsq̄ in sempiternū. ergo etiā nunq̄ comedere carnes. Primū aūt est secūdo difficili⁹. multi enim sunt Parisijs qui optione data citius eligerent secūdū q̄ primū. Pręterea tertio arguit. Paula in morbo grauissimo moritura suadente grauissimo patre beato Hieronymo, noluit bibere vinū: & hoc inter laudes Paulę ipse diuus Hieronymus enumerat. igitur. Quarto arguitur ad idē. quia si hoc nō liceat: hoc est p̄pterea quia nūq̄ comedere carnes notabiliter corripit vitā. sed hęc ratio est nulla. nā Carthusienses adeo diu viuūt vt alij religiosi: & amplius. sed licet hoc esset verū: nō impediret cōclusio: vt in solutione vni⁹ rationis dicemus. ¶ Tertia cōclusio. Carthusiensis in casu non solū potest comedere carnes: sed eas comedere tenetur. Probat. cōtingit ip̄m esse solū vbi nihil habet qđ comedat nisi carnes. quo supposito arguitur sic. si nō comedat carnes, erit homicida sui ipsius: & peccabit. Nō valet dicere

Universidad de Deusto
Biblioteca

q̄ regula quā obſeruat eſt cauſa ſuę mortis. nam regula illū caſum ſcđm rectā rationē excipit. qđ probo. quia ſi Sortes voueret, nūq̄ egredi monaſterū niſi p̄cipiatur a ſuperiore: & totū cœnobiū eſſet ī proxima diſpoſitione vt cōburatur ſic vt oēs exeāt ipſo ſolo illic exiſtēte: tunc licet nullus ſuperior eius mortalis præcipiat ei egredi: adhuc peccaret nō egrediēdo: quia votū in illo caſu eū nō obligat. Secūdo arguit ad idem. ſi Sortes voueret orare duabus horis in tēplo qđ cōburat vel ruinā ſubitā minet: nō tenet ſuū votū ſed vitam ſeruare. ergo eodē modo in caſu noſtrę cōcluſionis. Ioannes Gerſon hāc cōcluſionē ſic p̄bat. in caſu extremę neceſſitatis licet comedere carnes ī die veneris contra ſtatutū eccleſię: porro (inquit) de votis eſt idē iudiciū. hęc p̄batio certe infert cōtradictoriū illius qđ in illo tractatu intendit poſt tertiā cōcluſionē. ¶ Quarta cōcluſio. egre poteſt occurrere in morbo vt vita Carthuſiēſis ſaluet̄ p comeſtionē carnis, & nō p comeſtionē aliarū rerū dūmodo ad nutū poſſit alia habere. probat. nā per vitellos ouorū pōt remediū ei adhiberi: vt dicit Ornoldus de villa noua. Forte dicis. eſt calida febris quā oua nutriūt: vel ipſe oua faſtidit, aut nō ſolet illa comedere. at poſſunt alia inſtauratiua adhiberi iudicio prudētū. Sed p̄bo q̄ carnes nō ſufficiāt ei: qa iāpridē aſſuetus eſt nō comedere carnes: & ſi eas ſubito comederet, eſſet magis alteratus & citius mortē icurreret: etiā ſi eſſet p̄xime p̄feſſus. hoc patet ſenſibili ſigno. nā plurimū hoies alterant in prima comeſtione carniū poſt feſta paſchalia: & multi morbos tūc incurrūt niſi valde tenuiter & interpolatim carnes comedāt. hoc nēpe in meipſo a multis annis exptus ſum: & multi alij mecū hoc cōfitent. ergo ſi p nō eſum carniū in. xlvj. diebus homo mutet̄ ſeu alteretur comedēdo carnes: quid erit de Carthuſiēſi p. xx. annos. xxx. vel. xl. nō comedēte carnes? repente augebit̄ morbus. ſi aūt ſitnouitius: adhuc non eſt Carthuſiēſis. ¶ Sed quia diceret quiſpiā, hic nō eſſe nodū rei: ſit Quinta cōcluſio. Vbi Carthuſiēſis vir valens eſt poſitus inter hęc duo, ſcilicet aut morie, vel comedere carnes oportet: & p̄babiliter iudicat q̄ ad carniū comeſtionē alij ſcandalizabūtur: & exēplū ſumēt eo medendi carnes citra extremā neceſſitatē: quia lōge ſemoti ab eo nō erūt ſufficiēter admoniti & docti de eius extrema neceſſitate: non debet comedere carnes. Sit euentus iſtius cōcluſionis qui crebro pōt occurrere. Medici periti dicunt, ſi iſte comedat carnes viuet: & ita ipſe iudicat ſiue vere, ſiue erronee, non refert: & nullū eſt aliud remediū de vita: cū hoc tñ iudicat q̄ ad illā carniū comeſtionē aperiet̄ via fratribus peccādi & carnes comedēdi citra extremā neceſſitatē: dico q̄ adhuc nō debet comedere carnes. Quā cōcluſionē ſic probo. Fortis exiſtens in acie belli iuſti iudicet ſe occiſum iri ſi peſtet: ſed p̄babile eſt q̄ exercitus in quo eſt erit victor: & ſi aufugiat terrebitur exercitus, & fugiet quia timor viri fortis alios p̄turbat. ſicut Lucan⁹ in primo Pharſalię dicit q̄ ſenatus fugit Roma vidēs Pōpeium fugiētē. Pōpeio fugiente timēt. Iſto caſu ſtante Ariſtote. iij. Ethicorū, in tenebris gētilitatis ambulās, neſciēs vitā poſt hāc, diceret turpe eſſe forti politico aufugere. ſed iſte Carthuſienſis de vita æterna certus eſt in acie belli ſpiritualis tāq̄ fortis athleta: ſi p̄ſtet in pugna, ſequet̄ ſolū mors corporalis: & magnū erit argumētum cōſtātię & victorię cōtra hoſtes ī alijs, & q̄ nullis tētationibus ſuccumbēt ī carniū comeſtione cū tādiu celebriter cōtinuauerint. ſi vero comedat, fratrē ſcandalizabit/vt diximus. & in ea re dixit Apoſtolus. Si eſca ſcandalizat fratrē meum: nō māducabo carnem in æternū. j. ad Corinth. viij. Dicis. eſt ſcandalū acceptū, & nō datū. Cōtra. licet poteſt abſtinere, & prodeſt p̄ cuitando peccato in ſuis fratribus: ergo eſt ſcandalū datū. Et cōfirmatur hęc ratio de catholico in vltima famis neceſſitate poſito: ſi idololatrę nō permittant eum veſci alijs cibis q̄ carnib⁹ immolatitijs: & videat q̄ per hoc alij fideles ſcandalizabuntur: potius debet ſubire mortē q̄ carnibus illis veſci. Vnde Martinus. iij. q̄ſtione de ieiunio dicit q̄ talis debet potius mortē oppetere q̄ idololatrare. Tum etiā qa in tali caſu fideles alij nō eſſent cōſcij voluntatis eius, neq; neceſſitatis ꝓpter quā facit. ideo ibi eſſet ſcandalum datū. Hic autē rationē reddet de ſua comeſtione: cū hoc iudicio medicorū faciat: & rationem reddat cotā ijs in quibus poteſt oriri ſcandalū. Iſtud nō ſoluit argumentū. nā poteſt fidelis poſitus ante tyrānū, alijs fidelibus reddere rationē q̄ gratia vitę ſuſtinendę carnes immolatitias comedat: & tamē ſi iudicet q̄ p illam comeſtionem aperietur via alijs fidelibus idola colēdi: citius mors eſt ſuſtinēda. ſed ſic eſt ī caſu noſtro. nā multū p̄babiliter iudicat q̄ alij capiēt occaſionē leui motiuo ad comeſtionē carniū, citra extremā neceſſitatē. Corporales autē medici volentes ſubuenire patienti, leuiter dicunt hominē eſſe ī extrema neceſſitate niſi carnes comedat tum q̄ nolint patientem in ſuis manibus extingui: tum vt hominis ferme extincti vitā videantur ſua induſtria & arte cōſeruare. Tertio arguit̄ ad idem. Carthuſienſis prudens nullo modo debet aſſentiri medico q̄ ſola carnis comeſtio ſuæ vitę ſuccurret. nā crebro medicus de morte patiētis dubitat. & vbi eſt veroſimilius q̄ patiēs viuet, ex cautela dicet cū eſſe ī maximo diſcrimine vitę vt videatur vitā in tali periculo tenuiſſe. tutius cēſ eſt aliud extremū dicēdo q̄ nō morie

ſi in manibus eius extinguatur. vel dicet, morie ſine dubio ſi deus eū nō p̄ſeruauerit: q̄uis mors ſit dubia. & ſi moriatur dicetur: bene iudicauit. ſi viuat: dicet protinus, fratrū p̄cibus miraculoſe p̄ ſeruatus eſt. q̄uis fuerit ſolum cōcurſus cauſarū naturalium. & cum hominis mors in infirmitate ſit incerta: cęcum erit phyſici iudiciū de morte. & per cōſequens multo eſt incertius an carnis ſola comeſtio talē patientē p̄ſeruabit in vita. Et cōfirmatur hęc ratio dupliciter. Primo per ꝓbationem quartę cōcluſionis. cū ſit aſſuetus a carniū comeſtione: & cōſuetudo in aliā naturā tranſeat: debet potius iudicare q̄ viuet comedēdo cibos cōſuetos. nec eſt idē de iſto & alio aſſueto carnes comedere, qđ medicus nō aduertit. nā quandoq; bonus dormitat Homerus. a fortiore parū eruditus. Secundo videmus aliquos ſenio confectos & debiles nō potētes comedere carnes. & quādā familiam iuuenū patriæ meæ noui: qui carnibus abſtinēt, quouſq; plene adoleſcāt. Poſſunt tamē comedere piſces, lacticinia, oua, ſorbitiones, & cętera id genus qui nō poſſunt veſci carnibus: quę fortiorē ſtomachū & maiorē calorē naturalem requirunt q̄ hic patiens habeat. Pręterea arguit ad idē. Beatus Martinus in ſimili periculo poſitus, vbi a fratribus moneret vt corpus mollionibus ſtramētis foueret, reſpōdit. Sinite fratres, ſinite: ego ſi aliud exēplū vobis relinquero, ipſe peccaui. ac ſi diceret. licet paulo longius vitā tenere poſſim p lectū molliorē: malo corpus ipſum pereat q̄ monachis meis dare exēplū mollia quęrendi. Hoc etiā manifeſtū eſt de illa bona Paula: de qua ſuperius mētionē fecimus. Vltimo ad concluſionem arguitur. Virgo poteſt potius pati mortē q̄ patiatur ſe corrūpi, ſi iudicet q̄ ad carnalē copulam aperietur ſibi proxima via ad peccandū, qa hoc ab alijs audiuit dici. ergo iſte carthuſiēſis potius debet pati mortē ſi iudicet q̄ ad illā comeſtionem regula ſua hactenus ſancte obſeruata habebit rimulā ad lapſum: cū exēplariter ad oculū videat religiones lapſas ex facili diſpēſatione & lapſu primo in paruis: poſtea ad maiora aſcēdēdo. ſicut foramē in tunica ſi nō ſupponat̄ pānus ſtatim dilatatur. Cancellarius Ioānes Gerſonus poſt ſuas tres cōcluſiones hāc quintā cōcluſionē vtcūq; longo verborū contextu innuebat: etſi probationes ineffices appoſuit. vtpote. omnis pœna & afflictio poteſt volūtate deuota ſuſcipi quę p iuſtitiā forēſem vel pœnitētiā publicā poteſt imponi delinquēti. ſed conſtat q̄ delinquēti bus poſſunt imponi punitiones vitā notabiliter abbreuiātes, vt carcer/cilicioū/& huiuſmodi. Hæc ratio ꝓbaret q̄ Carthuſiēſis vel aliquis alius peccator cōſilio cōfeſſoris ſui: imo ꝓprio conſilio ſe ipſum iugulare & ſuſpēdere licite poſſet. qđ non iudico cōcedendū. Apponit p̄terea rationes aliquorū qui paſſi ſunt p alijs: quę nō ſeruiūt ꝓpoſito. quia licet Carthuſienſes ſicut alij Chriſtiani orent interdū p alijs: hūc tñ rigorē p ſeipſis ſuſtinent. Adducit p̄terea argumētū de voto caſtitatis: qđ longiuſcule deducit & ponderat: cui reſpō debimus: quia latum eſt diſcrimen.

¶ Cōtra ſecūdā cōcluſionē arguit ſic. Is de quo in cōcluſiōe fit mētio categorice nō tenet ſuū votū, vt patet ex tertia cōcluſione: ſed in caſu iſm ſoluit rationabiliter. ergo potius ei⁹ votū eſt cōditionale. Reſpondetur cōcedēdo q̄ nō tenet votum ſuū in caſu licito. nā recta ratio naturalis illū euentū excipit. nec propterea eius votū eſt dicendū cōditionale. Etiā qđ fortius eſt interdū aliqua conditio quę neceſſario ſubintelligitur in contractu: ſi exprimatur nō facit conditionalem. patet in. l. Hæc verba teſtatoris. ff. de lega. & in. l. Cōditōes. &. l. Aliquādo. ff. de cōdi. & demō. Legatū factū ſub illa cōditione, ſi hęres hereditatē adierit, nō eſt cōditionale: quia neceſſario ſubintelligit. ſic hic. contraho cum Berta ſi ipſa in me cōſenſerit. Sed ſi cōtract⁹, promiſſio vel votū poſſit fieri ſine illa cōditione, & cōditio apponat̄: eſt votū conditionale. vt hic. cōtraho cum Berta ſi deo placuerit. quia poteſt eſſe verū matrimoniū contra voluntatē dei, ſigni. Et licet illa cōditio ſubintelligatur: nō eſt opus illā apponere: immo obeſſet. multa nāq; ſunt vera quę nō oportet quēlibet intelligere, & frequēter noceret. nā crebro homo cōformiter agens ad iudicium erroneū bene facit quādo ipſum nō eſt imputabile. vt ſi vtile ſit Petro religionē profiteri: & putet errādo ſe ad hoc teneri, quia ſemp tenetur ad melius: & ex illo religionē p̄fiteat̄: nihil mali eſt. Sed in ꝓpoſito noſtro ſi apponeret̄ illa conditio expreſſe: religioſi fingerent ſibi cauſas tales. fateor tñ q̄ licite interdū ponitur, vt in regula beati Benedicti. ſed illic nolunt carnes ſic ſtricte eſſe veritas ſicut in Carthuſia: quare prudēter conditor regulę Carthuſiēſiū illā cōditionē nō adiecit.

¶ Secūdo arguitur. Corripitur vita Carthuſienſis abſtinendo ab eſu carniū: ergo male agit. Reſpōdetur. hoc argumentū peccat tā in materia q̄ in forma. De materia reſpondeo negando antecedens, nam plerię illoꝝ viuūt. lxxx. annos, aliqui. c. & diutius viuunt q̄ aulici perditibus aliti: vl' alij religioſi regulā nō ſeruātes: nec ſunt obeſi vel abdomine pleni: qa dūtaxat ouis, lacticinijs, & piſcibus veſcūtur. Secūdo admiſſo antecedēte cōſequētia eſt nulla: vt patet de agricola & viticola, nūc frigore, nūc calore oppreſſis, mercatore terras & maria p acqrēdis opibus luſtrāte. iuxta illud Horatianū. Per mare, p terras currit merca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tor ad Indos. & de milite in bello iusto: & de studioso bonis artibus aut sapientię operā dāte. nā Minerua minuit neruos: vt alibi diximus. vbiq; em̄ licet dare operā rei quā prudēs iudicat licitā: nō ea intētione vt vita breuietur, sed vt faciat debitū necessitatis vel cōgruitatis: licet sciat ex hoc vitā breuiari. Itaq; Carthusiēsis pōt domare corpus scām regulā ne ī animā recalcitret: & vt pœnas det p peccatis suis cōmissis: & amore dei, vt se a peccato p̄seruet, & det sibi vitam æternā. ad hoc em̄ exēplū habet in veteri testamēto ab Helia/Heliseo/Daniele/& sociis eius: & in nouo sine numero: & a gētilibus: apud quos rigidi ac minime delicati cibi plurimū laudati sunt: cū ratione tñ, ne sese occiderēt: vel comedēdo mediocriter, ne in phrenesim laberētur. Sane Carthusiēses, vt decet, bonā portionem eoꝝ q̄ comedere licet, apposita habēt. ¶ Tertio arguit. per rigorē Carthusiēsis incidit in morbū, a quo tenetur se p̄seruare ne sit occisor sui. Respōdetur. Aliquādo paruus morbus est pmittēdus & nō statim subtrahēdus vtpote si quis pronitatē ad luxū sentiat: iuxta illud Pauli. Libēter gloriabor ī infirmitatib⁹ meis. &, Cū em̄ infirmor, tūc potens sum. & Virtus ī infirmitate pficit. ij. ad Corinth. xij. Et Psalmographus ait. Multiplicatę sunt infirmitates eoꝝ: post ea accelerauerūt. Psal. xv. Sic debilitatem stomachi beatus Gregorius abstinētia cōtrahebat: vt ī variis homilijs ei⁹ videre est: & tñ a verbo dei p̄dicādo nō cessabat. Idē de beato Bernardo legimus. & Paula (vt beatus Hieronymus in eius vita recitat) noluit ī graui morbo bibere vinū. Isti aūt a sapiētibus nō sunt reprobati: sed fama supæthera noti. Secūdo Carthusiēsis pōt & debet rigorē abstinētię suę remittere prout regula pmittit fratribus in ęgritudine cōstitutis, modo saluti animę cōducat: alioquin plus studēdū est habere vitā breuē & laudabilē corā deo & hoībus, q̄ longā & fœdā. nō em̄ est certādū de longa vita: sed bona. Hinc cōtingit Carthusiēsem vel alium, in morbū notabilē incidere sine sua culpa, immo multum meritorie. Secūdo morbus nō est reprimēdus sed paulatim pmittēdus, quādo est ciuile bellū inter carnē & animā. nā pro anima iudicandum est. si vero nō fuerit illa ciuilis pugna in homine: rescindendus est morbus consilio humanorum fratrū. Omnia autē hæc possunt fieri nū q̄ comedendo carnes.

¶ Contra tertiā cōclusionē arguit per Machabeos nolētes comedere carnes suillas nō territos cōditione mortis proposita, ergo nec Carthusiēsis debet carnes comedere p seruanda sua vita. Respōdet Ioānes Gerson in libello p̄fato, q̄ lex diuina Iudęos protunc obligabat ad nō comedendū carnes: & ideo potius debebant mortē pati q̄ carnes suillas comedere. Hoc nullo modo solui argumētū. qđ sic probo. Ius diuinū etiā est seruare vitā: ergo dicere q̄ de iure diuino erat vetitū comedere carnes nō satisfacit. Insup Dauid comedit panes ꝓpositionis in necessitate Primi Regū. xxj. quos laici comedere non poterant ꝓpter prohibitionē dei. ¶ Aliter ergo dico ad argumentū: q̄ directe lex diuina impugnabatur ab Antiocho vt Machabei carnes comederent, & in cōtemptū legis. propterea nō licuit eis vllo modo carnes comedere. Relinquo tibi disputandū an idē erit si tyrānus dicat regulā Carthusiensiū vanā: & in cōtemptum eius iubeat alię quē carnes comedere: alioquin eū occisurus. aut quid is deberet facere. Puto ego q̄ eas nō comedendo nō male ageret: vt superius in materia excōmunicationis tetigimus: vbi tyrānus cogit alię quē loqui cū excōmunicato. Et addo q̄ si Machabei fuissent in loco separato in quo nihil habuissent comedendū, nisi suillas carnes: licite poterāt illas comedere: q̄ is esset lex dei contraria. Nā inter duas prohibitiones diuinas fuissent cōstituti: vnā de nō comedendis carnibus suillis: alterā ne se occiderent, nihil comedēdo. his lex natureę accessit q̄ debebāt comedere. Sed sicut boni Machabei pugnabāt ī sabbato: & legem vnā diuinā per aliā & epicaiam bonā exposuerūt: sic debebāt facere casu quo nihil habebāt comedēdum nisi carnes in secreto: nō aūt in publico: vbi sua fides impugnabatur. quia illic tāgebatur gloria dei: p qua protegenda morti erant obnoxii. Ex his argumentū soluitur. ¶ Secūdo argumētor. q̄ is medici dicāt q̄ Petrus religiosus morietur, nisi obscœni humores tertię digestionis a se pellat cōmercio muliebri: in illo casu non potest mulierem cognoscere vt suę vitę succurrat. ergo neq; comedere carnes. Dicis. est persona inhabilis: & nō potest cōtrahere sine dispensatione Romani pōtificis. Obijcio. si nō possit morari in vita quoad pontificē quis adeat, potest contrahere cū Berta, vel eā cognoscere tāq̄ suā vxorē. licet em̄ nemo possit capere alienū citra necessitatem: tamen in necessitate capit illud qđ erat alienū: & suū erit. ergo pro illa necessitate hæc mulier, sua erit pro seruāda vita. et si hac via suę vitę succurrere nequeat: nec alia subuenire poterit, carnib⁹. Eodē modo argumētabor si fuerit in sacris: vel si pontifex præsens fuerit, dispensare poterit. ¶ Respōdetur. licet Ioannes Gerson hoc argumentū ponderet ex eo cōcludēdo q̄ votū abstinentię nō sit deserendū: Dico q̄ illud nullo modo euenire potest. non em̄ est idem de carnali copula & cibo: nā Aristoteles in problematibus: q̄ tēs quare homines de carnali copula erubescūt:

non aūt de comestione: dicit vnū esse necessariū non aūt reliquū. Et probo q̄ nō sit idem. vel homo est sanus, vel ægrotus corpore. si primū, casus est notus. si dicat se mori præ tristitia mentis nisi mulierem habeat: quis sensatus ei credat: potest em̄ talem vesaniā deponere si voluerit. si ex stultitia sua seipsum perdat, caueat emptor. Si aūt sit ęgrotus: nō possum intelligere quomodo melius se habebit habēdo mulieris cōmercium. nullt em̄ sunt humores supflui, quin per abstinētiam, sanguinis minutionē, & alia via licita possint diminui. Et quicquid Ioānes Gerson dicat vel alij: nō aliter respōdeo. nā si erronee quis iudicet ex stultitia sua: nō est ponderandū. Dico q̄ cuiusuis complexionis homines possunt se saluare per abstinentiam ne moriātur: nunq̄ mulierem cognoscendo.

¶ Cōtra quintā cōclusionē arguit per rationē Ioānis Gersonis ad tertiā cōclusionē Licet comedere carnes in die veneris in extrema necessitate cōtra p̄ceptū ecclesię, qđ æqualiter cū voto obligat. Et postea adiungit. Est aūt fundamentū radicale: quoniam a lege diuina nulla lex aut obligatio pure humana potest absoluere, aut præcipere, vel instituere q̄ non obseruet. sed hęc est lex diuina Non occides. a qua lege nō legitur per aliquod aliud ius diuinū facta exceptio ista. Respōdendo dico istas ꝓbationes nullius efficacię, & cōcludere oppositū vnius cōclusionis quā ipse innuit post suas tres cōclusiones. Prior autē ratio si valeret, probaret q̄ multū citra extremā necessitatē liceat Carthusiensi comedere carnes. patet: quia licet ægroto ſeculari mediocri ægritudine detēto comedere carnes in ieiunio ecclesiæ: & tñ nullus debet cōcedere q̄ Carthusiensi tunc liceat comedere carnes. Secūdo cōcludit q̄ religiosi essent excusati p̄ scriptā consuetudinē, & essent in statu salutis. qđ tñ nō concederet. Vnde in illo tractatu dicit. Mꝫ stupēt si pleriq; religiosi sint in statu salutis. ac si diceret. sapiētes nō possunt intelligere, eos q̄ regulas sic infringunt, esse in statu salutis. & illud est apud me idubitatū. qđ patet: qa ieiunū ecclesię post p̄scriptionē & consuetudinē inductā nō seruat sine peccato, & æqualiter obligat ac votū p̄ te. igit. ¶ Respōdeo igit ad argumētū cōcedēdo q̄ licet comedere carnes in die veneris in mediocri ægritudine. noluit em̄ ecclesia arctare suos subditos in tali casu, ne abesu carniū abstinerēt. nā illud est statutū humanū pure positiuū, in quo pōtifex pōt dispēsare cū sano vel cū seipso: saltē in occulto: nulla alia causa habita, nisi sua volūtate, nō tū ī voto: qa seruare votū est de iure diuino: nisi occurrat rōnabilis cā voti nō seruādi. in quo etiā si maximus pōtifex sine causa rationabili dispēset: apud deū alter nō est securus in cōscientia. Et ꝓpterea lex pure humana positiua pōt e medio tolli p cōsuetudinē in oppositū, secus est de voto: cōtra qđ consuetudo nulla vigorē habere pōt: sicut nec cōtra ius diuinū. & ꝓpterea nō æqualiter obligāt. Præterea strictius est vinculū in parua cōmunitate q̄ in tota mꝫtitudine. ¶ Ad aliud argumētū. nulla lex pure humana pōt excipere cōtra legē diuinā, & eā tollere. hoc fateor. sed vna lex diuina facit aliā legē diuinā cessare: quę maneret obligatoria nisi ipsa supueniret: sicut in martyrio tā de p̄cepto q̄ cōsilio. sic est in ꝓposito. nā religiosus Carthusiēsis de quo loquimur in quinta cōclusione est positus inter duo, scilicet seruare vitā, qđ absolute est de iure diuino: & aperire viā aliis cōfratribus peccādi, fratribus inquā nō solū existentibus/ sed in ppetuū futuris. melius est ergo q̄ ipse moriat corporaliter: sicut de forti milite in acie belli diximus. & ita vnū ius diuinū aliud exponit. Nec oportet inutiliter hic replicare ponendo q̄ ille sit vtilissimus reipublicę: & ordo sine ei⁹ cōsilio nō possit bene subsistere. nolum⁹ em̄ ī scyrpo in quo nō est, q̄rere nodū. Religionis nāq; obseruātia nō cōsistit in eo solo: & melius seruabit quādo eis bonū exēplū p̄bebit carnes nō comedēdo. Sed cōtra istud arguit. sequit q̄ primus comedēs carnes in die veneris peccat, aliis dans occasionē comedēdi in leuiore causa. qđ non est dicēdū. Respōdet. nō sequit si habeat rationabilē causam. oēs em̄ nouerūt tale esse vinculū ecclesię & nō aliter. Nō tñ nego quin p nimis leui causa possit carnes comedēdo alios scādalizare actiue: sicut & monachus. sed strictius Carthusiensis obligat. ¶ Tertio cōtra eādē cōclusionē arguit. Potest medicus clanculū capere perdicem vel capū in sigillo secreti, vel alius religiosus sic vt nemo vnq̄ sciat. & ita nulli scandalizabuntur. hoc autem videtur melius: quia diutius viuet & magis merebit, & aliis proderit. ergo cōclusio falsa. Respōdet. potes ponere in antecedēte tot circūstātias vt sit species tertię cōclusionis: & nihil cōtra quintā cōclusionē. sed exēplaris vir nō captet licet secreto: & ali⁹ carnes offerēs hoc pclamabit: ac fratres in bono solidabit: vt fecit beatus Hieronymus laudādo Paulam q̄ in ægritudine vicina morti noluit vti vino. de plōgatione aūt vitę loqui nō oportet. Exēplū sit in bello iusto scām Aristotelē Tertio Ethicoꝝ in materia de fortitudine. Hinc cū data esset Thetidi p filio optio aut breuis vitę, & clarissimę famę: aut longi æui cum mediocri fama: primū pelegisse & qđē prudēter a poetis refertur. ¶ Sūmatim dicta cū obiter occurrētibus tangā. Licitū est nunq̄ comedere carnes: sicut licuit Rechabitis nunq̄ bibere vinum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

et posset quis alterū istoꝝ vouere, vt Carthusien ses facīūt. qui si sine causa carnes comedāt scien ter, mortaliter opinione mea peccāt: licet sit statu tū. quia est vnū ex pręcipuis statutis quę habent per qđ ab alijs religiosis accipiūt discrimē. qđ si violare p̄sumāt: timēdū est de reliquo: quæ labes esset fœdissima religionis p̄clarissimæ tot patrū sanctorū sudoribus hactenus obseruatę. Declamationes p̄terea ad populū q̄is docti, nō curēt. Nā plures sunt alij tam seculares q̄ mendicantes religiosi, officio illi vacātes: quidā solo charitatis respectu: quidā spe beneficioꝝ habendorū: qdā ratione quęstus. alij vero amore dei hoc faciunt: spem beneficij habētes ꝓ fine minus principali, quo digni sunt. alij alijs finibus moti. nā trahit sua quēq; voluptas. Ipsę vero Carthusienſiū do mus abunde, vt ante diximus, prędicant: cū ipsi nihil p̄ter deū inquirāt. quis istoꝝ q̄so pro benefi cijs suscipiendis q̄rit capacitatē? quis vero prębē dā? quis curialū instar miluoꝝ prędas ambiētiū sollicitat Carthusiā aliquā in cōmendā? Eorum prior cogitur primus interesse diuinis: & rāḡ bo nus pastor oues p̄cedere. clientū obsequiū ei phi betur: qui religiosorū non solū bona comedunt, sed eos infestant: & vitā secularē in cœnobia in troducūt. & si exorbitauerit: sede sua destituetur. Principes autē inique agerēt si vellent priorē ꝓ ducere seu cōtinuare in officio, quē ipsi destitue rūt: cū tā laudabiliter & irrep̄hense viuāt. sed prin cipū est q̄ per eoꝝ capitula fuerint decreta adiu uare: & suppetias si opus sit ferre: quatenus eorū precibus digni inueniantur.

¶ Vidimus itaq; in hac trigesima octaua distinctione de voto in generali, & religio sorū tribus votis essentialibus, tā in mēdicātibus q̄ in cōmuni sufficiētes redditus habētibus. Ali qua tñ iam dicta refricare nō pigebit: quia studio sis & bonis decies repetita placebunt: improbis etiā semel prolata displicebunt. sicut cibus sano palato suauis, ægroto fastidiū affert. Studeat ab bas, prior, vel aliꝰ superior parce bona cœnobij in se & suis famulis expēdere: res sanctas & deo dicatas: vt sunt religiosi, & cœnobiorū bona, te ste Cassiano, in vsus prophanos ꝓdige nō dissi pet. Nec habeat oculū ad alios abbates male vi uētes: sed figat se in sua regula. & maneat hoc al ta mēte repostū: crebriusq; reuoluat: q̄ fuerit intē tio institutoris seu fundatoris: quis finis: & q̄ eiꝰ intētio de voto paupertatis: quā inueniet talē vt solū sumat necessaria victus & vestitus cū mo deramine. Sit mortuus ciuiliter i cœnobio a stre pitu forensi semotus: vt melius cognoscat a deo inuitus septa cœnobij egrediat: & solū ꝓ rationa bili & vrgēte causa. qa sicut pisces nō viuit extra aquā: ita nec religiosus extra monasteriū. Si pe cuniā cœnobij collectā habeat: nō augeat redditus cœnobij, modo mediocres sufficiat. mediocres em̄ opes sunt instrumētū melioꝰ ad bene beateq; viuēdū q̄ abūdātes. nec se fallat sub vmbra pietatis de eleemosyna dāda pauperibus. quia li cet hic abbas sit bonus: succedet quādoq; ipro bus: cui hęc bona occasionē ruinę p̄bebūt. Adde cū hoc q̄ excellus bonoꝝ fortunę curialibꝰ istis cœnobiū offeret in cōmēdā sumendū tāḡ signū sagittarij. Religiosis aūt tāḡ charissimis cofratri bus cōsulo vt pecuniā p̄ticularē nō capiāt ꝓ ve stibꝰ. & pulchre faceret abbas eos ad hoc cōtrin gendo: de quo syllogizet cū sapiētibus. fortasse em̄ hoc iueniet sibi p̄ceptū. Cęterū de iure naturę & diuino est q̄ cōstituat vnū p̄curatorē Argum (nā cētū luminibꝰ cinctū caput Argus habebat) qui ministret hilariter cuilibet religioso necessa ria: verecundos & probos nō petētes p̄uenat: at effrontibus silētiū ponat. De cognatis & amicis religiosoꝝ, cœnobiū frequētātibus, hoc vnū di co, religiosis amicorū secularium accessum plurimū obesse. si tñ a remotis venerint: humane ab abbate tractandi sunt. paria nāq; sunt cœnobio relicto adire seculū: & seculares viros seculariter viuētes passim religiosas domos ingredi. Hoc de religiosis nō mendicātibus dictū sit. ¶ Reliquū est in epilogo pauca de mēdicātibus attingere. & deinde receptui canētes finē huic materię imponemus. Religiosi vocant mēdicātes nō q̄ sit essentiale cuilibet eoꝝ mēdicare: sed qa nō habent prouentus ꝑpetuos nec annuos ex q̄bus viuere possint: iuxta suā ꝓfessionē: sed eleemosynis pio rū hoim victrār. Docti aūt in cœnobio legunt alij sacra facīūt: alij ꝓ alijs eleemosynas forte (p̄ut regula patit) q̄rītāt. Dixi (prout regula patit) nā abusus ē & cōtra ꝓfessionē fratris Minoris di uitū dōmos accedere cū pyxide quā ipe solꝰ ape rit & claudit: & postea reponit in crumenā. Quis aūt modus viuēdi erit fratribus minoribus habēdo redditus annuos, & agros ex q̄bus possint ali cū abundātia: habēdo p̄terea frumētū in sola rijs, mēdicitate tñ acquisitū ꝓ dimidio anno, imo pro integro: & vbi quilibet capit pecuniā p̄ticularē ꝓ missa, scriptione, & alijs officijs: cum abun dāter (modo bene viuāt, & nō sint in excessiuo numero) sibi necessaria adipiscerētur? Quis aūt credat pontificē vel sapientē aliquem in talibus velle dispēsare: cū directe repugnēt & intentioni regulę & verbis eius? Nō tñ me fugit q̄ necessi tas nō habet legem. vbi em̄ frater minor obiret mortē, nisi rigorem regulę mitigaret: nō esset illi astrictus: nisi vbi esset scandalum & mala conse cutio magis vel æqualiter pōderanda ac sua vi ta. quomodo de esu carniū in Carthusiense dixi.

De alijs tribus mendicātibus quorū regulas nō ita distincte legi, quia nō sunt in iure insertę seu incorporatę: ad eoꝝ regulas & regulę obseruato res remitto: & nō ad alios reformationem nō ad mittētes. Postremo religiosi oēs studeāt cerimo nias oēs seruare, nec vnā q̄dē ꝑterire: ne a paruo malo ad magnū pateat ascensus. induātur camisias laneas, nō lineas: caligas breues dūtaxat vl tra genua: vtraq; manu bibēdo poculū teneant. nihil em̄ istoꝝ sine sale (crede mihi) institutū est. nā vt hō raro bibat & cum libramine, p̄cepta est vtriusq; manꝰ ad poculū appositio. citius em̄ & indeliberatius vna manu leuat. caligę aūt genicu lares sunt ordinatę ad domādū luxū. & cū vestes talares habeant: omnia occulta manent.

¶ Distinctionis Trigesimęoctauæ Questio Vigesimaquita & vltima.



Vigesimoquito & vltimo i hac distinctio ne trigesimaoctaua q̄ro an omne scādalum sit peccatū: & propter scan dalū omittēda sint ali qua alioquin facienda. Pro solutione q̄stionis p̄notabis qđ dicit glossa marginalis Hieronymi. Matthęi. xv. Scandalū vel σκάνδαλον gręce nos offensionē vel ruinā & impactionem pedis possumus dicere. nā contingit q̄ ꝓpter obicē in via corporali homo cadat: vt in cardine crebro videre est quando domū ignotus in tenebris ingreditur. qui obex dicit scandalū. hoc transumit metaphorice in via spirituali: vt vnius peccatū qđ est causa quare alter cadit: scandalū dicatur. Rursus partitū est scandalū. quoddā em̄ est scan dalum actiuū: siue datum: qđ idem est. aliud est scandalū passiuū, acceptū, vl pharisęorū. isti em̄ tres termini cōuertūtur. Interdum est scandalum actiuū cū passiuo, vt vbi quis ex dicto aut facto actualiter alīū ducit ad peccatū. Interdū est actiuū sine passiuo quādo factum est scādalum: sed alius ex perfectione nō scandalizatur. nonnunq̄ est scandalum passiuū sine actiuo vt cum scan dalum accipitur ex malitia personę, vt acceperūt Iudei ex facto Christi Matthęi. xv. interdum ex ignorātia vel infirmitate. ¶ Definitio autē scan dali est hęc. Scandalum est dictū vel factum mi nus rectum, hoc est nō rectum, alicui p̄rebens oc casionē ruinæ. Et hic definitur scandalū actiuū. Scādalū vero passiuū est ruina accepta ex dicto vel facto alterius. Ex quo patet q̄ sicut scādalū passiuū nō est sine culpa scandalizati cū sit ruina in ruente: sic nec actiuū est sine culpa scandaliza tis. tamē passiuū est interdū sine culpa scandali zantis: & actiuū sine culpa scandalizati. Secūdo sequitur q̄ nullus actus bonus vel indifferēs est scandalum. Tertio sequitur q̄ nullus actus pure interior est scandalum.

¶ Istis notatis ponūtur conclusiones. Prima est. omne scandalū actiuū est peccatū ipsi scandalizanti. ¶ Secunda conclusio. omne scandalū passiuū est peccatū. ¶ Tertia cōclusio. licet nullū opus p̄cepti sit ꝓpter scandalū omittēdum: opus tamē cōsilij vel actus indifferēs est relinquēdum vl differendū propter scandalum. Prima cōclusio ꝓbatur verbo Christi. Matth. v. Q̄ si oculus tuus dexter scādalizat te: erue eum & proijce abs te. expedit em̄ tibi vt pereat vnum membroꝝ tuoꝝ q̄ totum corpus tuū mittatur in gehennā ignis. nō intelligit Saluator q̄ a nobis remoueatur organū corporis, sed eius actus quādo in malum tendit. Imprudenter enim egit Origenes abscindendo mēbra genitalia: q̄q̄ ma gnus ardor castitatis eū ad hoc impulit. Et Mat thęi. xviij. ait. Qui autē scandalizauerit vnū de pusillis istis qui in me credunt: expedit ei vt sus pendatur mola asinaria in collo eius & demerga tur in profundum maris. Idem patet. x. quęst. iij. Cauēdum. Grauiter autē peccat qui per peccatū scandalizat. Et dantes occasionem scandali sunt rei eorum qui pereūt. j. quęst. v. Hi quoscūq; Vtra q̄ illarum cōclusionū ꝓbatur ratione: quia inclu ditur peccatū loco generis. nā qui actiue scanda lizat facit factū vel dictum indebite: & qui scan dalizatur, accipit ruinā in peccatū: ergo peccat. Tertia cōclusio est copulatiua duas habens par tes. prior pars est clara. si em̄ est p̄ceptū affirmati uū vel negatiuū: transgrediēs peccat. sed homo debet potius fugere peccatū in se q̄ in quocūq; alio: cū sēm ordinē charitatis plus debeat se di ligere q̄ alios. si vero non sit tempus & locus ad implendum p̄ceptum affirmatiuū: tam non est actus p̄cepti sed consilij, vel actus indifferens. Secunda pars patet. xj. quęst. iij. Inter verba. & xcv. distinct. Presbyteros.

¶ Contra primā cōclusionē argumentor. nulla peccata necessario euenīūt: aliqua scandala necessario euenīūt, ergo aliqua scādala nō sunt peccata. cōsequētia est in Festino. & maior est clara, quia omne peccatū est voluntariū & libertum. nihil autē necessario futurū est volunta riū & spontaneū. Minor p̄z. ex illo Matth. xviij. Necesse est vt veniāt scandala. & Matthęi. xvi. dñs dixit Petro, scandalū mihi es. ¶ Ad primū dicit q̄ minor est falsa: & ꝓpositio beati Matthęi est modalis cōposita: quā cōtingit esse veram di

Universidad de Deusto
Biblioteca

uisa existente falsa. sicut Aristoteles diceret, necesse est hominem esse animal: & quilibet homo possibiliter nō est animal. Et videtur illa modalis cōpositā vera: necesse est vt veniāt scandala, vt tacet: cōsiderata procluitate hominū ad illicita: licet nulla scandala de necessitate eueniant. semp em̄ aliqui alios scandalizabūt: licet nulli semper alios scandalizent. Sed dices. per breue tēpus ante diē iudicij oēs cōuertētur: & tūc nō erit necesse fieri scandala. Bene intelligatur, ad illud tempus vsq;. Vel dicatur q; illa categorica ponitur loco vnius cōditionalis. si homines viuāt vt nūc viuūt, necesse est vt scandala veniāt. vt necesse cadat in totā cōditionalē. Ad aliud. Matthęi. xvj. licet beatus Petrus quodam affectu pietatis mouebatur: tamen peccauit. alioquin non fuisset sic a Christo reprehensus: quia imprudenter voluit resistere voluntati diuinę. sed illud scandalum non erat graue peccatum.

¶ Secundo arguitur. vel omne peccatū est scandalū: vel aliquod, & aliquod nō. si secūdū: da b. peccatū qđ nō ponis scandalū: arguit sic. si aliquis assisteret: b. scandalizaret illū quātū est ex parte peccati: ergo est scandalum actiuū: q̄ uis nullū scandalizet. tenet cōsequētia: quia actiuū āpliat. dictiōes. n. terminatę i bilis & tiuus ampliant saltē ad formale significatū: vt flebile, risibile, productiuus. Forte dicis. nō sic capitur: sed pro peccato actualiter scandalizante, & p nullo alio. Oppono. ex illo sequitur q; scandalū & nō scandalū sunt eiusdē speciei specialissimę: quia aduentus alterius non mutat actū in aliam rem. ¶ Respōdetur inter arguēdū sufficiēter ad finē vsq;. scandalū aūt & nō scandalū sunt eiusdem speciei specialissimę entitatiue: sed scandalū actiuū est terminus cōnotatiuus supponēs p peccato, cōnotando q; illud peccatū sit causa ruinę in alio, quantū est de se. hoc est peccatū factū apud aliquē, siue alter ruinā capiat, siue non. nā ad esse scandali nō requirit ruina cognoscētis hoc peccatum: sed requiritur q; alius a peccāte hoc cognoscat: alius inquā viator. Et cōcedo cōsequēter q; per hoc q; quis respicit p fenestrā & videt peccatum alterius, peccatū incipit esse scandalū qđ ante nō erat scandalū. vt cōtingit de furto immanifesto, qđ in furti manifesti speciē transire potest alio vidente. ¶ Sed cōtra hoc argumentor. tunc actus exterior aliquid malitię supaddit actui interiori. cuius oppositū dicō in. xvij. distinctione primi. Probat. faciat Sortes vnū peccatū nullo presente: iam illud nō est scandalū actiuū, qa nullum scandalizat. Si dicas. ipsum est aptū natum scandalizare: habebis quodlibet peccatū scandalum cōtra modū loquēdi. supueniat Plato: peccatum erit grauius quia incipit esse scandalū, & p̄bet occasionē ruinę vidēti. ¶ Respōdeo negando q; actus exterior aliquid malitiæ superaddit actui interiori. nā iste faciēs peccatū per hoc q; alter respicit per fenestrā nō magis peccat q̄ antea licet peccatū nūc sit scādalū: & ante nō erat scandalum. Sed si quis i occulto incipiat facere vnū peccatū vbi nemo est, vel solū vnū supposituū: & supuenit vnus vel plures: iam continuatio est maior q̄ inchoatio. Et exēplificemus i terminis. prędicator vel p̄latus incipit cœnare i die ieiunij: in conclaue ingrediūtur alij: & occasione illa etiā infringūt ieiuniū: iam cōtinuatio est maius peccatū q̄ erat inchoatio: & comestio est maius peccatum cū fit corā multis, q̄ erat a principio. nunc em̄ scandalizat imputabiliter & noua imputabilitate, vbi ei cōstat de alijs supuenturis. Nec sequitur q; actus exterior aliquid malitię superaddit interiori actui: quia volitio interior imperans illā comestionē exteriorē est petor q̄ interior imperās comestionē occultā. Si ponas istū inchoasse comestionē in occulto: sed cōtinuare inaduertenter vt frequenter contingit in motu locali: iam comestio exterior est mala: & nō habet actū interiorē malum. q; actus exterior sit malus, patet: qa scādalizat proximū: & fuit inchoatus ex culpa eius. Respōdetur: nō p̄batū est q; actus exterior est malus noua malitia in illo casu: immo nō est: cum nō sit actus humanus, licet sit hominis huius inchoantis culpabiliter. sed tunc quando continuatur per modum naturę, non imputatur pro toto illo tempore: sed faciens actum in loco vel tempore quo homines solent congredi, plus peccat: quia exponit se periculo maioris scādali actiui q̄ in loco occulto, vel tempore quo nulli solent superuenire.

¶ Tertio principaliter argumētor. Si dicta sint vera & cōclusio: sequitur q; scandalum quāto plures adsunt, tāto est maius peccatū cōsequēs est falsum: ergo & antecedēs. cōsequentia patet: quia pluribus p̄bet occasionē ruinæ. falsitas cōsequētis p̄batur: quia tunc est duplex peccatum, scandalizare duos ad scandalizandū vnū: triplum ad scandalizandos tres. & sic sine statu. & multo plus peccaret male viuēs in vrbe q̄ ruri. nā p vitā homines scandalizantur sicut p actū. vita em̄ ex actibus colligitur. & sic scādalū corā infinitis esset infinitę malitiæ: vt perspicuū est calculanti. ¶ Pręterea nulli virtuti speciali cōtrauenit scandalum: ergo nō habet specialē rationem malitię. ¶ Ad tertiū cōcedo cōsequentiā & cōsequēs: & nego falsitatem cōsequētis. sed non oportet q; peccatum sit duplū qđ duos scandalizat, ad p̄tm vnū scandalizans. vt patet de illo

qui vult occidere duos homines vnica volitione. modo hic est vnus actus scandalizatiuus duorū sicut vnius. & fateor, quanto plures adsunt, tanto peccatū esse maius. sed nō sequitur q; aliquod scādalum erit infinitę malitię: quia nō dantur de lege infiniti homines: & licet darentur/calculatio nō cōcludit. qđ patet si infiniti homines ponantur esse penetratiue mutuo, volendo eos omnes occidere & eos occidendo. ¶ Ad aliud argumentū dico q; cōtrauenit charitati fraternę: cū homo debeat bene ędificare fratrē. sed scandalizans oīa peruertit. Bea. Tho. autē secūda secundę. q. xliij. arti. iij. dicit q; scandalum per se, hoc est intentum/est speciale peccatū: per accidens autē scādalum/hoc est illud qđ est pręter intētionem, nō constituit speciale vitium: qa qđ est per accidens, nō constituit speciē. Sed parū istud facit. Nam si quis frangat ieiuniū imputabiliter corā alijs, licet nō intēdat alios scandalizare: tn̄ scandalizat: & ibi est vera ratio scādali: q̄uis peccatū nō sit adeo grande vt qn̄ intenditur ruina ꝓximi. sicut intēdens solum amputare vnā tibiā forti/& eū occidens, reuera est homicida: ac si intēderet eū occidere: sed min⁹ peccat. Et arguit sic de illo frangēte ieiunium. Illi cōuenit definitio scandali vt notum est: & est maius peccatū ꝓpter rationē scandali: nec incōuenit scandalum idētificari realiter cū alio peccato. vt patet addēdo casui q; actum eliciens scandalizare intendat. & correctioni fraternę contrariatur: ergo habet specialem rationem malitię/siue materialiter/siue formaliter, nō refert. Iam respondeo. quādo dicis, qđ est p accidens nō variat speciem. dictū est nō scādalū esse eiusdē speciei specialissimę entitatiue cū scādalo. Secundo dico. qđ est accidentale vni speciei est essentiale alteri. vt albū & nigrum nō faciunt differentiam essentialem respectu hominis: bene tamē sub colorato. quod autem est per accidens nō variat speciem. hoc est, illud quod est alicui accidentale/nō mutat speciem respectu illius, cuius est accidens. ex quo sensu nō potes habere quin peccatum nō intētum sit scandalum.

¶ Quarto arguitur. sequeret̄ q; aliqua intēperantia esset scandalum. similiter homicidium esset scandalum. cōsequens est falsum: qa tunc vnum peccatū esset duo peccata: & per cōsequens duę pœnę ei responderēt. Potest esse argumentū q; aliquid habet speciē mali qđ nō est peccatum. sed ibi dicetur, quādo aliquid habet speciē mali imputabiliter: est peccatum & scandalum. ¶ Ad quartum concedo q; intēperantia est scandalum. & nego q; vnum peccatū est duo peccata nisi sit sermo de partibus intensionalibus peccati. quia secūdum hoc conceditur vnum peccatū esse duo peccata/tria pcta/& sic sine statu: cū in quolibet actu sint infinitę partes syncategorematice & categorematice nō cōicantes & cōicantes. loquēdo ergo de peccatis totalibus nego q; vnū peccatū est duo peccata: sed equiualet duobus peccatis: vt hic actus demonstrando volitionē qua qs frangit ieiuniū qn̄ obligat̄, est intēperantia: & est scandalū quādo fit corā alijs. Et hic actus interdum est maior intēperantia q̄ scādalum quādo solum vnus pure scādalizatur. interdum maius scandalum q̄ intēperātia, licet sit eadem res numero: sicut idem homo qui est logicus & rhetor est peritior vel maior rhetor q̄ logicus, vel econuerso.

¶ Contra secundā partē tertiæ conclusionis argumentor, probādo q; homo nō debeat differre opus consilij pro scādalo. & hoc sic. nemo tenetur cedere suo merito. sed per opus cōsilij quis potest mereri interdum tantum quantum per præceptum: ergo nemo tenetur differre aliquod tale opus propter scandalum fratris. ¶ Insuper interdum aliquis scandalizatur per hoc q; aliquis homo deuot⁹ petit ab eo bona sua: ergo in illo casu licet exigere debitum. ¶ Ad primū concedo q; nemo tenetur cedere suo merito: quia voluntarie actum meritoriū relinquēdo pro tēpore, meretur ꝓpter amorē fratris, ac si opus fecisset. etiā vbi nō fuisset materia scandali: sed hic nō differt meritū: & peccaret nisi sic faceret. Vnū hoc notabis in actibus consilij vel indifferētibus. debeo adire fratrem, & ei significare qua intētione faciā, & reddere rationē facti mei: quā si nō audit sed procedit in scandalo, est scandalum acceptū & nō datum: & ex malitia procedit. & si hoc constet mihi ab initio q; ex malitia scandalizabitur, vt pharisæi de Christo & apostolis. Matthęi. xv. nō oportet eū adire. Si autē ex infirmitate accipit scandalum: debeo ei reddere rationem: nec debeo actū facere quousq; sup hoc reddidi eū certiorē. & tale scandalum vocatur pusillorū. De hoc scā dalo dicit apostolus. j. ad Corinth. viij. Si fratrem meū scandalizauero, nō māducabo carnes in ęternū. Declarat exēplo. nihil comedi hodie: ambulaui tota die: venio vesperi ad hospitū: cœno, hoc est vesperi comedo: omnes in domo scandalizantur: teneor anteq̄ comedam dicere hoc vel equiualens. fratres mei nō sitis in me scandalizati: nōdū em̄ prandsus sum: vel laboro morbo: nō possum ieiunare, vel aliquid simile. & si illud nō faciā/peccо. si mihi credant: iam ab actu meo tollo scandalum. si ex malitia sua mihi nō credāt, qđ ad a⁹ nō desistā: qa tale scandalū potī sufficientē admonitionē est scandalum pharisęorū, qđ est cōtēnēdū. ¶ Ad cōfirmationem dico q; aut bona tēporalia sunt cōmissa fidei nostrę ad dispēsandum vni cōmunitati vel pauperib⁹: & tūc ꝓpter nullū scanda

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum sunt relinquēda vsurpātibus/sed sunt repetē da salutis debitis circūstantijs.hoc eñ nobis incūbit ex pręcepto:& pręceptū nō est omittēdū ꝓpter scandalum aliorū.quō licet plures scandalizarent in beato Thoma Cātuarensi ob libertatē ecclesię tuendā:nō tñ desistebat.Si autē bona nostra sint: & scandalum oriatur ex malitia volentis retinere pręter rationē alienū:illud est parui pēdendum:qa noceret bono cōmuni,& daretur malis occasio rapiendi aliena:& cōduceret rapientib⁹ detinere initu ste aliena.Quādo autē scandalum ortur ex ignorantia,qđ dicit scādalum pusillorū/ potest differri ad tēpus:quousq; fuerit informatio.qđ est licitū. ¶Iam peccatū scandali vidimus: a quo summe cauēdum est,ne verbo vel facto fratri demus occasionē peccati: quē ex ordine charitatis debem⁹ diligere sicut nos ipsos. Ex dictis autē cū notissimis patet q; nullus faciens actum præcise bonū scandalizat:potest tamē facere quis actum bonū ex genere & nō bene: & scandalizare. Itē sequitur aliquod scandalum posse esse veniale,etiā a scādalizante intentū:vtputa qñ inducere intēdit aliquē ad venialiter peecādū.aliqđ aūt est mortale.Dabile tñ est opus qđ nullam malitiā habet aliā a scandalo:vt patet in exēplo secundi argumēti. Is eñ de quo illic est sermo, in rei veritate nō est intēperatus:nec peccat cœnando,oi scādalo secluso.Vlterius dico q; veritas vitę,doctrinę, & iustitiæ nō est relinquēda qñ est de pręcepto, ratione scandali.actus tamē iustitię in casu est differendus. sic fecit Dauid cū Ioab:quē ob pacē permisit tēpore suo:ne eēt schisma in suo regno. sic actus veritatis doctrinę ꝓ loco & tpe est relinquēdus.nā veritas odiū parit iuxta Terētiū.Veritas aūt vitę nūq; est relinquēda,hoc est actus pręcepti.

¶Distinctionis Trigesimenonę Quęstio Vnica.



Ro trigesima nona distinctione, quærit. An dispar cult⁹ impediat matrimoniū. ¶Pro solutione quæstionis pono hāc cōclusionē.Inter infideles legitimum est matrimoniū,licet non ratum. qđ patet de diuortijs. Gaudem⁹. & primę ad Corinth.vij.vbi dicitur. Si quis frater habet vxorē infidelem: & hæc consentit habitare cū illo:non dimittat illam.In eodem titulo.c. Quanto.dicitur q; cōuersi ad fidē possunt simul cohabitare nisi contraxerint contra legem dei vel naturæ. Sed si vnus conuertatur ad fidem, & altera non velit ei cohabitare,vel cum contumelia creatoris,vel eum inducit ad peccatum:fidelis potest aliam ducere.

¶Contra hoc arguitur. Vel deus tenet matrimoniū infidelium legitimū: & approbat:vel non.si primū nō est dissolubile iuxta verbum Christi Matthæi.xix. Quod deus cōiunxit homo nō separet.Vel cōuersus ad fidem eo q; cōuersus & q̄ primū est cōuersus,est liber ducere aliā mulierem fidelem:vel nō.Si secundum,quomodo dissoluitur in illis casibus? Si primū:contra.si ipsa reclamet anteq̄ ipse coniungatur,ipse cogetur eā ducere. ¶Respondetur.matrimoniū infideliū est legitimū: & quo ad hoc deus approbat ipsum.verbū autem Christi intelligitur de matrimonio rato quod fidem pręsupponit, hoc est sacramentū fidei. ¶Ad aliud.quādo conuersus est alter coniugum, an matrimoniū tunc primū desinat esse:sunt duæ positiones oppositæ: vt glossa tangit in cap.Gaudemus.Vna tenet q; matrimoniū dissoluitur aduenięte quacūq; ista rū conditionū. Sed si conuersus ad fidem velit aliam ducere:infidelis potest reclamare ture postlimini,ar. xxxiiij.q.ij.Cū per bellicam.sicut hæretico reuerso restituuntur et bona.C.de hęreticis. Et licet nō sit matrimoniū inter eos: tamen eam recipere cōpellitur ex consequentia prioris matrimonij,in fauorem fidei:sicut post spōsalia homo cogitur ducere mulierē.Opinio opposita & ꝓbabilior est q; matrimoniū nō corrūpitur cū infideli quousq; fidelis cū altera contrahat,vel ꝓfiteatur religionem vel frugem melioris vitę. Et causa est qa roman⁹ pontifex definit q; ipsa potest ante matrimoniū cum secunda/reuocare suum maritū:& ipse teneatur eam suscipere: vt patet in capi. Gaudemus. ¶Forte dicis. Fidelis nō potest habere infidelem vxorem. Distinguitur. vel si ipsum matrimoniū fuerit cōtractū tēpore infidelitatis:& sic nego.sed si vnus fuisset fidelis & alter infidelis:cōcedo propter illegitimationē ecclesię.vt patet.xxviij.q.j.c. Caue.Nam in primitiua ecclesia passim Iudæi & gentiles conuertebantur:& sic verisimile erat q; fidelis lucraretur infidelem ad fidem. sed vbi processu tēporis Iudęi facti sunt obstinati: nō autem gentiles:licuit manere cū secūdis,nō primis. post ea & hi & illi obstinati: quare nunc est illicitum cū quocūq; infideli cōtrahere.hic aūt est ius positiuū humanū qđ pontifex pōt reuocare & inualidare. Sed ex toto isto non sequit̄ q; si alter coniugū in hęresim labatur,altero manēte fideli:matrimoniū dissoluatur:immo oppositū. qđ tangitur in cap.

Quanto.Et sic fidelis sine sua culpa vxore priua bit̄:qa inter illos est matrimoniū legitimū & ratū: cū vterq; sit baptizat⁹.Sed dicis.Ponam⁹ q; vn⁹ credat se esse baptizatū:& tñ nō est:vel vterq; cōiunx:an inter eos possit esse diuortiū.Similiter an eccl'ia possit cogere illam quę labit̄ in hęresim, vt ad virū redeat.Respōdet̄ q; cū nō habeant charactērē baptismalē/si postea altera auertat se a fide: alter pōt cōtrahere cū alia.De alio dicit̄ q; ecclesia pōt illam quę labit̄ in hęresim cogere:vt reuertat̄ cū est hęretica,& tradere curię sęculari. ¶Sed contra distinctionē illam modo datā arguit̄. Moyses habuit vxorē filiā Ietro infidelis. Exodi.ij.& Ioseph filiā Phutifaris sacerdotis Heliopoleos.Gene.xlj.q̄ erat ifidelis.& vt dī.iij.Regū.iij.Salomō accepit filiā Pharaonis.& Hester nupsit Assuero. Hester.ij.Pręterea probatur q; nunc fidelis possit cōtrahere cū infideli:qa fidelis est persona habilis & infidelis est persona habilis:ergo sunt personæ habiles. ¶Ad primū de illis patribus ante legem responderet aliquis nō fuisse vetitū. Sed qa apparet oppositū,cū Abrahā noluerit q; Isaac accipet mulierē de terra Chanaā:nec Isaac Iacob ibi sinebat ducere vxorē: sed misit eū ad Mesopotamiā Syrię.Esau autē inter suos ducens vxorē peccauit.Nā Deuterono.vij.cū p̄cepit dñs delere septē gentes: legit̄ Nō inibis cū eis fœdus: nec miserēberis earū:neq; sociabis cū eis coniugia. Filiā tuā nō dabis filio eius: nec filiā illi⁹ accipies filio tuo: quia seducet filiū tuū ne sequat̄ me: & vt magis seruiat dijs alienis.Populus eñ ille erat obstinat⁹ in malo:quare voluit eū attenuare dñs.Et patres instinctu spiritus sancti hoc seruabāt ante legem. Iacob nāq; cōsensit de Dina,modo mas circūcidi vellet.Idcirco dico q; specialissime erāt interdictę mulieres Chananeę:nec nisi pro magna valde causa poterant Iudęi cōtrahere cū eis:vt Naason cōtraxit cū Raab de qua genuit Boos. vt dicitur Matthęi.j.quę saluauit nūcios Iosue. Cū alijs aūt mulierib⁹ alienigenis poterāt cōtrahere ob rationabilē causam & minorē q̄ cū primis. sicut Obeth contraxit cū Ruth.Ruth vltimo.& Salomon cū filia Pharaonis ꝓ pace sui regni.iij.Regum.iij.in quo adhuc nō videtur pręuaricator. De alienigenis aūt Ammonitarū & Moabitarū & Aegyptiorū quas abiecit Esdras.Esdrę.ix.qñ popul⁹ reuersus est de captiuitate:dī q; cā fuit irrationabilis:qa vxores eorū/iudęę mulieres erant turpes ex reditu ab itinere:quare eas abiecerūt.Ad secūdū cōcedo antecedens:q; scilicet fidelis est psona habilis, & infidelis est psona habilis/puta ad cōtrahendum cū infideli:& nego cōsequētiā: ergo fidelis & infidelis sunt personę habiles:quia est relatio intrinseca in cōsequēte:& extrinseca in antecedente.

¶Distinctionis Quadragesimę Quęstio Prima.



Agister i quadragesima distinctione tractat de gradibus consanguinitatis: circa quos quęrā tria. Primo quomō cognoscat̄ gradus consanguinitatis. Secundo an cōsanguinitas matrimonium impediat. Tertio an vt in eis cōtrahatur matrimoniū dispensari possit.Pro primi elucidatione notandū est:q; licet cōsanguinitas p vinculum vel p habitudinē/cōmuniter definiatur:nolo tamē sic definire:quia fortassis te latebit,quę res sit vinculum vel habitudo.ꝓterea sic definio. ¶Consanguinitas est hoies ab eodē stipite ꝓpinquo carnali ꝓpagatione descendentes. In hac definitione (homines) licet nō sit verū genus huius termini cōsanguinitas: sed tamē terminus cōmunior:ponit̄ loco generis: & facit definitū ab aliquibus differre puta a brutis. nā duo boues ex eodē patre descēdentes in cōmuni sermone nōvocantur cōsanguinei/licet bene fratres. Alij termini ponūtur loco differētię.Dicitur(ab eodem stipite ꝓpinquo)alioquin nos oēs essemus cōsanguinei: quia descendimus oēs ab Adam & a Seth.oñes eñ descendentes a Cain submersi sunt in diluuio Noe.(Carnali ꝓpagatiōe) ad excludendos angelos qui omnes erāt facti a deo:sed nō per carnalē propagationē.per hoc etiā excludimus Euā, quę facta est ex costa Adę: quę nō carnali ꝓpagatione,sed miraculose ꝓcreata est. Cōsanguinitas autē est terminus cōnotatiuus pro pluribus supponens:cōnotando illa quę ponuntur in ratione nominis:puta q; ex eodem sanguine descenderunt. sed cōsanguine⁹ cōcretū pro vno supponit, & est terminus relatiuus.sicut eñ dicitur vicinus vicini vicinus:sic cōsanguineus cōsanguinei cōsanguineus. vt autē est de prędicamento relationis consanguineam importat:sicut pater & filius. si vero sint de prędicamento qualitatis prout important sexum:ꝓ solis masculis accipiūtur. ¶Cōsanguinitas diuidit̄ in lineas, hoc est iste terminus cōsanguinitas diuidit̄ in iferiora saltē denominatiue:qa linea est de prędicamēto quātitatis,nō quiditatiue inferius:& sic cōnotatio eius est impertinens connotationi huius termini consanguineus. Consanguinitas itaq; diuiditur in lineā rectam: & lineam collateralem.Accipe prę oculis arborē porphyria

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam:homo,animal,corpus animatū,& sic ascendēdo in linea recta. Linea recta est personę quarū vna ab alia descēdit carnaliter. extēdimus autē lineā rectam ad protoplastum vsq; sic potes istum terminū cōsanguinitas extēdere. Et sicut rectum definit ab Euclide cuius mediū nō exit ab extremis:sic quādo psonę descēdunt a seinuicē: metaphorice est linea recta/vt Abrahā/Isaac/Iacob/Iudas: & tota illa coordinatio recitata Matth.j.cap. secūdum q; linea accipi potest pro totali & partiali. Linea collateralis est consanguinei quorū nullus ab alio descēdit,vt Isaac & Ismael: Esau & Iacob:Iacob & Ismael. & qa vt dī.j.de aia. Rectū est index sui obliqui:linea collateralis p lineam rectam dignoscitur. Linea item diuiditur in ascendētē & descēdentē. Ea pars lineę quę supra nos ergitur/vocatur ascēdens:& altera descēdens. Eadē vero linea respectu diuersorū est ascendens & descendens. vt Abrahā,Isaac, Iacob,& Iudas,sunt Iudas Iacob Isaac & Abrahā: quēadmodū Aristoteles.tertio physicorū dicit q; eadem est distātia a Thebis ad Athenas: quæ est ab Athenis ad Thebas. ¶ Gradus autē supponit pro cōsanguineis:hoc est,iste terminus gradus p hominib⁹ supponit,cōnotando q; gressi sunt a seinuicē vel ab eodē tertio ꝓpinquo. Et vt oia hęc sint tibi peruia oportet respicere ad lineam rectā:qua cognita/facile collateralis lineę doctrina patebit. Primus gradus est quādo vnus immediate ab alio descēdit. Secūdus gradus,quādo vnus ab alio descēdit solum mediante vno. Tertius quādo mediantibus duob⁹.& sic cōsequēter.hoc ē dicere,hoc cōplexū primus gradus supponit p duobus hominibus cōnotādo q; vnus immediate gradiatur ab alio vt Abrahā & Isaac sunt primus gradus. vel ista propositio de actu exercito loco vnius de actu signato accipit,Abrahā & Isaac sunt in primo gradu.id est significātur per primū gradū. sicut dicit oē a.est b:& oē c.est a.ergo oē c.est b.ēē i barbara. ¶ Ex istis infero corollaria. Primū.duę personæ requirūtur ad hoc vt dicatur gradus. hoc clarum est:qa nihil graditur a seipso/sed ab alio. Secūdū corollariū est:Iacob nepos Abrahę est cū Abrahā in secūdo gradu. qa mediāte vno ab eo descēdit. Et eodē modo sequitur q; Iudas & Abrahā sunt in tertio gradu. qa mediātib⁹ duob⁹ vna generatio semp facit vnum gradū. nā primus gradus nō inepte supponit p primo qui graditur, & sic p vno:sed cōnotat alium a cuius femore graditur.secūdus gradus pro nepote. tertius supponit p ꝓnepote puta p Iuda. Tertiū corollarium quot sunt personæ tot sunt gradus/vno minus. ꝓbatur.hoc cōplexū primus gradus vel supponit p duob⁹ cōnotādo q; vn⁹ immediate descēdat ab alio: vel supponit p vno cōnotando q; immediate ab alio descendat:& ita semp p duobus accipit in recto vel obliquo.& sic duę primę personæ faciunt vnū gradum:secūda cū tertia vnū gradum quia tertius a secundo gradit: & primus genitus est secūdus in ordine. semp ēn secūda ps̄ona est primus gradus vel pars primi gradus:vel significatur p primū gradū:qđ redit in eandē sententiā. Tres autē personę faciunt duos gradus:quatuor psonę tres gradus. sicut duę colūnę requiruntur ad fenestrā:tamē supadditio vnius colūnæ addit aliā fenestrā: sed vna colūna nō sufficit ad primā fenestrā. Abrahā autē & Aminadab q; erat ab eo octauus, faciunt septimū gradum.

Circa quadragesimātertiā distinctionē in qua magister de mortuorum resurrectione loquitur: septē ex ordine q̄ram. Primo. an idē corruptum possit p naturam redire. Secundo, an in lumine naturali possit ostēdi hominum resurrectio possibilis. & differt hęc q̄stio a precedēte: quia ista de hoie in speciali quęrit: altera in gnali de quocūq; corrupto. Tertia quęstio erit de potētia supernaturali, an scilicet de⁹ possit aliquid ꝑprie corruptū reproducere. Et propter aliqua in illa q̄stione obiter occurrentia: quarto inquiram an totū sit partes copulatim sumptæ: an tertia entitas ab eis distincta. Quinto, an reuera resurrectio mortuorum hominum generalis sit futura. Sexto an mortuorum corpora cū omnibus suis partibus et adminiculis resurgēt. Septio. an fœminę i sexu masculino an fœmineo resurgēt. ¶ Propriæ quæstionis decisione: quia termini sunt clari respōdeo hic esse varias opiniones. Vna est Platonis q; omnia naturaliter redibūt in. xxxvj. milib⁹ annorū: qđ tēpus vocatur magnus annus Platonis. ita q; tūc (vt dicebat) redibit idem Plato & eadem academia: & idē Aristoteles, idē Alexander Macedo, & sic de aliis. Et ratio Platonis erat hæc: quādocūq; redeūt eędē causę, redeunt ijdē effectus sed post. xxxvj. milia annorū redibūt eędē causæ. qđ probatur suppositio q; firmamentū mouetur in centū annis vno gradu cōtra motū diurnū: qđ Ptolemæus in Almagesto post Platonē insequitur. tunc ēm cōsequens est q; in fine. xxxvj. miliū annorū erit cōpleta circuitio. & hoc ostēdit. nā cū in quolibet. xij. signorū sint. xxx. gradus: multipli ca. xij. per. xxx. & ꝓtinus. cccl x. in ducto euadēt. & rursus. cccl x. mꝫtiplica p cētū: & euestigio. xxxvj. milia emergūt. ¶ Hęc ratio Platonis in lumine naturali, parū coloris habet: q̄ q̄ ꝓbaret Plato hoc eē verū de motu octauę sphęre: qđ tm̄ reprobare nititr Thebit: cuius sentētiā ad lōgū Georgius Pyrbachius in theoricis planetarū ꝓsequit. sed i hoc nō est magna vis. Nō ēm sufficit id probare de cælo stellato: sed de oībus aspectibus hoc ipm̄ cōcludere oportebit. Forte aūt cælorū aspectus sunt crea ti in ꝓportiōe irrationali: & si sic, nūq̄ redibūt oēs ad eūdē aspectū: sicut nec duo mobilia vniformiter mota, vnū sup costa quadrati, & aliud sup diametro eiusdē. Ex quo nullo mō est cōsequens q; nō moueāt eodē mō in ordine ad hęc inferiora. Sicut duo mobilia mota sup costa & dtametro non mouēt in ꝓportione rationali in ordine ad se: bn autē in ordine ad terttū. Oportet ergo ipsū ꝓbare simile aspectū futurū in fine. xxxvj. miliū ānorū quorūcūq; planetarū & cęterarū influētiarū: qualis est hodie: qđ nemo potest ꝓbare: etiā admisso q; mūdus sit ꝓpetu⁹ a tergo & a frōte. Et licet hęc oia ei cōcederēt: nemo potest ꝓbare cōsequētiā. redeūt vel redibūt similes aspectus in fine. xxxvj. miliū annorum aspectibus quos nūc habem⁹: ergo hic effectus redibit. nam in alijs causis secundis quarum causalitas est nobis notior/hoc non habet verum, vt postea dicetur. quanto fortius in causis vniuersalibus, cælestibus, & occultis? quia sicut dictum est circa pricipium huius: bos adeo cito generaī, sole existēte ex altera pte ęquatoris i signis meridionalibus, vt ipso existente in Cancro vel Leone. a sole enim potest negari causalitas respectu animalium perfectorum. Experientiam autem vel historias habere non poterat. nam mundus adhuc non durauit septem milib⁹ annorum. Dictum itaq; Platonis est sine ratione excogitat. um: quod Aristoteles & naturaliter loquētes respuebant. Nam Aristoteles secundo de Generatione aliter opinatus est dicens: Quorum substantia perit, non redeūt eadem numero. Et in postprędicamentis. A priuatiōe ad habitum impossibilis est regressus. Multi quoq; theologorum hanc viā sequuntur. Richardus tamen Middiltonus, & doctor Subtilis aliter tenent q; aliqua redeunt naturaliter quando agens simile adducitur: & materia manet eadem numero. & Aristotelem exponūt. Ioānes Basso dicit q; redirēt nisi esset impedimētum: sed deus agētia naturalia impedit ne producant effectus sibi possibiles.

¶ Contra ista pono duas conclusiones. quarū Prior ē. De⁹ nō ipedit causas scdas ꝓpetuo ne ꝓducāt suos effect⁹ ꝓducibiles. Probāt

hęc cōclusio. qa illa via data aperis mihi viā sustinendi q; albedo possit nigredinē producere: & q̄cūq; res possit aliā ꝓducere saltē inferioris speciei vel eiusdem. Ad experientiā autē cōfugere nō potes: quia si tu dicas mihi q; de⁹ impedit causas secundas ne reproducant res corruptas: eadē mensura tibi remetietur. Forte dicis. Angelus suapte natura potest secreta alterius intueri: & deus eum ab hoc impedit: & ita de multis similibus dicim⁹ in sacramento Eucharistiæ. Oppono. rationes & auctoritates illic habemus ad sic dicēdum: hic autem non habes. igitur. ¶ Secunda conclusio contra Middiltonum est hęc. Nihil ꝓprie corruptum potest reproduci per naturā. Probatur hęc cōclusio. nihil debet naturaliter loquens ponere nisi illā ratione probet. sed hic nulla dari potest ratio. igit. sed negabis maiorem. quare aliter assumo. Nunq̄ naturaliter loquēs debet ponere aliquid qđ est cōtra experientiam & illud qđ semp euenit/nisi illud ratione probare poterit efficacissima. sed hoc loco non est sic. igitur. nam ad probandum verosimile sufficit mediocre testimoniū afferre: ad probandū autem inopinabile vel qđ videt falsi simile multis, opus est maiore ratione & testimonio. Præter ea arguitur deducendo oppositū ad incōueniens. & hoc sic. Si ꝓprie corruptū posset naturaliter reproduci, hoc esset quandocūq; idem agēs numero vel specie applicaretur, manēte eadem materia numero: vt fit de igne in vrinali extincto, vt ipsi dicunt: qui iterum incēdet. sed hoc nō. igit. probatur minor: quia illo dato forma intensa non haberet plures partes diuersarum rationum, cōtra illos in. xvij. distinct. primi. Et q; sequat patet, tā in spiritualibus q̄ in corporalib⁹. detur paruus calor ꝑductus in aqua in principio calefactionis. Arguitur sic. semp ꝓducitur idē calor numero toto tempore calefactionis & non alius. probat: quia agēs est idē & passum idem numero: ergo ꝓducit idē effectus numero, scilicet idē calor. & diuido tēpus in quo ille paruus calor est ꝓductus quē assignaui, in duas ptes. ꝓbat ergo q; in secūda parte illi⁹ temporis ꝓducitur idē calor qui ꝓducebat in prio re parte temporis. & priorem medietatem temporis iterato partiar: & sic sine statu. Eodem modo i actu intellectus & voluntatis. Nec valet dicere. si calor nō esset, reproduceretur idem. sed ipo existēte non producitur. hoc inquā non valet per tuam maximam. Et sicut arguis ad conclusionē tuam probandam: existentia vel non existentia nihil facit ad hoc. Insuper sequitur q; eadem notitia producetur ab a. ouo & b. ouo. & per consequens notitia intuitiua singularis a. out repsentat b. ouum, qđ omnis philosophia negat. patet: qa agens est idē in specie: materia eadē: & aia est causa materialis & efficiēs simul. igit. ¶ Contra priorem conclusionem non argumentabor: quia eam ponēs nec est magnæ famæ: nec positio est apparens.

¶ Contra secundā cōclusionem adducam argumenta istorū. Primo arguunt p illud qđ dicit. viij. metaphysicę. Si agēs idē & materia eadē effectus erit idem. sed non assignat philosophus diuersitatē effectus nisi ob diuersitatē efficientis vel materię. sed materia pōt esse eadem: vt si ignis includatur in vrinali, & ibi corrumpat in aerem: deinde ex illo aere generet ignis. ¶ Respōdetur sicut alij respondent quos reprobāt: q; philosoph⁹ nō habet hoc, sed sic. Si agēs alid & materia alia: effectus erit alius. sed nō dicit ex oppositō antecedentis: si agens idem & materia eadē: infertur q; effectus sit idem. Secundo dicitur iuxta illud quinti physicorū. Non tm̄ est mutatio ꝓpter alietatem speciei & subiecti: sed etiam temporis. ¶ Cōtra hoc replicant: & nō sine colore. Si agens agat nūc in a. instanti/causabit aliquid: sit illud b. si non agat nunc/sed cesset vsq; ad instans b. causabit idem. ergo si causet in a: & tempore interm dio inter a. & b. destruatur idem causatum & iterū agat in instanti b. causabit illud idem. consequentia patet ex hoc q; continuitas temporis interm dij nihil facit ad identitatem permanentis: qa habet esse idem in illo tempore & in terminis illi⁹ tēporis. Si neges assumptū, quia in b. instanti non pōt idē causatum habere eandem influētiam quā habuit in instanti a. ideo non poterit tunc idē causare. Contra hoc arguitur primo. similis causa sufficit ad idētitatem effectus. si ēm in instanti a. eēt aliud agēs approximatum passo/produceret idē numero quod illud agens producit: & tamen illa influentia non esset eadem numero cum influētia istius/sed tm̄ similis. nunc autem in alio instanti puta b. est influentia similis quæ fuit in instanti a. Præterea, influentia illa non est aliquod absolutū receptum in causa secunda: quia alioqum causa secunda per illud receptum posset agere sine causa prima cuius influētiam recipit: quia iam habet in se totum illud propter quod indiget actione primæ causæ. quod est inconueniens. vide eos, quia communes sunt. ¶ Pro toto argumento pono ꝓpositiones/quibus intellectis soluitur argumentum. Prima propositio. nunq̄ duo agentia effectum attingentia siue eiusdem speciei siue diuersarum specierum possunt producere copulatiue eundem effectum. puta effectus productus ab a. causa nunq̄ potest produci a b. causa. Illa autem causa effectum attingere dicitur quæ dispositionem in passum ꝓducit. & postea tempore vel natura suapte natura effectum illū ꝓducit. vt ignis in productione ignis: & a. respectu notitię quę habet de a: quę ꝓducit speciē & postea notitiam. & si

Universidad de Deusto
Biblioteca

anima ꝓducat notitiam sui sine qualitate præuia: sufficit hoc qđ dicimus in pluribus. vel in effectū influere est naturaliter ipsum producere. Dixi (copulatiue) quia copulatim effectus produci potest a duabus causis siue eiusdem speciei siue alterius. sed ille effectus non potest produci ab vna illarū causarum sola. ¶ Secunda ꝓpositio. Effectus ꝓductus ab vna causa effectū attingente in a. instāti/non pōt ꝓduci ab eadē causa in alio instāti. Probat hęc ꝓpositio: qa oppositio dato sequit ꝙ corruptum possit naturaliter reproduci: vt arguit doctor subtilis. & per hoc resp̄sio dat eius argumēto. De hoie aūt log non oportet. nā aia hois a deo creat. Nec oportet facere difficultatē de gnatione bouis: ꝙ eēt idē bos genit⁹ añ meridiē & post: qa si sit sermo de generatione extra vterū & vulgari, nihil est: nec est maior difficultas q̄ de mutatione locali bouis. Nō tamen nego quin si bos diu maneat in vtero/erit alius bos q̄ fuisset si non ita diu mansisset p aliā materiam adiūctam ad alietatem materię. quia enim est pars intrinseca/sequit effect⁹ alietas. Sermo igit debet cōuerti ad generationē i rerum natura. & de illa concedo ꝙ non est idem bos, nec fuisset idem bos si eędē causę bouis ꝓductiuæ fuissent applicatę in alio instāti. bos em̄ nō dicitur cōtingenter produci quia idē bos possit in pluribus instantibus produci: sed quia bos generandus potest impediri ne generetur p liberum arbitrium. sicut sunt multa producibilia q̄ nunq̄ ꝓducentur ob impedimentum præcedens.

¶ Cōtra eandē conclusionem secū do arguit. Vnū agēs potest cōseruare effectū alterius agētis: ergo potest ipsum primo ꝓducere. ꝓbatur cōsequētia: quia cōseruare est partialiter agere. nā cōseruatio effectus reducit ad aliqđ gen⁹ cause: & non ad aliā causam nisi efficientem. igit. antecedēs patet: quia aqua calefacta ab a. igni, remoto a. igni, si applicetur aqua ipsi b. igni/cōseruabit.

¶ Respondetur. cōsequētia est nulla loquendo de effectu qui potest naturaliter conseruari sine sua causa, puta qui nō depēdet cōtinuo a sua causa. ratio em̄ naturalis/experientia/& huiusmodi docent nos vnū: & oppositū alteri⁹. Secūdo negabo antecedens: & dicam ꝙ calor ꝓductus ab a. igne/cōtinuo remittit a forma aquæ qñ aqua ponit ꝓpe b. ignem: & b. ignis generat nouū calorē. & sic aq̄ manebit cōtinuo calida, non ab eodē calore sed a variis caloribꝰ. tu tn̄ existimas esse eundē calorem numero: quia hoc dep̄hendere non potes ꝑ experientiam. Suadet hęc solutio. nā paruus ignis nō sufficit conseruare calorem productum a magno igne. sed ille calor continuo remittitur: & non erit maior calor i aqua q̄ puus ignis possit ꝓducere si aqua illic diu subsistat. Tenēs autem oppositum potest dicere ad hanc rationem ꝙ vnus ignis pōt cōseruare calorem ꝓductum ab alio, si sit ęque potens in agendo ac alter, & non aliter.

¶ Tertio arguitur. Diuidatur pinta vini in duas medietates: iam illa pinta corrumpit restituant partes: vel partes q̄ fuerunt: redibit eadem pinta. Similiter amputetur vnū mēbrum vł pars a sorte: detur ei iterato cib⁹ comedēdus: iam illa pars corrupta redibit naturaliter: quia redibūt eędem partes q̄ sunt ipsum totum: vt tā dicetur.

¶ Respondetur. Duplex est corruptio. quędā ꝓprie dicta, qñ altera pars essentialis desinit esse: vt in corruptiōe compositi diuersi ab homine. & de illa loquimur. & sic si pars separata ab homine redeat iterato, nihil ad nos. Alia ē corruptio laxato vocabulo & vulgariter loquendo: de qua cōcedo assumptum. nec est contra conclusionem nostrā. Aliqua enim sunt corpora fluida vel viscosa, quę si corrumpantur hac corruptione, partes possunt naturaliter redintegrari & cōstituere aliquid vnū: vt fit in humidis. Et fertur idem de serpētibus & animalibꝰ annulosis: in quibꝰ si parua pars posterior auferatur, & alia pars iterato ei adiungatur, vere ei iterato vnietur. & constituet aliquid vnum cū priore vt antea. Hic em̄ nulla pars essentialis est corrupta. ¶ Quarto arguit. pono ꝙ deꝰ a principio mundi produxisset istum b. bouem, quem a. bos hodie producit. tunc sic. hæc productio b. bouis est naturalis. & b. bos est corruptus. ergo corruptum potest naturaliter reproduci. Respondetur admisso illo casu possibili concedendo totum assumptum. ¶ Quinto arguitur. per illud qđ Maro scribit quarto Georgicorū de reparatione apū mortuarum, sic inquiēs. Sed si quem proles subito defecerit oīs, Nec genus vnde nouæ stirpis reuocetur/habebit. & quę sequuntur. Respondetur. non docet modum reproducendi nouas apes extinctas: sed de nouarum productione loquitur. Si dicas. hirundo per quasdam herbas reducit potētiam visiuam in pullis suis vt communiter dicitur. Item muscæ & similia animalia reproducuntur. vt sentire videtur Aristo. x. particula proble. problemate vltimo. Respondetur. non docetur sufficienter de veritate illius ꝙ hirundo visum ꝓditum restituit. Secundo visus est potētia visiua quæ solum indisponitur: quam indispositionem tollit hirundo. a priuatione enim solum priuante actum, & non aptitudinem, fit regressus naturaliter ad habitum. tamen vulgo exemplum datur de cæcitate ꝙ vtrunq̄ priuat. De muscis dicatur sicut de apibus. producuntur enim nouæ/& mortuæ non reproducuntur. ¶ Sexto arguitur. Arca corrupta potest naturaliter reparari eadē: ergo conclusio falsa. Respondeꝯ. arca proprie non corrū

pitur: quia non pono formā artificialē a naturali & naturalibus distinctam. quo modo arca nihil aliud vel alia est q̄ res ex quibus cōflatur. ¶ Hactenus dictū est ꝙ ꝓprie corruptū naturaliter non potest reproduci. Opinio Platonis est nulli⁹ momenti. & probatio eius peccat tā in materia q̄ in forma. cęlū em̄ nec ꝓducit animalia, nec hoies. Hęretica quoq; est in fide. Cōtra quā allegat Augustinus illud Psalmographi Psal. xj. Tu domine seruabis nos a generatione hac in æternū. Et iterū cōtra eā dicit in eodē Psal. In circuitu impij ambulāt. ponentes sc; reditū corporū p circulos cęporū. Licet aūt Psalmographus Platonē ꝑcesserit: tn̄ aliquos ante Platonē hoc asseruisse: vel prophetice diuinū vatē hoc ꝑuidisse ante Platonem, est possibile. Et quia in prima q̄stione secū dę distinctionis primi sententiarū nōnulla scripsi quę hanc materiam concernūt: illinc quę vtilia iudicabis repetas.

¶ Distinctiōis Quadragesimęquartiæ Quęstio Secunda.

SEcundo quęritur circa hāc materiā. an in lumine naturali ostendi possit hominū resurrectionē possibilem esse futurā. Per lumen naturale intelligo, vtrum possit ostendi secluſa fide. hoc est vt distinguitur contra lumen supnaturale. ¶ Decisio huius q̄stionis dependet ex aliquibus ꝓpositiombus: quarū Prima est. Anima est hominis forma. Secūda est. Anima manet separata a corpore. Tertia est. Anima iterato naturaliter informabit corpus. Harū triū ꝓpositionū si veritates ostenderimus: quęstio quā ꝓposui erit sufficiēter decisa. Pro prima ꝓpositione sapiētū positiones aliquot recitabo. deinde dicā quod sentio. Rectat Aristoteles primo de Anima textu cōmenti xlv. &. vij. Metaphysicę. ꝙ Plato posuit intellectum vniri corpori nō vt formā materię: sed vt motorem mobili: eo modo quo nauta vnitur naui: & intelligentia orbi: & nō per modū informationis. Pręterea cōmentator cōmēto quinto Tertij de anima dicit ꝙ naturaliter loquentium quatuor sunt opiniōes de anima. Prima opinio fuit Alexandri ponentis ꝙ intellectus multiplicatur ad multiplicationē indiuiduorū speciei humanę & ꝙ est generabilis & corruptibilis more aliarū formarū naturaliū, per nobilissimā mixtionem qualitatū primarū, & dissolutionē eiusdē mixtionis. Secunda opinio fuit Platonis ponentis animas intellectiuas in numero finito respondētes astris cęlestibus: ita vt post mortē reuertantur ad stellas: & quędā puniātur, quędā vero ꝓmientur scđm merita: & post multa sęcula infinities, reuertātur ad corpora. Tertia opinio fuit Pythagoræ asserētis animas humanas in numero finito: nō tamē dimittere corpora simpliciter: sed intrantes alia corpora indifferenter, brutorum & hominū. Quarta est opinio Neotericorum dicētiū animā intellectiuā multiplicari ad multiplicationē indiuiduorū & generari: nō aūt corrūpi. & hāc credūt fuisse opinionē Aristotelis. Cōmētator vero ponit vnā animā in oībus hominibus. Plures item alias opiniones recitat Aristoteles primo de anima. sed de cuiuslibet cōtraria ꝑferentis opinione sollicitum esse, stultum est.

¶ Ponam igitur aliquas conclusiones ad quęstionis titulū respōsiuas. quarū Prima est. Intellectus humanus est forma corpus informans. probatur hęc cōclusio eisdē mediis qui bꝰ Aristoteles primo Physicoꝝ & primo de Generatione probat formā distingui a materia. hac aūt cōclusione negata, negabo Aristoteli, Platoni, & cuicūq; philosopho ethnico ꝙ aliqua forma substātialis distinguatur a materia. cū enim materia prima sit eiusdē speciei in omnibus mixtis: & cū homo sit perfectissimū animalium: ab surdissimū est auditu ꝙ equus habeat formam/materiam suam informantē, & non homo. Præterea hęc est expressa Aristotelis mens. nā secundo de Anima, sic animā definit. Anima est actꝰ primus corporis physici organici in potētia vitā habentis. & in eodē dat aliā definitionē inquiēs. Anima est principiū vegetandi, sentiendi, scđm locū mouēdi, & intelligendi. q̄ definitiones omni animę conueniunt.

¶ Secunda conclusio. prima fronte apparens est opinio Alexandri peripatetici. nā rationes in lumine naturali posteriores vix eā insolubiliter improbāt, quin euadere possit cū aliquo colore: & nostri fideles philosophi varia cōtra eā adducūt: p appetitū naturalē, vel huiusmodi. sed parū habēt efficacię. Appetitus em̄ bruti est cōseruare se i esse. primo Physicoꝝ. Aristoteles aūt in aliqbus locis videt animā dicere imortalē. vt. xvj. de aialibus. vbi dicit intellectū foris aduenire, & nō accipere esse p generationē. & secūdo de aia dicit ꝙ intellectus separat a cæteris sicut perpetuū a corruptibili. Sed istud nihil est. multa em̄ ꝓbabilia dicit Aristoteles q̄ nō sufficiēter ꝓbat. Secūdo dicit aliqua his dictis vt sonāt repugnātia. Principiū aūt apud eū est. Q đ incipit esse, desinit esse. & oppositū habet ꝓ inconuenięte cōtra Platonē primo de Cęlo & mūdo. imo si aia sit incorruptibilis scđm Aristotelē: & mundus fuit ab ęterno scđm eū. vt patet. viij. Physic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo nūc datur infinita multitudo animarū sepa
tatarū.cōsequētia est infallibilis nō fugiendo ad
vias erroneas aliorū.sed Tertio Physicorū, & pri
mo de Cęlo & mūdo ex industria infinitatem re
probat. ¶ Sed tūc petis quid de Aristotele dicē-
dū sit. Varię dari possunt respōsiones. Alij dice
rent eū sibi cōtradicere latenter & sine aduertētia:
in vno loco ponēdo antecedēs:qđ infert cōtradi
ctoriū aliquorū expresse positorum. Gregorius
Ariminensis in materia de futuris cōtingētibus
dicit Aristotelē aliquotiēs sibi contradixisse.& si
nō esset fama viri,in materia quā tractamus hoc
diceret.Secūdo dicit,& melius q̄ erat problema
apud Aristotelē:& nūc vna parte:nūc altera susti
nuit.Tertio dico & plus placet adhuc q̄ secūdū,
q̄ tenuit animā humanā immortalē. nec obstāt
allegata ex primo de Cælo. & tertio Physicorū,
quia illic loquutus est i generali de infinito.& po
tissimū de infinito corporeo & secūm magnitudi
nem:a qua generalitate animā humanā excepit,
sc̄d̄o de Aia.&.xvj.de aīalibus in particulari lo-
quēs.Declaro hoc p̄ simile.in materia rescripto-
rū,general rescripto speciale derogat: & eius in-
dulgētā sine repugnātia euincerat.vt in materia
rescriptorū videri habet.sic in ꝓpolito. Aristote-
les ergo dicere habuit infinitā esse multitudinem
animarū,categorematice capiēdo infinitū,& hoc
a parte anteriore.sed quia cōtinuo addūtur nouę
animę:non est infinitas completa.

¶ Tertia conclusio. Probabilius est
dicere in lumine naturali animā humanā esse im
mortalē.probat hęc cōclusio.Mortalitas anima-
rū brutaliū nō arguit mortalitatē animę rationa-
lis:cū sint altertus rationis:& anima humana sit
qualibet anima brutali superior. modo corrupti
bilitas in inferiore non arguit corruptibilitatem
in superiore:vt patet de inferioribus & cęlestib⁹.
Secūdo arguit ad idē.Cętera animalia prona ter
rā despicūt:homo aūt cōtēplat cęlestia,vt supe-
rius diximus in.xl.distinct.& hoc nō nisi qa ho
mo pricipat naturā cęlestē:hoc est,i se habet vnā
partē ppetuā more cęli.caducū aūt corpus,vt vi
demus,resolui in cineres. Propterea hoc viden
tes Plato/Pythagoras/& multi sapiētes philoso
phi in hoc vnanimiter cōuenerūt:licet variis ra-
tionibus. Sed dices.nō est introducēda auctori-
tas,cū in solo lumine naturali loquamur:sed ra-
tiones.Cōtra hoc argumētor. Philosophi nō po
fuerūt illud sine ratione aliqua:alioquin nō erant
digni vocari philosophi.Sed dicis.multi philo-
sophi posuerūt oppositū : & nō sine ratiōe:sicut
ego arguo ex Aristotele/Platone/& Pythagora.
Dico:non tā p̄clari philosophi posuerūt oppoſi
tū:vt allegati . hoc idē tenuerūt Cleāthes/Chry-
sippus/Zeno/& Empedocles:vt refert Lactan-
tius tertio diuinarū institutionū.cap.xviij. Dico
secūdo argumētū nō esse multū efficax.Propter
ea aliter argumētor.In lumine naturali demōstra
tiue ꝑbari potest q̄ est vnū ens supremū, affir-
mative capiēdo superlatiuū. qđ patet ex secūda
dist.primi.& illud ens apud philosophos est hoc
qđ deū vocamus.qđ ens est intelligens & volēs,
& adorādū,& p̄mia dat bonis/& malis supplicia.
pleriq̄ em̄ boni in hac vita mortali a tyrānis op
primūtur:& omnia eis sunt aduersa : ergo datur
aliud tēpus pœnę & p̄mij:& nō nisi post separa-
tionē animę a corpore. igitur. Totus iste discur-
sus est ferme demōstrattuus.ad demonstrationē
em̄ moralem nō requirit q̄ homo nullo modo
possit euadere ei cōtraueniēdo. Cōfirmatur hæc
ratio.insculptū est cordibus hominū cōmunissi-
me q̄ pœna & p̄miū sunt expectanda in alia vi
ta ꝓbonis opibus,& malis.ita em̄ gētiles i quali
bet secta ab orbe cōdito rati sunt/vt notū euadit
legenti chronographos.ergo nō est q̄rēda alia ra
tio.principiorū em̄ nō est quęrenda ratio. primo
Posteriorū. potest exēplū dari de vno principio
quęrēdo,quare hoies assentiūtur huic,boni sunt
laudādi:& standū est tandē in hoc quia sapiētes
illi protinus assentiuntur. & hoc est qđ innuebat
Apostolus.i.ad Corinthios xv.dicēs. Si in hac
vita tm̄,in Christo sperātes sumus: miserabilio-
res sumus oībus hominibus. indicās oppositū
inopinabile apud omnē sapiētē in lumine natu-
rali.Nūquid Aristoteles in Politicis dicit sacer-
dotes & cultui diuino deditos, esse vnā magnā
partē ciuitatis/& sic antiqui.quoꝝ politias reci-
tat. Hoc notū est apud Aegyptios sacerdotes.
lege Diodorū Siculū.Herodotū, & alios . Et cū
oēs in hoc cōueniāt:signū est cordibus hominū
id esse insculptū.Hęc vltima ratio cū sua confir
matione mihi demōstrāt hāc conclusionē tertiā.
Nec respicio ad euasiones nō apparētes:quia ille
nō impediūt demonstrationes morales.Nihil est
dicere q̄ actus bonus est p̄miū sui. quia non est
sufficiēs p̄miū sui.nā q̄ro abs te, vnde sit hoc q̄
oēs homines expectant in alio seculo p̄miū vel
pœnā ꝓ bonis operibus vel malis,siue ab vno
deo,siue a pluribus,siue a Ioue, siue a Marte,si-
ue ab alio putato deo.& respōdere non potes ra-
tionabiliter cōsequēter.Per oēs homines intelli-
go vniuersitatem mortalium.

¶ Quarta conclusio. Sapientes te-
nentes animā humanā esse mortalē in solo lumi
ne naturali ambulātes etiā ante legē gratię, non
sunt excusati a peccato. Dico ātē legē gratię:q̄a
pro tēpore legis gratię cuilibet ratione vtēti hæc
propositio, Anima humana est immortalis,est

ad necessitatem salutis credēda.nam fides catho
lica post promulgationē euangelij est ex necessi-
tate credenda:in qua magnus est articulus de im
mortalitate animę:vt videre licet ad Hebręos.xj.
vt statim explicabimus. Probatur hęc cōclusio.
Sapiētes nō erāt excusati a peccato in lumine na
turali,nō assentiētes multis ꝓpositionibus quas
in illo lumine acquirere poterāt & tenebātur. pro
batur.quia nō assentiētes huic,deus est, nō erant
excusati.Nā ad Romanos primo dicit Apostо-
lus. Reuelatur em̄ ira dei de cęlo sup omnē im-
pietatē & iniustitiā hominū, eoꝝ qui veritatē dei
in iniustitia detinēt:quia qđ notū est dei manife-
stū est in illis. Vbi glossa interlinearis sup verbo
(ipietatē) ponit idololatras.& sup verbo (mani-
festum est in illis)ait,ductu rationis.vbi elegāter
dicit glossa eadē.Multa em̄ sunt quæ de deo per
naturā sciri nō possunt:vt de mysterio redēptio-
nis & incarnationis.talia deo erāt nota.multa alia
philosophis in lumine naturali.Et sequit i litera.
Deus.n.manifestauit illis.vbi glo. Per op⁹ suū.
& sequit.Inuisibilia em̄ ipsius a creatura mundi
per ea quę facta sunt,intellecta cōspiciūtur:sem-
piterna quoq̄ eius virtus & diuinitas. ita vt sint
inexcusabiles:quia cū cognouissent deū,nō sicut
deū glorificauerūt aut grattas egerūt:sed euanue
rūt in cogitationibus suis:& obscuratum est insi
piens cor eoꝝ. Vbi glos.interli. in ver.(cū cogno
uissent deū) dicit. Per naturalē rōnē & creaturę re
uelationē a deo: vt vnū confiterētur principium
oīm. Id elegātissime & clarissime deducit Apls
ꝓ totū illud capitulū:hoc volēs ostēdere:q̄ deus
pulchra naturalia dedit gentilibus:& ostēdit eis p
creaturas & p reuelationem internā q̄ vnus erat
deus:hoc est vnus primus motor: vel prima cau
sa,more philosophorū loquendo. sed vbi multi
philosophi hoc intellexerūt & nō cōformiter ege
runt bene viuēdo & ipm colendo:vt dicit glossa
interlinearis, sibi ipsis hāc cognitionē attribue-
runt:& inflati sunt.quare deus subtraxit auxiliū
suū speciale ab eis:vnde postea in multa vitia in
ciderūt:vt in idololatriā cū vulgo:& i passiones
ignominię: & traditi sunt in reprobum sensum.
¶ Ex his patet q̄ gētiles tenebant assentiri huic
vnus est deus,eodē modo huic. anima humana
est immortalis. siue assensus dicat fides,siue eui
dētia:nō refert.& quia ad illius assensum require
batur nō mala dispositio in volūtate:pōt aliquo
modo dici fides. ¶ Secūdo arguit ad cōclusionē
Necesse est ante omnē fidē ꝑprie dictā assentiri
q̄ deus est:& est remunerator bonoꝝ.Nam hoc
habet Apls ad Hebręos.xj.dicēs. Credere enim
oportet accedētē ad deū quia est:& inqrētibus se
remunerator sit.Vbi glos.interlinearis. Sine fide
em̄ nō potes placere deo quia nec accedere. vbi
recte dicit Nicolaus. Ista em̄ duo credere,scilicet
dei vnitatē,& eius remunerationē æternā/ fuit ne
cessariū ad salutē semp apud gentiles: nec plus
requirebat ad salutē gētilū qui nullā legē recepe
rāt a deo nisi legē naturæ. Circa ꝓpositionē aūt
negatiuā quā ponit,nunc non infiito. recte dicit
quo ad illa duo affirmatiua q̄ tenebant assentiri
illis.Modo ad hāc,deus est remunerator,sequit
hęc,aīa p̄miabit post hāc vitā.& si maneat sepa-
rata p aliquod tēpus:ipsa est naturaliter incorru-
ptibilis & perpetua.Preterea arguit ad idē. Dis-
sentiens huic,anima est immortalis:viā securā re
liquit & periculosam i via moꝝ accepit:ergo ma
le egit.cōsequētia tenet ex secūda qīstione ꝓlogi.
Antecedēs ꝑbat:quia si duo philosophi disputa-
rent de hac propositione,vt Cato Vticensis &
Alexander Peripateticus:Cato assentiens huic:
aīa est imortalis, viā securiorē accepit,& Alexan
der viā periculosam & obliquā. vtriq; igit facto
hoc argumentū.Vel aīa manebit post hanc vitā:
vel ipsa nō manebit post hāc vitam.certa em̄ est
hęc disiūctiua ex cōtradictorijs vel subcōtrarijs
cōflata:nō refert.& tūc sic.si aīa nō erit post mor
tē,nullā pœnā patiet aīa Catonis vł Theōbroti.
si erit,adhuc nullā pœnā patiet ꝓ illo assensu ve
ro:& aīa Alexandri patiet. Amplius arguit tibi
Alexander sic.Est vnū ens supmū : & est remu-
nerator bonarū actionū sufficientissimus:& pleri
q̄ sunt in hoc mūdo nō sufficiēter p̄miati ꝓ actī
bus suis bonis:ergo aīę eoꝝ premiabunt in alio
seculo.Hęc cōsequntia est bona:& teneris assentiri
antecedēti:& cōsequentia est tibi nota:ergo tene-
ris assentiri cōsequenti. Preterea quando agit de
salute aīę:& varia sunt media salutē ꝓcurādi tā p
iudiciū q̄ p opus:sanior pars est amplectenda tā
q̄ demōstratio.alioquin homo est suę salutis cō-
tēptor.Vñ Auicēna.ix.Metaphy.ca.vij.Est pro
missio q̄ apprehendit intellectu & argumētatione
demōstratiua:& ꝓpheta hoc ꝑbat.& hęc est feli-
citas & miseria aiarū post̄q exutę sunt a corpori
bus suis. ¶ Ecce duas ꝓpositiones ꝑbatas q̄ suf
ficiunt,siue erit resurrectio siue nō.& vanū est la-
borare de tertia cū tā habeat ex istis duabus,q̄
animę bonoꝝ remunerabunt in alio seculo apd
Elysios campos:prout placet aliquibus philoso
phis & poetis loqui:& malorū aię ꝑpetuo crucia-
būtur. ¶ Sed tm̄ ad tertiā ꝓpositionē argumētor
sic. Anima separata pōt se mouere: & ponere se
præsentē corpori qđ ante informabat:ergo pōt
ipm viuificare. nā cū cuilibet patti corporis co-
assistit sicut antea:ipm informat . nihil em̄ aliud
ad informationē requirit. Aliqui negāt cōsequē-
tiā ꝓpter duo. Primū est:quia iam causa efficiēs
coincideret cū causa formali:qđ habent absonū.
Secūdū absurdū afferūt q̄ impfectius ꝓduceret

Universidad de Deusto
Biblioteca

perfectius se:quia illa anima producit totum cō positū: qđ est perfectius parte essentiali. Neutrū istoꝝ est discōueniens. nō primū. nā anima respectu alicuius effectus est causa efficiens: & totius cōpositi causa formalis. Secūdū autē est nullius momenti. primo quia minus perfectū partialiter potest producere magis perfectum. secūdo totū cōpositū nō est tertia entitas distincta a partibus simul sumptis: vt postea in hac distinctione dicemus. & sic forma solū informat materiā. quare assumptū in argumēto nō sufficit ad informare, vt patet de angelo assumente corpus, sed requiritur ꝙ reddatur hoc vnū. Verū opinor in lumine naturali hanc tertiā ꝓpositionē nō esse ponendā: nō ꝓpter rationes quas isti alij attulerūt: sed qa anima separata nō potest disponere vnū corpus ad hoc vt ipm informet: nec ipm informare: & hoc a posteriore cognoscitur: quia homines non resurgūt. propterea hoc est negādū ex natura rei. sicut a posteriore cognoscimus corpora de predicamento substātię nō posse se compati: de p̄dicamento vero quātitatis posse se compati. Et cōfirmatur istud a signo. Nā cū beatus Paulus, vt refert beatus Lucas Actuū. xvij. de ignoto deo p̄dicaret Athenis, auditus est. sed cū de resurrectione corpoꝝ loq̄retur vocatus est seminiuerbius, & ab eo discesserunt. ¶ Teneo ergo ꝙ tertia ꝓpositio nō pōt ꝓbari in lumine naturali: & per consequēs resurrectio nō potest ꝓbari naturaliter, duæ aūt primę ꝓpositiones ꝓbari possunt in lumine naturali. & cōtradictoria tertię est ponēda cū duabus primis. qđ iterū cōfirmo: qa facilius est oīa saluare apparēter i lumine naturali ponēdo duas primas ꝓpositiones cū cōtradictoria tertię, & ꝙ aię puniātur & p̄miētur. ¶ Ex oibus sequit hæc quinta cōclusio in lumine naturali. Animę decedentes cum culpis mortalibus hoc est magnis, sunt puniendę, & cum virtutibus sunt p̄miandę sine corporibus assumptis.

¶ Cōtra hanc conclusionē arguit.

Bene sequitur. Animę sunt puniēdę: ergo in aliquo loco. ergo in hoc vel illo. & sic de animabus premiādis. ¶ Insup animę damnatę sunt puniēdę: vel ergo perpetuo vel tēporarie. neutrū est dicēdū. igit. ¶ Ad primū respondet ꝙ naturaliter loquēdo pōt homo ꝓbabiliter negare cōsequētiā quia cęli sunt finiti: & animę possunt se mouere tā extra cęlū q̄ intra cęlū. hinc Aristoteles secūdo de Cęlo dicit. Sūt animalia extra cęlū optimā vitā ducētia quā toto ꝙuo cōplēt: quę sūt aię. Scđo admisso cōsequēte primi enthymematis, secūdū cōsequēs nego i lumine naturali. Declaro p simile. fide notū est paradisum terrestrē esse in aliquo loco: sed quocūq; ꝓticulari loco demōstrato non est ex fide. nā crebro aliquid incontractū est de fide, vel notū in lumine naturali: & tñ restrictione addita nō est de fide, nec notū i lumine naturali. ¶ Ad secūdū, nego cōsequētiā in sensu diuisiuo: quia cōsequēs nō est sic notū sicut añcedēs: & ꝓpositio de sensu diuisiūcto æquiualet diuisiūctiuę. sed hāc ꝓpositionē in sensu intellecto cōcedo notū est in lumine naturali ꝙ animę sunt puniēdę ꝓpetuo vel tēporaliter. Aliqb⁹ aūt ex nostris vt Origeni imponit dixisse aias damnatas tādē habituras finē. qđ licet sit hęresis cōtra euāgeliū & ipsam veritatē: nō tñ forte est hęresis in lumine naturali. Vlterius dico etiā in lumine naturali satius esse dicere ꝙ ꝓpetuo puniētur mali: si cum multis malis decesserint. sicut dicimus de decedēte cū mortali. & rō est. Nā postq̄ aię sunt purgatę scđm altā viā nō reuertent ad corpora: nec vnq̄ erūt viatores: nec habebūt p̄miū cū bonis qa nō meriti sunt: ergo cōtinuo punient. Sed cōtra hoc arguit. boni p̄miabūtur: vel ergo in visione & dilectione dei, vel aliter. dico ꝙ nō cadit in lumē naturale modus ꝑticularis quo p̄miabūtur: q̄ q̄ constat ꝙ pręmiabuntur.

¶ Colligā summatim quę dixi. Primo notū est in lumine naturali ꝙ anima humana est forma corporis ipsum informās: & illa ꝓpositio nō est principalis quā inquirim⁹: sed hæc anima est ꝓpetua a ꝑte posteriore: & tot sunt animę quot sunt homines. Somniū est ergo cōmentatoris dictū & philosopho indignū, ꝙ sit vna anima in oibus hominibus. immo quot sunt homines tot sunt animę. Et si dicas. scđm philosophum primi Cęli septimo, & .xij. Metaphysices non possunt esse plures intelligētię separatę solo numero differentes: quia quęcūq; conueniūt in eadē specie & differūt numero: habēt materiam. sed anima intellectiua nō habet materiā. Respondetur. animę humanę habent materiā ꝑ tēpore. Illius aūt ꝓpositionis philosophi varia est expositio. Thomistę dicūt materiā esse principiū indiuiduationis. Conterraneus vero ponit hęccitatē esse principiū indiuiduationis, quā materiā vocat. Aegidius Roman⁹ quātitatē. vt in tertia distinctione secundi ꝓlixius deducit Scotus. Ego aūt cū cōmuni schola nominaliū oia illa vana cēseo. & dico ꝙ res ipsa q̄cunq; fuerit est principiū indiuiduationis: nec aliud q̄rere oportet: & si inaniter aliorum more q̄ratur, nihil aliud dabitur. sicut enī hęcceitatē materiam vocant: sic ego rē ipsam. sed de hoc alias. Forte dicis. ignis generat ignem & bos bouē: vt se perpetuēt in specie qui nō possunt in numero se perpetuare. & sic in talibus dātur plura indiuidua. anima vero est ꝓpetua scđm dicta. ergo nō est opus multitudine

indiuiduorū: nec ꝙ aliā animā ꝓducat ad perpetuādū se in specie: cū possit se perpetuare in indiuiduo. Respōdet. in lumine naturali anima humana cōcurrit ad ꝓductionē animę: & aīa extra subiectū nō ꝓducit. quia si nō ꝓduceret quando informat corpus: nō essent perpetui hoies. Licet enī scđm veritatē anima humana creetur a deo: tñ in lumine naturali dicēdū est ꝙ anima generatur: quia creatio nō admittit apud gentiles philosophos. Modo si intelligentia separata ꝓduceret intelligentiā, crearet. accidentale ergo est ꝙ plura sunt indiuidua, vel vnū in perpetuis. officia enī quę intelligētię exercēt circa orbes inæquales, ꝓbabiliter arguūt eas specie differre. Credo ꝙ Aristoteles desudaret in vico straminis ꝓbaturus cōtra ingeniosum p̄sidentē ꝙ oēs intelligentię specie differrēt. Nequeo ergo satis admirari cur aliq fideles grauissimi theologi propter similia verba Aristotelis dixerint deū nō posse ꝓducere duos angelos in eadē specie specialissima. ¶ Pręterea diximus philosophū quēcūq; nō fuisse excusabilem in lumine naturali, qui nō posuerit vnum primū ens, scilicet deū qui p̄miat ꝑ bonis, & punit ꝑ malis. & ex hoc intulimus animā humanā esse immortalē. Assensus aūt oppositus non potest esse sine ignorantia vincibili præuia, vel concomitāte: vt ex Apostolo ad Romanos primo ostendimus. Cęterum inter omnes hos errores, Manichęorū/Platonis/ac Pythagoricorū/nullus est peior errore cōmentatoris. in quo fœdissime cōsequenter admittendū foret ꝙ qualitates contrarię sint in eodē subiecto naturaliter: & cætera id genus indigna auditu a philosopho. Multo etiā minor est ei danda venia q̄ cęteris: ꝙ veniēs post veritatē clarissime ostēsam/ac post oēs alios & fœde & pueriliter a vero aberrauit. Præterea ostendimus duas primas ꝓpositiones in lumine naturali veras: & tertiā falsam. & ex cōsequēti basim ad resurrectionē naturalē diximus infirmā. Amplius de anima dixi q̄ breuissime potui, eā immortalē. & aliquas rationes ad hoc apposui: & plures apponerē nisi ad alia mens festinaret. Nec multū in hac re auctoritati philosophi fidēdum est. tum ꝙ nō sufficit auctoritas in lumine naturali sine suasione. tum ꝙ commentator licet falso, diceret se habere mētē Aristotelis: & idem assereret Alexander Peripateticus. cuius viā Ioānes Buridanus & varij ex nostris putarūt solam probabilem in lumine naturali. & conterraneus putabat Aristotelem dubium in hac parte: & ad nullā partem se flexisse. Ego aliter de Aristotele opinor: vt ex superioribus liquet. Sed quia auctoritas obscura sine ratione adducta: ad partes oppositas more tereti sine fractione potest hinc inde flecti: propterea illorum dictis non insisti. & cum in solo lumine naturali, procedam: institutī immemor fuissem si verbis fidei propositū vallassem. Ex fide tamen ostendi & in lumine naturali simul, ꝙ philosophi non poterant sine culpa dissentire vnitati dei: & quomodo sit remunerator bonorum.

¶ Distinctiōis Quadragesimęterti æ Quęstio Tertia.



Tertio circa hanc distinctionē quadragesimam tertiā q̄ritur. An deus possit reproducere aliquid ꝓprie corruptū. Pro solutione quęstionis recitabo aliquorum opiniones. Secūdo respondebo ad quęstū. De gētilibus vero philosophis loqui nō oportet: sed de fidelibus & philosophis hoc est, de ijs qui philosophātur, & doctrinā non minore sudore inquirūt & assequūtur q̄ gentiles: qui cū hoc illustrati sunt a deo de eius potētia & magnitudine per reuelationē. Varij aūt ex nostris negatiue ad q̄stū respōdent tā in permanētibus q̄ successiuis. vt beat⁹ Tho. in. iiij. distinct. xliij. ar. ij. in solutione ad Tertū. & in. xij. dist. eiusdē quarti. q. j. ar. ij. Durandus in hac dist. Marsilius in secūdo de generatione, & Georgius Bruxellēsis. sed isti solum operam dabant physicis. quare de eis non est facienda magna vis: eorum tamē rationes tangam.

¶ Hoc prælibato pono duas cōclusiones ad quęstionē responsiuas. quarum Prior est. Quālibet rē permanentē qualitercūq; corruptam, deus potest reproducere. probatur. Illam rem corruptā iterato esse, nullā dicit impossibilitatem: nec ex illo potest inferri contradictio: vt patet respondendo ad obiectiones aduersariorū. ergo deus potest illud facere. tenet consequentia per responsionem angeli ad diuā virginem, non est apud deum impossibile omne verbum. Secūdo argumētor ad idē. Non aliter se habet res antequā primo producit q̄ se habeat ad reproductionem, cum est vere corrupta: quia vtrobiq; nō est. sed omne possibile qđ nunq̄ fuit, deus potest ꝓducere: ergo etiā omne illud qđ fuit, & non est. Tertio. deus reproduxit vere corruptum: ergo deus potest reproducere corruptum. cōsequētia est nota. probatur antecedēs: immo videt ꝙ nō debeat reuocari in dubiū quin aliqua bruta vere corrupta deus reproduxerit: vt bouem resuscitatū a beato Syluestro. vt in eius vita legim⁹. Sed hic pōt hō ꝓteruiēdo dicere dupliciter. Vno mō ꝙ rursus ꝓduxit deus vnā animā: & bos quo ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

corpus manſit ſimilis boui priori: & aīa nō cadit ſub obiectū ſenſus vel intellectus. propterea putabatur idē bos. Secūdo modo & apparētius: ꝙ deus vidit ab æterno illa bruta reparāda: & quia nō poteſt reproducere animā ſi fuerit ſemel corrupta, cōſeruauit animā bruti: & p cōſequēs brutū nō corrūpebaī corruptione ꝓprie dicta: cum vtraq; pars manſerit in rerū natura. Quarto arguit ad hominē. Deus pōt annihilare angelū & eū reproducere: ergo eodem modo pōt facere de quolibet pmanēte. nō potes dicere ꝙ pōt aliū angelū reproducere: quia nō poſſunt eſſe plures angeli eiuſdē ſpeciei p te. ergo pōt eūdē angelū numero corruptū vel annihilatū reproducere. in vocabulis eñ pronūc nō pono diſcrimen. Quinto hominē pōt reproducere: ergo aſinū. probo cōſequētiā: quia licet ptes hoīs vel q̄ fuerūt hoīs maneāt: informatio tñ animę in corpore ſemel fuit, & illa ꝓterijt: quā deus pōt reparare. Si dicas. nō redibit eadē relatio actiua vel paſſiua. hoc adhuc nō ſufficit. nā ſemel informauit: & poſtea nō taliter ſe habuit. igit. Sexto hoc oſtēdit auctoritate beati Auguſtini. xxij. de ciuitate dei dicētis ꝙ ſi illa materia de qua homo factus eſt deciditſet in omnino nihilū, & nō māſiſſet in vltis materię latebris: adhuc poſſet deus eūdē numero reparare.

¶ Tenēdo ꝙ motus localis diſtinguitur a motu & a loco, ponatur hęc Secūda cōcluſio. Rem ſucceſſiuā corruptam deus poteſt reproducere. probatur. tam mobile q̄ ſpatiū deus poteſt reproducere: ergo quodcūq; accidens qđ ei inhęrebat poteſt deus reproducere.

¶ Contra primā cōcluſionem aſſumā aliquot argumēta: quia pauca aduerſariorū habēt colorē. Arguit Durandus ſic. non plus poteſt deus agens p volūtatē q̄ ſi ageret de neceſſitate naturę. ſed ſi ageret de neceſſitate naturę nō poſſet rē ꝓprie reproducere. ergo nec nūc. Dico ſi deus ageret de neceſſitate naturę, & haberet eādē potentiā quā habet: multa produceret & ꝓduxiſſet q̄ nō ꝓduxit: vt mūdū ab ęterno & quodlibet poſſibile. et ſi ad imaginationē aliqua res eſſet ꝓprie corrupta: illā de neceſſitate reproduceret. ¶ Secūdo arguit. agens naturale nō poteſt reproducere corruptū: ergo nec deus. cōſequētiam probat: quia ſi deus poteſt, & nō agens naturale: hoc eſt ꝓpter diuerſum modū agendi. Hoc argumētū prolixiſſime deducit: ad qđ dimidiū verbū ſufficit. Deus eñ eſt omnipotens: creatura autē habet certos limites ꝓducendi. Tertiā rationē relinquo, quia nihil valet. ¶ Quarta ratio eius eſt. ſi angelū corruptū deus reproduceret: ſequereī ꝙ ille angelus eſſet bis ꝓductus: non numeratione dei qui vnicus eſt: nec angeli, nec alia dari poteſt. Reſpōdeo. noſti ex logica ꝙ hęc enūciatio, Sortes bis fuit Pariſijs, eſt vera q̄uis nihil acquiratur: tenēdo ꝙ motus localis eſt mobile: ſi poſt q̄ primo intrauit vrbē, diſceſſit & poſtea rediit. ſic ad veritatem iſtius: angelus bis fuit, ſat eſt ꝙ fuerit ſemel, & deſiuerit eſſe, & iterato fuerit. Martilius & Georgius Bruxellenſis in valore habent hoc ſolū argumētū. Deus nō pōt rē exiſtētem reproducere: ergo nec rē ꝓprie corruptā. Ad qđ reſpōdeo ꝙ antecedēs implicat repugnātiā ex terminis: & cōſequens eſt impoſſibile.

¶ Cōtra ſecūdā cōcluſionē arguit ſic a beato Tho. & Godofredo in ſcō Quodli. q. ij. Illud qđ ad ſui vnitatē eſſentialē requirit cōtinuationē durationis, nō poteſt eſſe idē interrupta duratione. ſed ſucceſſiuū eſt huiuſmodi. igit. Reſpondetur: vt Durandus dicit, non requiritur alia continuitas a continuatione partium eius, ꝙ partes ſibi ſuccedant. ſed ſicut illę partes ſibi ſuccedūt: nec plures ſunt ſimul in prima ꝓductione motus: ita eſt in ſecūda productione. nec requiritur continuatio iſtius motus ad alium ad hoc vt dicatur vnus. nec cōtinuitas eiuſdē motus ad ſe ipm requiritur ad hoc vt dicatur vnus: nihil eñ idē cōtinuatur ſibi. Petrus Paludanus hoc refellens dicit ꝙ ꝓpter interruptionē partes nō continuātur ad vnū. & ſic nō eſt idē motus. Hoc nihil valet. nā partes & mutata eſſe in motu, & omnia illa corrupta reproducūtur. ¶ Durandus tenens eādem concluſionē cū beato Tho. & Godo. apponit alias rationes. quarū vna eſt. Vel eſt poſſibile ſimpliciter motū corruptum reparari: vel impoſſibile. ſi poſſibile ſimpliciter: erit poſſibile vitute naturę. qđ ſic ꝓbaī. quādocūq; aliquis effectus eſt ſimpliciter poſſibilis: & cauſa eſt æque potēs nūc, vt prius: ex tali cauſa poteſt idē effectus ꝓduci nūc vt prius. ſi ergo reparatio eiuſdē motus, ſit effectus ſimpliciter poſſibilis: cauſa naturalis quæ primo facit, & eo corrupto remanet æque potēs vt prius: poteſt illū motū eūdē ſcđm numerū reparare. hoc aūt eſt falſum. relinquit ergo ꝙ reparatio eiuſdē motus ſcđm numerū ſit effectus ſimpliciter impoſſibilis. talis aūt effectꝰ ſubterfugit omnē cauſam. ergo p nullā virtutē poteſt ille idē motus reparari. ¶ Ad hoc argumentū reſpondeo eſſe poſſibile reproducere illū motū. & quādo infert, ergo erit poſſibile creaturę nego cōſequētiā. & ad ꝓbationē dico ꝙ ꝓducēs priorē motū eſt æque potens vt prius: & ad hoc ſufficit producere ſimilē motū. Si aūt per æque potens intelligas poſſe eūdem motū naturaliter reproducere: nunq̄ creatura manet æque potēs. Illud argumentū ſi aliquid valeret, probaret ꝙ deus nō poſſet reproducere rem permanētē corruptam: qđ apud me eſt inopinabile. ¶ Secūdo arguitur. Si motus corruptus poſſet reparari: & tempus. tenet conſequentia: quia vtrūq; eſt res ſucceſſiua. ergo ſi deus poſſit vnam rem ſucceſſiuam reproducere: quālibet reproducere poteſt. Reſpondetur. cōſequentia nō eſt neceſſaria: quia poteſt vnam rem ſucceſſiuam reproducere: non aūt quālibet: potiſſimū tempus. quia ad illud ſequitur ꝙ idem in eodē tempore eſſet & nō eſſet. vt ſi tempus in quo erat Adam/ reproduceretur in hac hora: iam in illa Adam non eſſet: & in eodem tempore verum erat dicere, Adam eſt. talis aūt contradictio nō ſequitur ad motū a tēpore diſtinctū. Secūdo poteſt concedi conſequētia cū conſequente: & dici ꝙ non ſequitur hęc contradictio: quia non manet idem tempus ſcđm rem & æquiualentiam: qđ ad veram cōtradictionem requiritur. ¶ Concludēdo dico, apud me inopinabile eſſe ꝙ deus nō poteſt producere rem permanentē qualitercūq; corruptam. Sed & beatus Tho. v. Quodli. tenet oppoſitū illius qđ tenuit in. iiij. & in. iij. par. q. lxxvij. q̄ q̄ tertiā partē poſt Quodlibeta videtur ſcripſiſſe. vt patet per eius incompleūtum. De re aūt ſucceſſiua vt motu locali vel tempore parū diſcuſſi. nā probabilius exiſtimo cum cōmuni nominaliū ſchola ꝙ motus localis eſt mobile qđ mouetur: & tempus eſt res permanēs. Sed ſi teneatur oppoſitū probabiliter: adhuc cōcluſio ſecūda eſt ꝓbabilis, & probabilior oppoſita: licet cōtradictoria ſecūdę concluſionis nō ſit inopinabilis. nam multū itereſt inter ſucceſſiua quo ad eſſe & fieri, & permanētia. Potes facere difficultatē, an totū tēpus ꝑteritū deus poſſit in hac hora reproducere. & probatur ꝙ ſic quia quālibet horā præteritā poteſt deus in hac hora reproducere: quo facto totū tēpus ꝑteritū erit in hac hora. & eodē modo in quacūq; minuta parte huiꝰ horę. Similiter an deus poſſit duas medietates huius horę ponere ſimul. Itē ſi Sorte moto reproducatur motus quo mouebaī heri: & ponatur in Sorte cū iſto motu: iam motus habebit plures partes ſimul: partes inquā non ad diuiſionem ſubiecti, quia de hoc non eſt difficultas: ſed ad diuiſionē temporis. Iſta ſunt pro contradictoria ſecūdę cōcluſionis. quę omnia & ſimilia iunioribus theologis relinquo diſcutienda. Sed quia in quęſtione pręcedente dicebam ſoluendo vnam rationem aduerſariorum: ꝙ ſi anima corpus informaret. nō produceret aliquid de nouo: quia tertia entitas non diſtinguitur a partibus ſimul ſumptis: gratia illius

¶ Diſtictiónis Quadrageſimętertiæ
Quęſtio Quarta.

Quarta quæſtio erit An totum dicat tertiam entitatem a ſuis partibus realiter diſtinctam. ¶ Pro ſolutione quęſtionis ponit hæc concluſio. Totum eſt ſuę partes ſimul ſumptę. & per cōſequens negatiua eſt reſponſio ad quęſtionem. Non immoremur iſtiuſmodi anfractibus: totū eſt entitas a partibus diſtincta: totum eſt entitas diſtincta a partibus. quia prior eſt vera de virtute ſermonis. Probatur concluſio auctoritate Ariſtotelis primo Phyſicoꝝ dicentis. Totū nihil eſt pręter partes. Idem habet cōmentator textu cōmenti. xvij. Et ſecūdo de anima dicit. Sicut pupilla & viſus ſunt vnus oculus: ita actus & potētia ſunt vnū ſimplex corpus & anima. Ad hoc poteſt adduci comparatio Apoſtoli primæ ad Corinth. xij. de corpore vero & myſtico, dicētis multa membra eſſe vnū corpus. Pręterea ratione argumentor. niſi cōcluſio ſit vera, ſequitur ꝙ duę ſemilibrę tātū ponderarent quātū duę ſemilibrę & vna libra ab eis diſtincta. hoc eſt inconueniens, igitur. conſequentia patet ponendo duas ſemilibras ſeparatas in vna lingua ſtaterę, & vnā libram in alio extremo æqualiter diſtante. Dicis hoc non inconuenire quando illa libra componitur ex illis partibus. Contra hoc argumentor. duę ſemilibræ in toto tātū ponderant quantum duę ſemilibrę ſeparatę: & libra aliquid ponderat. & ſicut tertia entitas diſtinguitur a partibus copulatim ſumptis: ita pondus totius a pōderibus partiū. ¶ Secūdo argumentor. totū per aggregationem nō diſtinguiī a partibus ſimul ſumptis. nec totū per accidens: ergo nec totum eſſentiale. conſequentia probatur: quia paris eſt ratio. Aſſumptū oſtenditur demōſtrādo totū aurū ſancti Marci Venetijs aggregatum ex variſs ducatis, ſcutis, & eiuſmodi: ſi tota illa congeries ſit aliqđ vnū diſtinctum a partibus: quęro qđ vnū, quæ ſubſtantia. & ponatur in ærario aurum & argentum: non eſt aurum, nec argentum, nec aliquid tale. De toto p accidēs patet: quia Sortes & eius albedo ſi componant tertiam entitatem a ſeipſis diſtinctā: illa nō erit ſubſtantia neq; accidēs: quia nec ſubſtantia poteſt accidens componere: nec accidens ſubſtantiam. Dicis ad primum. licet totum diſtinguatur a partibus: tamen pondus totius non diſtinguitur a pondere partium. Ad ſecūdum dicis non eſſe ſimile. vt patet inter arguēdum. & licet totum ſit tertia entitas a partibus diuerſa: tamē ex partibus cum toto nō reſultat totum: cū totum non ſit pars. ¶ Tertio argumentor. Quandocūq; ſunt aliqua duo ſic ſe habētia

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt quicquid est pars vnius sit pars alterius & eō uerso: illa idētificantur. sed sic est de toto & binario partiū. igit. Dicis hoc cōcludere totū esse suā partē. probatur. significet a. tātū quātū hoc complexū (pars brunelli) iam quicquid est pars brunelli est pars a. & ecōuerso. nā dato aliquo, qđ est pars brunelli, scilicet materia: illa est pars partis: quia est pars medietatis formę & materię. Eodē modo de forma, cū brunelli non detur maxima pars. Deinde formet argumētū. Q uādocūq; aliqua sic se habent, vt quicquid est pars vnius, sit pars alterius & ecōuerso: illa sunt eadem realiter. brunellus & a. sunt huiusmodi. igit. ¶Quarto. Vel tota entitas brunelli est diuisibilis, vel imptibilis. si primū, est aliqua. quero q̄ sint illa. nō materia & forma copulatim, p positionē: nec copulatiue vt cōstat. quero igit quę alia tertia. Si totū est indiuisibile: tota sphęra terrę nō est in ꝓportione dupla maior sua medietate: cū nō sit magna: nec in ꝓportione quadrupla maior sua quarta, cōtra oēs mathematicos. Respondet. tertiū argumentū assumptū nō concludit partē esse totū. nā subsumendo minor est falsa: vt patet per veritatem eius cōtradictorię. sed hāc cōcedo. quicquid est pars brunelli est pars partis brunelli & ecōuerso. tamē aduersarij negabūt cōsequentiā q; brunellus sit ille partes simul sumptę. Ad aliud scilicet quartū dicitur q; brunellus est diuisibilis. qa ex partib⁹ cōflatur: qđ sufficit. ¶Quinto argumentor. Duę medietates brunelli sunt tres tertiæ vel quatuor quartę eiusdē. ergo totū est suę partes. cōsequētia patet. quia eadē est ratio ponendi totū idētificari cū omnibus partibus: & duas medietates cū tribus tertijs vel quatuor quartis. assumptū probo. alioquin nullæ essent oēs partes totius. qđ incōuenit. Nā hę medietates non sunt omnes: quia pari ratione aliquę distinctę a duab⁹ medietatibus essent oēs, puta tres tertię. eodem modo quatuor quartę distinctę ab his & illis essent oēs. sed duę medietates nō sunt tres tertię: ergo nō sunt oēs. eodē modo tres tertię non sunt quatuor quartę. Nec valet dicere. aliquę includentes oēs sunt oēs. quia q̄ro quę sint illę: cū enī terminus stet determinate: oportet dare vnā singularē verā. ¶Sexto. Si brunellus sit tertia entitas distincta a partibus: eodē modo medietas materię brunelli & medietas formę reddent vnā tertiā entitatē: & sic currendo p oēs partes ꝓportionales brunelli. ac ita erūt infinitę tertię entitates. Ad quintum cōcederet cōtraria opinio q; nullę sunt oēs partes totius. nec sequit. oēs ptes huius sunt partes huius: ergo aliquę sunt oēs partes huius, capiēdo (oēs) distributiue in antecedēte, & copulatim in cōsequēte. sed iuxta cōclusionē quā ponunt, aliquę partes sunt oēs ptes huius, vt duę medietates brunelli sunt omnes partes brunelli. Sed obijcies: cū duę medietates nō sint tres tertię, nec quatuor quartę: quęritur q̄ illarū sint maiores. dico esse æquales. Ad aliud argumentū cōceditur illatū. ¶Septimo arguit. Ex positione sequitur q; idē corruptū potest reproduci naturaliter. qđ est reprobatum in q̄stione prima huius distinct. probat cōsequētia: qa p ablationē vnius guttę a mari corrūpit tertia entitas. & p appositionē eius dē redit eadē entitas. igit. ¶Octauo potest esse argumētū de scuto cuius vna dimidietas est alba & altera nigra: qđ nō est coloratū: non albū & nigrū copulatim, nec copulatiue, nec alio colore coloratū. Ad septimū. hoc argumentū est æque contra aduersarios: cū in corruptione impropriē dicta nullum sit discōuentiēs: & p cōsequēs male soluitur illud in homogeneis. Ad octauū dico posse cōcedi q; est colorata. ¶Nono. non est ponenda pluralitas sine necessitate. ergo si sint duę positiones: quarū vna oia saluat facilius cū paucitate & ratiōabili⁹ vel ita rōnabiliter vt altera q̄ res multiplicat: illa est p̄ferēda. sed maiores sunt difficultates cōtra ptē illā quę ponit totū tertiam entitatem distinctā a partibus, q̄ contra alterā: & auctoritates consonāt rationibus: ergo illa pars est præeligenda.

¶Iam contra cōclusionem quā putamus probabiliorem obijciemus paucis ratiūculis. Primo sic. Hę partes componūt hoc totū: hæ partes sunt hoc totum: ergo hoc totū cōponit hoc totū: vtrobiq; idem demōstrando. maior probatur: quia hoc totū cōponitur ex aliquibus causis intrinsecis & adæquate integrantibus: materia autē nō integrat adæquate totū: nec forma: ergo illę simul copulatę. igitur. ¶Secūdo sequitur q; subiectum propositionis singularis sit terminus cōmunis secūdū acceptionem in qua capitur. hoc est absurdum. & consequentia patet: quia hoc complexū (istę partes) est terminus superior ad terminū Sortes: nam bene sequitur. Sortes est: ergo istę partes sunt: & nō ecōuerso. ¶Ad primū dicitur q; quęlibet pars componit totū: quia cōponere est simul ponere: quęlibet autem pars ptialiter ponit totū. Sed p discursu cōsequētię dico esse paralogismū male cōcludētē. oportet autē sic cōcludere: hoc totū est cōponentia totū. & hoc est verū. cū sit hoc cōponēs totū: & illud cōponens totū. Ad secundū nego sequelā. & cōcedo q; Sortes est inferior illatiue ad terminū (istę partes) sed hoc nō probat terminū accipi cōmuniter. ¶Tertio argumētor. Sequit ex hac positione q; Sortes & Plato erūt post mortē Sortis & Platonis naturaliter. hoc est absonū: igitur. patet sequela. hę partes erūt post mortem

sortis & platonis: hæ partes sunt sortes & plato: igit. Sed dicis sicut dicendum est. licet cōcedat illa conclusio: non sequitur q; sortes & Plato erūt sortes & plato post mortem sortis & platonis naturaliter. Contra, ꝓpō de inesse primæ conclusionis secundam infert. ¶Quarto. sequitur q; sortes & plato sint Cicero & Petrus: & q; currant qñ petrus & Cicero dormiunt. hoc est ridiculum. igitur consequentia patet, si ex aia sortis & materia platonis in alio loco fiat cicero: & sic proportionabiliter Petrus. Ad tertium. nego q; ꝓpō de iesse primæ infert secundam. nam hæc est ꝓpō de inesse primæ. hæc sunt post mortem sortis & platonis. quæ est vera ꝓpter ampliationē dictionis (post) Ad quartum. admitto positū q; ex duobus hoibus fiant quatuor: & qlibet illorum distinguitur ab alio: & cicero & petrus currunt: sed petrus non currit/nec mouet, saltē nō oportet. licet enī pars eius moueatur: non tñ vt est ei vnita. ¶Quinto argumentor. Ex hac positione sequitur q; humanitas Christi non fuit separata a verbo in triduo hoc est falsum. probo cōsequentiam: qa hæ partes non fuerunt separatæ a verbo, demonstrado materiam & aiam rōnalem. hæ ptes sunt humanitas. igitur. Ad q̄ntum dico q; oportet concludere hanc, humanitas non erat ptes sepatæ a verbo: q̄ est vera: sed separata erat humanitas a verbo i triduo. ¶Sexto arguitur. vij. Metaphysicę ad finem. a. & b. manēt qñ a. b. non manet. ergo distinguit. sil'r iuxta philosophū bis tria non sūt sex. ¶Septimo. Ex hac positione sequitur q; hæ quatuor partes tident, & nulla illarum potest ridere. qđ videtur implicare. patet demonstrando ptes essentiales Xenophanis & Zoroastis. Ad sextū dico q; argumentum non iuuat aduersarios cum illic sit sermo de toto p aggregationem. sed oportet dare solutionem vtriq; pti cōem. Illud q dem argumētū ꝓbaret totum distingui a sedente. sed de hoc alias dictū est. Bis tria sūt sex si cōiunctio inclusa capiatur copulatim. si vero dicat interruptionem, non oportet bis tria esse sex: cū semel tria in indiuisibilib⁹ non sint sex. ¶Octauo arguit. ex illa positione sequitur q; cōtrarie opposita verificabuntur de eodem. consequens est inconueniens naturaliter loquendo. & q; sequat patet sic. hæc est concedenda/alba sunt nigra. qđ ꝓbo sic. pono scutum cuius vna dimidietas ē alba secundū se & qđlibet sui: & alia dimidietas nigra scđm se & qđlibet sui. & capio istam diuisionem & imaginationem. sit prima medietas alba. p scđa pte capio illam partem albam cū medietate partis nigræ. p tertia parte capio illam medietatem albā cū nigra: & cum residuo medietatis nigræ: & sic ꝓcedo capiendo ptes nigras secundū partes proportionales, semper capiēdo ptē albā & ptes p̄cedentes. Tunc sic. istæ partes sunt albæ & istæ partes sunt hoc scutum: ergo hoc scutum est ptes albæ. maior patet: qa pria pars est alba: & cuiuslibet alterius ptis maior ps est alba. secunda pars sc; aggregatum ex prima dimidietate alba & dimidietate partis nigræ est pars alba: quia maior pars illius secundę ptis signatæ est alba secundū se & qđlibet sui: & ita de qualibet alia pte. ergo maior vera. & minor ex positione. Q; hoc scutū sit ptes nigræ patet eodē mō diuidēdo scutum. sit prima pars puta dimidietas nigra a. scđa pars, aggregatum ex parte illa nigra & dimidietate partis albæ sequentis. s. b. tertia ps erit composita ex a. & b. & dimidietate sequentis adhuc partis nigræ. & sic consequenter, semp includendo priores ptes. Tunc sic. hæ ptes sunt nigræ secundum hanc diuisionē: quia earū qlibet pars est nigra: cum maior pars illius sit nigra: & hoc sufficit ad nigredinē put supponitur. & hæ ptes sunt hoc scutum: ergo hoc scutum est ptes nigræ. Et eodē modo hoc scutum est partes albæ: ergo partes albæ sunt ptes nigræ. igitur alba sunt nigra: qđ restabat ꝓbandum. ¶Respondet. concedendo q; albæ & nigræ verificantur in plurali numero de eodē copulatiue. copulatim enī nō ē dubiū qa hoc scutum est duæ dimidietates: quarū vna est alba & alia nigra. quo non obstante, hoc scutum non est albū & nigrum copulatiue. in plurali aūt numero non sunt termini cōtrarij. Ex quo patet hanc consequentiā esse nullam. alba sūt nigra: ergo album est nigrum.

¶Et ne argumenta quę in artibus tractare soleo multiplicē: aliquas adhuc ꝓpōnes ponam. quas si intellexeris multa argumēta solues. Intelliges aūt si naturas copulatorū & syllogismos expositorios intellexeris. Prima ꝓpō est in casu facili, sequēs ex dictis: Sortes & Plato fuerunt: & tñ sortes non fuit, nec plato fuit. Patet posito q; partes sortis & platonis pri⁹ fuerint: & nunc primū vnitæ. quo supposito arguit sic. istę ptes prius fuerunt. istæ ptes sunt vel fuerunt sortes & plato. igit. & per consequēs sortes & plato fuerūt: & tñ nō fuerunt hoies. Scđa ꝓpō. Sortes incipit esse: plato incipit esse: & tñ sortes & plato non incipiūt esse. Tertia ꝓpō. Aliqua nō sūt eiusdē speciei specialissimæ: & tñ erūt eiusdē speciei specialissimæ. patet retento casu nostro qñ ptes sunt separatæ. hæ duæ ptes non sunt eiusdē speciei cum his duabus partibus: per (hæ) demōstrādo duas materias: & per (his) duas animas separatas. & quādo animę informabūt materias/erūt eiusdem speciei specialissimæ. ꝓbatur sic. Sortes & plato sunt eiusdem speciei specialissimæ: Sortes & plato sunt istæ quatuor partes. igitur. Et ve

Universidad de Deusto
Biblioteca

rificatione maioris stante q̄ sortes & plato sunt eiusdē speciei,patet hanc esse falsā. sortes & plato differunt specie.Quarta ꝓpō, nō est possibile q̄ aliqđ ens sit vn⁹ specie specialissimæ,& post ea migret in aliam|speciē essentialē.Quinta ꝓpō Possibile est duos fratres esse quatuor hoies tales:& p cōsequens duo hoies tunc erunt quatuor hoies.patet/captis sorte & platone si aīa sortis informaret materiam platonis & aīa platonis materiā sortis:& dicantur a. & b.aiabus illis semper informantibus materiam sortis & platonis: qđ deo puto possibile:qa q̄libet res mundi pōt esse in diuersis locis.Hoc supposito arguitur sic istæ duæ partes sunt duo hoies.per (istæ) demōstrando materiam & formam.& istæ duæ partes sunt quatuor homines totales/cū sint materię & formę eoꝝ. igit̄.Et si sortes moriat̄ & plato moriatur:duo fratres manebunt q̄n manebunt fratres:qa a.& b.manebūt q̄n non manebūt fratres,suppositō q̄ nō sint fratres.Sexta ꝓpō.baf est terminus significatiu⁹. ꝓbatur sic.hic ternari⁹ fab est terminus significatiu⁹. Erat em̄ mihi cum socius dum artes in summulis audirē.hic ternarius fab est baf: ergo baf vel vaf est terminus significatiuus cōis. Septima ꝓpō.cis homo ē hō est ꝓpō falsa.patet.si scribatur i circulo legendo ordine recto & retrogrado,hic quaternarius,hō ē homo ois:est ꝓpō falsa:hic quaternarius,homo est homo omnis,est hic quaternarius,omnis homo est homo.ergo hic quaternarius, omnis homo est homo,est ꝓpositio falsa.consequentia est syllogismus expositorius,& præmissæ sunt veræ ex positione. ¶Ex hac autem positione hæ propositiones sequuntur.duo sunt tria in continuis.duæ medietates continui sunt tres tertiæ,& centum centesimæ/& mille millesimæ.& numer⁹ par est numerus impar. Sufficit em̄ ad numerū imparem secundum aliquā animi discretionem habere imparitatem.nec seq̄tur.hic numerus est impar:ergo non est numerus par.Eodem modo partes communicantes sunt partes nō cōmunicantes.pars supior & inferior est pars dextera & sinistra.partes essentiales sunt ptes integrales pluraliter.sortes & plato sunt hic nō homo & hic nō homo,quadruplicādo demōstrationem: quia demonstrando quatuor ptes essentiales eoꝝ, q̄libꝫ illarū partiū est non homo. Nō tn̄ seq̄tur q̄ sortes & plato sunt non hoies.immo sortes & plato sunt homines.Multas similes propositiones inferre potes ex positione:sed nō amplius insisto. ¶Finem iponēdo placet hæc opinio.Nā prio, argumenta aduersariorum peccāt in solā logicā: quā intelligenti nullus apparebit in eis color. Secundo.non est ponenda pluralitas sine necessitate. Tertio.positio oppositā negat aliqua apparētia.vtpote,duo sunt pondera æqualia:& additur vnum pondus vni,realiter ab eo distinctum: & tn̄ aggregatum additi & illius cui additur nō p⁹ ad terram trahit q̄ pondus aliud. Sīr negare habet hanc.omnes partes huius continui sunt,capiendo (omnes) collectiue : quia si duæ dimidietates essent omnes partes huius continui:eodē modo tres tertiæ essent omnes partes huius continui:quæ realiter distinguuntur ab illis duabus dimidietatibus.qa sicut negatur q̄ duæ dimidietates sunt totum:ita negādū est q̄ duæ dimidietates sunt tres tertiæ. Similiter hæc consequentia videtur bona.quicqđ est pars totius est pars duarum dimidietatum eius:ergo duæ dimidietates sunt hoc continuum. Similiter negare habet hanc consequentiam. impossibile est illas duas partes essentiales sic se habere vt vna aliam ifor-met q̄n ponatur tertia entitas,& econuerso:ergo hoc est hoc.

¶Distictiōis Quadragesimætertię

Quæstio Quinta.



Vær̄ quito in hac distinctione.An resurrectio mortuorum generalis sit futura:& quis sit modus resurgendi. Pro solutione quæstionis pono conclusiones. ¶Prima est.quemadmodū Christus primitiæ dormientium resurrexit:ita q̄libet alius resurget. Huius primæ conclusionis prior pars probatur ex Apostolo primæ ad Corinth.xv.vbi dicit.Nunc autem resurrexit Christus primitiæ dormientium. Secunda pars patet per symbolum Apostolorum i quo dicitur Carnis resurrectionem:Nicenū:& Athanasij.& in capite allegato dicit Apostolus. Si autem resurrectio mortuorum nō est, neq; Christus resurrexit probat consequentiam arguēdo ex oppositō cōsequentis ad oppositū antecedentis. Item si i hac vita essem⁹ tm̄ sperantes: miserabiliores essem⁹ omnibus hoibus. ¶Secunda cōclusio. Licet nō q̄libet homo in tota quātitate quā habebit resurget: quilibet tamen in ætate perfecta resurget. Prior pars huius ꝓbatur.nam dato oppositō, q̄libet resurget in tota quātitate quā post⁹ habebit:sed magnus diu viuens habebit multas partes resolutas:& alias loco earum succedentes:ergo erit immensæ magnitudinis si resurgat cum tota quantitate quam habebit. Secunda ps ostēdit̄ p Apostolū ad Ephesios quarto dicentem. Donec occurramus oēs i vnitatē fidei & agnitionis filii dei in virum perfectum,in mēsurā ętatis plenitudinis Christi:vt iam nō simus paruuli fluctuantes.glossa illud exponens dicit.Vnusq̄sq; resurget in ætate qua Christus resurrexit.tunc em̄ putat̄ status hoīs:vt dicit beatus Augustin⁹ xxii.de ciuitate dei.cap.xvi. Et licet aliqui morīantur patuuli, resurgent nihilo sectus in illa ætate. hoc est i mensura respōdente illi ætati: sine vitio naturę. hoc additur ꝓpter nanos & orbatos membris.quēadmodum Adam erat creatus in ætate adulta,hoc est/quantitate debita ætati adultæ. Nec oportet omnes resurgere in æquali quantitate:sed secundum bonū statum suę complexionis:& forte nec secūdum colores & habitudines regionū:vt Aethiopes nigri: multū distātes ab equatore, vltra,citraq;,resurgēt albi. Licet em̄ sit plena harmonia beatoꝝ spirituū cū deo:nō tn̄ id necesse est in figura vel colore,sicut in quantitate vel complexione. ¶Tertia conclusio. Licet mortui primo sint resurrecturi: & postea viui:oēs tn̄ in ictu oculi resurgent. Prima pars patet primæ ad Thessa.iiij.vbi sic dicit Ap̄lus.Mortui q̄ sūt in Christo resurgent primi.deinde nos q̄ viuim⁹ qui relinq̄mur,simul rapiemur cum illis in nubibus,obuiam Christo in aera.sed nō est sermo de ordine seu primitate dignitatis. qm̄ multi viuentes circa iudiciū erunt adeo boni vt multi q̄ ante dormierunt. Secunda pars ostendit̄ ex eadē litera.nam viui celeriter morientur & postea resuscitabuntur.rationabile est aūt q̄ morianť.sane beata virgo mortua est.Item multi decedent cū peccatis venialibus q̄ purgabuntur p mortis tolerātiam,vl̄ p modicū tēpus impcptibile post mortem.hoc siqdem tenet Ambrosius & Augustin⁹ vt patet in glossa capitis allegati.nā statutū ē hominibus semel mori. ad Hebr̄os nono. Tertia pars patet ex eodē loco.Ex q̄bus seq̄tur q̄ licet q̄libet viuus resurget in instanti:similiter & q̄libꝫ mortuus:non tn̄ oēs resurgent in eodem instanti:qa mortui prius resurgent.

¶Contra primā conclusionē argui tur sic.Multi erāt resuscitati in veteri testamēto. nā Helias & Helise⁹ mortuos resuscitabāt. ergo Christ⁹ nō ē primitię dormiētiū. Si dicas,i nouo testamēto id intelligi,isto:Lazar⁹ erat resuscitat⁹ i nouo testamēto añ resurrectionē Christi.Ioā.xi. Forte dices:Lazar⁹ erat resuscitat⁹ ad vitā mortalē:Christ⁹ aūt ad imortalitatē:de q̄ resurrectione Apostolus intellexit. Obicio.dr̄ Matth.xxvii. q̄ Christo passo multa corpora sanctoꝝ resurrexerunt.Rn̄deť ad illud Matthei.xxvii.q̄ multa corpora post resuscitationē Christi resurrexerūt & exeūtia de monumētis venerūt i ciuitatē sāctā.

¶Cōtra secūdā partē eiusdē cōclu

sionis argumētor.Iob.xiiij.dicitur.Hō cū dormierit,non resurget.donec atterat cælū, nō euigilabit.sed cælū nunq̄ atteret.& Eccleſiastes.iij. Vn⁹ interitus est hoīs & iumentorū.iumenta aūt non resurgēt:ergo neq; hoīes.Beat⁹ Gregori⁹.iiij.dialogoꝝ.cap.iiij.dicit q̄ loquebanť loco cōcionato rū:iterdū & potissimum Salomō, vice stultorū. Iob aūt de resurrectione naturali. ¶Secundo argumentor. Hic binarius non resurget:demōstrādo materiā & formā hoīs impinguati.īmo p secūdā cōclusionē, nō q̄libet in tota quātitate quā habebit resurget. signeť vnū pedale materiæ qđ habeat nūc sortes,qđ nō resurget. Arguitur sic. hic binarius non resurget demōstrādo materiam quā nunc sortes habet/& aīam et⁹.hic binari⁹ est sortes/ex q̄stiōe p̄cedēte:ergo sortes nō resurget ¶Insuper vel aliqua pars materię resurget:& nō alia:& assigna rationē illi⁹. Dicis.pars purior vt humidū radicale cū humidi cibalis pte resurget: & alia pars ipurior nō resurget.& si cōrigeret oēs partes esse æque puras (qđ nō cōtingit) illa portio quā deus capiet q̄ sufficit quātitati humanæ resurget.Contra hoc arguo.ex illo seqtur q̄ corpora brutorū,piscīū,& crocodilorū resurgent.qđ non est dicendum.ꝓbat: qa contingit bruta illa comedisse hoies in quorū naturam purior ps cōuertiť. Alimētū em̄ cōuertiť in naturā aliti.primo de gnatione.& tūc sic.hoc resurget,demōstrādo illas partes:hoc ē vel erit corpus brutoꝝ vel bruti:ergo corpus bruti resurget vel corpora brutorū resurgent.& sic corpora crocodiloꝝ resurgēt. ¶Ad primū pōt hō cōcedere p̄missas illi⁹ syllogismi,& cōclusionē logice & metaphysice loquēdo q̄ iste hō nō resurget & sortes non resurget:& cum hoc stat q̄ sortes resurget.nec istæ contradicunt.cū (sortes) hæc suppositā æquoce significet:& sic p aduētū nouę quātitatis & depditionē antiquæ æquocabit̄ sortes i significando:cū hęc vox mediātib⁹ diuersis cōceptib⁹ totalib⁹ nō synonymis hāc rē vel res sibi succedētes significet. Nūq̄ em̄ ps tot⁹ erit totum:aut ecōuerso:nec aliqua idētificanť metaphysice loquendo q̄ nō hñt adæquate easdē ptes.loquor in extēsis. ¶Si dicas.ex isto seq̄t q̄ iuuenis nūq̄ posset senescere nec vnq̄ ego fuerim i vtero materno:& cū nunq̄ fuerim in vtero alterius mulieris seq̄tur q̄ i nullius mulieris vtero vnq̄ fuerim. Eodē mō hæc erit neganda/ego fui iuuenis.Vlter⁹ redibit positio Herachti q̄ nō cōtingit eūdē equū bis intrare flumē:qa semp erūt aliæ partes. Rursus hoc erit totus sortes,demōstrando totum sortem, dēpto eius digito quē,volo amputari. hoc ē vel erit ps sortis:ergo pars sortis erit totus sortes. Ad primū nego seq̄lā.nā de⁹ pōt capere iuuenem q̄ diu viuet,nihil acq̄rendo de nouo,nec pdēdo.si loq̄

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis de cõi cursu:cõcedo q̃ iste iuuenis nũq̃ erit il
le q̃ erit senex:qa erunt aliæ ptes. Et cõcedo q̃
ego nũq̃ fui i vtero materno: nec i vtero alicui⁹
mulieris.nec ego erã iuuenis.sed nõ seq̃t q̃ rede
at positio Heraclitiq̃ idẽ equ⁹ nũero bis nõ itret
flumẽ:qa nõ ẽ necesse cõtinuo ptes itrisecas eq
variari. Ad vltimũ nego q̃ ps sortis erit sortes
vniuoce capiẽdo (sortes) i obliquo & i recto. Et
ad ꝓbationẽ/maiorẽ syllogismi,hoc erit sortes,
vniuoce capiẽdo nego:æquoce cõcedo.& ꝓpor
tionabiliꝫ distinguo cõclusionẽ eiusdẽ syllogismi.
Vulgariter tñ loquẽdo ego fui i vtero mris:hoc
est aĩa mea cũ pte corpis quã tũc habui/cui istæ
ptes successerũt.sic ẽ dicẽdũ de hac. ego fui ba-
ptizat⁹. ¶ Duob⁹ ei modis aliqd ẽ idẽ. Vno mõ
metaphysice & realr loquẽdo.& sic ad verã idẽti
tatẽ regrit q̃ nulla sit variatio ptium intrinseca-
rũ rei. Scdo mõ aliqd dr idẽ vulgariter qñ apd
vulg⁹ moalr & vt pres loquẽdo/aliqd reputar
idẽ.& hoc põt eẽ cũ maiore idẽtitate realı i aliqb⁹
q̃ i alijs.quo mõ hõ manet vulgariter idẽ tota vi
ta sua:qa altera ps pricipalis sc3 forma nõ varia
tur,l3 aliæ ptes carnis varienr. sic equ⁹,l3 forma
tota cũ corpore varier. sic Sequana,& ciuitas: &
nauis succesſu tpis nouis asserib⁹ ꝓsus variata
dũmodo sensim hoc fiat ptibus succedẽtib⁹ in si
mili situ & figura cũ priorib⁹. Vbi aũt metaphysi
cus mihi obiiceret i strepitu forẽsi q̃ ñ debeã hre
reditatẽ Helizabeth matris meæ ob id q̃ reue
ra nõ sũ ꝓgnat⁹ ex ea:& hoc metaphysice ꝓseq̃-
rer:eẽt oib⁹ ridiculus. Loquẽdũ em̃ ẽ vt plures.
scdo de cælo & mũdo.s3 itelligẽdũ vt pauci.hoc
est vt sapiẽtes. Iudex tñ scit metaphysicũ verũ i
nuere.sed qa nõ cõgruit foro:ẽ sophisma solũ &
fallacia, qa nõ conuenies rei:qd ad fallacia suffi
cit.prio Elenchoꝝ. Durãd⁹ aũt i distinctiõe sequẽ
te tenet q̃ dũmõ sit eadẽ forma quãtũcũq̃ diuer
sa materia fuerit,erit idẽ cõpositũ/sortes vel petr⁹
Ad hoc adducit rõnes caducas. quarũ prior est.
iuxta Aristotelẽ septimo metaphysicę, materia
nec est qd nec quale nec quantum.& hoc secũdũ
se. Dico q̃ hęc auctoritas sic itelligit.materia dis
ponitur scdm exigẽtiã formæ sine qua nunq̃ ẽ.
Secundo arguit.quia dato oppositio conclusio-
nis post nutritionẽ non esset idem.& sic esset no-
uus homo post cibum conuersum in substantiã
aliti. Ad secundũ cõcedo illatũ metaphysice lo-
quendo. & concedo q̃ generatur noua substan-
tia partialis:immo nou⁹ hõ partialis:cum em̃ sit
substantia rationalis,est homo & risibilis,absolu
te capiendo terminum homo. in vsu nanq̃ vul-
gari accipit pro homine totali. & sic illa pars est
substantia & non homo.qñ aũt (homo) suppo-
nit ꝓ filio dei,est terminus cõnotatiu⁹/ꝓ scda ꝑ-
sona in diuinis supponẽs,cõnotando q̃ huma-
nitatẽ habeat assumptã. ¶ Redeũdo igit vñ sus
mus digressi nego maiorẽ illi⁹ syllogismi,puta/
hic binarius nõ resurget.& dico q̃ hæc pars & il-
la demõstrãdo materiã & formã:erũt aliqd resur
gens in sensu categorico.nã ad veritatẽ illi⁹ suffi
cit q̃ aĩa informãs hãc materiã vel ptẽ ei⁹ vel ali
quã eandẽ vulgariter,redeat informando.& ne-
go hãc cõsequẽtiã.hęc ps & illa ps resurget:ergo
hæc ps resurget:& illa ps resurget.capiendo aĩs
in sensu categorico:& cõsequẽs i sensu hypothe
tico.sicut nõ seqtur:hæc pars & illa parsest aliqd
æquale huic toti,ꝑ (hæc) & (illa) demõstrãdo du
as dimidietates.ergo pars hæc & ps illa est æ
huic toti,in sensu hypothetico. vel sic. hæ pars
& illa ps sunt sortes,in sensu cõposito, nõ aũt di
uiso.Nec seqtur ex hac solutione q̃ sortes & hęc
tunica resurgent/ cũ aĩa nõ habeat sibem habitu
dinẽ ad tunicam qualem ad materiam quam in-
format. ¶ Ad secundum argumentum respon-
sum ẽ inter arguendũ ad vltimã replicationẽ vs
q̃:quę intendit probare hanc conclusionem.cor
pora brutorum resurgẽt,capiendo corpus de ꝑ-
dicamento quantitatis. Aliqui sane propter hoc
argumentũ formidabant admittere q̃ alimentũ
conuertatur in substantiam aliti.sed Albertus di
cit q̃ isti falluntur per fallaciam figuræ dictionis
quia cõsequentia est nulla. Doctor iste & alii opi-
nione nostra falluntur.nam consequentia ẽ evi-
dens:nec aliquo pacto fallacia/vt patet intelligẽ-
ti logicam & fallacias : nec impræsentiarum intẽ
dimus hoc logicam ignorantibus suadere. Con
cedo itaq̃ istas conclusiones de virtute sermo-
nis.Corpora brutorum resurgent in extremo iu
dicio.corpora piscium resurgent in iudicio.quia
corpus tantum valet quantum materia : & pars
materiæ est materia.sed istæ sunt negãdæ.resur-
gent in iudicio corpora brutorum. resurgent in
iudicio corpora piscium : quia tempore resurre-
ctionis non erunt corpora brutorum,sed corpo-
ra brutorum resurgẽt corpora hominum. Dicis.
pariratione deberemus concedere istas: corpus
patris mei comedi:corpus hominis comedam:
quod fuerit absurdum.& patet adiuncto vno ve
ro.nam in communi modo loquendi dicim⁹,pi
sces comedi,boues comedi:qa eorum materias
comedi. tempore enim comestionis non erant
pisces. sed cadauera piscium vel pisces ꝑ synecdo
chen. Solum ergo materias piscium; qui fue-
rũt comedi : & illa materia informabatur anima
Castoris vel Pollucis submersi in mari.Et hoc
melius coaptatur illi difficultati de materia quæ
informabitur successiue duabus animis . sicut
contingit de aliquibus Scythis vescentibus car
nibus humanis,vt Anthropophagis : vel in ca-
su nostro. Respõdeꝛ. admittimus istam & illes

comedi pisces,qa cadauera ꝓxima piscium come
di:nõ sic de carnib⁹ hũanis: qa l3 materias hoim
comederim⁹: tñ ꝓxie nõ iformabanr ais hoim.
¶ De difficultate aũt i quo resurget illa materia
q̃ iformar variis animab⁹ successiue:quã mouet
beat⁹ Augustinus.xxii. de ciuitate dei ca.xii.ad
finem,& inter cæteras vocat illam difficillimam:
dicit q̃ in primo resurget:quia erat purior in illo
& deus supplebit in reliquo. põt etiã in vtroq̃ re
surgere si deo placuerit:cum idẽ possit esse circũ
scriptiue in duobus locis.vel i vltimo & de⁹ sup
plebit in primo. Sed cõtra istud argumẽtor. Cor-
pus habebit beatitudinem sibi cõpetentem i suis
dotibus:& habens beatitudinem maiorem i aĩa/
maiorem habebit in corpore.sed contingit q̃ se
cundo comedens illam carnem sit primo sancti
or.si ergo ponatur in vtroq̃ proportionabiliter
beatificabit beatitudine corporali secundũ ani-
mas. Dico q̃ beatitudo corporis ꝓprie non est
beatitudo.Hermaphroditi autem:qa scdm natu
raliter loquentes plus participãt de vno sexu,l3
discrimen non bene demus:in illo redibunt pu-
re. Si sint duæ aĩæ in monstro: redibunt duo ho-
mines. vbi vero est vna:redibit non monstrum:
potissimum in beatis. Paruulis item decedentib⁹
in resurrectione deus augebit materiã sufficiẽtẽ.
Et redibunt homines in ꝓprijs corporibus.secũ
dũ illud Iob.xix.Rursum circũdabor pelle mea
Et in carne mea videbo deum saluatorẽ meum:
Quem visurus sum ego ipse & non alius. Et li-
cet homo non erit idem metaphysice, vt superi⁹
diximus:qa non erunt eædem partes adæquate:
tamẽ erit idem vulgariter quia eadem anima cũ
vna parte corporis ante habiti/cum supplemen
to eius quod deest. ¶ Tertio arguitur.non resur
gunt impij in iudicio. vt dicitur psal.j. Respõdeꝛ
non resurgent ad suam salutẽ/saltẽ nõ resurgẽt
impii ad suã salutẽ. ¶ Quarto arguitur sic. An-
tichristus non põt esse futurus:ergo non potest
resurgere.ꝓbatur ais:quia vel est dabile maxi-
mum tempus ꝓquod Antichristus potest eẽ fu
turus ,& hoc non.quia quocunq̃ tempore dato
in quo põt esse futurus,in maiori tempore põt
esse futur⁹:nec datur aliud membrũ:vt patet cur
rendo ꝑ oia.non em̃ dar minimũ tẽpus ꝓ qđ po
test esse futurus:nec maximũ ꝓ qđ non põt esse
futurus:nec minimum per quod nõ potest esse
futurus.qa si sic:maxime esset per tẽpus infini-
tum.sed hoc nõ:quia illud tempus nõ est parũ
Item pars infinita illi⁹ temporis est minor:& ꝓ il
lã Antichristus nõ põt esse futurus. ¶ Rñdeꝛ ad
materiã argumẽti,relicta impræsentiarum diffi-
cultate materiæ ꝓhysicæ,q̃ dar minimũ tps per
quod Antichristus non potest esse futurus: & il-
lud est verũ de tpe infinito:qa per totum illud tẽ
pus Antichristus non potest eẽ futurus:& ꝓ qđli
bet minus tẽpus potest esse futurus:tenendo q̃
vnum infinitum non est minus alio.

¶ Contra tertiã cõclusionem argu-
mentor. Aliqui relinquenr viui in aduentu Chri
sti ad iudicium.iuxta illud symboli. Venturus est
iudicare viuos & mortuos. ¶ Præterea arguitur
cõtra illã ptẽ in qua dicit q̃ resurgent in ictu ocu
li.ergo in instanti:& per consequẽs erit vacuum
naturaliter:vel duo corpora de ꝑdicamẽto sub-
stantię erũt in eodẽ loco. vtrũq̃ ẽ disconueniens
& reprobatũ ab Aristo.iij. Physicoꝝ. igit. cõse-
quẽtia oñdit acceptis puluerib⁹ i sepulchro:q̃ si
minorem locũ occupabũt cũ informabunt aĩa i-
tellectiua:vel aer ingredietur in instanti:& hoc nõ
quia motus non põt esse in instanti:vel succes-
siue:& ita dabitur vacuũ. eodem mõ si corpora de
beant esse maiora illis pulueribus:& alia corpora
non possint in instãti recedere:duo corpora erũt
in eodẽ loco ꝓprio. ¶ Ad primum dr q̃ illi vo-
cantur viui q̃ superũt ante aduentũ iudicii:q̃ tñ
morienr.nam statutũ est hoibus semel mori. vt
dicit Aplus ad Hebræos.ix.hoc tenẽt August.
& Ambrosius,vt magister allegat.& scriptura q̃
drat.Dicit enim Apostolus.j.ad Thessaloni.iiij.
Mortui qui sunt in Christo resurgent primi:dei-
de nos qui viuimus qui relinquimur/simul rapie
mur cum illis in nubibus obuiam Christo in ae-
ra.sed breuissima mora manebunt mortui.Bea-
tus Hieronymus autem scribens ad Marcellinã
tenet oppositum. Et Augustinus hoc quod te-
nuit in secundo libro de baptismo paruulorum
reuocat libro secundo retractati. c.xxxiii. ¶ Ad
aliud dico q̃ in resurrectione & ante eam multa
erunt.nã quando homo moritur/anima desinit
informare corpus:& partes materiæ informanr
aliis formis.denicq̃ etimus esca vermibus/serpẽ
tibus/& cæteris id genus. Vnde dicit ecclesia.Me
mento homo q̃ cinis es & in cinerem reuerteris.
Hinc in sancto Victore i epitaphio Petri Come-
storis legitur. Petrus erã quẽ petra tegit:factusq̃
comestor Nũc comedor. Bone de⁹ hic nõ ẽ mate
ria risus & supbiæ: iuxta verbũ Ecclesiastici. x.
Quid supbis terra & cinis? sed colligenda est no
stra vita cum frequenti memoria mortis.qđ plus
tibi cõducet q̃ scire explicare nodos latentes ma
teriæ quam quærimus de mutatione instãtanea.
sed vnum faciendo/aliud non omittere operæ ꝑ-
cũ est ad fugiendũ otium. Cõmin⁹ accedẽdo/p-
tes istas recolligere oportebit: & hoc fiet minist
rio angelorũ:iuxta illud Matth.xxiiij. Mittet an-
gelos suos cum tuba & voce magna:& cõgrega
bũt electos ei⁹ a quatuor vẽtis:a fũmis cælorum
vsq̃ ad terminos eorũ. Istđ ꝑ fiet tẽporarie. Si au

tem angeli nequeāt oia corpa iuenire ſibi relicta vt corpora Ioannis Hus & Hieronymi Pragēſis & aliorū crematorū in aqua diſperſorū, deo adiuuāte colligent illas partes vbicūq; fuerint. rurſus collectis corporib⁹ de⁹ faciet diſpoſitionē: & illa viuificabit aīa ītellectiua, cortūpēdo formas priores. Nec eſt certandū an cor ſit principalior pars & ab eo incipiat, an caput. Hic eñ nō oportet dare prioritatē tēporis: ſ3 pōt eē ī iſtāti: ſic q; primū inſtans informationis animæ erit primū inſtans non eſſe formæ p̄cedētis. Et dem⁹ q; materia hominis erit dēlior q̄ materia p̄cēs fuerit, nego q; vacuum ꝓpterea ſit naturaliter. nā aer ſubito iſte q̄tur minorationē illoꝝ corporū. & ē mutatio: & nō mot⁹. Natura eñ ſic abhorret vacuū: vt ipm nō pmittat durare p tps vel inſtans. q̄d reb⁹ ſtāti bus vt nunc conſtat. Nec eſt difficultas de mutatione ſubita: cū res ſucceſſiue diminuant & deleo mutent. Q; vacuū natura abhorreat, patet ſic nō aliā ob rē aqua aſcēdit ī culmo niſi ad fugiēdū vacuū, te bibēte & aerē attrahēte. Nec vinū e baſi dolu trahere potes niſi coſtā terebres. ꝓpterea aq̄ nō deſcēdit p foramia clepſydrę horto, foramie ſupiore clauſo: ſed bene apto vt aliud corp⁹ īgredi poſſit: & nō ideo q; aer reſiſtit aq̄ ne deſcēdat p foramina. nā remoto pollice rimā ſupmā claudente, ptinus deſcendit aqua: & tñ eſt idē aer, ęq̄liter vt antea reſiſtens. fuit q̄dē ipſa aqua ſuapte natura non inclinata ad deſcenſum in illo caſu. Et ſi dolium quantumcūq; magnū ſit ponat ſupertus clauſum, alio extremo ſublato nihil liquoris deſcendet. q̄d patet p foramina parua vel magna ī clepſydra: vł ſi caues totam baſim clepſydræ ſupmo foramine obſtructo, niſi aer iferne ingrediat vel ad alias ptes. ſ3 ſi coſtā vaſis terebres aqua p foramina baſis exibit. Sił ſi vitrū repleueris aqua, orificio in aqua manēte: extrahendo pedetentim vitrū quouſq; dimidietas vł vna q̄rta pars vitri maneat in aqua: vel vitrum non potes extrahere: vel aqua aſcendit ad baſim phialæ niſi aliq̄s aer ingrediat iter digitos tuos & vitrū His itaq; experimētis cōſtat naturam ſumme vacuū abhorrere. & palā eſt q; vacuū eſſe naturaliter eſt impoſſibile. ſiue aſcenſus grauis ſit a forma ſubſtantiali: ſiue pot⁹ a deo rectore vniuerſi: circa q̄d nūc nō inſiſto. Nō tñ nego q̄n vacuū poſſit eſſe ſupnaturaliter. ¶ Ad nodū igit argumenti dico q; nō repugnat aeri mutari ſubito. q̄re ergo non intrabit in inſtanti? nulla eſt repugnantia intrinſeca: cū forma aeris ad hoc inclineat. Reſiſtētia eñ extrinſeca non impedit. Nec valet dicere. eſt agens limitatum & finitum: ergo non poteſt agere in inſtāti. nam ſecūdum iſtos eoſdē aia poteſt ſuos actus ꝓducere in inſtāti: & tñ eſt creatura finita. Sed cōtra hoc dicis. ponam⁹ totā ſphæram aeris, aquę, & terræ corruptam: tūc ignis penetrabit ſubito ad euitādū vacuū: & ſic erit mirabilis raritas. Rñdeo. hoc argumentum erit æqualis pōderis cōtra te ſi ponat ſucceſſiue moueri. nā q̄to vbi erit ſtatus ſucceſſiue in raritate mouēdo ad fugiendū vacuū, ſi nullus: habetur icōueniēs q̄d cōtra nos infers. ſi ſit ſtatus per te ī maxima raritate: hoc nobis ſufficiet. Et dico q; ad maximā raritatē poſſibilem, natura illū aerē ne ſit vacuū mutabit: q; ſi nō ſufficiat: alia corpora circunſtantia etiā ſubito rarefiēt. ſicut iā fit q̄n lapis mouet p aerē: anterior eñ aer cōdenſat, & poſterior rarefit inſequēdo, ſi fuerit citra maximā raritatē poſſibilē: ī qua ſi fuerit: nō mouebit lapis: nō obreſiſtentiam aeris, ſed ne det vacuū vel ran⁹ rariſſimo. Vbi aūt nō eſt ſufficiēs corp⁹ ad replēdū, aut poti⁹ ipediēdū vacuū ī corporib⁹ circūſtantibus: nō eſt hoc iputandū naturę, q̄ facit q̄d pōt & hoc ſuppoſito q; maius ſit diſcōueniēs ī natura hīe rarius rariſſimo naturali, q̄ vacuū admitte re. alioq̄n nō dabit vacuū. & vltra raritatē naturalē regularē dat maior raritas. nā ſicut hō exiſtens inter p̄cepta icōpoſſibilia obligat ſeruare maius & ab alio abſoluit: ſic q̄n ī natura neceſſe ē ī alteroꝝ duoꝝ icōpoſſibiliū naturaliū incidere: videtur q; natura a maiore ſupoterit, ſe elongabit. ¶ Epilogus dictorū in hac quæſtione. Quilibet reſurget in extremo iudicio. & ſi quātitas materię īqua q̄s decidit immenſa fuerit, ſuperfluitas reſecabitur ſicut defectus paruæ materiæ ſupplebitur. nec ſemper reſurget idem homo metaphyſice & realiter loquendo. materia enim eſt æque pars cōpoſiti ac forma, licet minus pricipalis. ſed reſurget idem homo moraliter & vulgariter loquēdo. Itē corpora brutorum reſurgent in iudicio: ſed non reſurgēt corpora brutorum. nā hic ſyllogiſmus eſt infallibilis. iſta reſurgent, iſta ſunt vel erūt corpora brutorum: ergo corpora brutorū reſurgent Si enim præſidens in vico ſtraminis diceret huic fallaciam eſſe in forma: ab aliis regētibus aſſiſtētibus iudicaret non exercitat⁹ logic⁹. Hęc autem nolim intelligas in Alberti cōtēptū dicta. nam is erat modus loquēdi in diebus eius: & adhuc eſt aliquorum parum ſe logicæ accōmodantiū. ſed hæc dixi ne qs ꝓpter viri eruditi auctoritatem credat ita fore dicendum.

Sed de reſuſcitatione corporum dubitatur, an reſurgent in ſuis ſepulchris. & ſic cum in vno ſepulchro ſint multa corpora vt in Arbe corpora patriarcharum: multa corpora erunt in eodem loco ꝓprio. & contingit, varias partes in variis locis ſepeliri, & ęque pricipales: vt dimidietatē capitis vel cordis cū æquali portione corpo-

ris. ¶ Reſpōdeo. vbi eſt maior pars ī ſepulchro illic reſurget corpus. ſcđm illud Ezechi. xxxvii. Ecce ego aperiā tumulos veſtros: & educā vos de ſepulchris veſtris populus meus. Et Matth. xxvii. Monumenta aperta ſunt: & multa corpora ſanctorum q̄ dormierant ſurrexerunt: & exeūtes de monumentis &c. vbi gloſ. dicit. Monumēta aperta ſunt in typum reſurrectionis futuræ. ergo reſurrectio mortuorū erit in monumētis. De ſubmerſis aūt vel habentibus partes æque pricipales ī variis locis dī; q; colligent vbicūq; fuerint. & viuificatio erit vbi deo placebit: & reſurrectio. Forte adducent oēs ptes ad vallē Ioſaphat in q̄ erit iudicū ſecūdū Iohelē in. iii. cap. ſui libri. & dies iudicii veniet ſicut fur, ī media nocte ſc; p reſpectū ad terrā, p miſſionis. iuxta verbū Apoſtoli. ī. ad Theſſa. v. & ii. Petri. iij. Vel ī media nocte. id eſt inopinate. & hoc eſt rationabilius q; veniat ad iudicū in die ſicut aſcendit. Actu. j. & reſurrexit in die, hoc eſt in pricipio diei. Et loquor de die & nocte reſpectu horizōtis Hieroſolymæ: quia palam eſt q; erit reſurrectio ī nocte p reſpectum ad aliquem horizontem. niſi velis dicere q; cælum nō mouebit ante reſurrectionem: vel citra eam. & ſic nec erit dies, nec nox: ſed ſufficit q; incipiat eſſe dies in horizōte Iudææ. Et licet magis orientales vel occidui reſurgent nocte in ſepulchris ſuis, non refert. Omnes autem poterūt ſtare in valle vel prope eam in aere, quando venient ad iudicium.

¶ Diſtictiōis Quadrageſimætertię

Quæſtio Sexta

Sexto ī hac diſtinctione quadrageſimatertia q̄ro An corpora mortuorū reſurgent cum omnibus ſuis partibus & adminiculis.

¶ Pro ſolutione quæſtiōis pono concluſiones. Prima eſt. Electi reſurgent cum omnibus ſuis partibus ſufficientibus ad ſuam cōplexionē naturalē, natura non errante. Probat concluſio. nā beat⁹ habet quicq̄d vult, & nihil mali vult. ſed hoc eſt tōnabiliter volendum q; corpora decētia habeant. & admiſſo q; magna materia ad caput redeat & econuerſo. & ita in aliis partibus: idem tamen cōpoſitū redibit. vt ſi frangens panem non piſtū, partes coniungas in variis ſitibus: redibit eadem paſta. nam cum ſint eędē ptes: idē compoſitum eſſe eſt neceſſe. & licet nō redeat eadē manus, nec idē brachium: tñ redibūt eædem partes eſſentiales omnes q̄ fuerunt. Manus eñ eſt terminus cō-

notatiuus ſupponens p membro/connotando q; taliter ſituetur. nam ſi illa caro poneret ī cruce informata aīa: eſſet eadem pars q̄ prius: ſed non eſſet amplⁱ⁹ manus. vnde de p̄dicamento ſitus ē terminus manus. ſicut ſi a. ſupponat p pte cęræ connotando q; ſic ſituetur: & b. ſimiliter p alia pte ſupponat: & partes illæ eſſent liquefactæ & cōiunctæ: eſſet eadem cæra numero q̄ prius. S3cū ſit quæſtio facti: videt q; ptes redibunt ad eūdē ſitum. ſecundū illud Ezechielis. xxxvii. Acceſſerūt oſſa ad oſſa: vnūqđq; ad iunctūrā ſuā. ¶ Secunda cōcluſio. Non ſolum ptes eſſentiales hoīs reſurgent/ſed humores ſine q̄bus ptes illæ non bene cōſeruant. Probat ſic. ſanguis, cholera, phlegma, & melancholia req̄runt ad cōſeruationem naturalē ſtarū ptū: & non ſunt ptes hoīs. In homine eñ non eſt ponēdū vacuū: nec videt aliq̄d commodius includi q̄ illi humores ſine q̄bus hō conſeruari naturaliter nequit. Inſuper vinum in euchariſtia conuertitur in ſanguinem Chriſti ergo ē ſanguis in corpore Chriſti. Hoc habetur ex beato Auguſtino libro. j. Retractationum cap. xvi. & libro. ij. cap. iij. ¶ Tertia concluſio. Non modo reſurgent partes eſſentiales humanæ & partes ſine quibus naturaliter cōſeruari nō poſſunt: ſed etiam partes ad decorem compoſiti facientes: vt capilli/palpebræ/& huiuſmodi. Probatur: q; a beatitudo perficit naturam accidentaliter & non inficit: ergo partes nō minus diſpoſitę reſurgent q̄ hic ſint. Et confirmatur per illud Lucæ. xxi. Et capillus de capite veſtro non peribit. & Matth. x. Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt. ſicut folia in arboribus ſunt ad decorem earum. nihil autē erit indecorū i beato, ſecūdū b. Auguſtinum ī Enchiridio. v. cap. ergo vngues pili/debitus color/& figura reſurgent in beatis. De damnatis vero dubitat beatus Auguſtinu⁹: & cum eo ſi vis potes dubitare.

¶ Contra iſta argumētor. Iſti reſurgent: iſti ſunt claudi: ergo claudi reſurgent. eodē modo argumentabor q; cæci & gibboſi reſurgēt & inuidi cum oculis concauis: & iracundi cū frōtibus rotundis: & ſtolidi cum latis frontibus. nā facile ē deducere expoſitorie. Inſuper martyres reſurgent cum cicatricibus. De Chriſto enim dicitur Ioan. xx. Videbunt in quem tranſfixerunt. Præterea ex coſta Adæ plaſmatum eſt corpus Euæ/partialiter vel totaliter: & illa reſurget ī Eua alioquin non reſurgeret integra. ergo Adam nō reſurget integer. ¶ Reſpondetur. cæci reſurgēt: claudi reſurgent: gibboſi reſurgent beati. hoc ꝓbatū eſt expoſitorie. Secunda propoſitio. Beati non reſurgent cæci, nec claudi. hoc patet per concluſiones. Tertia propoſitio. cæci reſurgent vł

Universidad de Deusto
Biblioteca

dentes:& claudi resurgent erecti. Dicit ẽ Apostolus.j.ad Corin.xv.Mortui resurgent incorrupti. Ad aliud de martyrib⁹. nõ ẽ eis dedecori habere cicatrices,sicut non habeꝫ turpe Achilli semel læsum esse ab Hectore, & semel a Troilo. Sed contra hoc dicis.si cicatrices hoc modo resurgant:sanctus Dionysius resurget cum capite in pectore:& ita de aliis martyribus. Respondeo habebunt solum vt opinor aliqua vestigia parua vulnerũ.Q d aũt Ioã.xx.dixit Thomas.Nisi videro in manibus ei⁹ fixuram clauorum & mittam digitũ meũ in latus eius non credam.specialę poterat esse protũc in Christo. Non ẽ resurgent illo modo quo occidebanꝫ vel lædebantur. Ad tertium de costa dicitur q resurget in Eua. Non ẽ erat supflua p tota specie.qa creabatur in Adam nõ vt maneret perpetuo pars eius:sed ad rep̃sentandam vnitatẽ q̃ est inter virũ & vxorem. ¶Sc̃o argumẽtor.si non peribit capillus de capite:imensa erit multitudo capillorꝫ in chorico & in calidis:& magna longitudo in septentrionalibus.Idem erit de vnguib⁹.ad qd etiã deseruiũt alij humores:¶Rñdeꝫ. nõ redibunt oẽs capilli quos homo habuit quo ad longitudinem sed aliquæ partes virum ornantes:q̃ nunq̃ augebunꝫ:qa in homine non erit aliq̃ supfluitas post resurrectionem.nec erit incrementum pilorum. nam calor resoluit aliquos hũores terrestres/vnctuosos ad poros:q infrigidantur a frigiditate cutis & aeris circũstãtis:& rursus aliæ ptes sequũtur & crescunt in longitudinẽ:vt videmus:quod post resurrectionem nõ cõtinger:sed oẽs pilos quos hõ hẽt i resurrectione/semp tenebit vniformiter.Non augebuntur vt dictum est.nec diminuenꝫ ab aliquo contrario:qa cum sint in termino:deus nõ cõcurrit ad corruptionem eorꝫ.quare nunq̃ mutabunꝫ in albedinem vel in colorem senilẽ.& sic de vnguib⁹ dicatur. Iis aũt qui mortui fuerint calui,dabunꝫ pili sufficientes, & resurgent non calui:sicut paruuli morientes post baptismũ habebunt materiam supadditam. ¶De humoribus autem & humiditatibus,hoc notato iuxta Auicennã.xii.de animalibus cap.v.Humor in magnis cõtineꝫ venis: humiditas vero ẽ extra magnas venas. Triplex aũt est humiditas quædam dispergitur p membra sicut ros : & hæc est in foraminibus paruarum venarum:q̃ dicuntur meseraicę seu capillares. Sc̃da humiditas est illa quæ est ꝓpinqua coagulationi & incipit dealbari:& non puenit ad cõpletum. & dr̃ cãbitũ. Tertia humiditas est iam incorporata.& dicit gluten,tenella ps,seu mollis substantia membri.gluten in resurrectione manebit:qa iam est pars hominis.ros & cambitũ non resurgent:quia sunt ad nutritionem indiuidui.modo indiuiduũ tũc manebit stabile sine nutrimento. Sunt etiam i indiuiduo tres supfluæ humiditates . quædã est quã natura intendit abiicere: vt sunt supflua primę & secundæ digestionis.Quædam quã natura intẽdit abiicere ab indiuiduo ad cõtinuationem speciei.quẽadmodum est supfluum tertiæ digestionis.Quædam quã natura ordinauit ad nutrimẽtum alterius indiuidui. quemadmodũ ẽ lac i muliere quo nutritur proles post natiuitatem ex vtero : & menstruum quo nutritur in vtero.Tales aũt humiditates non resurgent: qa nihil erit supflui qd natura illic expellat.quate nec erit vrina, nec sudor,nec materia fæcalis/nec semen.Ista ei spectant ad naturã solam corruptibilem,& aialẽ hominem.

¶Distictiõis Quadragesimætertię Quęstio Septima.

Eptimo et vltimo q̃ritur. An fœminæ resurgẽt in sexu masculino.Et videt q sic.nam masculus & fœmella sunt differentię accidẽtales:ita vt huiusmodi sex⁹ non variet speciem.Hinc dicit philosoph⁹.x. metaphysicę.&.xvi.de aialib⁹ q fœmina est mas occasionatus,& præter intentionẽ naturę.Item ad Ephesios.iiij.dicitur.donec occurramus oẽs in virũ perfectum.Honestior quoq; & nobilior est sex⁹ masculinus.ergo oẽs resurgent in sexu masculino.Quidã insup grauis theologus dicit q forte omnes fœminæ resurgent in sexu masculino præter beatam virginem.Et confirmo istud supposito illo qd recitat Plinius in naturali historia. cap.iiij.libri.vii.de variis q i vita mutati sunt de sexu in sexum.Ponam totum caput: qa ipsum est breue.Et fœminis (inqt) mutari in mares nõ est fabulosum.Inuenim⁹ annalib⁹ Licinio Crasso.C.Cassio Longino consulibus: Casini puerum factum ex virgine sub parẽtib⁹ iussuq; aruspicum deportatum in insulam desertã. Licini⁹ Mutianus ꝓdidit visum a se Argis Aristontem cui nomẽ Arestuse fuisse.Nupsisse etiam. Mox barbam & virilitatẽ prouenisse:vxoremq; duxisse.Eiusdem sortis & Smyrnæ puerum a se visũ Ipse in Aphrica vidi mutatum i marem nuptiarum die.L.Cossicium ciuem Tisdritanum. Editis geminis rarum esse:aut puerpueræ aut puerperio:præterq; alteri vitam. Si vero vtriusq; sexus editi sint gemini,rariorẽ vtriq; salutem. Fœminas gigni celerius q̃ mares: sicuti celeri⁹ senescere. Sæpius vero moueri mares in vtero, & in dextra fere parte:in lęua fœminas cõstat.

¶Respondetur ad titulũ q̃stionis: Tam masculi q̃ fœminę resurgẽt in sexibus suis in quibus decesserunt. Probatur hæc conclusio p Auguſt.xxij.de ciuitate dei.ca.xvij.dicẽtem.Mihi sapere melius videnꝫ qui vtrũq; sexum resurrecturum esse non dubitant. Et hoc patet ex respõsione Christi ad Saducæos.In resurrectione neq; nubent neq; nubentur.Matth.xxij.ergo voluit dicere q resurgent in sexibus suis : alioquin vana fuisset respõsio:si omnes in eodem sexu sint resurrecturi.Prẽterea ꝓbatur idem.Si fœminę non resurgẽt in sexu fœminino:hoc est quia pudebit fœminas sui sexus:vel quia erit ꝓuocatio ad malum.sed hoc nõ:qd facile cognosci potest p Adã & Euam in statu innocentiæ,quos non magis puduit illorum membrorum q̃ digiti vel faciei . sed post peccatum eos puduit:& propterea fecerũt sibi perizomata.

¶Hac conclusione ꝓbata respõdeo ad rationes ab initio adductas. Ad primam concedo q mas & fœmina non distinguũtur specie essentiali. Ad Aristotelẽ.xvj.de aialibus dico q natura intendit qd est pfectius.sed deus qui ordinem & causalitatem naturæ dedit:ordinauit q esset fœminæ sicut virl,quippe sine qbus hic mũdus durare non potest:plus q̃ sine viris. Supposita aũt veritate historiarũ Plinij,nihil cõtra conclusionem.Dico nãq; q mulier redibit in illo sexu i quo decessit.& si sit hermaphroditus/ resurget i eo sexu de quo plus participat.si ęqualiter habeat de vtroq; (qd vix euenit) redibit in sexu masculino, vel i quo deus voluerit.¶Prẽterea arguitur. Sex⁹ fœmininus non est necessarius nisi ꝓ gñatione & partu.sed in alio sæculo nõ erit generatio.ergo nõ est opus q redeant in sexu fœmineo.Respõdeo. illud argumentum ꝓbaret q viri non deberent resurgere in sexu virili:nec haberent emissoria cãpis vel ventris:quia per partes illas non purgabũtur corpora in patria.partes tamen redeunt ad pfectionem naturæ ostendendam.

¶Dubitaꝫ circa ea q̃ Magister tangit in litera. An quilibet cognoscat peccata sua in extremo iudicio.Respondetur.malus & dãnatus cognoscit peccata sua pro quibus damnatus est: vt amplius afligaꝫ:& etiam alij hoc cognoscẽt ne murmur sit contra iustitiam dei. De bonis quoq; non est disconueniens q sua peccata prẽterita cognoscant vt deum laudent:qui sibi in peccatis pepercit:iuxta illud qd Magister allegat ex Gregorio.iiij.Moralium exponẽte illud Psalmographi. Misericordias dñi i æterñ cãtabo.psal.lxxxviij. Quomodo misericordias dñi in æternum cantabit qui se miserum fuisse ignoratꝫ & si miserię trãsactę non meminit:vnde largitati misericordię laudes reddetꝫ Probabile autem est q mala deleta p pœnitentiã quẽadmodum sunt oĩa mala electorꝫ non patent alijs:sed solũ ijs qui ea ꝓpetrarunt:qui de illis non dolebũt:quia ad dolorem vel tristitiã deus non concurret:sed gratias agent.

¶Ecce ꝓ tota hac distinctione quo modo Christus primitię dormientium primo resurrexit.sic beata virgo.& idem putaꝫ de Ioanne euangelista. Alij omnes resurgẽt cũ quãtitate sufficiente & colore scd̃m cõplexionẽ & regionẽ : vt cognoscanꝫ cuiates sint.Et si mẽbris orbati fuerint & parui:de⁹ supplebit.de electis nõ est dubiũ: & etiam probabile est in dãnatis. Si dicas.in pœnam peccati eos ptibus orbatos relinq̃t de⁹:Obijcto.erunt aliqui omnes ptes habẽtes cũ pluribus vel ęqualib⁹ peccatis decedẽtes.ergo illa ratio nõ sufficit.nã gras multas gratis datas dat de⁹ dãnatis:alioquin pessime se haberent.Quilibet item resurget i ꝓprio sexu i quo decessit vel de quo magis participat.& si ęqualiter de vtroq; qs participet:in sexu masculino vel in quo de⁹ volet resurget.Resurrectio erit primo in locis in quibus corpora sepeliunꝫ.Si aũt partes ęque principales fuerint i variis locis:vt dimidietas capitis & dimidietas corporis in a.loco:& similis pars in b.loco:erit resurrectio in illo loco in quo deus voluerit.Insup si plures in eodem loco successu temporis sepeliãtur:cũ tumulus habeat varias partes:in eodem tumulo communi,vel alio loco communi resurgẽt. Hinc sancta Brigida:sanctus Patricius: & sanct⁹ Colũba ex eodẽ tumulo ꝓdibunt: iuxta carmina. In villa Duno/tumulo tumulantur in vno Brigida,Patricius,atq; Colũba pius. Crematorũ autẽ & dispersorum in mari deus dabit angelis puluerem colligendi potestatẽ vbicũq; fuerit:qui omne possibile distincte cognoscit ab ęterno. Item dixi mus q si eadẽ caro fuerit in variis hominib⁹ successiue:potest de⁹ facere q illa eadem caro i vtroq; illorum resurgat,vel in altero tñ in quo voluerit.vtrũq; eñ est ei æque possibile.Nec habendus est oculus ad identitatẽ metaphysicã & realem.nã Eglon obesus & abdomine plenus resurget non cũ carne & pinguedine quã habebat qñ ab Aioth occidebatur:sed resurget idem Eglon vulgariter loquendo.Cõtingit etiam dare virum,vt opinor, qui parum vel nihil carnis assumptæ in initio suę natiuitatis,habiturus sit. Nã ptes corporis ex alimento prouenientes mutantur & fluunt:quib⁹ alię partes succedũt:vt cor,cerebrum,& alię partes ex semine vel parẽtum seminibus resultantes.quare etiam non resoluerẽtur:cum nutriantur & augeantur:hinc cor senis est matus corde iuuenis : & ita de quacunq; alia parte.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Distinctionis Quadragesimęquartę

¶Distictiõis Quadragesimęquartę Quęstio Prima.

Magíster i hac distinctione loquit de annis resurgẽtiũ dicens q resurgent oẽs in ętate Christi. hoc ẽ in quantitate respondente eẽ annis. & gratia illi dicit Christum in terris vixisse. xxxij. ãnos cũ tribus mensibus. postea loquit de pœna iferni: & de mõ puntẽdi dãnatos. Cõformiter ad hoc quęstiones huius distinctionis partiar: primo de annis Christi loquuturus: quia fortasse non est verũ qđ dicit magíster. & consequenter quęram: quot diebus manserit mortuus. Deinde de pœnis loquar. ¶Quo ad pmũ igit q̃ro. Quo to anno ętatis Christus passꝰ sit. De hoc q̃sito varię sunt sapiẽtũ sentẽtiæ. Magíster. n. dicit Christũ triginta duos annos cum tribus mensibus habuisse. Et licet sint vt diximus varię opiniones: sentẽtia ista apparet vera q Christus habuit. xxxiij. annos cõpletos, cũ parte quarti anni/tpis suę pegrinationis secũdũ corpus in terra. Quæ sic pbatur. Christus suæ ętatis anno trigesimoprimo curren te baptizatꝰ ẽ. Nã dicit Lucę. iij. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorũ triginta. vbi secũdũ Chrysostomũ Homilia. xj. sup Matthęũ iã Christꝰ habebat triginta annos cõpletos, & trigesimũ primũ inceperat. & ita tenet Augustinus. & confitet commẽtator seu postillator in glossa: licet magis descẽdat in oppositũ. Idem tenet Beda lib. de temporibus capite. xlvij. dicens. Habet ni fallor ecclesię fides dñm in carne paulo plus q̃ triginta tribus annis vsq suæ tpa passionis vixisse: q videlicet triginta annorũ fuerit baptizatꝰ sicut euãgelista Lucas testat: & tres & semis annos post baptisma pdicauit. sicut in euangelio Ioannes nõ solũ cõmemorato tertij redeũtis paschæ tpe perdocet: sed & idem in Apocalypsi sua. Daniel quoq in visionibus pphetice designat. Hæc dicẽs Beda innuit tẽpus prædicationis Christi designari, vbi scribitur Apocalypsis. xij. & Danielis. xij. de tempore & tẽporibꝰ & dimidio tpis: q. s. anno vno & ãnis duobus ac anno dimidio pdicauit. Insup Christus natus est quadragesimoprimo anno Augusti Cæsaris: vt Tertullianus dicit: & citat Hieronymus Danielis nono, cum ipso opinãdo. Sic inquit Hieronymus. Cleopatra cũ Augusto regnauit annis tredecim: post Cleopatrã annis quadraginta tribꝰ imperauit. nã oẽs anni imperij Augusti fuerunt quinquagintasex. Idem scribit Hieronymus in ꝓlogo quem ꝓponit Chronicis Eusebij dicens. Christus quadragesimoprimo anno Augusti natus: q̃nto decio Tyberij pdicare orsus ẽ. ergo habuit. xxx. annos q̃n baptizatus est. Sed forte dices. inchoauerat trigesimũ annũ. Cõtra hoc sunt ista introducta. Et adhuc pbatur, suppositis aliquibꝰ q̃ tenet ecclesia: videlicet q Christꝰ natꝰ est. viij. calendas Ianuarij: & baptizatus. viij. Idus eiusdẽ. quare si inchoasset solũ trigesimũ annũ habuisset solũ. xiij. dies trigesimi ãni: & sic ei multum defuisset de trigesimo anno cõpleto: cõtra euangelistã dicẽtem. Iesus erat incipiẽs quasi annorũ triginta. Ex qua cõclusione sequit q multũ aberrãt a veritate euãgelica dicentes Christum passum fuisse. xv. anno Tyberij Cęsaris, vt Orosius & Lactantius: quia i eodẽ anno secundũ euangelistam Iesus erat incipiens quasi annorũ triginta. ¶Tunc sic. Christus habuit triginta annos cõpletos q̃n baptizatus est, & ingressus est trigesimũ primum. sed in pascha tiij. postq̃ baptizatus est/passus est: ergo ingressus est trigesimũ quartum suę ętatis annũ. qđ est principale ꝓbandum. Q; aũt in pascha quarto passus sit, probat. Nam post baptisma susceptũ spiritus expulit eum statim in desertum vbi erat. xl. diebꝰ & xl. noctibus: vt scribit Marci primo. deinde iteratis vicibus venit ad Ioannẽ. postmodum vocatus ad nuptias in Chana Galilęę aquã in vinũ cõuertit: vt habet Ioannis secũdo. & hoc nõ erat anno quo baptizatꝰ est: sed anno imediate sequente: & ita iã erat natus. xxxij. annos. Postea cum ꝓpe esset pascha iudæorũ: ipse hierosolymam ascẽdit: vbi vendentes in templo eiecit: Ioanne nondum i carcerem misso. vt patet Ioannis. iij. Deinde Ioanne decollato secedens trans mare Galilææ cũ ꝓpe esset pascha dies festus Iudęorũ/satiauit quiq; milia hoim ex quinq; panibus & duobꝰ piscibus. Ioannis. vj. Et ante sex dies anni sequẽtis venit Bethaniam, vt habet Ioannis. xij. & crucifixus est in parasceue paschę ꝓxime sequentis. cõsequens est igit q crucifixus est i pascha quarto postq̃ baptizatus est. Et iterũ hoc ostendit. Nã sub Anna põtifice Ioãnes cœpit baptizare, & Christꝰ iter alios ab eo baptizatus est. vt habet Lucę. iij. & sub Caipha pontifice crucifixus est/vt ex euangelio constat. sed horũ põtificũ successione vix cõplebatur quadrtẽniũ. Nã Iosephus. xviij. de antiq tatibus ca. vij. sic refert. Valerius Gracchus efficit Annij Rufi successor. Is Annanũ remouens sacerdotio Ismaelẽ filiũ Iabi pontificẽ designauit. sed & hũc nõ multo post abijciẽs Eleazarũ Annę pontificis filiũ sacerdotio surrogauit. Post annũ vero etiam hũc arcet officio: & Simoni cuidam Camithi filio ministeriũ põtificatꝰ attribuit. Sed nõ amplius &

ipse q̃ vnius anni spatio/eodẽ pfunctus officio, Iosippũ cui Caiphas nomen fuit / habuit ordine successorem.

¶Sed contra ista arguit. Vocula quasi, diminutionẽ aliquã iportat in modo loquẽdi. ergo quasi trigenarius dicit ille qui nõdũ attigit xxx. annos. ¶Insup plerique valẽtes scriptores asserunt Christũ natum. xiij. anno Augusti Cæsaris, vt Eusebꝰ in ecclesiastica historia. ergo vna pbationũ nõ erat valida. ¶Tertio arguit. lxxviij. distinctione ca. Presbyter, Apparatus introducit Ioãnẽ Chrysostomũ dicẽtẽ q trigesimo anno nõ attigerat Iesus nisi triginta dies. sicut in euangelio continet: erat Iesus quasi annorum trigita. ¶Ad primum respondetur. q; (quasi) significat parum citra vel parum vltra: vt dicit Varro. cui synonymum est in significato (fere) significans parũ ab esse: vt dicit Calepinꝰ: vel (iuxta) scđm Priscianũ. & idẽ est. Simile habet Ioannis. vj. Discubuerunt viri numero quasi quinq; milia. de quo Lucæ. ix. dicit. erant fere viri quinq; milia. ¶Ad secũdum. non oẽs historiographi recipiendi sunt, q̃n a vero deuiãt. Scđo de Eusebio dicit q nõ ẽ cõtradictio nisi verbalis. nã aliqui loquunt de annis emergẽtibus: aliq de ãnis vsualibꝰ. Emergẽtes aũt anni eo die calẽdarij incipiũt quo res cuiꝰ anni cõputãtur, incipit esse. vt ego natꝰ sum quarto die ante festũ natalis. redeũte ergo illo die est annus emergẽs. loquor de reditu quo ad motũ solis ab occidẽte ad orientẽ. Sed vsuales annos nationes diuersę differẽter inchoant. verbi causa. Romani incipiunt suos annos calẽdis Ianuarijs. Aegyptij suos ichoãt quarto calẽdas septẽbris. vide Bedam. & Græci a calẽdis decẽbris. Augustus aũt imperium adiuit xvj. calẽdas Maij: vt Ouidius in Fastis scribit. & eodem die inceperunt anni emergentes. anni autẽ illius vsuales prius inceperũt apud Romanos calendis Ianuarijs ꝓxime ꝓcedentibus. apđ græcos calẽdis Decẽbris. Loquentes itaq; de annis imperij Augusti/vel emergẽtibus, vel vsualibꝰ Romanorum/dicunt Christum natum anno imperij eiꝰ xlj. loquentes autẽ de annis vsualibus Grẽcorum vel Aegyptiorũ, Christum dicunt natum anno imperij Augusti. xlij. loquendo eñ de annis vsualibus Grẽcorum, priꝰ currere cœpit annus imperij Augusti quadragesimussecundus q̃ Christus nasceretur. sed Christo nato cucurrit adhuc apđ Romanos annus Augusti. xlij. ad diem octauũ vsq; puta calendas Ianuarij. De annis autẽ emergentibus loquendo non prius currere cœpit annus imperij Augusti quadragesimussecundus q̃ aduenire t dies sextusdecimus Calẽdarũ Maiarum. Et sic patet quõ Eusebius: qui græcus erat: annum Calẽdis Decẽbris more Græcorum inchoauit. & cum eadẽ historia p Rufinum in latinum translata sit: plerosq; posteriores fefellit. ¶Ad tertium male allegat Chrysostomum glossa: vt patet ex supradictis. Insup dicit vnum inopinabile: q; Christus trigesimum diẽ attigerat. qđ est ęque verum ac dicere q. xxx. dies mediãt inter festum natalis & festum epiphanię. immo ille textus est omnino contra eam: q dicit. Dñs autẽ trigesimo ãno baptizatus est: & postea pdicauit. nemo eñ est trigenariꝰ nisi qui trigita annos cõpleuit. ¶Ex his ergo manifestũ est q Christꝰ anno Augusti. xlj. natꝰ est: q annis. lvj. imperauit: & anno. xv. Tyberij Cęsaris pdicare orsus est: quare tunc erat trigenarius completo. Proximo autẽ pascha post baptismum nõ fuit hierosolymã: in scđo pascha fuit: in tertio non fuit. in quarto fuit & mortuꝰ est: ac orbem redemit. & p consequens erãt tres anni completi cum quatuor mensibus vel circiter/post baptismum.

¶Distictiõis Quadragesimęquartę Quęstio Secunda.

Secundo in hac q̃dragesimaquarta dist. q̃rit quoto die Christus resurrexerit a mortuis. ¶Rñdeo. tertio die. Christꝰ nãq; passus est die parasceues: vt patet Lucę. xxiij. & Ioannis. xj. Dies autẽ parasceue est feria sexta. & surrexit vna sabbatorum/hoc est prima, scilicet die dominico. vt liquet ex illo Matth. xxviij. Vespere autẽ sabbati q̃ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalena & altera Maria videre sepulchrũ. Et noster Sedulius ita canit. Cœperat interea post tristia sabbata felix Irradiare dies, culmẽ q nominis alti A dño dominante trahit: primusq; videre Promeruit nasci mundum atq; resurgere Christum. Et ꝓmisit dñs se die tertio resurrecturum Matth. xvj. & xx. quod Cleophas in die resurrectionis attestatus est dicens Lucę. xxiiij. Tertia dies est hodie q hęc facta sunt. q; scilicet summi sacerdotes eum tradiderunt & crucifixerunt. Hoc Iosephus. xviij. antiq tatum, licet hebræus, confitetur dicens. Apparuit iterum suis tertio die viuus.

¶Sed cõtra istã conclusionẽ arguitur probando q non resurrexit tertio die. & hoc sic. Christus non est mortuus nisi vno die. ergo non surrexit tertio die, imo secundo. ¶Præterea Christus tribus diebus integris est mortuus. ergo non surrexit tertio die. consequẽtia est clara. & antecedẽs ostẽditur ex verbis Christi. Matth. xij. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terrę tribus diebus & tribus noctibus. ¶Ad primum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõcedo q; Christ⁹ nõ est mortuus nisi vno die naturali p totũ. sed cõsequentia est nulla. nã mortem passus est sexta feria: & sic illo die mortuus ẽ: mortuus est in sabbato: & prima sabbati surrexit. ergo tertio die. ts nãq; est modus cõis supputandi. quẽ admodũ si Sortes laborauerit febre tertiana, & hodie paroxysmũ pattat. s. die veneris: ꝓgnosticãdo medicus dicit eũ postea passurũ in die dñico: computãs diẽ in quo est ꝓ vno: & diem in quo lãguet ꝓ alio. hoc etiã videre licet de quartanis febribus, in quib⁹ solum duo dies mediant. ¶ Ad secundũ nego antecedens. & ad ꝓbationẽ ex verbis Christi de Iona. in primis nescis ꝓbare q; trib⁹ diebus integris fuit in vẽtre ceti: & dato q; hoc ꝓbaueris cõsequẽtia est nulla: qa (sicut) nõ semp dicit ęqualitatẽ: sed aliqualẽ similitudinẽ: vt artilæ cõmuniter dicere solẽt. & est mod⁹ peculiaris scripturæ. vt Ioannis. xv. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. & tñ nõ æqualiter vt notũ ẽ. ¶ Sed cõtra ista sic arguit. Christ⁹ trib⁹ diebus & tribus noctib⁹ iacuit in corde terræ: hoc est in sepulchro. vt dicitur Matth. xij. Sed tres dies & tres noctes faciunt tres dies integros. igit. ¶ Ad hoc nõdc̃ distinguendo vel in sensu cõpositio: & sic cõcedo vt sit categorica de copulato extremo. vel in sensu diuso & hypothetico. & sic nego. Illa aũt ꝓpositio Christi habẽ in sensu cõpositio. filius hois erit in corde terrę tribus diebus & tribus noctib⁹. hoc est triduo. partes ẽm ex quibus integrat triduum sunt tres dies artificiales & tres noctes. hoc ostendit Augustin⁹ quarto de trini. ca. v. & lib. iij. de consensu euangelistarum ca. xxiiij. vbi per tres dies & noctes nihil aliud itelligit nisi triduum. Et ꝓ isto supponat̃ qđ dicit Beda in libro de temporib⁹ ca. v. q; Hebrei, Caldei, & Persę diẽ naturalem inchoant a die artificiali & ab ortu solis. & ille erat modus supputãdi Moysi. Genesis. j. Factũ ẽ vespe & mane dies vn⁹ Aegyptij vero diem naturalem a vespere ichoãt. hoc est ab occasu ad occasum: quos Iudæi imitati sunt in festis legalibus post exitũ ab Aegypto. Romani autem a media nocte ad mediam noctẽ dies naturales supputant. Vmbri & Atheniẽses a meridie ad meridiem. & hoc passim imitant astronomi. Itaq; incipiendo diem veneris scilicet sextã feriam qua Christus passus est, more Aegyptiorum, habuit initium die iouis in occasu solis. sed hora nona diei veneris passus est. quare illo die est mortuus: quia in parte illius diei. & idem patet incipiendo diem more Hebræorum antiquo quem etiam seruabant: nisi in festis legalibus: passus est mortẽ illo die. & toto die sabbati naturali mortu⁹ est: qui habuit initium in occasu solis diei veneris Aegyptiorum more: & terminabatur i occasu solis diei sabbati: nec resurrexit nisi mane die dominico. ergo mortuus est in parte diei tertij. ¶ Ex omnibus his patet q; oportet capere diem sabbati integrum & alios dies per synecdochen. de die veneris nulla est difficultas antiquo more Hebrẽorum, Aegyptiorum, vel Romanorum. de sabbato autem omnia sunt perspicua. similiter de tertio die more Romanorum & Aegyptiorum omnia sunt clara: & more antiquo Hebræorũ adhuc erat dies vulgaris. iuxta illud Matthæi. xxviij. Vespere autem sabbati quæ lucescit. & Lucæ. xxiij. Val de diluculo. licet in primo solis ortu sint aliquę tenebræ, nam Maria Magdalene venit mane cũ ad huc essent tenebræ ad monumentũ. ergo erat dies vulgaris, siue sol erat super horizontem siue nõ. hoc est, erat vesper qui lucescebat. extrema enim pars diei vocat̃ vesper ab hespero stella, id est venere: qui nonnunq; ꝓcedit solem: & vocatur stella matutina. nõnunq; sequitur. & ad significandum extremam partem noctis ponit̃, quæ lucescit: causa discrimitis. ¶ Sed obijcies. Christus hora nona mortuus est vt dicunt Euangelistæ. Nã Matthei. xxvij. dicit̃. A sexta autem hora factę sunt tenebrę super vniuersam terram vsq; ad horam nonam. & paulopost. Iesus autem iterum clamãs voce magna emisit spiritum. sed computãdo ab occasu solis, hora nona respondet horæ tertię nostrę Romanæ. Respondeo. pro istis horis cognoscendis oportet eas supputare ab ortu solis. quia mane, hoc est hora prima, vinctum adduxerũt Iudei Iesum ad Pontium Pilatum. Matth. xxvij. hora sexta erat meridies: & hora nona hora tertia pomeridiana vel circiter. non enim oportet horas illas a vespera præcedente: nec a media nocte supputare. Ex quo sequitur q; Christus mansit mortuus xxxix. horis. probatur sic. tunc erat equinoctium, vel paulopost: & p consequẽs dies artificialis erat æqualis nocti: & oportet supputare ab ortu solis super horizontem. & expirauit hora nona diei veneris. restabant ergo tres horæ illius diei ad occasum solis. deinde computando integrum diẽ sabbati ab occasu ad occasum sunt. xxiiij. horę. ergo habentur. xxvij. & cum resurrexerit oriente sole i die dominico: oportet illic deprehendere. xij. horas. quæ aliis additæ reddunt. xxxix. etiam cũ aliquibus fractionib⁹ proportionabiliter ad intercapedinem æquinoctij ad resurrectionem Christi. ¶ Tertio arguitur. nemo est trigenarius nisi trigesimum annum compleuerit: vt quæstione præcedente diximus. ergo nõ surrexit tertio die nisi fuerit completus. ¶ Quarto arguitur. Marci. viij. dicit Christus. Et cœpit docere eos quoniam oportet filium hominis pati multa & reprobari a summis sacerdotibus & scribis. & occidi, & post tres dies resurgere. ergo erãt tres dies completi anteq; resurrexit. ¶ Ad tertium consequentia est nulla: qa euangelium dicit q; Christus tertio die resurrexit.

ad cui⁹ verificationem oportet q; tertio die resurrexerit. nõ aũt dicit q; Christus die tertio completo resurrexerit. modo in quacunq; hora diei tertij/ tertius dies est: quia successiua quo ad esse & quo ad fieri qñ fiunt, sunt. secus est de permanentibus quo ad esse. nam pmanentia quędam non sunt nisi deducta fuerint ad esse completum: sicut statua non est nisi postq; completa fuerit: vt dicit Aristoteles tertio physicorũ. & scdo peri hermenias. Q đ fit non est. ¶ Ad quartũ dicit q; Matthęus & Lucas eandẽ describũt sententiã: q dicunt, tertia die resurget. Itẽ Marcus loquit̃ de prima die & tertia die per synecdochen. hoc est/ post partem vltimã primi diei, & totum diem secundum/ & post partẽ aliquam tertij diei. nec hæc expositio est extorta. quod patet ex Augustino tertio libro de doctrina christiana, declarante quintam regulam Ticonij de temporibus. Inter cætera dicit q; tropus synecdoche facit intelligi quomodo Lucas ca. nono post dies octo factũ dicit quod Matthęi. xvij. & Marci. ix. factum dicitur post dies sex, quando dominus in monte est transfiguratus. vtrũq; ẽm verum esse non potest: nisi Lucas intelligatur partem nouissimam diei: quo Christus hoc ꝑdixit futurum: & partem primam diei quo ostendit id impletum, pro totis duobus diebus integris posuisse. qui vero dicũt post dies sex: integros oẽs & totos & solos medios computarunt. ¶ Quinto arguitur. Lazarus dictus est pati mortem quia dicebatur quatriduanus: & hoc vt cognita foret mors eius: & non passus diceretur syncopin. ergo hoc decuit fuisse de Christo. ¶ Respondeo. de morte Christi nulla poterat esse dubitatio cum in metropoli Iudææ toto ppło congregato in festo paschę & coram Iudæis passus sit. & vt non remanerent in cruce corpora in sabbato rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura: ad Iesum autem cũ venissent, vt viderũt eum iam mortuum &c. vt dicitur Ioannis. xix. qualia testimonia non erant de morte Lazari qui loco segregato mortuus erat: & vt eius mors alijs innotesceret/ resuscitationem futuram differebat Christus.

¶ Distictiõis Quadragesimęquartę Quęstio Tertia.



Tertio in eadem distinctione quæritur: An infern⁹ sit sub terra. nõ loquimur de iferno vt nominet cruciatũ: sed vt locũ cruciatus dicat. ¶ Ponitur cõclusio affirmatiua. quæ probatur per glossam in illud Esaiæ. xiiij. Infernus subter te cõturbatus est. quæ dicit q; ifernus est sub terra. hoc itẽ patet per aliam glossam super illud Ionę. ij. Et protecisti me in ꝓfundũ in corde maris. q; dicit. Sicut cor est in medio animalis: sic infern⁹ in medio terrę perhibetur. Insuper Augustinus libro secundo Retracta. ca. xxtiij. retractãs illud qđ de inferis dixerat. xij. li. super Genesim/ inquit. Magis mihi videor dicere debuisse q; sub terris sint, q; rationem reddere cur sub terra esse credantur. Et ad hoc est ratio. nam sicut spirit⁹ beati prẽmiant̃ in loco eminentissimo & in circũferentia circuli: sic decens est nentissimo & in circũferentia circuli: sic decens est q; damnati puniantur in loco abiectissimo, scilicet in centro vel circa ipsum. Præterea Chore, Dathan, & Abiron terra absorpsit: descenderuntq; viui in ifernum operti humo. Nume. xvj. Aristoteles quoq; secundo Meteororum ponens opiniones de generatiõe maris, allegat sextum modum Platonis, q; circa medium mundi est copia aquarum, & vocatur tartarus. Et sexto Aeneidos dicit Homerus Mantuanus. Bis patet in præceps tãtũ tenditq; sub vmbras Quantus ad æthereum cæli suspectus olympum.

¶ Contra hãc cõclusionem argumẽtor. plures sunt damnati q; saluati. iuxta illud Matthi. xxij. Multi sunt vocati: pauci vero electi. Et vigesimo de ciuitate ca. xxj. diuus Augustinus ait. Plures hoies erunt in pœnis q; in gloria. Sic̃ dicit vndecimo eiusdẽ. Et vt dicit Christ⁹, lata porta & spatiosa via est q; ducit ad perditionẽ: & multi sunt q; intrant p eã. Matth. vij. Cui suffragat Maro. vj. Aeneidos. Facilis descensus auerni. Noctes atq; dies patet atri ianua ditis. Sꝫ reuocare gradũ, superasq; euadere ad auras, Hoc opus, hic labor est. pauci quos æqu⁹ amauit Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus Diis geniti potuere. Ad hoc est ratio. nam plurimi fuerũt & sunt ifideles: & sunt hęretici & male viuẽtes christiani: sed cum corpora erunt assumpta post iudicium, non omnia illa corpora poterunt esse in terra. Etiam oportet assignare vnam partem terrę pro limbo puerorũ. ¶ Respondetur admisso antecedente pro prima parte, quia illa est rationabilis. sed negatur minor. nam omnia corpora damnatorum poterunt esse in terra per compressionem ad modum rotę. secũdum illud psalmographi. psal. lxxxij. Deus me⁹ pone illos vt rotam. Et illud. Sicut oues in iferno positi sunt. psal. xlviij. Nam oues in æstate cõprimuntur propter ardorem solis/ euntes agminatim ad vmbram: in hyeme gregatim vt mutuo anhelitu & calore se muniant. Secundo deus potest cõuertere sphæram aquæ in parte vel in toto in terram, & rarefacere vel augere alias partes/ aeris vel ignis, ne sit vacuum, quousq; sit locus sufficiens. Tertio dico. potest deus ponere omnia corpora

dānatorū sine cōdēsatione in foramine acus. hoc oīēsum est in decima dist. huius. Quarto dico q̄ terra his oībus sufficit. nam si omnes hoies essent in supficie terrę habitatę/parum occuparēt. & cum hoc sint mōtes inuij. plana etiā terra difficulter in habitat in plerisq; locis ꝓpter calorē/ frigus/& im manes bestias. & sunt insulę forte reperibiles. ¶ Si vera sit opinio Theodosij, Ambrosij, Macrobij & Eratosthenis, q̄ cuilibet gradui in cælo respondent septingenta stadia in terra: iā terrę circuit⁹ du cēta quinquagintaduo milia stadiorū continebit. qđ patet ducēdo trecēta sexagita i septingēta. Cuius diameter facile reperitur supponendo ex geometria practica regulā infallibilē, q̄ circūferentiæ ad diametrū ē ꝓportio tripla sesquiseptima, sicut viginti duorum ad septē. partire igit ambitū terrę p. xxij. & in numero quotiēte exibūt vndecim milia/quadringenta/quinquagintaquatuor/vna scēa & vna vigesimasecunda: cuius vigesimęsecundæ partis numerū subtrahe a numero ambit⁹ terrę, & relinquunt ducēta quadraginta milia/ quingenta/ quadragintaquinq; & decem vigesimęsecūdę. huius residui quęre tertiam partem/ipsum per tria diuidendo: & erunt octoginta milia/centum/ octoginta vnum/semis & septem vigesimęsecundæ: & habebis diametrum terrę. quæ si in duas partes sę iungatur, habebitur terræ semidiameter/ scilicet quadraginta milia nonaginta & viginti vigesimę secūdę/crassitudo a supficie terrę ad cētrum vsq;. Et si velis habere miliaria: partire hunc numerum per octo: & sic ꝓfunditatē immensam habebis in terra: & magnū erit interuallum. siquidē a supficie ad eius centrum sunt. M. dlxxxix. leucę cū miliari cū paruis fragmentis. Vtēdo aūt modo Ptolemęi potes similiter deducere. vnde hic imaginemur pedem circini immobilē in cētro terrę: ducat⁹ alt⁹ pes trahēdo circulum paruū: secūdū illam petitionem primi Euclidis, sup cētrum qđlibet/circulum quā tūlibet occupando designare. dicatur iste circulus a. rursus eodem pede in centro immobili expāda tur alius vltra peripheriā circuli a. ad aliqualē distā tiam ducat⁹ circulus b. & sic deinceps. Pessim⁹ aūt est in cētro diabolus tanq̄ in suo carcere ꝓpetuo: alij vero ꝓximi ei in malitia accedūt i circulo b. vt mali dęmones: Mahumetus: Arrius: Nero: Iudas, & similes: & sic per ordinē. Sed dicis. ergo existentes in circulo b. habebūt pedes super capita existētium in circulo a. nam qui existūt in circulo a. non tendunt vlterius cum sint ex omni parte centri. Et licet nullū esset impedimentū non progederentur vlterius: cum ibi sit maximus descēsus. existentes aūt in circulo b. appetūt descēdere: sed habent resistētiā ab alijs. qui vero existūt in circulo c. vtrosq; deprimūt. quemadmodū equus fert hibernicum & pondus in suo collo ac si esset immediatū equo: & sic existētes prope centrū deprimūtur ab oībus superioribus: & ita tandē suffocabuntur & perībunt. Dicitur q̄ non suffocabūtur: quia deus eos præseruabit. nec morientur: sed quærent mortem & fugiet ab eis. An purgatorium sit vicinius inferno q̄ limb⁹ puerorum/ incertum est. limbus autem patrum pro tempore quo erat/fuit sup̄mus. hinc inter Abraham & diuitē epulonē fuit se magnum chaos i euāgelio refert. Probabile est q̄ purgatorium sit nunc in supficie inferni/& limbus puerorum super ipsum. augebitur autē post diem iudicij infernus imbibendo purgatorium: & limbus puerorum erit circa superficiem terræ i terra vt opinor.

¶ Distictiōis Quadragesimęquartę Quęstio Quarta.

QVarto pro eadē quadragesimaquarta distinctiōe Quero: an ignis iferni sit etiā dē speciei cū igne nostro. Respondetur affirmative. probatur. ignis est species spectalissima: & quilibet ignis cū quolibet idem in specie. sicut est de aere/aqua/& terra. Præterea q̄libet aqua cum qualibet aqua est eiusdem speciei. i. Topi. ergo similiter de igne. Insup iane est cōfugere ad distictionē specificam: nec auctoritates sanctorum ad hoc sonant: ergo conclusio est vera.

¶ Contra quā arguitur sic. Ioannes Damascenus lib. iiij. cap. xxviij. dicit q̄ ille ignis non est materialis qualis est apud nos. sed qualis sit nouit deus: cum ibi non sit ponendus ignis nisi spiritualis. ergo non est eiusdem speciei cū igne nostro. nec loquimur de specie subalterna. Et confirmatur assumptū de diuite epulone. Lucæ. xvj. qui dicebat linguam suam cruciari flamma. nam cum constet illum non habuisse linguam corporalem sed spiritualem: videtur q̄ metaphorice de vtroq; loquatur. ¶ Ad primum dicitur concedendo assumptum: vt prædicatum sit hoc totū (materialis qualis est apud nos) sicut Achillies nō fuit homo talis qualis Thersites. nam ignis apud nos eget fomentis: non autem ille. Ad confirmationē nego q̄ ignis inferni sit solum metaphoricus. vn de. iiij. dialogorum dicit beatus Gregorius. Ignē gehennæ corporeum esse non ambigo. Et q̄q̄ dies epulo vel eius aia (qđ pro eodem ibi accipio) non habebat linguā proprie dictam nec corpus: non sequitur ex illo q̄ in inferno nullus sit ignis: quia auctoritates sanctorū vnū cōuincūt: & rō cogit aliud spiritualiter exponere. ¶ Scđo argumentor. Ignis apud nos est corruptibilis: ille aūt est incorruptibilis, iuxta verbū Christi Matth. xxv. Ite maledicti in ignē ętern̄. mō corruptibile & icorruptibile differūt secūdū gen⁹. x. metaphysicę. Insup ignis noster suapte natura appetit ascēdere: ille nū q̄ ascēdit. similiter nō augeт ex materia: ignis autē noster appetit materiā apponi vt nutriat. secundū illud Prouerbioꝝ. xxx. Ignis nunq̄ dicit sufficit. ¶ Ad scđm dico q̄ eādē corruptibilitatē habent. nec oīs ignis appetit ascēdere. qđ patet de igne immediato cōcauo lunę: q̄ si esset hic inferius/appeteret adire suā sphęrā. Etiā nō appet q̄ ignis existens apud sphęrā lunæ quoquo pacto corrūpat q̄a nō est cōtrarietas intrinseca: cū caliditas & siccitas ei nō aduersent: nec est cōtrarietas extrinseca. Et licet aliqua influētia Saturni vel Lunę sit frigefactiua in illa ptē: nō potent frigefacere vel saltem corrūpere ignē. & si sic: q̄uis esset contrarietas extrinseca/agēs cōtinuo maneret. Dico scđo. q̄a i inferno dę⁹ nō cōcurrit cū aliquo ad corrūpēdū ignē inferni: ideo ꝓpetuo manet. nec opus est q̄ noua materia ministreт, siue sit in materia intrinseca siue extrinseca. Nūqd spectalis manutenētia dei conseruat corpora ꝓpetuo in cęlo & in inferno? quare sic nō potent agere cū igne? nā si causa prima nō concurrat ad corruptionē alicui⁹ rei: illa res ꝓpetuo manebit incorrupta. Beat⁹ Augustinus. xxj. de ciui. dei. ca. xlv. & vj. dat suasiōes seu manuductiones de mōte Aetna & Chimera tot sęculis durātibus. sed pōdus in his ē reducēdū ad dei actionē. At ꝓpter dicta subdubitas quare ignis in nro foco nō cuestigto cōscēdat: cū suapte natura appetat transcēdere fastigiū aeris. Dico. sic facit: ꝫ cōtinuo nouus ꝓcreat⁹ q̄ insequit: nec istātanee ascēdit ꝓpter aerē resistētem. si aūt nullus ponat⁹ aer, & relinquat⁹ suę naturę: tā subito cōscēdet. Si dicas. vehemēti⁹ ignis calefacit eū q̄ est sup ignē pedaliter q̄ illū q̄ est ad latus pedaliter: q̄a tēdētiā ipetuosam sursū habet. De hoc erit sermo statim. deus oīa supplet. Hinc ignis i varijs materijs mirabiles habet naturas: vt ignis sulphureus penetrat ossa/carne molli conseruata. Ex istis patet q̄ nunq̄ calor cordis in dānatis remittet frig⁹ vel ecōuerso, q̄n semp manebūt dānati/ꝓpter nō cōcursum dei ad illud.

¶ Tertio arguit̄. sequit̄ q̄ corpora dānatorū erūt calefacta in summo & ꝓpe summū post diē iudicij: & sic nō erit qualitas conueniēs ad vitā. cōsequētia est manifesta si ignis iferni sit eiusdē speciei cū igne nostro. ¶ Rndet. partita est positio in hoc argumēto: bea. Thoma & suis opinantib⁹ q̄ ignis nō calefaciet corpora dānatorū post mortē. sed sola intētionalis actio sufficit ad pœnā qđ patet nūc in aīs sepatis & dęmonib⁹. Alijs quibus magis assentimur dicentibus q̄ ignis agat in

corpora dānatorū ipsa calefaciēdo. Ratio est: quia ignis est agens naturale, & corpus hūanū passum dispositū ad susciptendū. & auctoritates sanctorū ad hoc sonāt: nec rōnes aduersariorū mouēt. ergo ista pars ē rōnabilior. Nō tñ ex hoc iferas aliā partē ex dictis nostris rōnabilē tanq̄ a copulatiua vitualiter affirmatiua ad alterā ei⁹ partē: cū in modo loquēdi iterdū vulgariter & nō logice vtamur cōparatiuo. Nō valet rō istorū, q̄ cessāte cęlo nō erit actio ipsi⁹ ignis: cū causalitas causarū secūdarum a cęlo depēdeat. hoc inquā nō valet: ac reprobat i articulis Parisiensib⁹. & etiā sic nō esset actio intentionalis: cui⁹ oppositū ipsimet dicūt. Nunqd ad ꝓces Iosue/& Ezechię sol stetit? & si cęteri cęli nō stetissent nō fuisset harmonia in aspectib⁹ cęlorū: Iosue tñ mouebat. Insup cælū agit in hæc inferiora p influentiā aliter q̄ p motū. Nec valet qđ alij dicūt/verbū illud Iob nō posse saluari hoc mō. Ad nimiū calorē trāseat ab aquis niuiū. Iob. xxiiij. & tñ hoc pōt saluari p actionē intētionalē: q̄ non est calor nec frigus. Dico q̄ trāsire possunt vicissim de calore ad frigus vt maior sit pœna. nā oppositа iuxta se posita magis apparēt. & sic simpliciter sunt pœnaliora & magis cruciatiua: & appet victus sim, ex verbo transeat. Scđo dico q̄ possunt his pœnis sic cruciari scđm varios ptes: sicut cerebrū est frigidū, & cor calidū. Dico tertio q̄ nulla est repugnātia caloris & frigoris in summo scđm oēm positionē, & potissimū apud tenētes oppositum. cū enī calor & frigus se cōpatiant in gradib⁹ remissis: qđ obstat quin sint simul de potētia dei? Vtcūq; dicat⁹ sunt miracula. Si dicas. est miraculum q̄ aīa informat corpus sic calefactū. sic est miraculū q̄ ignis nō calefacit pallū approximatū obiectiue. facile qđ possumus ostēdere tot miracula ad oppositū quot ad hoc qđ tenemus. Et q̄uis plura essent ad hūc modū: argumētū ē debile: q̄a possumus negare in oīb⁹ istis eē miraculū: cū ipm debeat esse insolitū vltra vires causarū naturaliū. Illud aūt qđ secūdū cōmunē legē fit: post diē iudicij nō debet dici miraculū. sicut nūc esset miraculū ponere duo corpora in eodē loco adęquato: post diē iudicij in corporibus beatis nō est miraculū. sed hoc est de termino cōtēdere. Sed cōtra istud argumentor. sequit̄ q̄ cruciat⁹ dānandorū hoim augebitur post diem iudicij. hoc est absurdū: cū non sit sic in beatis augmentatio glorię. Transeat illud q̄ cruciatus ꝓueniēs ex parte corporis augebitur: sicut post diē iudicij habebūt corpora assumpta dānatę animę & nō ante. Et demus q̄ corpa damnādorum nunc multū calefiant/nūc multū frigefiant: non oportet q̄ aliquid remoueat ab illis corporibus. ¶ Sed pęis. an oīa corpora damnandorū ęq̄liter calefiant vel frigefiant: & an tantū calefiant i primo instanti in quo sunt in inferno/ quātum in

posteriore i quo illic sunt.& si sic: ignis nō produ-
cit illum calorem ex sua natura.nā cū sit agens ex
trinsecum,citius calefacit partes vicinas q̄ remo-
tas:& citi⁹ introducit gradū vt vnū q̄ vt duo: ci-
tius vt duo q̄ vt tria.& sic consequenter.ergo suc
cessiue fiet calefactio.& similiter frigefactio. Rn̄-
deo sicut paulopost dicemus quęstiōe vltima hu-
ius distinctiōis:licet oēs animæ æqualiter detinea
tur in orco:tn̄ inæqualiter puniunt. Possumus id
dē dicere de calore & frigore q⁹ de⁹ pmittit ignē
introducere aliquos gradus caloris secundum de
merita Neronis:& q⁹ ille calor nō amplius auget:
quia deus nō concurrit cum igne ad amplius cale
faciendum.cum Iudæo aūt vel mahumetano me
diocriter malo cōcurrit ad pauciores gradus, hoc
est/cum igne puniente eos.& potest esse q⁹ ille ca-
lor remittat gradualiter p frigus quando pisciunt
corpora in frigus niuū. De isto nāq; cruciatu cor
poreo nō incōuenit q⁹ variet.& non est necesse di
cere q⁹ cū primū damnat⁹ est in inferno/adeo rigi
de cruciet vt vnq̄ cruciabit in corpore:quia de⁹ p
mittit agentia naturalia in suis dispositionib⁹ ad
calefaciendū vel frigefaciendum ad vnū certum
gradum vsq;,vt diximus.Et cū ꝓbabile sit q⁹ ca
lor interdum remittat a frigore,quare nō ꝓdueet
succesiue/& si sic:in primo tempore quo erat in i
ferno/augebitur calor. ¶ De calore aūt frigore &
huiusmodi pœnis nō inaniter poetę gētiles cecine
runt:fingentes apud inferos esse Stygem/ Ache-
rontem,Lethen,Cocytum & Phlegerōtem. Styx
est aqua prope Nonacrim Arcadię regionē tā im
mensæ frigiditatis vt nec vas argēteum nec greū
in ea subsistere possit citra fractionē. De Lethe sic
dicit Lucanus lib.ix.Quā iuxta Lethes tacitus p̄
labitur amnis Infernis (vt fama) trahens obliuia
venis.Poetę ei vmbratice dixerūt illud qđ in lucē
prodijt prīo a sanctis patrib⁹. Ignis itē inferni de
bet eē fumosus ꝓpter terrestreitates & cōclusionē
fumi.scđm illud Matth.xxij. Ligatis manibus &
pedib⁹ proijcite eū in tenebras exteriores. qđ Gre
gorius exponēs dicit.patū luminis est vt pœnas
videant.Idem dicit nono Mora . exponens illud
Iob.x. Sed sempiternus horror inhabitat.

¶ Distictionis Quadragesimę q̄rtę Quęstio Quinta.



Rosequendo eādem
materiā erit quinta q̄stio hui⁹
quadragesimequartędistictio
nis:an corp⁹ dānati possit ca-
lefieri. Et ꝓbare conabimur q⁹
non:qa id fieri deberet p itro
ductionē caloris. sed hoc nō:
quia non pōt habere vnū gradū vel duos/caloris
vel quatuor,vel quotcūq; grad⁹ accipere libuerit.
Supponamus pro ipsa difficultate q⁹ corp⁹ Ma
humeti habebit calorē vt octo:& q⁹ ille calor pu
re partibiliter introduceret ab igne circūstāte,hoc ē
ab agente extrinseco.Et probat q⁹ nunq̄ habebit
calorē vt quatuor.quia vel datur primū instās in
quo corpus habebit calorē vt quatuor:vl' vltimū
in quo nō habebit calorē vt quatuor.cum ergo in-
cipiat esse/oportet q⁹ p alterum istorum instantiū
hic calor capiat exordiū. Nō primū.qa sit a.istās
quo corp⁹ Mahumeti habebit calorē vt quatuor.
Tūc sic:ille calor est diuisibilis,& nō est extra sub
iectum:ergo alicui subiecto diuisibili inhęret.sit il
lud diuisibile digitalitas:medietas illius digitalita
tis prope agens citius habuit calorē vt quatuor q̄
tota ista digitalitas: cum agens extrinsecum citius
agat in partē vicinā q̄ remotam equaliter disposi
tam.non est hic sermo de minimo naturali in suo
toto:in toto supple igne:cū corpus applicat igni.
vel loquamur de parte post illā minimū.ergo nō
dedisti a.instans in quo hoc corpus habet calorē
primo vt quatuor. Nec secundum:puta non dat
vltimum instans quo non habet calorem vt qua
tuor.nam signetur illud instās:& sit b.tūc in b.in-
stanti hoc corpus nō habet calorem vt quatuor:
ergo distat a calore vt quatuor.& non indiuisibili
ter,& imediate post hoc acquiret calorem vt qua
tuor:ergo subito acquirit illū gradum scilicet ca-
lorem vt.iiij.Hoc argumēto Simō de Lēdinaria
medicus concluserat vt dicit,fratri Paulo Veneto
Parmæ tpe floridi studij,& multis alijs qui multo
melius intelligebāt:nec repperit virum qui sibi ar
gumentū diluerit. Sed est cōmune,& cuilibet pri-
ma fronte occurreret venanti materiā intēsionis.
¶ Respondetur negando q⁹ nunq̄ habebit calo-
rē vt quatuor.imo per vltimū istās nō eē introdu
cit calor vt q̄tuor.hoc ē in b.icipit calor vt q̄tuor
esse in hoc subiecto:per remotionem de præsenti
& positionem de futuro. Et cōcedo q⁹ quilibet ca
lor non terminatus ad agēs quem habet hoc cor
pus in b.instanti exceditur a calore medio diuisi-
biliter.sed non propterea sequitur q⁹ calor vt qua
tuor subito introducetur:cum in nullo excessu di
uisibili gradus vt quatuor quēlibet calorem q̄ est
in b.instanti in hoc corpore excedat . nulla enim
pars illius caliditatis terminata ad extremum ver-
sus ignem excessu diuisibili excedit a gradu me
dio in hoc instāti b.quia quilibet gradus citra me
dium est in hoc subiecto. gradus autem medius
est remississimus/qui non est in hoc subiecto. Q⁹
nullus sit excessus quo quælibet caliditas in hoc
corpore exceditur a gradu medio quem supponi
mus vt quatuor.patet:quia in proportione dupla
non quælibet caliditas in hoc corpore exceditur a
gradu medio.quod probo:qa hic est caliditas vt

tria cū duabus tertijs gradus: super tria cū tribus
quartis;sup tria cū septem octauis: cū nonaginta
nouē centesimis sup tria.sicut in nulla proportio-
ne hoc totū est maius sua parte quātitatiua. Non
stes in hoc q⁹ vndiq; caliditas circūstet corpus hu
ius pseudoprophetę. nam eadē est difficultas eun
do ad partes centrales corporis.sed ponam⁹ ignē
ad vnum latus solum vt res sit luctdior. Pronunc
supponamus qđ verū credo latitudinē vniformi
ter difformē terminatā ad aliquē gradū,ad ipsum
terminari exclusiue,& nō inclusiue, vt latitudo ca
liditatis a nō gradu ad octo vsq; vniformiter dif
formis nō habet octo: sed quemlibet gradū citra
octo.nam oppositū tenendo/iam dicendum esset
q⁹ datur primū instās in quo habet calorē vt qua
tuor: & ille calor sit in subiecto diuisibili sed indi-
uisibiliter:sicut corpus sphęricū tangit pfecte pla
num punctaliter,sed nō in puncto:negando indi
uisibilia in continuo. Ex quo patet sic arguendū
esse:nunc nō est calor vt.iiij.in hoc subiecto, nec
quilibet gradus citra.iiij.& immediate post hoc in-
stans erit gradus vt.iiij. ergo gradus vt.iiij.cito
introducetur.& sicut cōsequens est falsum:ita an-
tecedens pro secunda parte. ¶ Sed cōtra istud ar
gumentor. In b.instanti hoc corpus nō habet ca-
liditatē vt quatuor:& immediate post hoc instans
b.habebit calorē supra quatuor: & prius habebit
calorem vt quatuor q̄ caliditatem supra quatuor
ergo gradus medius nō introducitur per vltimū
instans non esse. Q⁹ immediate post hoc instans
hoc corpus habebit caliditatē supra quatuor:pro
batur sic.ante quodlibet instans futurū erit calidi-
tas vt quatuor in hoc corpore: & illa caliditas per
solutionem habebit subiectum diuisibile: & dimi
dietas illius partis prope agens habebit caliditatē
sup quatuor anteq̄ dimidietas remotior habebit
quatuor. Q⁹ pri⁹ habebit calorē vt quatuor q̄ ca-
lorem supra quatuor:patet:quia cum oēs gradus
successiue introducātur & ordinate: introducetur
calor vt quatuor ante calorē supra quatuor. For-
te dicis & sic dicēdum est q⁹ immediate post hoc
istud corpus habebit calorē vt quatuor: & imme-
diate post hoc istud corpus habebit calorē supra
quatuor:& in nullo instanti habebit calorē vt qua
tuor quin in eodem habebit calorē vltra quatuor.
nam quocunq; gradu vltra medium dato/citius
habebit gradum medium.Contra hoc ꝓbatur q⁹
citius gradum medium habebit q̄ gradum vltra
medium. & hoc sic. cito habebit gradum mediū:
& cito habebit gradum vltra medium: & nullum
gradum vltra mediū ita cito habebit vt gradum
mediū:ergo citius habebit gradum mediū q̄ gra-
dum vltra mediū. cōsequentia patet ab exponen-
tibus ad exponibilem ratione cōparatiui gradus.
oēs exponētes clarent.Nō cīn debet esse dubium
in illa,nullum gradum vltra medium ita cito ha-
bebit vt gradum mediū.quia dato oppositō,vide
licet aliquē gradum vltra mediū ita cito habebit
vt gradum mediū, signetur ille gradus qui sit vt
quinq;. Arguitur sic.in quocūq; instanti est q̄nq;
in hoc subiecto qui excedit diuisibiliter gradum
mediū:prius erat gradus medius in hoc subiecto
qđ patet:qa iste quint⁹ gradus successiue acquiri-
tur:ergo dimidietas eius prius acquirebat.& quā-
docunq; erat quatuor cū dimidio/erat gradus me-
dius:& adhuc nō acquirebatur gradus vt quinq;.
Eodē modo ꝓbare potes q⁹ nō acquiritur calidi-
tas vt quatuor cū dimidio ante quatuor. ¶ Dico
q⁹ inter arguendū responsum est ad vltimā repli
cationē vsq;.ad quā dico q⁹ ratione termini stan-
tis determinate oportet dare singularē,& nō in-
choare expositionē a cōparatiuo:quēadmodum
ista,aliqua pars continui est maior parte continui,
est falsa: & eam exponendo vt iacet/ exponentes
essent verę.(gradum mediū)in vltimo loco distri
buitur ratione cōparatiui & dictionis(q̄)in primo
autē loco stat determinate.demus igit hāc singu-
larē.hūc gradū mediū ita cito habebit vt gradum
vltra mediū.modo hęc est falsa.nā in quocūq; in-
stanti hoc corpus habet hūc gradū mediū:ille est
extēsus p subiectū.& cū iste gradus medius sit in
hoc subiecto demonstrando dimidietatē subiecti
remotiorē ab agente:est gradus vltra mediū ꝓpe
agēs:& prius fuit gradus vltra mediū: quare istū
gradum iam datum nō ita cito habebit, vt illum
gradū vltra mediū.Eodē modo hęc ē falsa.istud
corpus ita cito habebit gradū mediū vt gradum
mediū.patet p idem fundamētū. Potes dicere q⁹
sic debet exponi vt iacet.sortes cito habebit gra-
dū mediū,& cito habebit gradum vltra mediū: &
nō ita cito habebit gradū vltra medium vt gra-
dum mediū.modo tertia exponens est falsa. Sed
possunt esse tricę logicę ex parte expositionis &
suppositione dictionum ita & vt,q⁹ confundant
tn̄ immobiliter.quibus nō est insistēdum in ꝓse-
quutione nostri negocij. Et licet nō sit actio ab ex
trinseco in parte propinqua quin aliqua erit in re-
mota:tamē intēsior erit in parte vicina q̄ remota:
& quacūq; remota data/citi⁹ aget in ꝓpinquā. Lo-
quuti sumus hic de agēte extrinseco: qa si agens
fuerit intrinsecū,sicut forma aquę est respectu fri
goris ꝓducēdi:bene dabitur primū instans frigo-
ris extensi,vt quatuor vel duo:cū oē agēs equali-
ter agat in plura passa equaliter applicata.

¶ Cęterū stante casu quæstiōis prīn
cipalis obiter occurrit alia affinis difficultas circa
hanc intēsionē formę ad ꝓbādum q⁹ corpus Ma
humeti nō possit totū calefieri:quęrendo p qđ in-
stans corp⁹ Mahumeti habebit caliditatē secūdū

Universidad de Deusto
Biblioteca

se totū.capio totū syncategorematice. hoc est qñ habebit caliditatē secūdum se & quodlibet sui. Et arguit q̄ nō pōt sic habere caliditatē. qa vel hoc est p primū instans esse: vel vltimū initās nō esse. neutrū est dicēdum.igit. Omnis siquidē res incipiens incipit p primū instans esse: vel vltimū instans non esse.nec aliquo pacto occurrit instantia extra casum de ꝓductione.c. angeli. In istis formis hoc vbiq; tenet. Q̄z neutrū sit dicendū ꝓbatur. Sit corpus Mahumeti ꝓfundū tribus pedib⁹: & ignis applicatus pectori vel dorso:illa dimēsio est ꝓfunditas,cū sit minima iter tres:maxima est longitudo:& media latitudo.qđ patet p dimēsiones arcę Noe.Geneseos.vj. Trecentorū cubitorū erat longitudo arcę:quinquaginta cubitorū latitudo:& triginta cubitorū altitudo.hoc est ꝓfunditas. si autē dimēsiones fuerint ęquales:has denominationes nō sic inuenies.Tūc sic.vel datur primū instans quo hoc corpus habet caliditatē secundum se totū: vel vltimū in quo nō habet caliditatē secūdum se totū. Si primū. vel hęc caliditas in extremo remotiore est alicuius certę intēsionis:vel infinitę remissionis.secūdum nō est dādum.nā quelibet caliditas habet partes graduales:illa igitur erit alicuius certę intēsionis.ergo eius dimidietas quo ad intēsionē prius ꝓducebatur in fine passi, puta partis remotioris Mahumeti.& sic a.instās est primū instans in quo hoc corpus habet caliditatē secūdum se totū.supponam⁹ a.instans esse presens nūc in quo nos sumus.Insup tota ista caliditas tripedalis secūdum extēsionē/vel habet partes secūdum intensionē, vel nō: puta duas dimidietates. si des secūdum:tam aliquis calor nō habet partes graduales.si primū:tam vna dimidietas fuit ꝓducta ante aliam:qa ponimus pure successiue illum calorē fuisse genitū. Si dicas a.esse vltimū instās in quo hoc corpus nō habet caliditatē secūdum se totū:tunc sic. nūc nō habet caliditatē secūdum se totū:sed aliquid restat calefiendum.signetur illa pars calefienda,& sit b.in hoc instanti b.nō est calefactum:& immediate post hoc erit calefactum: ergo subito calefiet.qđ est falsum:cū ponam⁹ calorē pure partibiliter esse ꝓductū. Forte dicis cū Holcotto in determinationib⁹ q̄ a. est vltimū instans in quo nō habet caliditatē secūdū se totum: & aliquid restat sic calefiēdum: & immediate post hoc totū erit calefactū.sed nō sequit q̄ subito calefiet: quia cuiuslibet partis calefiendæ datur vna pars calefacta secundum extremū intēsius. Sunt tamē infinitę partes calefiendę secūdum se totas: vt illæ quę terminātur ad extremū remissius. sed nulla est pars terminata ad illud extremū quin aliqua pars eius habeat calorē: immo dimidietas ei⁹ habet calorem secūdum se totam syncategorematice.& duæ tertię habent calorem secūdum se totas:quatuor quintę.xcix.millesimę habēt caliditatem secūdum se totas.Nec deus pōt separare partē calefactam secūdum se totā a nō calefacta: qa nulla talis est. nec datur subiectū adęquatū illius caloris.& si diuidatur corpus hoc secūdum partes ꝓportionales maioribus prope ignem ꝓportione dupla/tripla/vel alia quacunq; numerali: quelibet pars ꝓportionalis est calefacta secūdum se totā. sed nō sequit q̄ quelibet pars est calefacta secundum se totam. vt patet de vltima quarta. sic enī Holcottus respōderet. ¶ Sed contra illud arguitur.quelibet pars ꝓportionalis secūdum hanc diuisionē saltē/est calefacta. ergo prima pars ꝓportionalis est calefacta,scilicet pedale cū semis:quæ est ęqualis aggregato omnū partiū ꝓportionalū sequentiū. sed partes sequētes reddunt pedale cū dimidio:ergo tripedale est calefactū secundum se totum,qđ est hoc corpus de quo cōtenditur:cum totū sit suę partes ex diffin.precedente.vel secundum alios nō extēditur vltra partes:nec econuerso. Non est fuga nisi dicendo primā indiuisibiliter excedere reliquas. quæ parum valet:quia parti proteruta sustinebo cōtra te q̄ dabitur vnū pondus qđ indiuisibiliter excedit aliud: & sit a. minimū pondus qđ fortes nō potest portare/ indiuisibiliter exuperans b.tunc b.erit maximū pondus qđ fortes potest portare. Sed fortasse aliter euadet aduersarius per simile,dando corpus bipedale nigrum/planū:& cadat corpus perfecte sphęricum/album & albefactiuum vt creta:& conseruet deus cretam ne minutatim frangatur: cadat illud sphęricū sup alterū pedalium tplum solum albefaciendo in puncto cōactus:tunc altera medietas aliam imparibiliter exuperabit. sed de hoc alias. In re illud nō impedit ꝓpositū. ¶ Proinde teneamus q̄ corpus datū habet caliditatē secūdum se totū p primū instās esse.& tta. est de quolibet alio corpore qđ pure partibiliter calefit.

¶ Sed tunc restat respondere argumēto i oppositū.quādo sic arguit.in extremo remotiore ab igne calor erit infinitę remissionis.vel loqueris de puncto terminatiuo illius tripedalitatis: & dico q̄ nullus calor illi inheret. si de aliquo puncto intrinseco illius tripedalitatis:dico q̄ in illo est calor:vel cū illo.imaginemur puncta & calorē et inhęrere:quorū vtrūq; minus rationabile certeo.sed calor in quocūq; pūcto intrinseco est alicuius certę intēsionis:& in infinitū remissus est calor in hoc subiecto:quia quacūq; remissione data datur remissior calor in hoc subiecto. Ex quo nō sequit q̄ aliquis calor huiꝰ subiecti est infinite remissus.nam cuiuscūq; partis calor est metiendus secūdum extremū intēsius,secūdū vnā positionē vel secūdum gradū mediū:qđ pronūc insequmur.

Quęstio Sexta.

Nec sequit: quelibet pars huius passi est aliqualiter intēsa calore:ergo pars distantior vltra tripedale est min⁹ calida nisi addat in antecedente: & nō terminat ad nō gradū:& nō fuit impedimentū vlterioris ꝓductionis. ¶ Ad secūdū argumentū quo dicis,tota ista caliditas tripedalis vel habet partes secundū intēsionē,&c. Dico q̄ totus ille calor est diuisibilis secūdū intensionē. vt si totus ille calor sit ab octo ad nō gradū vsq; poterit diuidi in duas dimidietates secundum intensionem: scilicet a quatuor ad nō gradū vsq;. Et nego q̄ vna illarū dimidietatū ꝓducebat ante aliā. sed nunc primo vna illarū dimidietatū est ꝓducta.nō enī est de ratione successiuę ꝓductionis q̄ quelibet pars sit ꝓducta ante alterā:sed requirit q̄ nulla pars subito producat.& si hic calor diuidat in duas dimidietates secūdum intēsionē:& illarū dimidietatū quelibet diuidat in partes ꝓportionales quo ad extensionē/maioribus terminatis versus agēs:iam cōcedo q̄ quelibet pars vnius ꝓducitur ante partē ꝓportionalē alterius ei respondentē.tamē nō sequit q̄ vnus totalis calor ꝓducat ante alium.sicut in Achille zenonico quālibet partem ꝓportionalem spatij ptransit mobile tardū ante mobile velox.& tamē in eodem instanti primo illud spatiū est ab vtroq; mobili pertransitū.Ex quo sequitur q̄ nō cuiuslibet gradus qualitatis ex vna parte ad non gradum terminatę successiue ꝓductę dantur duo gradus p totū extensi: vnus ante alium ꝓductus: tamē cuiuslibet qualitatis ad gradū ex vtraq; parte terminatę dantur duo gradus per totū extensi: vnus ante alium ꝓductus. Eodē modo cōceditur q̄ dabitur primum instans quo corpus Mahumeti habet calorem vt quatuor secundum se totum:calorem vt tria secundum totum. & dabitur primū instans in quo quælibet pars ꝓportionalis erit calida vt quatuor: puta illud in quo in extremo remotiore erit caliditas vt quatuor: & in illo instanti primo quelibet pars ꝓportionalis erit calida supra quatuor. Q̄ đ patet:qa da vnā partem ꝓportionalem nō calidā supra quatuor: cū qlibet pars ꝓportionalis habeat infinitas post se ptes: nō pri⁹ calefiet pars ꝓpinqua agenti q̄ remota.qđ est falsum.nā qlibet pars ꝓportionalis fuit calida supra quatuor ante hoc instās. Ista enī simul stant: quelibet pars ꝓportionalis fuit in aliquo instanti ante hoc instans calida supra quatuor: & in nullo instanti ante hoc instans quælibet pars ꝓportionalis fuit calida supra quatuor. Nec sic incōuenit dare ꝓpositiōes de preterito & presenti simul incipientes esse veras. sicut si de⁹ in qualibet parte ꝓportionali horę preteritę ꝓduxisset vnū angelū:& nos simus in instanti terminante illam horā: iam verū est dicere primo: qlibet istorū angelorū est: demonstrādo infinitos:& quilibet istorū pri⁹ fuit.

¶ Distinct. Quadragesimęquartæ Quęstio Sexta.

Reliquum est sexto loco circa hāc distinctionē inquirere quomodo animæ corporibus exutę crucient: simliter dæmones. De quo varij extant modi opinādi:aliq; bus tenentib⁹ pœnā hoc modo fieri. Animę nūc in inferno sciunt se habituras corpora post die iudicij: quę quidē corpora ab igne patient:& ꝓpterea nūc hoc cōsiderātes habent magnā pœnā.sicut fur videns patibulū magnā pœnā habet anteq̄ ei mors infligit in apprehēsione pœnę futurę. Istud nō valet:cū nō detur modus punitionis dęmonū.& vno inuento ꝓ dę monibus/ille ꝓ aiab⁹ separatis sufficit. Nec valet dicere more aliorū q̄ est quædā qualitas infusa a deo aiabus & dęmonibus p quā possunt pati:qa est eadē difficultas/eis & alijs. Vel enī illa qualitas est corporea inhęrens dęmoni & animę. & sic pari facilitate dicere possunt calorē posse eis inhęrere.a quo resiliunt.si incorporea:possunt hoc ponere p essentias aiarū. Nec iuuat tertio dicere cū alijs q̄ ignis agit in aias vt instrumētū dei, licet nō ex natura sua.qa scimus ignē esse instrumentū dei.sed quęstio remanet an calor aię possit inhęrere.quod nō admittit. Quarto est quędā antiqua fictio per species ignis,quā Altacēsis tueri satagit in cōmētarijs sup Boetiū: reprobata ab antiq⁹ & merito. quā videt ponere Guilielm⁹ Altisiodo. cōfugiēs ad duas facies aię. Difficultas autē in hoc cōsistit q̄ patres nri cōsequenter ad doctrinā Aristotelis nō admiserūt animā posse suscipe essentiā caloris qa repugnat aię calefieri.ꝓpterea Auicēna.ix.suę metaphy.c.vltimo.& Algazel.v.physi.habebant peculiares modos dicēdi de pœna malorū: nō admittētes corp⁹ agere in spm̄.& sil'r Augu.xij.sup Genesim.Boetius de duab⁹ naturis & vna psona Christi. ꝓpterea vt dicit Albertus, beat⁹ Augustinus vt ab hoc discederet,posuit dęmones corpo

reos,& habere corpora aerea: vt magister allegat in litera. sed illud de dęmonū corporib⁹ abijt tanq̄ inopinabile ab vsu. Posteriores autē in hoc steterunt: vt btūs Thomas, doctor subtilis,& btūs Bonauentura: licet dicat aliquid in solutione quęstionis: scilicet q̄ deus facit animas trepidare timore vbi nō est timor: quod nobis nō placet. non aliter posuerunt potentias sensitiuas cū anima separata ad patiendum a calore. Item nostri mali angeli & dęmones tētātes nō habēt ignem secum: & tamē semper puniuntur.

¶ Restat deuenire ad modū doctorum cōmunē, qui nobis solus apparet rationabilis. Modus est iste. Dęmones & animæ separatæ realiter erunt in igne post diem iudicij: & nūc sunt ibi plurimi. nō enī opinamur cū asserentibus spiritus nō esse in loco nisi p operari. nam spirit⁹ isti appetunt libertatē. & esse vbicūq̄ locorū eis placebit: non possunt. sed deus eos detinet in illo loco: sicut anima mea non potest ad nutum corpus deserere. nō q̄ locus eis repugnet ex natura loci. nam ignis ex sua natura nō magis disconuenit illis spiritibus q̄ aer. sed habēt nolle detineri in hoc loco. quia nitimur in vetitum semper cupimusq̄ negata. quomodo licet Aristoteli esset voluptuosum libere stare in bibliotheca: tñ si esset ei vetitū abire sub pœna mortis: stare in illa esset pœnale. Et potest dari exēplum de Semei ex. iij. Regū. ij. cui vetitū erat pertrāsire torrentē Cedron. Ad nolle autē naturaliter sequitur tristitia. Nam vt ait diuus Augusti. xv. de ciuitate dei cap. xxv. tristitia est de his rebus quæ nobis nolentibus accidunt. sed dęmones nolunt deū esse,& eū odio habēt q̄a eos punit. nam superbia eorū qui te oderūt ascendit semp. inquit psalmograph⁹. psalmo. lxxxviij. & vt apparet, seipsum odit dānatus: velut Hannibal vel Cato. Nā Apocalypsis. ix. dicit. Et in diebus illis quērēt homines mortē & nō inuenient eā: & desiderabūt mori: & fugiet mors ab eis. Itē mors depascet eos. psal. xlviij. Displicet quoq̄ eis peccasse ratione pœnę quā patiuntur. Istę igitur nolitiones & tristitię sequētes naturaliter illas nolitiones sunt pœna inferni. Pœna q̄dem inferni potest capi p oībus istis copulatim, vel aliquibus istorum. Assumptis autē corporib⁹ post diē iudicij patiētur dolores in corpore: calefient & frigefient vt superi⁹ dixim⁹. & nō modo ab vno elemēto sed ab oib⁹. hinc Sapiēn. v. dicit. Pugnabit cū illo orbis terrarū cōtra insēsatos. Ibūt directę emissiones fulgurū: & tanq̄ a bene curuato arcu nubiū exterminabunt: & ad certū locū insilient. Et a petrosa irapleną mittent grādines: & candescet in illos aqua maris: & flumina cōcurrēt duriter. Psalmograph⁹ quoq̄ ait. Pluet sup pctōres laqueos, ignis, & sulphur,& spirit⁹ procellarū/pars calicis eorū. p sal. x. Ibi erit fletus & stridor dentū. Matth. viij. hoc est cōmotio capitis & oculorū. nihil enī resoluet ab oculis. Sed & ethnicis deus manifestauit illos cruciatus infernales. hinc Virgi. vj. Aeneid. sentētias Homeri, Pythagorę, Platonis,& veterū insequēs dicit. Respicit Aeneas subito,& sub rupe sinistra Mœnia lata videt triplici circūdata muro: Quę rapidus flāmis ambit torrētib⁹ amnis Tartare⁹ Phlegeton: torquetq̄ sonātia saxa. Porta aduersa igēs &c. & paulopost. Hinc exaudiri gemit⁹ & sęua sonare Verbera. tū stridor ferri tractęq̄ catenę. Et de mū cōcludendo de pœnis inferni nō min⁹ vere q̄ pulchre dicit. Nō mihi si linguę cētū sint oraq̄ cētū: Ferrea vox: oēs scelerū cōprēdere formas, Oia pœnarū percurrere nomina possem. vt addiscant illud eiusdē. Discite iustitiā moniti & nō tēnere diuos. nam cuilibet vtenti ratione per inspirationem mētis internam/ palam est tyrannos & malos puniri post hanc vitam.

¶ Ex omnibus prędictis pono hāc cōclusionē. Dęmones & aię puniūt eo modo quo dictū est, p nolle &c. Probāt cōclusio. certū est eas ppetuo puniri, iuxta sentētiā iudicis. Matth. xxv. Ite maledicti in ignē ęternū q̄ paratus est diabolo & angelis eius. sed nullus modus reprobatus est cōueniens: & oia bene saluantur p istum modum quē insequimur. Nec sufficit theologo dicere: puniuntur, sed nescim⁹ explicare quomodo. sicut frequēter aliq̄d scimus incōtracte: & tamē illud cōtracte nos fugit. sed theologi est alijs dare modum possibilitatis rei de fide, spe,& charitate.

¶ Contra hanc cōclusionē argumētor sic. Si dęmones & animę separatę habeāt pœnam per actus voluntatis & tristitiam sequentē: possunt omnē pœnā a se remouere: cum nihil sit magis in nostra potestate q̄ ipsa voluntas: & potentię rationales valeant ad oppositā. ix. metaphysicę. & secundo peri hermenias. & sic redibit peior error q̄ Origenis: cū mox possint omnē pœnam euadere. Insup cū infernus vel ignis nō repugnet spiritui ex natura sua plus q̄ florida tępe: spiritus possunt velle esse in igne: & ita nō erit eis pœnale.

¶ Pro primo argumento nota q̄ vnius modus tenet hāc pœnā causari a solo deo: & nullo modo a dānato. sed de hoc in materia de ppetuitate beatitudinis: vbi eadē materia iterū occurret. Verū dico pronunc q̄ causat ab ipsis dānatis partialiter: nec est situm in eorū facultate illos actus deserere vel remittere. Potentię autē rationales valent ad oppositā causa prima cōcurrente cū influentia generali vt nūc cōcurrit. sed si spāliter moueat volūtatē ad eliciendum actum vel cōtinuandū: nō est situm in facultate voluntatis suos actus deserere.

Quid Aristoteles senserit in hac parte: mea nō refert. sed si tenuisset ista q̄ nos tenem⁹, & scim⁹ esse certa p reuelationē dei, vtputa q̄ fidei sunt: mutasset propositū. voluntas enī pōt necessitari: nō aūt cogi. Aliud argumentū est ex his solutū: quia nō possūt habere velle existēdi in igne. tū q̄a haberēt cōtraria: cū cōtinuo habeant nolle, q̄d est pœnale valde dānato cōtra libertatē qua vtebat in via/ q̄ nō pōt actū deserere. Tū secūdo, de⁹ nō cōcurreret ad velle esse in igne si nulla esset cōtrarietas in voluntate. pterea displicet dānato peccasse vbicūq̄ locorū sit. & videt q̄ illud sit ei essentiali⁹ pœna q̄ nolle detineri in igne. ¶ Secūdo argumētor. sequitur q̄ nō magis displiceret eis, puniri in inferno q̄ in cęlo vel aere. Insup dicunt puniri ab igne. quare aliter vocat pœna sensus? Respondet. vbicūq̄ locorū dānati sint: habent suū infernū. q̄a nolunt in illo loco detineri. in aere nāq̄ ante diē iudicij dęmon nō min⁹ punit intēsiue q̄ in inferno: sed vn⁹ locus est fœtorib⁹ plen⁹ post diē iudicij eis ppter peccata fœtida dat⁹. Ad aliud dī q̄ magis ppriepuniuntur spūs in igne q̄ ab igne. etiā pōt dici q̄ puniūtur ab igne p quātō cōcurrit ad notitiā quā habent spūs ab igne,& continuo: nec ab illa vnq̄ spūs euelli possunt: & cōsiderāt se nō posse discedere ab igne. p ignē autē locū quēcunq̄ intelligo in quo spūs dānatus est. sed corpora reproborū hoim patient & in igne & ab igne post diē iudicij. ¶ Tertio arguit. sequit q̄ oēs spūs equaliter puniant. cōsequēs est incōueniens, cū inequaliter peccauerint. pbat sequela: q̄a equaliter detinētur. Ad tertiū nego cōsequētiā. nā q̄ plus peccarūt habēt intēsius nolle hic detineri, & intensiorē tristitiā secūdum proportionē peccatorū: nec possunt istos actus vel passiones sequētes remittere. vermis enī cōscientię eos etiā mordet. & displicet eis peccasse nō q̄a deo displicuerūt: sed q̄a cruciant/ torquent inuidia. Istud āpli⁹ patebit ex ijs q̄ dicem⁹ in. xlix. distinct. in materia beatitudinis: cū oppositorū sit eadē doctrina. ¶ Sed dubitas quomodo animæ in purgatorio puniūtur. Respōdeo. vellent habere beatitudinē & liberari a purgatorio si deo placeret: & displicet eis suū peccatū p quātō est dei offensiuū: ad q̄d sequit tristitia: & secūdū multitudinē peccatorū maior est tristitia: licet interdū possit esse pœna extra locū illū ad tēpus. vt scimus ex quarto dialogorū. vbi refert bea. Gregori⁹ quēdā virū sanctū retulisse quomō viderit Theodoricū post mortē inter Ioannē papā & Symmachū patriciū discinctū atq̄ discalceatū/ deductū, in Vulcani ollam tactari. Eodē libro refert Germanū Capuanū episcopū inuenisse Paschasiū diaconē qui erat defunctus/ stantē & obsequentem in balneis. ¶ Quarto arguitur p bando q̄ accidens corporeū possit animę vel dęmoni inhęrere: & si hoc p-

betur eradicatur fundamentū. Iam colorat assumptum. Accidens spirituale pōt subiecto corporeo inhęrere: ergo accidens corporale potest inhęrere subiecto impartibili. cōsequētia tenet conuenienti similitudine. ¶ Respondet negando antecedens nā licet anima corpus informet: & indiuisibile sit in loco corporeo: a doctorib⁹ tamē nō admittitur accidens indiuisibile posse inhęrere subiecto corporeo. & quicq̄d sit de antecedente: cōsequētia est nulla: & cōsequēs constanter negat vt ex supradictis patet. Etiā ex cōcesso sequit q̄ illud accidens & quęlibet pars eius esset infinite intēsa: q̄d pbo. capio pedale vniformiter albū vt. iiij. si tota albedo in prima parte ppportionali horę ponatur in secunda dimidietate: ipsa est in duplo intensior. & si in secūda parte ppportionali horę adhuc tota albedo ponat in quarta parte illius pedalitatis: iam albedo erit q̄druplo intēsior. & si ita fiat p oēs partes ppportionales istius horę: iam in infinitū intēsa erit albedo ante finē horę. & in instanti terminante horā erit intēsior q̄ erat in aliqua parte ppportionali illius horę. ergo in illo instanti albedo erit infinite intēsa. supponam⁹ q̄ in illo instanti reducat ad indiuisibile extēsiue: & subiectiue sit in aia vel angelo. Nō valet q̄d Marsil⁹ dicit in de generatiōe q̄ nō erit intēsior in fine q̄ erat in principio: cum nulla sit albedo addita. Hoc inquā nō valet: quia in secunda parte ppportionali horę sunt octo gradus equales se penetrantes: ergo tunc subiectū est albū vt octo. cōsequētia patet intelligēti: q̄a nō est minus album nunc q̄ si tota ista albedo esset modo sub hac dispositione producta/ & nunq̄ prius fuisset: q̄a existentia prior nihil facit ad intēsionē prędictē. Et forte istud argumentū sine addito nō concludit: q̄a cōcederet q̄ esset aliqua qualitas infinite intēsa. imo q̄d amplius est, quęlibet pars ei⁹ esset infinite intēsa. q̄a quac̄q̄ parte accepta/ pri⁹ erat in subiecto corporeo: & q̄libet tale redactū ad indiuisibile/ infinite intēsum euadet. si enī quęlibet pars albedinis ponat cū qualibet: tam erit infinite intēsa albedo: vt patet de albedine in corpore Christi in eucharistia secūdum vnā imaginationē si deus retraheret suū corpus relinquēdo albedinē sub hostia, & cōstitueretur vna forma: q̄d est deo possibile: vel retraheret se a partib⁹ superficialibus hostię/ manēdo solū in cētro illius/ ponēdo contra indiuisibilia. & illuc retraheret se relinquēdo albedinē. Sed q̄is cōcedam q̄ aliqua albedo infinite intensa secūdum se & q̄libet sui ad impartibilitatem reducatur: non tamē cōcedo q̄ accidens corporeū potest subiecto indiuisibili inhęrere. & hoc me mouet: quia nō est aliqua ratio illius sufficienter probatiua nec aliquo pacto suasiua: & maiores nostri nunq̄ admiserūt illud. Tertio, pari rōne accidens posset extēdi. & si notitia ponat in lapide

Universidad de Deusto
Biblioteca

quocūq; noie vocet qualitas/vel notitia: ipa iterū posita in aia iterato erit infinite intensa: & nō erit intēsior q̄ iam ē in aia. ergo nūc notitia & deniq; quelibet qualitas in aia vel angelo secūdū totū & partē erit infinite intēsa,cōtra Aristotelē & oēs antiquos:q̄ negabāt infinitū possibile:& cōtra poste riores oēs q̄ nō cōcedūt ifinitū.& istud mihi psua det ꝓpositū. ¶Quito arguit.dabilis est aliqua albedo vel calor suapte natura nō extensus: & quilibet talis pōt aiæ inhęrere.igit. cōsequētia nota est cū minore.maiorē ꝓbo. capiatur corpus calidum sphęricū,& cadat sup corp⁹ planū nō calidū:& faciat de⁹ q; solū calefaciat in pūcto cōtactus:& ipe diat partes illi⁹ corporis ne calefaciāt aerē extstētē inter corp⁹ planū & ipm. Tūc sic.tale corp⁹ sphęri cū nō calefacit planū nisi secūdū partē cōtactus: sed nō tāgit ꝑ partē diuisibilē: qa dato oppositō signet illa pars diuisibilis corporis sphęrici corp⁹ planū tangēs:ducā ex cētro illius corporis ad circūferentiā tres lineas: quarū duę extremę erūt longiores:& ꝑ cōsequēs nō oēs linee ductę a cētro ad circūferentiam sphęrę erūt equales.qd est falsum. ¶Respōdet negādo maiorē:qa ꝓprie illud corpus sphęricū nō tangit planū:sed consequēter illa corpora se habēt:qa vndiq; mediat aer. Nā quacūq; parte illi⁹ corporis sphęrici data vicina corpori plano:ipa habet tres partes,quarū vna eleuat:& ꝑ cōsequēs nō tāgit planū. Sed stando in cōmuni distinctione,dicam⁹ q; dupliciter vnū corp⁹ tāgit aliud. Vno modo qñ ipsa nō possunt esse ꝓpinquiora suis figuris saluis:& hoc modo sphęra tangit planū nō in puncto, qa nō est necesse ponere puncta ꝓ argumēto:sed punctaliter. Alio modo duo corpora se tāgunt qñ vna determinata pars vnius secūdum se & quodlibet sui superficialiter tangit aliud.quo modo corpora plana se tāgunt. corpora autē signata nō possunt hoc modo se cōtingere. ¶Sexto arguit ꝓbando maiorē de albedine.capio duas albedines separatas quę cū duabus eucharistijs sint pedaliter longæ, gra exēplī. moueant duo angeli vniformiter sup has albedines,sic scilicet,qñ a.angel⁹ ē in pūcto terminatiuo sue linee pedalis albe/veri⁹ albedinis: b.primo nō sit.tūc sic.a.albedinē maiorē ptrāsiuit q̄ b.loquor de maioritate extēsiue.& nō ptransiuit aliquā diuisibiliter maiorē albedinē q̄ b.ergo datur aliqua albedo suapte natura nō extensa. Aliquę sunt ꝓpositiones hic satis clarę:quarū vna est q; nō est adequate aliqua albedo maior ptrāsita ab a.q̄ b. Si dicas/tota:Oppono.quelibet pars spatij sup qđ mouebat b.est ptrāsita.ponat q; albefecit partes sup quas mouebat: iam nō datur pars nō albefacta: & quelibet talis est ptrāsita ex hypothesi.igit. Itē qlibet punctū intrinsecū sui spatij ptransiuit b. igitur.si quodlibet ptransiuit/ totū. arguit sic. In nullo instanti b.attigit terminū ad quē.nō in instāti extrinseco:qa tūc nō est:nec intrinseco vt notū est,qa in quolibet instanti illius tpis dato distabat a puncto extrinseco. Ad hoc argumentū respōdebit virtualiter inferi⁹ distin.xlvj. ¶Vides quō anime in inferno puniunt/nō ꝑ calorē eas calefacientē:sed ignis & eius calor immutant cōtinuo dānatū ad habendā notitiā sui: & necessitat voluntas ipsius a deo/nolle hic detineri.qcūq; em locus fuerit in quo est:nō pōt magis locū suū exire ad nutum q̄ aia mea corpus meū:& ad hoc sequit̄ tristitia. Et licet tristitia possit ꝓduci sine nolle ꝑ displicēs apprehēsum & nō nolitū:tñ circa hoc nūc nō insisto. Vel sic,& forte apparēti⁹. dānatus apprehēdit sua peccata ꝓpetrata oia in ꝑticulari/ deo coagente, quę particulariter nult. vel apprehēdit qđlibet tanq̄ displicēs.& ita de quolibet peccato ꝓpetrato habet tristitiā: & si peccatū sit maius & magis det offensiuū:maior sequit̄ tristitia.Verū qa a multis pœna tristitię nō satis ponderat:dignū duxi paucis quęstionē vnā sup hac tractare.

¶Distictio. Quadragesimęquartę Quęstio Septima.

Septimo igitur & vltimo in hac distinctiōe quęrit.an tristitia sit magua pœna. Respondet ꝑ aliquas cōclusiones. Prima est. Tristitia est magna pœna. ¶Secūda cōclusio. Tristitia pōt esse tanta vt virū destruat & tollat de rerū natura. ¶Tertia cōclusio.Nō pōt dari maior pœna q̄ tristitia. Possem magnitudinē tristitię ꝓbare ꝑ pœnā inferni vel purgatorij:sed qa hoc esset vti circulo in ꝓbatione: aliter ꝓcedā ꝑ notiora. Probat̄ prima cōclusio.honesta lętitia est maxime expetibilis:ergo tristitia potissimū circa culpā non bene detestandam/est maxime fugibilis.tenet cōsequētia per regulam topicā. Antecedēs manifestū est: qa habeat papa,rex,vel episcopus quicqd voluerit in bonis quibuscūq;,sine lętitia putabit se nihil habere. ¶Accedo ad secūdam cōclusionē:qa ꝓbatio duarū vltimarū cōclusionū ostendit primā. Omne illud qđ corpus notabiliter desiccat/ virū occidit.sed sic est de tristitia.igitur.minor patet ex illo Prouerbiorū.xvij. Animus gaudēs ętatē floridā facit:spūs tristis desiccat ossa. Et ꝓuerbiorū xv.dicit̄.Cor gaudens exhilarat faciē:in mœrore animi deijcit̄ spūs. Insup multi tristitia victi sūt q; ab hoib⁹ vinci nō poterāt: & seipsos interemerūt vt Aiax Thelamoni⁹,Hannibal,Cato vticensis. Quot sūt itē q; tristitia cōcepta de amicis & seipsis mortui sunt in illa? Antioch⁹ vt refert̄.j.Machab.

vj.incidit in lāguorē prę tristitia:& dixit.Ecce peo in tristitia magna in terra aliena. Sęculo nostro id etiā in aliquib⁹ cōperimus. Pręterea tristitia nocet vitę & eā corripit:ergo maior tristitia magis nocet ac tanta pōt esse tristitia vt homo nō possit durare.ꝓpterea recte exponitur verbū Christi Matth. xxvj. Tristis est aia mea vsq; ad mortē.vtputa.si tristitia eēt maior/nequirē durare,naturaliter supple. ¶Tertia cōclusio probatur sic. Inuidus maxime torquetur: & hoc nō est nisi qa maxime tristatur. igit. cōsequētia est clara.minor patet: qa dolet de rebus optimis & ꝑperis illius cui inuidet.iuxta illud Horatij Inuidus alteri⁹ macrescit reb⁹ optimis. Maior ꝓbat̄.Nā passio animi eius scilicet tristitia immutat vultū:& facit vtrū deformē.Hinc Ouidius graphice domū Inuidię describit. vt in.xlij. distin.ij.allegauimus. Insup lętitia mentis multo magis delectat & syncerius q̄ corporis voluptas: alioquin in ea nō esset beatitudo:& nobilius subiectum habet nobilitorē qualitatē.sed anima corpori prestat.igit. Tristitia autē plus torquet q̄ dolor simplex.voco dolorē simplicē qui nō habet tristitiā admixtā.Prēterea magnanim⁹ existens in clara fama si in aliq̄d incidat qđ suā famā lędit/dehonestat/lacerat: sic torquetur tristitia vt maior pœna adhiberi nequeat. Audiuimus de viro solum mediocris famę:q̄ cū pronūciaret nouissim⁹ in theologię licentia in nostra facultate Parisiana: semimortuus cecidit. Quid cōtingerit ijs q̄ diu litigādo/pinguia bñficia:aut pugnādo regna/vel imperia diuersa amiserint: nemo est q; nō nouerit. & secūdum magnitudinem rei amissę crescit tristitia. Quid vero infelici⁹ euenire possit q̄ amittere regnū cęli:socieratē beatorū spirituū cū tāta lętitia: & tu di in carcerē erūnis plenū ꝓpetuo? certe ꝓpetuitatis consideratio nulli dubium est quin mirabilem pariat tristitiā. Sed de hoc vbi de gaudijs/ & pœnis loquemur:particularius postea dicemus.

¶Distinctiōis Quadragesimęqntę Quęstio Prima.



Ria principaliter in hac distinctione quadragesimaquinta ingrere ꝓpono.Primo de suffragijs:qb⁹ valeant:& ad qđ. Secūdo de sepultura mortuoꝝ ad quid illa conducat. Tertio an sancti ꝓ nobis & existētib⁹ in purgatorio orent. De suffragijs primo inquirā,qbus prosint suffragia ecclesię. Pro quo pono cōclusiones. ¶Prima est. Suffragia ecclesię nō prosunt damnatis.ꝓbat̄. Nā quarto de ciuitate dei dicit diuus Augustin⁹. Si scirem patrē meū in inferno/nō plus orarē pro eo q̄ pro diabolo.Et Baptista tertio Calamitatū. Sed neq; rex erebi quēq̄ tranare paludē: Nec superis iterū reddi sinit. ¶Secūda ꝓpositio. Suffragia ecclesię nō prosunt existentib⁹ in cęlo.Nā ipsi sunt in termino:quorū gloria nō auget̄: sicut nec pœna existentiū in inferno diminuet̄. Hoc patet in Enchiridio.lxv.c. & de cele. mis.c.Cū Marthę. .§.Tertio loco.vbi dicit̄. Inuitā facit martyri qui orat ꝓ martyre. Et ꝓpterea vt Innocētius tertius archiepiscopo Lugdunensi illic scribit,mutata est oratio sči Leonis, vt ꝓ nobis oraret:ꝑ quo olim orabatur. ¶Tertia cōclusio. Suffragia ecclesię aliquid prosunt:& aliquib⁹. alioquin ecclesia frustra oraret ꝑ defunctis:& sic erraret:qđ nefas est dicere. Et ostendit ꝑ illud.ij.Machabeorū.xij. Sancta & salubris est cogitatio ꝓ defunctis exorare, vt a peccatis soluant̄.Quod tangit idem Baptista lib. ij. Alphonsi dicēs.Propterea cęso redies Machabeus ab hoste Immēsum Solymas argēti pondus ad arces Misit/opē socijs q̄ cū virtute supremā Clausissent ꝑ lege diem. Et paulo ante in eodem.Hęc hoies quotiēs iterant libamina vel cum Aere tuuant inopē vel pneumina sancta precant: Aut auido mtn⁹ indulgēt obsonia vētri. Sic de⁹ edixit:tali ꝑfundimur aura. Diutnā sentim⁹ opē: miteſcit auernus:Exiliū decrescit:habēt fessi otia manes.Insup arguit̄ ratione. Aliquis pōt satisfacere ꝓ viuo:ergo & ꝑ defuncto.patet cōsequētia: qa defunctus est capax liberatiōis a pœna sicut & viuus:qa actualiter pœnā patit̄. Sed siqs totū valorē opis sui referat in satisfactionē alteri⁹:nullo modo satisfacit ꝓ seipso.Nā existens dñs fructuum operis sui,& omnino applicans fructū alteri:nihil sibi retinet.quēadmodū si ꝓ se oret:totū sibi prodest. nō tamen sibi ipsi minus meretur de gratia & gloria:qa illa nō meretur alteri. ¶Quarta conclusio. Suffragia ecclesię prosunt existentibus in purgatorio.probatur sic. aliquibus ꝓsunt, secundū tertiā premissam:& nō existentib⁹ in cęlo aut inferno ꝑ primā & secūdam:ergo ꝓsunt existentibus in purgatorio:a sufficiēte diuisione. Appellam⁹ existētē in purgatorio defunctū/vbicūq; locorū fuerit:modo nō discesserit in originali vel mortali:sed sit debitor pœnę tēporarię.

¶Contra primā conclusionē argumētor ꝑ argumētū cōmune de Traiano liberato precibus beati Gregorij:qui tamē erat in inferno quia beatū Ignatium discipulum beati Ioannis euāgelistę:& aliquos alios morti tradidit iniuste.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item ecclesia canit. A porta inferi erue animas eorū. Insup in Vitis patrū legit q; Beat⁹ Macharius liberauit quēdā gentilem presbyterū qui asserebat se esse dānatum. Preterea in vita sancti Brandani cōtinetur (qđ & Altisi. in fine sui quarti allegat ex Prepositino) q; beatus Brādanus vidit Iudā incedentē p prata: & cū quereret ab eo quare nō esset in inferno: respondit q; ad tēpus refrigeriū habebat ꝓpter bona que fecerat. ¶ Ad primū. nescio vnde sit origo illius historiæ: cū attribuat Ioanni Damasceno q; multo tēpore precessit beatū Gregorium. Solutio autē cōmunis est q; nō erat finaliter dānatus. sed cū fuerit liberatus: hoc palam est. satius est dicere q; precibus beati Gregorij fuit vite restitutus: & meruerit: & decesserit tādem in gratia. Ad aliud, nō recipio illud de beato Macharto nisi aliunde doceatur certius. nec etiā illud qđ narratur in vita illius sancti patris beati Brādani. Ali qui nāq; inerudīti interdum putantes sanctos extollere falsa asserunt in eorū vitis. hic autē sanctus pater florens multis miraculis/pater fere trium milium monachorū vt memorię proditū est: nō ista dicebat vt opinor: sed quidam alius asseruit hoc esse ab eo dictū. Per portā autē inferi intelligitur purgatorū. quomodo limbus patrū interdū appellatur infernus. vnde dicebat Iacob Gene. xlij. Deducetis canos meos cum dolore ad inferos. & xxxvij. Descēdam ad filium meū lugens in infernum. & Iob. xvij. dicit. In tenebris strauī lectulum meum: infernus domus mea est. Insiste tu ipse de his qui resuscitati erant in vetere & nouo testamēto. forte aliquorū animę erāt in purgatorio: aliquę in cęlo: & decesserant forte in mortali. Hoc autem nō est directe cōtra nostrā conclusionē: quia tales sunt extra cōmunē legem. ¶ Secūdo argumētor. Anima Christi descēdit ad inferos & redemit animas quę ibi fuerūt. sed aliquę erant in inferno. igitur. Insup per distinctionē beati Augustini in Enchiri. quę etiā citatur, de celebratione missarū. cap. Cū Marthę. & xliij. q. ij. c. Tēpus. quidā sunt valde boni: quidam valde mali: & his nō prosunt suffragia. quidā mediocriter boni: & quidā mediocriter mali. & illa mēbra nō coincidunt. ad qd eīm distinxisset Augustinus quatuor membra/si essent solum tria in re' ergo p mediocriter malos intelligit existentes in paucis peccatis mortalibus: quo modo multi intelligunt. ¶ Respondet cōcedendo q; anima Christi descendit ad inferos. sed nego q; oēs animas ibi existentes liberauerit: quia solum debitrices pœnę. vt beatus Gregori⁹ dicit in quadam homilia festorū paschaliū. sed electorū suorū nullum apud inferos reliquit. Purgatoriū autē est infernus inferior ad hos qui puniuntur hic superius. & sic nō obstat illud psalmi. lxxxv. Eruisti animā meā ex inferno inferiori. Ad secūdum dico q; per mediocriter bonos intelligit existentes in venialibus, & in eorum pœnis. per mediocriter malos intelligit existētes in venialibus & debitores pœnę pro mortalibus, de quibus acta est pœnitentia in hoc mūdo. Et licet illa mēbra coinciderent: non esset disconueniens. nam in vulgari modo loquēdi idem intelligimus per mediocriter bonos, & mediocriter malos. Limitatio autē glosse in capitulo Cum Marthę. q; suffragia tollunt geometrice & nō aritmetice. nihil valet cū secūdum suffragium sit vel esse possit adeo bonū, vt primū: & tertiū ęque bonum, ac secundum. nam pure voluntarium est dicere posteriora nō tantū tollere q̄tum prora. melior autē esset disceptatio de illo qui decedit in mortali & veniali. nam veniale punietur solum temporaliter vt putamus. & videtur q; illi quo ad diminutionem pœnę venialium prosint suffragia, quales forte vocantur mediocriter mali a beato Augustino, qui cum mortalibus & venialibus decedunt. Sed dices: illi pro quibus Iudas Machabeus misit pecuniam erant damnati. quia habebant pecuniā idolorū sub tunicis. Presumebat q; pœnitebant de peccato.

¶ Contra secundam conclusionem argumētor. sequit q; tunc supflue quis orat, cū illi nō ꝓsit oratio. Respondet. oratio mea tunc in sinu meo cōuertetur. nam intentio mea interpretatiua est vt ad me redeat si illi non prosit. ¶ Secundo arguit. oramus pro morientibus statim post baptismū: quos tamē scimus baptizatos. igit. Respondetur. dicimus missam p̄ parulo baptizato vt nobis prosit: & ad commendandum mysteriū redēptionis, & ad incorporandū talē in ecclesia cū aliis. nam si est baptizat⁹ statim euolat. si non est: protin⁹ ibit ad limbum puerorum: & iterum ei nō prodest. distinctiua aūt est certa certitudine infallibili: licet altera pars sit certa certitudine solum morali. puta q; est baptizatus vel non. Petis, an talis certitudo sit fides: cū sit assensus firmus & ineuidens. dico q; sic. nam si ego baptizē/sum cert⁹ de hac categorica. iste est saluatus. quia hęc dependet ab his, quilibet rite baptizatus habet gratiam baptismalem. ille est huiusmodi. igitur. maior est de fide. & minor mihi certa: quia ego scio me intēdisse: protulisse verba: & aquam proiecisse. & alter est certus de distunctiua certitudine fidei nullum forte assensum habendo circa categoricas: vel certitudinem moralem de altera.

¶ Cōtra duas posteriores cōclusiones simul argumētor. Per illā vtā remittimur iustitię diuinę liberādo aliquē a purgatorio quem de⁹ vult punire: & sic malum erit impunitū. Insup sic actus exterior aliq̄d boni sup actū interiorē addet. probatur. si sortes relinquat hæredi vel legatario

celebrandas. xxx. missas pro se: & plato totidem & nihil fiat pro platone: sed pro sorte: sortes citius liberabit. aliq̄n suffragia ei nō prodessent. ¶ Ad primum nego q; orans pro defunctis cōtrauenit iustitiæ diuinæ: quia deus decreuit hanc aīam purgari per ignē: nisi aliqs pro ea oret. nec malum erit impunitū: quia iste orans patitur pœnam pro amico non potente sibiipsi subuenire. Ad secundum nego de præmio essentiali. de acceleratione autem ad gloriam, & ad habēdā gloriam essentialem, concedo. & quo ad hoc conditio diuitis est melior q̄ pauperis: & habētis multos amicos pro se orantes. iuxta illud Iob. Miseremini mei: miseremini mei/saltē vos amici mei: qa manus dñi tetigit me. Iob. xix. Obicies. ergo non sufficit velle celebrare pro aliquo ad liberandum illum a purgatorio. vel si regratur exequutio quo ad hoc: sequitur hæc conclusio. Melius est habere sacrificium presbyteri celeriter celebrantis vt in Gallia, q̄ diu celebrātis vt in Scotia vel Hispania: qa in fine missæ solum iste liberabitur. ponamus q; celebratio vnius missæ liberabit aliquem a purgatorio. Insup melius erit hīe statim post mortē. cccl xv. missas q̄ habere presbyterum quotidie celebrantem p annum. Patet qm̄ si tot missæ hunc liberabunt: omnes celebratæ mox post mortem eum liberabūt: q̄ si successiue fiant/non ita cito liberabunt. Respondetur. requiritur actus exterior: & cæteris paribus missa impigre celebrantis est melior. sed crebro cætera sunt imparia: quia deuotius alter sacerdos celebrat: & plura dicit. quapropter neutrum modum reprobamus dummodo bene fiat iuxta cōsuetudinem regionis. Ad secundum dico argumentum concludere quo ad liberationem a pœna: sed non oportet esse melius: cum possibile sit mereri plus de præmio essentiali celebrando per annum: vel obitum instituēdo seu fundando in maiorem gloriam dei. sed neutrum istorū alteri præferimus: quia vtrumq; est bonū suo modo. ¶ Secundo arguitur. Apocalypsis. xiiij. dicitur. Opera enim illorum sequuntur illos. ergo non iuuantur alienis operibus. Item Ecclesiastici. ix. dicitur de mortuis q; non habent partem in opere qđ sub sole geritur. Insuper mala opera viuorū non possunt nocere mortuis: quia nullus punit bis. ergo nec bona opera eis prodesse possunt. ¶ Ad primum dicit beatus Augustinus: & magister allegat in litera, q; opera facta pro mortuis dicuntur opera eorum: inquantū meruerūt i vita vt pro eis fierent. & hoc nihil aliud est q̄ decedere in gratia, & in debito pœnæ. Ad secundū. hoc ē verum ad augmētum gloriæ vel gratiæ. Ad tertium dicitur q; deus pronior est ad miserendum q̄ puniēdū. ¶ Nūc cōcludā paucis ea q̄ hac prima q̄stione dixim⁹. s. q; possum⁹ mereri liberati onē pœnę existentib⁹ in purgatorio q nō possūt seipsos iuuare. Ad hoc ꝓbationes adduxim⁹. & ꝓbat adhuc p glos. j. ad Thess. iiij. sup illo verbo (nolum⁹ vos) & p Aug. i sermōe de verbis apostoli. Sed si alicui vel aliqbus oēm fructum operis mei applicē/& p illo ꝓcise faciam: nō mereor aliq̄d de liberatione pœnę quo ad meipsum: nisi alter non egeat tanto fructu. nā sic oratio mea mihi ꝓficit: quia est intentio mea interpretatiua q; ime redeat, vbi expresse alteri non applicat. Durandus tñ dicit q; nō possum alteri mereri liberationē culpæ venialis, nisi culpa fuerit pri⁹ remissa. Hoc puto falsum, & dico cōsequēter ad dicta q; culpā venialem remitti in inferno nihil aliud est q̄ pœnā illic pati ꝓ illa: & hoc sufficit. & a fortiore in purgatorio. Si igit pati ꝓ culpa veniali est culpam venialem tolli i alio sæculo: me rogāte ꝓ diminutione illius pœnæ pœna delebit: ac si esset pœna respondens vni culpæ mortali prius in via dimissæ. Vlterius dico non esse prudētē q; se neglecto suffragia sua mortuis applicat.

Distinctiōis Quadragesimæqntæ Questio Secunda.

Prosequēdo materiam suffragiorum, secundo quæremus: An sacrificiū vel missa dicta ꝓ pluribus tātū cuilibet eorū ꝓsit quātū si ꝓ pauciorib⁹ celebraret. ¶ Respōdet negatiue. ꝓbat cōclusio. nā valor missę est finit⁹. mō q̄n finitū diuidit in plures ptes æquas: tāto q̄libet illarū ptiū est minutior quāto i plures diuidit ptes. patet exemplariter ptiendo cōtinuū: q̄libet eīm qnta qualibet quarta eiusdē cōtinui est minor: & sic de sexta respectu qntæ. Forte dicis. virtute opis opati valor missæ est infinitus & indeficiens pelag⁹ & sic æqualiter applicat pluribus & paucis. vt si esset vnus cumulus infinitus lapidū pedaliū: multi & pauci finiti capiētes portiōes equas nūq; possent illos lapides oēs auferre: & ifiniti homines si essent possent auferre, & semp remanerēt infiniti. Quicqd sit de ablatione lapidum infinitorum/si infiniti homines possent aliquo mō auferendo/oēs tollere, nō erit idē i ꝓposito. nā si essent ifiniti mūdi vel hoies ifiniti i eodē mūdo: q̄libet parulus mūdaret ab originali, & haberet gratiā baptismalem. similiter si essent infiniti adulti venientes ad baptismū: oim illoꝝ pœnæ post detestationē essent purgatæ. & ita i ifinitis sicut paucis. Et q̄-

uis illud esset verū (qđ nō est verosimile) solū finite sacrificiū a deo acceptaſ: & ita stabit nr̃a cōclusio vera. nā tot⁹ valor ex pte rei opatę & rei opantis est maior applicat⁹ paucis q̄ mltis. Et patet p sile tota cōclusio. si sortes & plato debeāt ciceroni viginti, vterq; eoꝝ decē: dādo decē nō est satisfactio p vtroq; illoꝝ. Secundo argumētor ad cōclusionē. Si missa dicta p duob⁹ tantū valeret quātū si p vno illoꝝ diceret: periret deuotio qua hoīes curant missas celebrari, qđ est icōueniēs & cōtra cōsuetudinē eccleſię. p3. nā vbi cētū vel mille cōuenirent ad celebrationē vni⁹ missæ: cū cuilibet illoꝝ tātū valeat quātū vni soli p te: null⁹ curabit celebrari sacrificiū p se. ¶Ex isto seq̄t q; modus Prepositini est ficticius⁹, q; missa celebrata p sorte tātū valet ei q̄tū sorti & platōi, nisi qa ē ei maior honor adhibit⁹. quēadmodū est de diuite habēte cādelā i lectione: a q̄ alii æq̄liter ꝓpinqui æque bene vidēt. & de lectione lecta vni quā alii p̄sentes æq̄liter capiūt. hęc analogia ī agēte naturali nihil valet ad lumē spūale, qđ depēdet ex acceptatione diuina.

¶Contra hanc conclusionē argumētor. Ex ea seq̄t q; meli⁹ & vtili⁹ foret eē de parochia sc̄ti Hilarii q̄ sancti Pauli vel Stephani. sil̄r magis cōduceret esse de parochia sancti Baldredi Adhamē q̄ sancti ægidii Edinburgi. hoc est inconuenięs. cōsequētia videtur lucida ex cōclusione: cū missa applicata paucis cuilibet eorū plus prosit q̄ applicata multis. modo duæ harū parochiarū sunt exiguæ: & tres grādes. ¶Rndeť negādo cōsequētiā. nā plures fiūt cōciões ad populū: & plura suffragia i magna parochia q̄ ī parua: & meliores forte homo hēt vicinos. Sed qa argumentū tangit illud bonū qđ prouenit parochiano ex valore missæ parochialis: dico q; valor gn̄alissim⁹ eq̄liter valet applicat⁹ mltis & paucis. in quo valore icludunť oēs fideles & astātes. Nā sacerdos offerēs hostiā sup altare dicit. Suscipe sancte pater & cętera. paulo post orat p oibus circūstantib⁹, & etiā oīb⁹ fidelib⁹ christianis viuis atq; defunctis. & i canone p maxio pōtifice, rege & antistite nr̄o orātes subiūgim⁹, & oīb⁹ orthodoxis. nō ei diminuit de⁹ valorē illū ob p̄sentatē astātium vel christianoꝝ: immo æqualiter eis p̄dest siue multi sint siue pauci. quare cōsequētia ē nulla: quia parochiani includunť in valore generalissimo. Sed in valore generalissimo sunt gradus. nam speciali⁹ tenet curat⁹ orare p suis/hoc ē/tis q̄ dant pecuniā p̄ sacrificio p̄ticulari q̄ p̄ aliis. hoc mō seruam⁹ ritū eccleſię, q; sc̄z missa parochialis sancti Stephani cuilibet parochiano tantū valet quāntum cuilibet parochiano sancti Hilarii. & tn̄ si duo ex parochia sc̄ti Stephani faciāt celebrari rem diuinā: non tantū vtriq; eoꝝ prodest quā tū si eorū alter fecisset hoc sacrificiū offerri. ¶Secundo arguit. seq̄t q; si aliqs oret p infinitis, eius oratio specialis nihil vni p̄sit. patet. dicat Petrus vii. psalmos pro infinitis si essent, vel p infinitis possibilib⁹, vt si mundus fuisset ab æterno: & infinitæ essent animę in purgatorio. vel eius oratio cuilibet p̄derit æqualiter: & sic redibit positio Prę positini quā explodēdā diximus. Forte dicis, & sic ad hoc dicēdū est: si aliquis oraret oratione tali quæ non est sacramentum, nec ip̄m ministeria liter efficit: & illa oratio applicet infinitis arithmetice: nulli eorum p̄dest, si deus nō aliter applicet q̄ iste intendit applicare. nam cum valor septem psalmoꝝ vel psalterii sit finitus: non est possibile diuidere ip̄m in infinitas ptes æquales non cōmunicantes. & per consequens seq̄tur q; valor saltem operātis applicatus æqualiter cuilibet aiarū infinitarum si essent in purgatorio, nulli aliq̄d valeret. Dixi arithmetice. qa si geometrice applicet vel difformiter: pōt cuilibet illoꝝ aliq̄d valere, vt applicando sorti primā ptē ꝓportionalem meriti: platoni secundam ptem proportionalem illius valoris: ciceroni tertiam. & sic sine statu. qa sic infinitū parū vni istorū applicabiť valor. Cōtra hoc arguitur. ex solutiōe seq̄t/q; si ifiniti orarent p infinitis, nullū liberarēt. p̄bat: qa totus valor est finitus, & æqualiter applicat⁹ infinitis: ergo nulli valet per te. Rndetur. non seq̄tur: quia tot⁹ ille valor est infinitus. Et patet aliter. nam si q̄libz istius multitudinis oraret p vno solo: oratio aliquid valeret illi p quo oraret: & non min⁹ mereť tota illa multitudo orando pro tota multitudine in purgatorio q̄ si vnus oraret p vno determinate. igitur. Secundo dico q; licet in finitis hoc habeat vbiq; verum: non tn̄ oportet in infinitis. nā modus applicandi in infinitis multum facit, sicut auferēdi. vt si essent infinita scuta posita ad longū: & infinita multitudo sic auferret vt prim⁹ tollat primum scutum: & secundus secūdū: & tertius tertium: & sic sine statu, nullo scuto p̄termisso: tota multitudo auferretur: & tn̄ si primus hō tolleret secundum scutum, & secundus quartum & sic alternatim: nūq; omnia tollerenť. Tertio dico q; iste casus est p̄ter legem: ac per hoc nō multū p̄sequendus. & licet mundus fuisset ab ętерno qđ reor possibile: nunq; habebis infinitas aias in purgatorio. ¶Tertio arguit. seq̄tur q; sacerdos capiens sex denarios quos vocāt paruos albos, a sorte/& totidē a platone/non satisfacit vtriq; eorum/dicendo vnam missam pro eis. hoc est falsū cum det eis melius q̄ acceperit. secūdū id qđ dē in offertorio missę. Cētūplū acāpies, & vitā ætернā possidebis. Dicis forte. debet seruare p̄missū qa p̄misit dicere p quolibet vnā missā: Oppono

¶Cōtra tertiam cōcluſionē argumētor. Ex ea ſequitur, q̄ vir ſenex habet tot habitus grāmaticos/logicos/& hiſtoricos quot vn q̄ habuit in iuuenta. cōſequēs eſt cōtra experientiā, cū nō poſſit exire in actum ab illis habitibus elicitū, vt in iuuenili ætate. ſed habens habitum prompte & delectabiliter exit in actū ſui habit⁹. ¶Reſpōdetur cōcedēdo ſequelā. & nego q̄ conſequēs ſit cōtra experientiā. ſed pro hoc ſtatu in quo ſumus, habitus animæ nō pōt exire in ſuos actus facile ſine corporis habitu, vel eius bona diſpoſitione: qa eſt animę inſtrumētū. ſecus eſt de anima beata, vel a corpore corruptibili ſeparata. Corpus em̄ qđ corrumpitur aggrauat animā. Sapiētiæ. ix. Iſtud aūt eſt in pœnā peccati. Vnde dicit Augu. j. de libe. arbi. ca. x. Pœna peccati eſt q̄ mēs aliquādo perſpicuas ratiocinationes formidet: & de inuētione veritatis deſperet. aliquando etiā conetur in lucem intelligendi: & rurſus decidat fatigata. vbi multas mentis pœnas ponit. Anima autē ſeparata & beata, deū & angelos intuitiue cōtēplatur: nūc aūt nō. Propterea nihil eſt arguere de hoc ſtatu mortali ad animā ſeparatā vel beatificam. nā in hoc ſtatu caro alteratur: ad cuius alterationem habitus ſenſitiuus remittitur vel inſtrumētum animę indiſponitur. quare habitus animæ nō poterit exire in ſuas operationes. Cōtra hoc argumētor. antiquus magiſter regēs in grāmatica dicit regulas grāmaticas memoriter: & tamen caro eius alteratur. Reſpondet. ipſe acquirit nouos habitus p̄portionabiliter, vel maiorem q̄ ſit is qui remittitur. quapropter exit in actus ſui habitus. ſed habitus ſenſus vel corpus indiſponitur. Exēplū in ſimili. indiſponitur oculus ſenis vt videre non poſſit ſicut in iuuenta. ſi tamen haberet inſtrumētum videndi tale quale in iuuenta habuit, æque bene videret ac in iuuenta: quātū eſt ex parte animę: iuxta illud Ariſtotelis primo de anima. Si ſenex haberet oculum vt iuuenis, videret vt iuuenis. propterea ſenex conſpicilijs vtitur: vt defectū inſtrumēti, hoc eſt organi ſuppleat. nam multū facit inſtrumētum ad actionē principalis agentis. Nonne vides q̄ manus tam fortis q̄ olim erat, nō tam ſcindit obtuſo cultello vt acutoꝝ ſic de habitu animę: quādo corpus, animę inſtrumentū eſt indiſpoſitū. Et ſi aliquos optimę memoriæ aſſignaueris: vt Themiſtoclē de quo loquitur. M. Tullius in ſecūdo de Oratore: vel. L. Scipionē: & Mithridatē regē Ponti: qui integros exercitus p̄prijs nominibus vocatūt: hoc erat quia bona & apta organa memorię habuerūt. & cōfirmat cōcluſionē cōtra quā obijcimus. ¶Secūdo arguitur. Ex hac cōcluſione ſequitur q̄ intēperatus, poſtea beatus, decedit cū multis habitibus malis: quia ſemp manebūt habitus animæ, per dicta. qđ eſt diſconueniens. ¶Tertio. homo per actū p̄ducit habitū, ergo p̄ actum habitū corrumpit. tenet conſequētia: quia facilius eſt deſtruere q̄ cōſtruere. ¶Reſpōdetur ad ſecūdū, q̄ intemperati mali habitus corrūpūtur a deo quando eſt beatus primo. ¶Ad tertiū cōceditur q̄ interdū habitus corrūpitur: ſed non oportet vt obijcit q̄ cauſa potens aliquid p̄ducere poſſit illud corrūpere. nā ſol lumen p̄ducit, qđ corrūpere nequit. Facilius aūt eſt deſtruere q̄ cōſtruere in ædificijs/pecunia/vel in actibus bonis: nō aūt in habitibus. vel vniuerſaliter intelligitur illđ quādo plures cauſę deſtructiuę ſunt applicabiles. ¶Quarto arguitur. Habitus illi nō inclinabūt actualiter in actus ſimiles ipſis habitibus: ergo in patria nō manebūt, vel inutiliter manebūt. Antecedēs patet de habitu ſobrietatis & temperantię & ſimilibus. ¶Reſpōdetur. argumentū p̄baret q̄ multa membra corporis nō reſurgent: qđ eſt falſum. nā mēbra ad integritatē cōpoſiti reſurgent: nec erunt inutilia. ſic habitus ad decorem habētis manebūt. Secūdo dico q̄ temperātia inclinat circa ſuā materiā ſcđm dictamen rectę rationis: hoc eſt, ad nō exeūdū in actū quādo non oportet. modo recta ratio in patria dictat q̄

multi erunt habitus qui nō exibunt in ſuas operationes: vt caſtitas cōiugij: & multi alij. ¶Quinto arguitur. Si habitus acquiſiti in corpore non corrumpātur p̄pter ceſſationē ab actibus: anima poteſt exire in actus omnū illorū habituū. puta poteſt habere tot actus quot habet habitus. conſequēs eſt manifeſte falſum. & p̄batur cōſequentia: quia ſunt agentia naturalia: & intellectus eſt agēs naturale: ergo ſemp intellectus exibit i act⁹ omniū illoꝝ habituū. Sed dicis. habitus fortiores magis mouēt q̄ reliqui: & taliū habituū actus producūtur. Inſto: ergo nūq̄ erit ſtatus in intellectu quin habebit tot act⁹ quot anima capere poteſt, actiue concurrēdo: actus inquā habituū fortiorū. Etiā eſt cōtra experientiā q̄ ſemp eximus in actum habitus fortioris. Forte dices. volūtas imperat intellectui vt eliciat actum talis obiecti puta a. & nō b. c. & nō d. & ſic intellectus intelligit a. & c. & non b. & d. Cōtra hoc arguo ſic. volūtas nō fertur in incognitū: ergo ſi volūtas vult intellectū intelligere a. intellectus prius actualiter intelligit a. quia ſi nō prius tēpore vel natura: volūtas fertur in incognitum. Dices forte. volūtas poteſt velle a. eſſe cognitū: & intellectui imperat vt intelligat a. & nō ſequit̄ q̄ aliquid ſit volitum qđ nō ſit cognitū actualiter vel habitualiter: qa intellectus habet habitum a. Obijcio. ergo dormiēs poteſt velle a. in ſenſu cōpoſito: cū habeat notitiā habitualē a. & hoc ſufficit p te ad voluntatē velle obiectū. Pręterea voluntas imperat intellectui vti hac ſpecie & non illa: & nō intelligit hāc ſpeciē actualiter vel habitualiter: ergo aliqd eſt volitū incognitū. Sed hic dicis argumētū nō cōcludere: quia non ſufficit notitia habitualis a. obiecti ad hoc vt volūtas velit a. ſed cum hoc requiritur conatus voluntatis, & eius actio: quę nō eſt in ſomno. & ſi deus ſolus p̄duceret notitiam actualem reſpectu a. obiecti in Sorte dormiēte: adhuc, volūtas nō poſſet electiue velle a. ¶Reſpōdēdo in primis dico q̄ ſpecies & intellectus ſunt agētia naturalia reſpectu actus producēdi. ſed nō ſunt cauſa ſufficiēs p̄ductionis eius. Secūdo dico q̄ multi actus habituū p̄ducūtur ſine actu aliquo volūtatis, notitię imperatiuo: vt patet de tranſeūte cubiculū vel ſurgēte de lecto: cui occurrit nouus liber apertus, quem intuetur ſine actu volūtatis præuio/notitias actuales habituū formando. Tertio dicit q̄ nō ſemp intēſiores habitus producūt ſuos actus citius q̄ remiſſiores. Ratio eſt: quia poteſt dari certa ītroductio, & auxiliū iuuās habitū remiſſum plus q̄ ſit exceſſus intenſionis maioris habitus ſuper minorē, ad p̄ducendā notitiā actualem: & ſic p̄ducitur actus. Declaro exēplo. habeo habitū remiſſum de Sorte: & intēſum de Platone: canis Sortis occurrit, liber, frater, vel huiuſmodi: exeo in actualē notitiam eius per introductionē: & nō in notitiā Platonis. nā habitus intenſus in memoria poteſt habere obicem quare nō exeam in actū eius: & habitus remiſſus ianuā apertā ad exeundū in actū eius: & crebro me fugit vnde prouenit illa ianua. ſicut plerięq; ægrotant: qui ægritudinis cauſam ignorant. Nō eſt autem in poteſtate noſtra quin viſis tangamur. ¶Ecce ergo q̄ homo non ſemper exit in actum interioris habitus propter iuuamen accedens, iuuans intellectū vt exeat in actū parui habitus, & non magni. ſed minus auxiliū ſufficit mouere potētiam cum magno habitu q̄ cum paruo. nam vbi eſt theſaurus tuus: ibi eſt & cor tuū. Quare pro toto hoc argumento ſat eſt q̄ homo non ſemper exit in actum intenſioris habitus: ſed interdum exit ſine voluntatis imperio. Nec pro argumento opus eſt illā difficultatē attingere, an volūtas feratur in incognitum.

¶Diſtictiōis Quadragesimęsextæ Quęſtio Prima.



Magiſter i hac quadrageſimaſexta diſtinctiōe loquitur de iuſtitia & miſericordia, an ſint i deo, & an diſtinguantur inter ſe. De quo ſuccincte tranſiēs dico tales qualitates nō eſſe i deo: quia nihil eſt in ſeipſo proprie loquendo. nec virtutes morales ei inhærent, nec aliquod accidens. & non modo ſcđm fidem ſed & philoſophos eſt hoc verum. nam dicit Ariſto. x. Ethicorum, ridiculum eſſe laudare deum ſecundū virtutes morales ſiue ſcđm earum actus. Sed quia deus in præmiando & puniendo iuſte agit: & vtitur clemētia cum iuſtitia: dicitur habere iuſtitiam & miſericordiam iuxtā ſcripturā. Ex quo ſequit̄ q̄ miſericordia dei eſt iuſtitia dei. Secundo patet q̄ iuſtitia & miſericordia dei non diſtinguūtur eſſentialiter: ſed alia ratione deus vocatur iuſtus: & alia ratione miſericors. Vocatur iuſtus: quia punit & præmiat ſcđm ſuas leges: & miſericors, quia creaturam miſerā ſubleuat: prout ſuā bonitatē decet. ¶Sed circa eius iuſtitiam & miſericordiā amplius intelligendam q̄ram aliquot quęſtiones legē dei de pœnis & præmijs concernentes. Et primo quæritur: an deus ſeruet æqualitatem iuſtitiæ cum dulcedi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne misericordię tam in puniendo q̄ premiando. ¶Ad hāc quęstionē pono aliquas cōclusiones. quarū Prima est. Deus seruat iustitiā cū misericordia tēperatā. ¶Secūda cōclusio. Deus æqualiter peccātes/æqualiter punit. ¶Tertia cōclusio. Aequaliter merētes deus æqualiter p̄miat. ¶Prima cōclusio ꝓbatur per id qđ.ij. ad Timoth.iiij. scribit. Deus est iustus iudex.& Psal.xlvij. Iustitia plena est dextera tua.& Psal.xxiiij. Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. vbi glos. Hęc duo i oīm ope dei simul sunt. Et Iacobi.ij. Misericordia supexaltat iudiciū. Insup miserert est ꝓpriū dei quarto modo, capiēdo vere & inde ficiēter misereri,iuxta id qđ canit ecclesia. Deus cui ꝓpriū est misereri semp & parcere. ¶Secūda cōclusio ꝓbaꝫ p illud qđ scribitur Apocalypsis xviij. Quantū glorificauit se & in delicijs fuit: tā tū date illi tormentū & luctū. Et Deutero.xxv. Pro mēsura peccati erit & plagarū modus. Tertia conclusio sequitur ex oppositο.

¶Contra has conclusiones argumentor nūc de p̄mio,nūc de supplicio: quia mutatis terminis facile ducūtur rationes. Primo argumentor sic. vna culpa excedit aliā indiuisibiliter:& nulla pœna alia excedit indiuisibiliter:ergo scđm legē de⁹ nō punit æq̄liter peccātes æquali pœna gradualiter. Assumptū ꝓbatur. sint nunc in hoc instanti inchoatiuo horę futurę Sortes & Plato in peccatis æqualibus, vel in nō peccatis: & in hora sequēte demereanꝫ vniformiter:sic scz vt Sortes in instāti termināte horā futurā (qđ dicatur a.)habeat demeritū vt quatuor:& tūc in a. instāti primo Plato non sit. vel de meritis loquamur & redit i idē. Isti æqualiter punienꝫ.qđ ꝓbaꝫ: quia vtriusq; totalē pœnā deus videt:& nullo excessu diuisibili pœna Sortis pœnā Platonis exuperat:& nulla est pœna indiuisibilis : nec minori pœna punietur Sortes q̄ Plato vt constat: ergo æquali pœna punienꝫ. Q̄ ineq̄liter peccēt, ostēditur sic. Sortes erit i maiore peccato in a.instāti q̄ Plato erit post a.instās,vel i a.instāti,vel añ a. instās.ergo Sortes erit in maiore peccato q̄ Plato. consequentia est lucida. Assumptū ꝓbaꝫ:qa nec Plato erit in a.instāti: nec post a.instās ad demerēdū:qa in resurrectione nō demerebiꝫ imputabiliter:nec erit in maiore demerito ante a.instās q̄ Sortes erit in a.instāti:qa semp ante a.instans ex hypothesi erant in peccatis æqualibus. Eodē modo pōt duci argumētū de meritis. & est argumētū cōmune in materia intensionis albedinis. ¶Aliqui cōcedūt q̄ indiuisibiliter peccatū Sortis est maius peccato Platonis:& eodē modo ei⁹ pœna indiuisibiliter maior alia. Sed cū nō ponamus latitudinē cōflari ex idiuisibilibus:dicamus bifariam ad argumētū:ꝓportionaliter ad argumētū tactū in.xvj.distinctione huius. In primis dico q̄ æqualiter peccāt:& æqualiter punienꝫ. & Plato habebit tot peccata quot Sortes habebit in a.instāti:qa Plato in tēpore terminato ad a.instans habebit tātū peccatū quātū Sortes habebit in a.sed in nullo instāti vitę suę habebit tātū peccatū Plato quātū Sortes habebit i a.& eodē modo si albedo esset successiue ꝓducta. Alio modo dicit q̄ Sortes habebit maiorem culpā q̄ Plato. sed cū anima Platonis maneat in a.instāti habebit tātū demeritū quātū Sortes in a.& sic æqualiter punienꝫ. Sicut si Sortes & Plato cōtinue albeſiant vniformiter p horā: ponendo de albedine sicut de culpa.licet em̄ Sortes habebit maiorem albedinē in a.instanti q̄ Plato:nō tamē habebit maiorē albedinē q̄ materia Platonis. vel albedo Sortis nō erit intensior in a.instāti q̄ albedo Platonis erit in a.instanti:cum albedo sit in instanti terminate horā.secus ē si tūc primo nō esset. nā in prima medietate horę futurę:& in quolibet instanti intrinseco horę futurę Sortes & Plato habebūt æquales albedines:& erūt æqualiter albi. sed ꝓpterea non sequit q̄ Sortes excedet Platonem in albedine indiuisibiliter:immo diuisibiliter p totā albedinē categorematice quā habebit. sed nō est separādus excessus adæquatus albedinis quā habebit Sortes,sup albedinē quā habebit Plato:quia quālibet albedinē citra albedinē Sortis habebit Plato. ¶Cōtra hoc arguitur. per transeāt Sortes & Plato vnū pedale vniformiter sic scilicet q̄ quādo Sortes est primo in puncto terminatiuo suę pedalitatis : tūc primo Plato nō sit. Arguitur sic.totā illā lineā pedalē pertrāsiuit Plato:ergo tantā albedinē habuit Plato quantā Sortes.& sic de peccato vel merito.consequētia tenet cōueniēti similitudine. Antecedēs probāt: quia quālibet partē proportionalē huius lineę p transiuit Plato:capiendo partes minores versus extremū remotius. Si neges ꝓpter secūdā dimidietatē lineę quę est pars ꝓportionalis scđm aliā diuisionē:saltem quālibet partem ꝓportionalem scđm illam diuisionem pertransiuit Plato: ergo omnes partes proportionales pertrāsiuit.sed illę partes proportionales sunt hoc pedale:ergo hoc pedale pertrāsiuit. Forte dicis q̄ male cōcludit: vł nō sequitur,quālibet partem proportionalem pertransiuit Plato:ergo omnes.sicut nō sequitur quęlibet pars proportionalis solis est aliquid minus sole:ergo istę partes proportionales sunt aliquid minus sole:omnibus demonstratis. Cōtra. saltem ponatur medium tutosum vel aliud,non refert,diuidendum a b.nouacula:in fine horę b. sit, & mediū diuidatur :& complete sit diuisum. ponaꝫ aliud mediū omnino simile diuidēdū a c. nouacula vniformiter mota sicut b.per totā horam ꝓteritā:simus nos in fine horę: & tūc primo c.non sit.quęritur an mediū cōplete sit diuisum a c.nouacula:an aliquid remaneat diuidendū.non secūdū:quia vnū mobile obtusum nullā reperiet resistentiā in medio qđ diuidebat c.nouacula.nā si aliquā reperiret:dabitur longitudo sine latitudine & profunditate in substātia corporea. Si cōcedas totū mediū esse diuisum a c. nouacula:quia medietates separātur a seinuicē/& sunt in instāti terminante horā,qđ sufficit:Obijcio.hoc mediū est cōplete diuisum:ergo ab aliquo agente est cōplete diuisum.non a c.cū in instāti termināte horam nō sit. Similis obiectio potest fieri de calefactiuo qđ ꝓducit successiue calorē vt quatuor : & in instanti quo calor vt quatuor primo est:calefactiuū nō est:iam calor vt quatuor est ꝓductus cōplete.petaꝫ quomodo cōplete sit ꝓductus. Si ibi tergiuerseris q̄ calor ꝓpe agēs ꝓducit vnū aliū calorē:& secūdus calor ꝓducit tertiū, & sic conseqūeter:captaꝫ vnū albefactiuū vbi effectus non coadiuuat causam ad ꝓducendū reliquū effectū. Respōdeꝫ.sufficit q̄ effectus sit in instāti terminate tēpus:quia nō requiriꝫ existētia ipsius agentis.& cōcediꝫ q̄ illud mediū est diuisum cōplete: & c.ipm̄ diuidebat.Non tñ sequiꝫ q̄ vnq̄ Plato habebit albedinē vt quatuor informatiue:vel q̄ habeat meritū vel demeritū vt quatuor: sed eius anima meritum vt quatuor habebit.

¶Distinctionis Quadragesimesextæ Quęstio Secunda.

Secundo probare conabimur q̄ deus inæqualiter merētes,equaliter p̄miet. Pro quo ponatur q̄ in hoc instāti Sortes incipiat meteri p remotionē de p̄senti & positionē de futuro: & Plato immediate post Sortē incipiat mereri:& continuo mereantur vniformiter per vnā horā dēpto principio merēdi:decedant in fine horę. Deinde sic arguitur. Sortes & Plato inæqualiter merētur quia Sortes icipit mereri ante Platonē ex hypothesi:& tñ æqualiter p̄miabūtur. Q đ ꝓbaꝫ: quia si inæqualiter:hoc est ꝓpter excessum meriti Sortis sup meritū Platonis. sed hoc nō:quia si Sortes mereatur pure successiue cū Platone : ambo incipiūt mereri p idē instās in quo sumus. Idem est si subito mereātur . Forte negas vnum posse mereri post alium. ¶Sed quęstio ꝓposita dependet ex illo:an vnus angelus possit imediate post aliū produci. qđ tangitur ab aliquibus doctoribus. Primū illud apiemus,quia erit scala dissoluendę quęstionis propositę. postea ad argumentum descendemus. Ockam existimat implicare contradictionē vnā rem posse produci imptibiliter post aliam : & propterea negat beatā virginē posse stare in peccato originali per vnū instans: & imediate post illud gratiam posse infundi,& peccatū dilui,si gratia raptim infundatur. hoc tenet in Quodlibetis.Gregorius autē Ariminēsis opinatur possibile vnū angelum posse produci post aliū immediate:sed nō esse possibile q̄ tres producātur post se inuicē. sic opinatus est in suo primo. Volum⁹ ꝓbare duas cōclusiones cōtra dicta eor. ¶Prior cōclusio est.possibile est deo producere vnū angelum post aliū immediate:& per consequēs non implicat cōtradictionem beatam virginem stetisse in peccato originali per vnū instans,& gratiā ei infundi subito. ¶Secunda cōclusio.deus potest tres angelos ꝓducere post se inuicē. ¶Prior conclusio probat.producat deus in hoc instanti corpus luminosum, qđ ponat in medio bene dispositο ad susceptionē luminis:& nō concurrat deus cum sole in hoc instanti ad ꝓductionē luminis,sed immediate post hoc instās concurrat:tunc ante quodlibet instās sequens ꝓducetur lumen:& hoc subito.supponimus autē creaturā posse habere actionē in instanti. nā ita tenet doctor iste cōtra quem obijcimus. ergo imediate post ꝓductionē corporis luminosi ꝓducitur lumen in medio.& eodē modo hoc fieret si deus annihilaret totale lumen solis in hoc instāti per vltimū instans sui esse:relinquendo solē concursui solū naturali,& immediate post hoc cōcurrēdo cū sole. ergo si agēs naturale hoc potest cū cōcursu dei generali:a fortiore hoc deus pōt facere. Insup nihil est tollendū a potentia dei absoluta nisi constet illud impossibile, vel auctoritate irrefragabili scripturæ,vel ratione . sed neutrum ostendi potest. nā scripturā adducere nō potest. rationes etiam nō affert.nos tamē afferemus eas quę nobis occurrunt,quę omnes soluētur. ¶Secunda conclusio probatur.producat deus in hoc instanti angelum a.immediate per aduersarium potest producere angelum b.ita q̄ primū instās angeli a.sit vltimū instans nō esse angeli b. & nō est maior ratio q̄ potest deus producere angelū post a.immediate, q̄ posset producere c.angelū immediate ante hoc instās,in quo suppono nos esse.ergo habentur tres angeli producti post se inuicem immediate.

¶Cōtra priorē cōclusionē sic argumētor. Secūdus angelus in nullo instanti immediate post hoc instās d.producit:cū nullū tale sit. nam quolibet instanti huius horæ dato post d.

instans in quo sumus: verū est dicere. b. angelus in aliquo instāti priore fuit: ergo cōseruatur solū cū conseruatio per hoc a ꝓductione separetur ꝙ ꝓsupponit rem ꝑfuisse. Insup si des vnū instās in quo ꝓducitur cū prius fuerit b. angelus: debes dicere ꝙ ego nūc ꝓducor, cū nō obstet me præfuisse ad nūc produci. ¶ Ad primū dico ꝙ b. instantanee ꝓducitur syncategorematice, hoc est in infinitū propinque d. instāti: & in nullo instanti producitur de nouo: & in quolibet instāti in quo est cōseruatur. sed dato ꝙ in nullo instanti ꝓducatur, vt tu capis: habeā in sentētia ꝙ ante quodlibet instans futurū post ꝓductionē a. angeli b. angelus erit: & sic ꝓducī immediate post hoc. & cū nō habeat partes, nō potest successiue ꝓduci: licet anima intellectiua successiue possit materiā informare: & angelus ptibiliter pertrāsire hoc spatiū. nec mirū: cū tā materia q̄ spatiū habeāt ptes. & sic habemus ꝓpositū. Nec est luctandū in terminis. nā quidā doctor putat illud euacuare difficultatē: sed nō satis cōsiderat. Ex hoc patet solutio ad secūdum. ¶ Secūdo argumētor ad idem. Producat deus b. angelū immediate post a. vel potest ꝓducere e. angelū imediate post b. vel nō. si dicas primū: vel e. ꝓducī immediate post a. & sic nō ꝓducī post b. ¶ Cōtra casum. Sinō potest: Contra. potest ꝓducere secūdū angelū imediate post primū. sed existētia tertij angeli nō impedit. igitur. Insuper, post b. potest ꝓducere e. & nō est dabile instans post b. quin inter illud instās & b. possit ꝓducere e. igitur. ¶ Respōdeā. nō est possibile ꝙ ꝓducat e. immediate post b. stante productione b. imediate post a. vt argumētum tangit Nō enī potest ꝓducere tres angelos qualitercūq; post se inuicē vt opinor. Productio aūt tertij angeli nō est causa: vt patet ex ꝓbatione secūdę cōclusionis: sed quia nulla esset prioritas secūdi ad tertiū imediate post b. Potest tn̄ producere e. angelū. sed nō est possibile ꝙ a. ꝓducatur in hoc instanti vel illo: & b. imediate post a. & e. immediate post b. vt possibile modificet illā totā. Sed cōtra hoc dicis. ponatur ꝙ hora futura diuidat in ptes proportionales/minoribus terminatis ad d. istās in quo sumus: & in prima pte ꝓportionali ꝓducat deus vnū angelū: in secunda aliū: in tertia tertiū: & sic p oēs ptes proportionales horę futurę: iam deus post a. qui ꝓducī in hoc instanti d. ꝓducit duos post se. Et idē pōt poni si b. & c. angeli sic se habeāt ꝙ b. producat in maxima parte proportionali: in subdupla ad illā annihiletur, & producatur e. in tertia pte annihiletur b. & recreet e. & sic p oēs ptes ꝓportionales vnius horę: iam immediate post a. ꝓducitur b. & immediate post b. ꝓducitur e. qđ patet per exponētes de (imediate). Respondetur cōcedēdo illas ꝓpositiōes quinimo immediate post a. producit deus tres/quatuor/& ifinitos. Argumētū aūt est sophisma quia b. non magis precedit e. q̄ contra. cuius oppositum intendimus.

¶ Cōtra secundā cōclusionē argumētor. Producat deus c. angelū immediate ante a. probo ꝙ hoc implicet. iam i d. instāti verū est dicere. c. angelus incipit esse, quia nō fuit ab ęterno. sed hoc nō: quia nec p primū instans fuit esse cū fuerit ante d. instans: nec p vltimū instans nō esse: quia illud dari nō potest. vt patet intelligēti. Immo sequit ꝙ c. angelus fuit in aliquo tēpore & in nullo instāti illius tēporis. qđ videt mirabile & mirabilius videt ꝙ aliquid fuit, & nūq̄ erit in aliquo instanti: nec fuit nec erit. qđ patet si c. desinat p primū instās fuit nō esse in hoc d. instāti. & eodē modo b. angelus pōt esse/& in nullo instāti esse: & tūc petitur quo modo ꝑcessit c. & ita angelus desinit: & nec p vltimū instās esse, nec primū nō esse. vt liquet de c. & b. ¶ Respōdeā concedēdo ꝙ c. angelus incipit esse, sed p nullū instans: nec illa diuisio instātium cuiuslibet rei possibilis originē includit: quia nō separat adæquatū tēpꝰ nō existētię a fronte a tēpore existētię, nā in hora præcedēte c. angelus incepit esse: & habuit vnam de ꝑsenti verā: vt dixim⁹ in. xvj. distinctione de amissione gratię. sed si maneat postea d. instans est primū eius esse instātaneū: sed nō primū simpliciter. Et cōcedo hāc cōclusionē. c. angelus fuit in hac hora, & in nullo instāti illius intrinseco vel extrinseco. Nec desinit p vltimū instans esse: sed per primū nō esse. hoc enī nō est magis inconueniēs q̄ de inceptione cōtingat i corruptione forme ſcdm vnū modū dicēdi. vt si calor ptibiliter producat per totā horā pręteritā, & iam simus in d. instāti, in quo frigus maioris actiuitatis q̄ calor sit resistētię applicet: d. nō est vltimū instans huius totalis caloris. & sic hic calor non desinit p vltimū instans esse: quia erit in tēpore sequēti terminato ad hoc instans: sicut erat in ꝓductione, ſcdm illā viā. nec datur primū instans nō esse in d. instāti. An possit deus sic facere cū b. angelo: incertū est, an scilicet possit corrumpere sicut c. & mihi interdū visum est ꝙ necesse est cōditionaliter, hoc est stante casu eū cōseruare p tēpus. sic legēdo in artibus i vtroq; cursu ratus sum. sed cū sint duodecim horę diei: oppositū videtur rationabilius, si teneamus hoc qđ dictū est de c. ꝙ idem tenere debeamus in b.

¶ His pro argumenti solutione insertis ad argumētū principale ab initio q̄stionis propositū: gratia cuius hęc pauca ꝓ analogia tetigim⁹: redeo. & dico ꝙ Sortes & Plato decedūt in meritis equalibus: & equaliter ꝑmiabūtur: qa

ex casu in hoc instanti neuter mereī: sed immediate post hoc vterq; merebit. Eodē modo potest solui argumentum si fiat. Sit a. b. & c. tres angeli creati immediate post situicem moueanī sup hāc lineam eque velociter: & q̄ primū creanī moueri incipiant sup lineam eque cito: hęc linea ptrāsibitur ab illis trib⁹ mobilib⁹: quia licet c. angelus fuit ante hoc instās p aliqđ tempus: tamen illud non est separabile seorsum: nec potest dari spatium ab eo ptransitum in illo tempore vel in instanti illius tēporis: quia in nullo instanti illi⁹ temporis erat. & in hoc instanti in quo sumus scilicet d. non mouet: imo d. instans erit vltimum instās nō esse motus istorum triū mobiliū a. b. c. Et sic de merito, si pure ptibiliter mereanī: vt casus primi argumēti possuit. nā si instantanee mereanī non est idem inter a. & b. quia a. meretur in suo instāti in quo est, vel mereri potest ante b. sed est idem instās mereri c. angeli cum a. qđ patet: quia in nullo instanti ante a. c. angelus fuit: ergo nō poterat habere meritū in aliquo instāti ante a. Sed dicis. c. fuit in tpe ante a. licet nullo tpe adæquato: & c. poterat in illo tēpore raptim mereri. Hoc concedimus: & tūc verum est dicere, c. meruit, & in nullo instanti illius temporis erat in merito: sed subito meruit in tempore termi nato ad hoc instans.

¶ Distinctiōis Quadragesimęsextę Quęstio Tertia.

IN hac tertia q̄stione adhuc instabimus aliquot argumentis contra dicta in principio huius quadragesimæ sextæ distinctiōis. & hoc sic. Aliqui sunt homines q̄ nec saluabunī nec damnabūtur: ergo pro meritis & demeritis eis non dabitur ꝓmium & supplicium: & per consequens non ęquale. Antecedens patet demonstrādo prædestinatos & præscitos. ¶ Et confirmatur. secundum legem decedens cum quocūq; mortali debet puniri infinita pœna intensiue. sed hoc nō fit. Assumptum probatur: quia peccās contra socium aliquali grauitate peccat: contra regētē plus peccat p eundem actum q̄ contra socium: cōtra primarium plus q̄ contra regentem. & sic gradatim conscendendo p cancellariū/episcopos/reges/& infinita media possibilia. modo quodlibet tale creabile deus excedit: ergo peccans contra deum, hoc est eius ꝑceptum transgrediens, infinite peccat. Q; eundem actum faciens contra maiorē plus peccet q̄ ipsum faciēs contra inferiorem: patet. v. Ethicorū. & propterea nititur philosophus pœnam taliōis Pythagorico rum reprehendere. Non valet dicere. si sint extrema finita: media erūt finita. primo posteriorū. Nā in finita magnitudine hoc verum habet: non autem i multitudine: quia inter quascūq; duas distinctas species potest deus infinitas species medias producere: & inter duos homines in primo instanti horę & vltimo creatos producere potest infinitos, in quolibet instanti horæ producendo vnum: quemadmodum infinita instātia mediant inter illa duo instantia. ¶ Respondeā concedendo ꝙ alii qui nec saluabuntur nec damnabunī. nam diuisiue ista est vera, isti non saluabunī. quia est vna negatiua non prægnans cuius extrema non supponunt pro eodem vel etsdē. ergo vera. Insuper ad veritatē huius negatiuę sufficit ꝙ iste vel ille non saluabitur disiunctiue. qđ patet: qa ad veritatem affirmatiuę requiritur ꝙ iste & iste saluabitur copulatiue demōstrando eos omnes. modo sicut copulatiua affirmatiua & disiunctiua composita ex partibus contradicentibus contradicūt in forma vel in valore: sic si vna ꝓpositio requirit copulatiuam quę sufficit ad sui verificationem/ alia disiunctiuā concomitatur. isti tamen saluabuntur & damnabunī copulatim. Dicis. ex isto sequit ꝙ plures sunt nō damnati q̄ damnati: cuius oppositum ante innuimus. probatur: demōstrādo omnes mortuos ista est vera. isti non sunt damnati: & isti sunt plures q̄ damnati. Dico ꝙ plures sunt non damnati q̄ dānati: sed non sunt plures homines saluati q̄ damnati: quia sufficit ꝙ quilibet homo est saluatus vel damnatus/vel erit, in sensu cōpositio. ¶ Ad aliud argumētū cōcedit ꝙ semp peccās cōtra maiorē plus peccat. sed quia non semper inter quoscūq; duos seruat equalis latitudo: nō concluditur ꝙ peccatū cōtra deum sit infinitę malitiæ in deacceptabilitate: sic scilicet vt ifinita pœna i gradu tali peccato respondeat. Insuper peccatum cōtra socium est contra deum & q̄libet transgressio inferiorum est contra deum. Baculo autem arundineo basis argumenti innititur. qđ patet: quia si valeret: hac via concluderetur quodlibet continuum esse infinitum: quia accepta vna parua parte datur vna pars maior illa: & quacūq; demonstrata dat maior illa: & totum qualibet est mai⁹. Hac itē via cōcludā circulū quēlibet esse infinitę cōtinētię: quia ex eisdē lineis equalibus tetragonus plus cōtinet q̄ trigon⁹: & hexagon⁹ plus q̄ pētagonus: & sic ascēdēdo p figuras polygonas ex multitudine angulorū vers⁹ circulū/auget capacitas. ex his tn̄ non concludit figura agona infinitę capacitatis. Accipito analogiā in notitia dei quę est finita entitas: & tamē iter deū & hāc formā creabiles sunt infinitę substātię imperfectiores deo/& formica perfectiores. inter illas enī substātias nō dat perfectissima notitia. loquor de notitia substātiarū creatarū & tn̄ qualibet earū notitia dei est perfectior: q̄ nō ꝑ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptera est infinite perfecta. Et sicut illa cōsequētia non tenet in rebus specie distinctis: ita hic est distinctio accidētaria sufficiens in discrimen peccatoꝝ. Sic ꝓbabo ꝙ argumētū principale ꝙ dabis mihi librū tuū in fine quatuor annorū cū vno scuto. nā in fine primi anni diminues librā Parisiensem: i secundo tantūdē: & sic consequenter. & ita dabis librū gratis cū pecunia si ꝓportiōabiliter decrescat p̄ciū. In alijs aūt rebꝰ comparabilibus eiusdē rationis consequētia est bona. vt bñ sequit: in hoc corpore est corpus pedale, bipedale, tripedale, & sic cōsequēter sine fine ascēdendo ꝙ partes nō cōmunicantes: & a. est toto corpore maius: ergo a. est infinite magnum. Tñ nō nego quin deꝰ possit infligere iuste infinitā pœnā in gradu ꝙ quolibet pct̄o: ſꝫ ex sua misericordia & lege posita hoc nō facit.

¶ Scđo. Pro quolibet mortali peccato erit infinitus cruciatꝰ. Hoc supposito arguit sic. quelibet pars huius mortalis est peior hoc veniali dato. vel sic. cuiuslibet partis ꝓportiōalis pœna huius mortalis est peior q̄ pœna huius venialis. sed huius venialis pœna est alicuius cruciatus. ergo pœna totalis huius mortalis est infiniti cruciatus, siue in gradu, siue non, parum refert: ga nitimur probare ꝙ infinite cruciet. ꝙ cōsequētia valeat patet in omni materia. nam si a. est alicuꝰ quātitatis: & q̄libet pars huius cōtinui est maior a. iam continuum est infinite magnum. ¶ Dico cōsequētiā principalē nihil valere: quia in rebus diuersarū specierum hoc non tenet. sicut non sequitur. quelibet pars ꝓportionalis huius albedinis hac nigredine / demonstrando nigredinem in pupilla oculi est pfectior: & hęc nigredo est alicuius pfectionis: ergo totalis albedo est infinite pfecta. Si dicas. tūc eneruo vnam rationem in materia de ebrietate: q̄ est ꝙ in infinitum parum aliquis peccat: & hoc peccatū quolibet aliorum est minus. R nideo non esse idem vt ex his q̄ illic dixim⁹ ꝓpendere potes. Scđo sive ratio illa sola concludat, siue nō: oēs illę rōnes multo sufficiētius conclusionem quā intendūt ꝓbant q̄ rationes ad oppositū. qđ ad recte cōclusionē ponēdā sufficit. Dicis. tunc si in infinitum parua pœna respondeat alicui parti huiꝰ mortalis: & quelibet pars peccati mortalis secundum intensionem sit peccatum mortale: pœna peccati venialis erit æqualiter intensa. qđ inconuenit. Nego hoc inconuentre: sicut stat dare nigredinem in vngue Aethiopis æqualiter intēsam in gradu vt est albedo dentis eius: sed nō equaliter perfectam. ¶ Animaduersione aūt non indignum est ꝙ nō q̄libet pars pœnę huiꝰ in purgatorio plus cruciat q̄ pœna huiꝰ viatoris, puta colica passio. qđ ꝓbat quia in infinitum parua est aliqua pars huius pœnæ purgatorij: & sufficit ꝙ totalis pœna purgatorij istam collcam passionem in acerbitate exupat. Nec oportet etiam de totali: quia si sacerdos diceret ꝓ centum simul quolibet die vnam missam, & cuilibet sufficeret vna missa: pœna totalis istorū ante finem multum remitteret. Ex quo sequit ꝙ stat dare pœnam debitam furto simplici ee equalem in gradu pœnæ alicuius odij dei: si scilicet sit vna parua pars odij: & forte etiam in cruciatu & i acerbitate. alioquin tota pœna odij erit ifinitę acerbitatis. Sed dicis, differūt specie: & ideo non sunt comparabiles. Respondetur. sicut stilus & acetum comparanť in pfectiōe entitatiua: nō tñ in acutie: sic pœna furti & odij comparantur in ratione intē sionis: sed nō est necesse in ratione pœnę. Quo fit vt aliquis decedens in mortali & veniali puniatur equaliter in gradu ac decedēs in duobꝰ mortalibꝰ.

¶ Tertio argumentor. Alicui peccato secūdum legem statutam respōdet infinita pœna intensiue: sed illa non infligeť. igit. assumptum probo: odio habeat deum Sortes ꝓ tpe quo teneť eum diligere: & Plato omittat. tūc tic. peccato Platonis respōdet aliqua pœna in inferno, & est alicuius malitię: sed in infinitū peꝰ est peccatū Sortis. quod ostenditur. sit odium eius intensum vt quatuor. & ponantur infiniti ad imaginationem: quorum quilibet odio habeat deum: Sortes vt quatuor: Cicero vt duo: Petrus vt vnum: & sic in abyssum geometrice. tunc sic. quodlibet istorum odio rum est peius omissione Platonis: & Sortes peccat vno peccato omnia hæc includente. igitur. Vel non est opus ponere ifinitatem hominum: sed sic ducatur argumentum. quelibet pars proportionalis huius odij est peior q̄ hęc omissio: quia eam includit & aliquid aliud: & omissio est alicuius certæ malitiæ: ergo hoc odiū est infinitæ malitiæ. ꝙ autem sit aliqua pura omissio / alibi ostensum est. ¶ Ad hoc argumentum respondetur negādo assumptum. nego item ꝙ quælibet pars illius commissionis sit peior hac omissiōe / segregādo omissionem imbibitam in commissione. sed quilibet illorum committēs, per odium dei grauius peccat q̄ omittens. sed hoc non solum ortum habet a cōmissione: cum quilibet odio habens omittat. Hic potest esse obiectio. nam omissio naturaliter iuoluitur in commissione. ergo non imputať. cōsequētia patet: quia non aliter dicimus continuationem naturalem actus mali eliciti in instanti non esse imputabilem. Respondeo. si hoc ꝓbare niteris: argumentum principale attenuas: quia si omissio culpabilis non inuoluatur in quolibet actu odij: non habebis quamlibet partem illiꝰ odij peiorem hac omissione.

¶ Distinctiōis Quadragesimęsextę Questio Quarta.

Quarto circa hāc materiam ꝓbare nitemur aliqđ peccatū esse infinitę paruitatis: imo de omissione nunc actu. Et hoc sic. nullus teneť diligere deum vno gradu dilectionis: nec duobus: ergo omittens infinite modicū peccat. consequentia videtur clara. & ostendit ꝙ similę. ꝓcipiat deus Sorti se diligere quatuor gradibꝰ dilectionis, & Platoni quatuor & vltra: & omittat vterq;. tunc sic. Plato plus peccat q̄ Sortes: & plus punietur in inferno pro suo peccato q̄ Sortes: & non diuisibiliter. qđ patet. nā sit ita ꝙ Sortes punietur quatuor gradibus pœnę: quęro de gradibus pœnę Platonis. Si dicas: quīq; gradibꝰ punieť, vel quatuor cū semis: ergo Cicero pōt puniri plus q̄ Sortes, & minus q̄ Plato: cū sit excessus diuisibilis: sed hoc nō: quia sic deus non puniret peccatores ꝓportionabiliter ad eorum peccata. palā enī est ꝙ detinctus deū diligere intensius / & omittens, plus peccat q̄ detinctus eum diligere remisse. Sed cum nunc in nullo gradu dilectionis viator teneat diligere deum: omittēs eum diligere infinite parū peccat. ¶ Respōdeť cōcedēdo ꝙ si esset viator ad plus obligatus, omittēs magis peccaret q̄ aliꝰ cęteris paribus. sed pondus solutiōis in hoc mihi latitare videtur ꝙ licet in nullo gradu homo teneatur diligere deum: tñ omissio illa est alicuius certę malitię secundum ꝙ deo placet: & pœna est alicuius certę intensionis. Ratio est: quia in omissione nunc secundū legem nō attendit malitia omissionis penes actus ꝓsitiui intensionē: quia ad nullū gradū dilectiōis dei homo tenetur. sed omissio attendit penes obligationē ad quam deus nos obligat. & si deus daret legem diligendi creaturā vt duo, & dilectionē dei multo arctius ꝓciperet: licet ad nullū determinatū gradū obligaret: vtrāq; dilectionē omittens plus peccaret omittēdo dilectionē dei: quia arctiꝰ homo est obligatus diligere deum. & sic nunc de lege penes maiorem arctitudinem obligationis attendit omissionis grauitas. Ex quo sequitur hoc argumentū esse nullum. homo nullo gradu tenetur diligere deum: ergo illam dilectionē omittēs in nullo determinato gradu malitiæ peccat. Ex hoc potest argumentū elui de Platone: quia licet deus in nullo gradu vltra quatuor ꝓcipiat diligere: tamen habet certam pœnā & determinatā sue obligationi respondentē qua eū punit si transgrediať. vt dixim⁹ iam de dilectione dei & eiꝰ omissione. & sic forte punietur Plato quatuor gradibus pœnę & semis. deuictus itaq; diligere vt quatuor cū dimidio / omittēs pro illa omissione forte quinq; gradibꝰ punieť. Vel sicut dicimus ꝙ ꝓmittēs mihi equū, oēm equū debet: sed est satisfactio ꝓ vnum quēlibet: vt patet in appellationibꝰ de hac ꝓpositione, debeo tibi equū: sic Sortes omnem dilectionē dei debet: sed quantulācūq; reddēs satisfacit ꝓcepto.

¶ Arguitur paucis rationibꝰ ꝙ aliq forma alia ꝓpartibiliter in tēsione excedit. ergo hoc nō in cōuenit in pœnis & peccatis. Assūptū probatur de duabus latitudinibus: sit a. latitudo vniformis vt octo in calore vel albedine ꝓ totum. b. latitudo vniformiter difformis a non gradu terminata in octo in extremo intensiore. Iam arguitur sic. b. forma terminať in octo exclusiue: ergo non habet albedinem vt octo sed quālibet citra octo. sed a. corpus habet albedinē vt octo: ergo a. exuperat b. idiuisibiliter: quia si diuisibiliter: sit medius gradꝰ vel quarta ps gradꝰ: et patet ꝙ non: quia quilibet gradꝰ citra octo est in b. forma Forte dicis. b. nō terminať in octo exclusiue sed in clusiue. Cōtra. tūc redibit qđ euitare intēdis, ꝙ dabitur aliqua albedo in subiecto indiuisibiliter. nā diuidamus ptes ꝓportiōales minores in b. & suo subiecto ad intēsionē formę: in nulla parte ꝓportionali b. est albedo vt octo: nec in aliquo puncto intrinseco subiecti b. formę. quia si sic: vel nō esset vniformiter difformis: vel ibi esset albedo supra octo: cum post illud punctū vel partem ꝓportionalem esset albedo supra octo. Insuper signetur vnū medium vniformiter difforme in resistēdo paludosū / a nō gradu terminatum in octo: & ponať vnū mobile actiuitatis vt octo incipiēs a nō gradu resistētię: iā quodlibet pūctum itrinsecū illiꝰ medij illud mobile ptrāsibit: & nō mouebiť cōtinuo: ergo tandem erit quies: & nō nisi in latitudine impartibili. qđ ꝓbať: quia ante pūctum terminatiuū totiꝰ nō est resistētia vt octo: ergo ante nō stabit. si ad illud deueniat: erit actio a ꝓportiōe equalitatis, cōtra philosophū. vij. physicorū. & rationē. ¶ Respōdetur cōcedēdo ꝙ latitudo vniformiter difformis terminatur in aliquo gradu exclusiue & non inclusiue: & trāseat ꝙ a. forma excedit b. sed non ꝑ aliquā formā impartibilē: immo ꝑ latitudinem diuisibilē / quia ꝑ totā a. formam. sicut tota linea ꝓ trāsita ab hoc mobili a. est maior linea ptransita a b. mobili: & eam excedit excessu diuisibili: si vniformiter mouebanť ꝓ horā ꝓtrita, & iā a. sit & nō b. Pōt etiam dici, sed minus rationabiliter, ꝙ illę duę formę sunt pares in intēsione: hoc est equalē intensionem habent: tamen vnum subiectum, de nominatur albū vt octo, & aliud vt quatuor secūdum communiorem modum dicendi: cum latitu

Universidad de Deusto
Biblioteca

do vniformiter difformis respondeat gradui medio illi⁹ latitudinis. Si dicat ꝙ vnum subiectum denominetur a gradu vt octo qui est remississim⁹ & non est in hoc subiecto:in idem redit. Si dicas. ponat subiectum b.formæ bipedale vniformiter difformiter album:& capiatur medium punctum inter illas duas pedalitates,q̄rendo an in illo sit albedo vt quatuor,vel citra illud ad non gradū vel vltra.quocūq; illorum dato:eodē modo dicere habebas albedinem vt octo esse in illo subiecto. Insuper si addat alia albedo vniformiter difformis ad b.oppositio modo:sic scilicet vt gradus intensior addat ad nō gradum/& non gradus supra extremum intensius:tā totum erit album vt octo:& nihil additur ꝑpe non gradū.ergo prius erat albedo vt octo in illo subiecto. Respondeꝫ.in pūcto medio nulla est albedo cū ipa nō inhęreat pūcto: sed ante punctum medium est quilibet gradus albedinis citra quatuor:& vltra illud punctum albedo vltra quatuor. Ad secūdum dico ꝙ consequētia est nulla. ¶Ad aliud argumētum dico ꝙ si illud mobile medium & resistentia conseruent vniformiter sicut a principio: continuo mouebit illd mobile:& qdlibet punctum intrinsecum illius medij pertransibit:infinita tamen tarditate: quia sem per ad finem maior erit resistentia:& per cōsequēs tardior descensus.& in nullo instanti futuro vel tēpore finito pertrāsibit illud medium complete.ratio est:quia occupabit infinitum tempus ad illud spatium pertranseundum.tantū namq; temporis requirit ad pertransitionem secundę partis ꝓportionalis ad minus,quātum ad pertrāsitionem primæ.& tantum temporis requritur ad pertrāsitionem tertiæ partis quantum ad pertransitionem secundæ.& sic de omnibus alijs. & aliquod certum tempus requritur ad pertransitionem primę partis ꝓportionalis.igitur. Prima aūt pars proportionalis est a non gradu ad quatuor: ergo saltem respondendo gradui medio erit ꝓportio. viij.ad.ij. scilicet quadrupla.secūda pars ꝓportionalis est a iiij.ad.vj. ergo respondet.v.modo. viij.ad.iiij.est ꝓportio dupla.ergo in duplo maiori tempore pertrāsiret secundam partem proportionalem q̄ quo pertransit primam/si secunda esset æqualiter magna cum prima:sed cum ipsa est subdupla.& si esset proportio dupla:in æquali tempore pertransiret secundam partem ꝓportionalem & primam.& ꝓportio octo ad quinq; est minor q̄ dupla vt cōstat:ergo plus temporis requritur ad pertransitionem secundę partis q̄ ad pertransitionem primę. & sic de qualibet parte sequente facile est deducere applicādo regulam communem Septimi physicorum:ꝙ velocitas motus localis quo ad cām attenditur penes proportionem potentiæ motuę ad resistentiam.

¶Tertio argumentor:ponendo duos Sortem & Platonem, qui per horam præteritam sic merити sunt:vt quantum sit meritum Sortis in fine primę partis ꝓportionalis:tantū sit meritum Platonis in fine secundę partis ꝓportionalis:& quantum fuit meritum Sortis in fine secundæ partis proportionalis:tantum fuit meritū Platonis in fine tertiæ partis proportionalis.& sic cōsequenter per omnes partes proportionales vni⁹ horæ:sit a.instans terminativum huius horæ præteritæ:decedant ambo Sortes & Plato post hoc istās sine vlteriore merito.Iam argumentor sic.meritum Sortis est maius merito Platonis:& nō per aliquem excessum diuisibilē:igitur.ꝙ Sortes pl⁹ meruit q̄ Plato:patet:quia in quolibet instanti intrinseco horæ præteritæ Sortes erat in maiore merito q̄ Plato.& similiter dicendum est in qualibet parte proportionali illius horæ. ergo ꝑ totam illā horam.qđ si concedas:oppono: quodcunq; meritum Sortes acquisiuit in fine partis proportionalis præcedentis/idem/vel æquale in fine partis ꝓportionalis sequentis Plato ex hypothesi acquisiuit:& nō dat vltima pars ꝓportionalis horæ.ergo Sortes non acquisiuit plus meriti q̄ Plato. Et argumentum potest applicari contra cōclusionem principalem ab initio positā/probando ꝙ inęqualiter merentes æqualiter p̄miabuntur & in eodem foro.sicut multa istorum argumētorum possunt mutari sub alijs & alijs terminis:& ad vartas materias applicari. ¶Respōdetur. Sortes & Plato nūc in a.instanti habent æqualia merita.& concedo ꝙ in quolibet instanti intrinseco horæ præteritę Sortes erat in maiore merito q̄ Plato:similiter in qualibet parte ꝓportionali horæ præteritæ.sed non sequitur ꝙ ita sit in hoc instāti. Exēplum in Achille zenonico. Si vnum mobile pertranseat primā partem proportionalem spatij ante aliud sic:quādo a.erit in fine secūdæ partis ꝓportionalis:b.erit in fine primæ:& quando a.erit in fine tertiæ/b.erit in fine secūdę partis ꝓportionalis hui⁹ spatij:& ita mouendo ꝑ omnes partes ꝓportionales continui ꝑ vnam horam continuo: iam in quolibet instanti intrinseco vnius horæ a.erit ante b.& sic in qualibet parte ꝓportionali:& tamen in instanti terminante horā erunt ambo ęque cito extra spatium. & id rationis est:quia b.mouetur velocius ad finē horæ q̄ a.nam a. ꝑ totam primam partem ꝓportionalem horę pertransiuit primam dimidietatem spatij:& b.per subduplum tempus ptransiuit tantum spatium lineale medio quiescente. Et cōcedo ꝙ in a.instanti terminante horam Sortes est i maiore merito q̄ Plato erat.similiter in a.instanti Plato est in matore merito q̄ Sortes erat:si non curramus ad tempus ymbraticum:tempus inquam in

adęquatum.Potest dari alia analogia ꝙ non incōuenit aliquid semper precedere aliud in motu/merito/vel similibus,& æqualiter esse in fine,de partibus æquinoctialis & zodiaci in materia de ortu signorum/vel de duabus vmbris.nā sint duæ vmbrę a.& b. causatę a duobus corporibus opacis:& corpora lucida quę has vmbras causant ascēdant vniformiter ad zenith corpōrū opacorū:sit vna hora verbi causa,in instanti terminate horā vtrūq; corpus lucidū erit in zenith corporis opaci. & cū hoc ponatur ꝙ vnum corpus opacū diminuatur continuo ad paruā quantitatē,scilicet c.d.manente vniformiter:iam a.vmbra in paruitate continuo exuperabit b.vmbram:& tū in eodem iqstā ti vtraq; vmbra erit æque cito extincta.& pone si libet Sortem & Platonem cōtinuo æqualiter motos in vmbris secundum ꝙ decrescunt,& proportionabiliter merentes. At dicis.ascensus corporū lucidorum ad zenith corporum opacorum æque vmbras diminuit quantum est ex parte illorum, & sunt agētia naturalia:& cum hic diminutio corporis opaci diminuat vmbram:vna vmbra cit⁹ euanescit q̄ alia.alioquin non semp aucta seu maiorata causa/augebit seu maiorabitur effect⁹. Nec tuuat dicere ꝙ ascēsus corporis opaci ꝑpe zenith non tantum diminuet quantum vbi multum distat.quia idem est ex parte ascensus corporum lucidorū. Dicitur ad hoc in secunda distinctione primi.quæstione prima.

¶Distinctiōis Quadragesimęsextę Quæstio Quinta.



Obiicitur quinto contra principale sic.dabile ē aliquod peccatum ꝑ quo deus non potest infligere pœnā. qđ ꝓbat.nā est aliqua pœna adeo parua vt nō possit immutare voluntatem sine ope alterius pœnę.ostendit hoc per minimum naturale secundum extēsionē.nō enī visus ē vnq̄ elephas vel equus ita paruus vt culex: vel formica:& hoc non nisi quia repugnat formę elephātis informare tam paruam materiam seorsum vt est formica. igitur. Forte dicis.datur minimum secundum extensionē & non secundū intensionē. Cōtra hoc arguo.per te dat minimus calor secūdū extensionē qui subito ꝓducit.signetur ille & sit a.per te a.subito ꝓducit:sit in hoc instanti.vel calor est alicuius intensionis certę vt vnum,vel duo.ergo dat minimum secundum intensionem:si detur secundum extensionem. quia,si non detur minimum secundum intensionem, quare producitur gradus vn⁹ cum dimidietas illius gradus sufficiat:si duo gradus producantur subito/ quare non solum vnus gradus producitur in instanti,cum non detur minimum naturale caloris vel alterius qualitatis secundū intensionem per te? & quare non producit vnus gradus in quolibet instanti sequente sicut vnus gradus supra partem gradus sufficientis ad extensionem minimi naturalis? ¶Hic dicit Grego.in.xvij.distinctione primi ꝙ non datur remississima forma:bene tamen minimum naturale secundum extensionem,vel maximum qđ non.qđ potius dicit. Primum probat ꝑ lumen qđ producitur a corpore luminoso.quia non datur remississimum lumen illius corporis:immo in infinitum remissum est lumē illius corporis. Cōtra hoc obijcio.illud lumen nō est extra suum totum: ergo nihil est illud. Dicis.licet continuetur alijs partibus prioribus:non tamen est in subiecto adæquato cū alijs. Instо.propterea non debes cōcludere propositum.sed istud ꝓuenit quia corpus luminosum distās producit remissius lumen q̄ propinquum: & si maneret in illo situ corpus luminosum/nunq̄ amplius produceret.quare illud conuenit.sed sec⁹ est de calore producto ꝑpe corpus calefactiuum. cum enim succedit producat/quare ꝓduxit dus gradus secundum intensionem vel vnum prope agens si non detur minimum secundum intensionem? Vnum quidem est rationabile quod tenet commentator. viij.physicorū cōmento.lxij. & primo Cæli.commento.ij.ꝙ scilicet det minimū naturale secundum extensionem.& apparet ꝙ eodē modo debet dici secundum intensionem. Rursus non valet qđ dicit:ꝙ rationabilius est dare maximum qđ non potest ꝑ se existere:quia illud nō potest per se existere vt constat intelligēti terminos: & sit maximum quod nō/ignis gratia exempli:pedale illud non producitur subito sine addito:& naturaliter nō potest esse seorsum. quare comproducitur octaua pars pedis vltra/vel septima vel alia pars in instanti. si vna octaua pars pedis ꝓducit cū illa pedalitate i instāti:quare ꝓducit vna sexta decima pars pedis puta dimidietas illi⁹ excessus i illo instāti citius q̄ alia tanta pars in instanti sequēti? propterea non est satius dare maximum quod non:sicut putat.& id sine ꝓteruia defendi nequit. sed cum commentatore dicendum est: vel negandum minimum naturale. ¶Istis suppositis arguitur sic.datur remississimū formæ corporalis:ergo non debet negari in formis spiritualibus. Insuper datur intensissimus actus quem anima potest habere:ergo & remississim⁹. Probatur consequētia: quia si vnum contrariorum sit in rerum natura & reliquū. Istę rōnes nō cōcludūt. Ad primā dicit ꝙ formę spūales i paucis sunt legib⁹ formarū corpaliū subiectę.nā multiplex pōt dari inter eas differimē. Ad secām rndet ꝙ cōsequntia est nulla.nec ꝑ

batio valet:quia magnū & paruū nō cōtrariantur sed relatiue opponunt.q; nō cōtrariant patet: qa idē est magnū & paruū respectu diuersorū:qđ nō cōtingit in cōtrarijs.sed si magnum est,paruū est: & si det minimū naturale formę vel remississima totalis:ipsa est intensa respectu suę ptis. Tertio arguitur.si nō det remississima qualitas spiritualis: nullus dat grad⁹ dilectiōis dei ad quem hō teneat. qđ est icōueniēs. Rndet hoc nō discōuenire.si cui piam tñ libeat ponere remississimū formę spūalis pōt illud sine icōueniēte magno ꝓtegere.& teneamus probabiliter q; sic. Ex istis sequit q; aliquis est actus in voluntate vel in intellectu quē anima non potest pure partibiliter ꝓducere. probat hoc corollarium de minimo naturali: qđ si ipsum pure partibiliter ꝓduceret/daret remissius remississimo. Cū hoc tñ stat q; aliquem actum volūtas potest elicere successiue a non gradu ad gradum. qđ ꝓbat:qa si eliciat vnum actū cui similis in specie est in aia: tam nō erit minus minimo extra suum totum:quia vtrobiq; teneo q; act⁹ eiusdē speciei i eodem subiecto primo constituunt vnū,per minimū aūt itelligo remississimū vt vides. Isto mō potes tuer q; ad aliquē gradum dilectiōis dei homo obligat.ꝓbat sic.homo tenet diligere deū ꝓ loco & tempore:& non potest diligere deum nisi habeat minimum naturale. Sed dices:de virtute sermonis ad nullum gradum dilectionis dei homo tenetur.saltem hæc cōditionalis est necessaria:si homo debet implere præceptum dilectionis dei / necesse est diligere deum i aliquo gradu: vt necesse cadat in totam conditionalem.

¶ Sed contra ista arguit.per q̄stionem principalem dat minimū formæ:& quocūq; mortali peccato dato potest dari minus: & nō est necesse decedere cū multis mortalibus:ergo dabit aliquis qui non pōt puniri sufficiēter ꝓ suo pctō. ¶ Respōdeo.hoc non sequit: qa deus pōt illum punire multifariam. Vno mō ꝓducendo accidens intensum eiusdem speciei in aiam qđ non cruciat vltra:quia deus ad cruciatū nō cōcurrit:& tūc non dat minimum pœnę iunctū illi. Scdo sic.dato q; det remississimū formę spūalis qđ naturaliter pōt ꝓ se existere:nō tñ de potētia absoluta.quēadmodū licet ponat minimū naturale extensiue qđ pōt esse ꝓ se naturaliter loquēdo: tñ dimidietatē illius deus potest conseruare extra suū totū de potētia absoluta.quia si deus pōt dimidietatem minimi naturalis conseruare per existentiā alterius partis: hoc poterat facere sine coexistētia cuiuscūq; creaturę. Non est difficultas de immutatione.nam quilibet gradus quātūcūq; pusillus potest vitaliter immutare ipsam voluntatem:saltem de potētia dei. Ex hoc patet solutio argumēti ad formā q; ꝑm non concludit esse aliquod peccatū qđ deus non possit sufficienter punire.hoc em est impossibile. ¶ Secūdo arguit. Dabilis est aliquis actus culpabilis ꝓ quo deus nō pōt infligere pœnā.ergo conclusio falsa.ꝓbo añs de omissione qua quis omittit ꝓceptū.nā si omissio illa est mala: debet esse tā mala vt dilectio dei est bona:sed hoc nō:qa odiū dei ē ꝑcise ita malū vt dilectio dei ē bona: & odiū dei est pet⁹ q̄ omissio dilectiōis dei sit mala. ¶ Rn detur duplicīter.primo malum ratione malitiæ nō est comparabile bono ratione boni:licet bene cōparentur in intēsiōe graduali.sicut i simili de actu intenso & remisso:qn̄ querit an ipse sit ita intēsus vt remissus:dicitur/q; nō sunt cōparabiles. Idem patet de aceto & stilo in ratione acutiei. Secūdo dicitur suppositā vna regula cōmuni q; tam bonū est vnū cōtrariorū q̄ malum est reliquū,quę est regula beati Anselmi,secūdo Cur deus homo.cap. xiiij.dicentis.Omne bonum tātum bonū est quātum malum est eius corruptio vt priuatio.q; hoc intelligit in contrarie oppositis. Et sic in naturalibus ista bon⁹ est odor vt malus ē fœtor.& sic odium dei est ita malum vt dilectio dei est bona. Ex quo sequitur q; priuatio vel omissio actus nō est ita mala vt habitus positiuus est bonus.ꝓbat proposito:qa ita bona est dilectio dei vt eius odium est malum.alioquin quis nō posset esse ita bonus vt malus. Et actus contrarius est peior omissiōe. igit. Tertia ꝓpositio.semp omissio melioris act⁹ posititui est peior.& sic omissio mensuratur penes actum positiuum:& hoc qn̄ act⁹ positiuus est de ꝓcepto:vel putat esse de ꝓcepto.nam plerisq; sunt actus positiui consiliorū actibus ꝓceptorū ꝓstantiores ratione meriti.& tñ omissio consiliorū non est mala. Dicit(vl putat esse de ꝓcepto)quia si cōscientia mea erronea mihi dictet q; est graue peccatum dicere Magnificat/capite cooperto, & hoc omittā dicendo:iā pecco omissiue non quia præcepto contraueniam/sed putato præcepto. Alia ꝓpositio. Omissio est mlto melior entitatiue q̄ act⁹ positiuus.probat.omissio est substantia omittēs sicut cecitas est oculus cec⁹:& actus positiu⁹ ē accidens in anima.modo substantia secundum totum genus accidenti præstat. ¶ Tertio arguit ad idem ponendo q; superior/deus vel creatura ꝑcipiat Sorti percutere Platonem si peccet: & ecōuerso præcipiat Platoni percutere Sortem:& nō sint in aliquibus aliis peccatis.cum hoc ponatur q; irruant in se inuicem se mutuo percutientes. Tunc sic.vterq; istorum peccat:& pro istis peccatis deꝰ non potest eos punire.ꝓbatur minor:quia non delinquunt:ergo non potest ratione peccati eos punire. Probatur vtraq; premissarum.vel isti sunt innocentes quando se mutuo percutiunt:& tūc peccant ꝓcutiendo innocētes: & hoc eis prohibebat.

Si dicas.sunt nocentes:ergo tūc sunt digni verbe rib⁹:& ipsi ꝓcutiūt malefactores:& hoc dabat eis i ꝓceptum.modo nemo peccat in impletione precepti. Respōdetur.casus est impossibilis ꝓpter reflexionem:& oportet ipsum moderari vt intelligat de alijs peccatis. ¶ Quarto arguit ad idem de foro purgatorij/ponendo q; deus ꝓ pctō vni⁹ horę debet punire aliquem i purgatorio vna hora.supponamus contritionem quæ culpam abstulit.arguit sic.Iste in prima dimidietate horę in purgatorio sufficienter punitur ꝓ peccato cōmisso i prima dimidietate horę:& sufficiēter punit ꝓ secūda dimidietate horę in purgatorio in secūda dimidietate horę:ergo iniuste punit in instanti medio ꝓ el i hoc instāti. Suppono nos esse in illo instāti. ¶ Rn deo.licet in hoc instanti puniat:non punit in hoc instanti.sicut licet ista concedatur,in hoc instanti hoc mobile mouetur:non mouetur in hoc instanti:& hoc supposito q; pœna omnino partibiliter fiat.Vel sic magis ꝓprie loquendo.in hoc instanti medio/& in quolibet instanti intrinseco istius horæ verū est dicere:in hoc instanti Sortes punitur, quia punitur in tempore.sicut in quolibet instanti intrinseco horæ octauæ verum est dicere:in hoc instāti hora octaua est.nam subiectum est hoc totum,in hoc instanti existens:& ꝑdicatū,ens vl' existens.modo hoc est verū:quia est existens in hoc tempore.sed de virtute sermonis hæc est falsa : in hoc instanti est hora octaua.quia subiectū est hoc totum,existens in hoc instāti:qđ horæ octauæ nō conuenit.sed vnā capimus loco alteri⁹ . Potest tñ deus punire iuste in instanti & in duabus dimidietatib⁹ horę:licet Sortes pure partibiliter peccauerit. ¶ Quinto arguit ad idem.ponendo duos sortē & Platonem: Sortes velit esse peior Platone:& Plato peior Sorte.istos deus non pōt punire secūdum legē statutā:& tñ peccāt.q; peccent patet:nā quilibet eoꝝ vult esse malus. Scda pars ꝓbat:qa nō potest dari grauitas peccati vnius:igit nō pōt dari pœna secūdū legē statutā. Añs ꝓbat. nā vel sunt equaliter mali:& hoc non, quia Sortes vult eē peior Platone:& q̄ malus aliquis vult esse/ tam malus ipse est.si inæqualiter peccent: quærit vter eorum grauius delinquat:& rationem illius assertionis assigna.Huius argumenti alibi tetigim⁹ solutionem in secundo. ¶ Sexto arguitur.Quilibet damnatus in inferno punitur infinita pœna intensiue:ergo deus acerbe punit.consequentia est nota. Antecedens ꝓbat:quia prævidere pœnā vni⁹ diei in inferno/tristitiam incutit illi q patiet: prędere pœnam duorum dierū/duplicē pœnam:trūdierum in triplo maiorem.ergo prævidere pœnā infiniti temporis/argut ifinitam tristitiam. ¶ Rn det.consequentia est nulla dato antecedēte: quod est deo possibile . Et ex illo sequitur q; cum deus quēlibet dānatū possit tam extensiue q̄ intensiue affligere ifinita pœna:punit cū dulcore misericordię.de infinita extensione non dubitas. Restat igitur mihi solum probandum id idem in intensiōe. qđ sic ostēdo.creatura est infinitę capacitatis passiuę in esse qualitatis.qđ ꝓbat : quia si ipsa possit susciꝑe duos gradus in esse qualitatis/potest infinitos susciꝑe.& in esse pœnæ etiā ostendit.nā hoc non tolleret aiam intellectiuā de rerum natura:quia naturaliter ipsa est incorruptibilis. Præterea potest aliquos gradus inesse pœnæ ponere in dæmonē vel aiam:& nō potes dare præcisum istatum.igit.& deus potest pœnā infinitā in gradu & in acerbitate ꝓducere.qđ suppono ex.xliij.dist.j. Tunc sic.Creatura est capax infinitę pœnę tam i gradu q̄ in acerbitate:& deus potest talem in creaturam ꝓducere. Addo aliquas ꝓpositiones.Nam deus potest facere omne qđ non implicat contradictionē.sed hęc non implicat ex dictis.igitur.Vlterius,deus nō potest iniuste agere: ergo si infligeret infinitā pœnā potest adhuc maiorem pœnam infligere:sicut vnum ifinitum est matus alio.& nō facit hoc:ergo deus misericorditer punit. Iā rndeo ad antecedens q; non oportet intellectum distincte ad antecedens apprehendere illos determinatos dies:& licet illos apprehēderet,nō oporteret ꝑ duplo maiorē habere tristitiam.declaratur exemplo de illo qui ducit ad carcerem ad duos dies:qui nō est tristior in duplo plus q̄ ille qui vno die detinebitur. Vlteri⁹ pœna non infligitur secundum ſtultam apprehensionem & voluntatem damnati:quia si sic:impatientia damnati plus affligerentur q̄ iustitia & misericordia dei requirit.& hic apparet dei misericordia in pœna. ¶ Septimo arguitur per eos qui dicunt q; veniale punitur æternaliter in inferno. Deus in æqualiter peccātes æqualiter punit. ergo cōclusiones cōtra quas obijcimus sunt falsę.añs ꝓbat.decedat vnus cum a. veniali solo.& b.cum b. veniali æquali a.iuncto c.mortali . Tunc sic.a.& b.sunt equalis culpæ:& inæquales pœnę eis infliguntur. ¶ Respondetur distinguendo q; inæqualiter punit: vel in eodem foro:& sic negatur. vel in varijs foris:& sic conceditur. nunquid psalmo carius venditur Parisijs q̄ Aberdoniæ?purgatorium enim est forum irę:& infernus forum furoris.iuxta illā Psalmographi petētis ab illis liberari,& dicentis. Domine ne i furore tuo arguas me neq; i ira tua corripias me.psal.vj.Nec oportet habere respectū ad pœnam huius mūdi:quia si des duos Sortem & Platonem æqualiter peccātes:& Sortes puniat ratiōe sui peccati in hoc mūdo & nō Plato:adhuc si decedāt in illis peccatis æqualibus:æqualiter punientur. ¶ Contra hoc arguitur etiam in eodē foro. Decedāt duo: Sortes cū a. veniali & b.mortali: & Plato cum c.mortali. Deide sic.p illā positionē

de qua loquuti ſumus in argumēto p̄cedēte: Sortes tāmen puniet quātū Plato p̄ c. mortali: & ſunt peccata inæqualia. igit̄. Prima pars oſtendit̄: quia æqualiter puniunt̄ extenſiue vt notum eſt ſecūdū hanc viā: & aliqua intenſione graduali punit̄ Sortes ratione a. venialis. dem⁹ vnum mortale quod punitur in duplo grauius. hoc enim dare oportet: quia cuiuſlibet finiti ad quodlibet finitum eſt certa proportio: & nullum mortale ſecundum legem punit̄ infinite gradualiter: ergo finite p̄ calculationem. vides breuiter q̄ poſſum deſcendere ad hoc q̄ Plato æqualiter intēſiue punietur cum Sorte: & tātū extēſiue. ergo ꝓpoſitum. Reſpondetur cōformiter ad dicta in. q. iij. huius diſtinctionis, cōcedendo q̄ Sortes p̄ a. veniali punit̄ tātū intenſiue & extēſiue quātū Plato p̄ c. mortali: ſed nō tantum in acerbitate/in ratiōe pœnę, in ratione cruciatus, vel i ratione torturę. Exēplū in ſimili. cōtingit Sortem tantum latitudinis ęgritudinis in crure vel in brachio incurrere quantū Platonem in colo vel i teſtinis: & tñ colicus dolor vel ſleos eſt multo maior ratione pœnę q̄ tanta dyſcraſia a latitudine ſanitatis in brachio. Nec te moueat q̄ non eſt idem paſſum/ſcilicet volūtas: quia notum eſt poſſe dari duo diſplicētia diuerſarū rationū, quorum noliciones erunt æqualiter intenſæ, & triſtitię circa illa obiecta: & tamē vna triſtitia plus cruciabit q̄ alia. quia pōt deus facere ſi velit q̄ duę triſtitię eiuſdē ſpeciei æqualiter intenſæ inęqualiter torqueant idē paſſum, non concurrendo cū vna triſtitia ſecūdū totum ſuum ambitum, & cum alia aliter cōcurrendo. Ex quo patet hanc conſequentiam eſſe nullā. hic act⁹ eſt ęqualis in latitudine formę vel gradus cum b. actu: ergo eſt ęque magnus in ratione pœnę, ſicut dant̄ duę culpæ quarum vna, videlicet a. eſt intenſior vel maior b. in forma: ſed nō eſt maior in ratione culpæ vel offenſionis dei. ſemp̄ em̄ actibus ęqualib⁹ in rōne culpę debet̄ æqualis pœna in rōne pœnę: & inęqualibus in rōne offenſę debet̄ inęqualis pœna in ratione pœnę. Potes replicare. c. peccato non reſpondet in infinitum maior pœna i ratiōe pœnę q̄ a. veniali: ergo per calculationem tandē dabit̄ aliqd̄ mortale quod ęque acerbe punietˉ ac veniale. ergo ſolutio nulla. Dico q̄ illæ pœnę nō ſunt comparabiles in ratione pœnæ: bene tamen in ratione gradus. ſicut ſtilus & acetū non comparant̄ in acutie. bene autem ſecundum alias denominationes: vtpote ſecūdum perfectionem eſſentialem. Secundo dicit̄ q̄ pœna mortalis infinite pœnam venialis excedit. ex quo nō ſequit̄ q̄ mortali reſpondet infinita pœna in ratione pœnę. vt ſuperius diximus comparando partes peccati mortalis toti actui veniali. ¶ Octauo arguitur. Legim⁹ q̄ ſi quis [illegible]tas preces in honorem ſancti cuiuſptam quolibet die offerat: nō perit damnari. decedat igitur talis cum mortali a. & alter cum mortali b. æquali a. Arguitur ſic. iſti inæqualiter punientur: & tamen æqualiter peccarunt. Reſpōdetur. illud dictum & multa alia ſunt friuola & vana: neſcio a quibus imprudentib⁹, & quo fine conflata. ¶ Nono. Decedat aliquis: vtpote Sortes nunc ita malus vt erat malus Iatro. Aguitur ſic. iſti duo decedunt in peccatis æqualib⁹: & inæqualiter punitunt̄: cū malus Iatro iamdiu punitus ſit in inferno. Forte dicis. deus ad tēpus in æqualiter punit Sortem, puta magis: vt pœnę eorum reddant̄ ęquales. Inſto. capto paruulum non circunciſum in lege decedentem in diebus Salomonis: & aliū ex noſtris. iſti duo ęqualiter puniuntur: & non fit hæc recompēſatio dei, vt loquuti ſumus. igitur. Reſpondetur. Sortes & malus Iatro punientur æqualiter intenſiue. nec erit recompēſatio quo ad extenſionem temporis in hoc mūdo. illud em̄ eſt accidētale. etiam tale tempus æternitati cōparatum eſt impartibile, vt ita loquar. ¶ Decimo. Decedat Sortes cum originali & mortali: & Plato cum ſimili mortali. arguit̄ ſic. Iſti duo ęqualiter puniūt̄. qđ p̄batur: quia æquali pœna ſenſus puniunt̄: æquali pœna damni puniūtur: ergo ſimpliciter ęqualiter puniuntur. Reſpondebit̄ ad hoc paulo inferius in diſtinct. l.

¶ Diſtinctiōis Quadrageſimeſeptimæ Queſtio Prima.

Hic in quadrageſima ſeptima diſtinctiōe loquit̄ Magiſter de generali iudicio: & de notitia q̄ fiet̄ i illo: & quomodo mundus eſt purgādus p̄ ignem. In qua diſt. duas enodabo quæſtiōes. Prior eſt: an in generali iudicio erit diſputatio vocalis. Quæſtio hæc vnum ſupponit & aliud q̄rit. nam ſupponit generale iudicium futurum: & quærit an erit diſputatio vocalis. propterea reſpōdebitur ad vtrūq; per concluſiones. ¶ Prima concluſio. generale iudicium eſt futurum. ¶ Secūda concluſio. Probabile eſt q̄ aliquid vocale erit i iudicio. ¶ Tertia concluſio. multa mentaliter fient i generali iudicio. ¶ Prima concluſio eſt certa. nam ſcribitur Ioannis quinto. Procedent hi qui bona fecerunt in reſurrectionē vitæ: qui vero mala egerunt in reſurrectionem iudicij. Et beatus Auguſtinus vigeſimo de ciuitate dei cap. primo ait. Te

net omnis eccleſia dei Chriſtū de cęlo eſſe venturum ad viuos & mortuos iudicandos. ¶ Secūda cōcluſio oſtenditur per literā Matth. xxv. Inſuper deus iudicabit vt deus & homo: ergo iudiciū eius nō ſolum fiet diuino modo: ſed etiā humano. hoc eſt vocaliter. Item ſicut nunc in ſentētia particulari fit ſentētia mētalis in aīas pure ſpirituales a corporibus exutas: ita debet eſſe partim ſpūalis, partim corporalis cōtra aīas corporib⁹ reaſſumptis. Pręterea btūs Gregorius. xxvj. Moraliū dicit de reprobis: q̄ illi verba iudicis audient qui eius fidē ſaltē verbo tenuerūt. ſed hoc nō cōmode intelligitur de verbo mētali. igitur. ¶ Tertia cōcluſio patet. xx. de ciuitate dei capi. xxiiij. Nā ſimul oēs & ſinguli iudicabunt̄. ſed ſi cū quolibet eſſet particularis diſceptatio: requireret magna tēporis interca pedo ad iudicandū. modo vt dicit̄. xx. de ciuitate/cap. xxvj. deus cōſcientias reproborū cōuincet ſine vlla ſermonis ꝓlixitate. Et Sapiētię. iij. dicitur Diuīpet illos inflatos ſine voce. & ad Roma. ij. Teſtimoniū reddente illis cōſcientia ipſorū & inter ſe inuicem cogitationū accuſantiū aut etiā defendentiū, in die cū iudicabit deus occulta hoim.

¶ Contra primā cōcluſionē arguit̄.

Ioannis. xij. ſcribit̄. Nūc iudiciū eſt mūdi. ergo nō eſt futurū. & Nauū. j. Nō iudicabit de⁹ bis in idip̄m Ad primū dicit̄ q̄ illud intelligit̄ de iudicio qđ fecit Chriſtus q̄n per ſuam mortē iuſte liberauit genus humanū a ſeruitute diaboli. ſic em̄ exponit Auguſtinus homilia. lij. ſup Ioannē. qđ ꝓbat ex ſequenti litera. cū dicitur. Nunc princeps hui⁹ mūdi eiiciet̄ foras. Secūdū intelligit̄ q̄ nō puniet tdē peccatū duplici pœna: ſed vnica ei reſpōdente.

¶ Contra tertiā cōcluſionē argumētor.

Vel quilibet oīa ſua peccata p̄terita cognoſcet vel aliqua & aliqua nō. ſi ſecūdum, cū multa dētur obliuioni: hoc nō erit naturaliter. Dicis. de⁹ iuuat memoriā. Oppono: Saltem nō poterit habere tot peccata ſimul p̄ſentia ꝓpter finitatē actuā animę quę ad illos actus cōcurrit: & hoc ſaltē erit difficile reſpectu oīm peccatorū aliorū a peccante. Inſup peccata deleta in confeſſione nō oſtēdent̄: alioqn multi de peccatis occultis verecūdarentur. ¶ Ad primū admiſſo q̄ quilibet oīa ſua peccata cognoſcat/deus poteſt ſupplere actiuitatē animę: q̄ oīa cognoſcat, & oīa aliena. Nam ꝓbabile eſt q̄ ſi aīa ſuę naturę relinquat̄ extra ſubiectū/poſſit cognoſcere ſecreta cordis alterius: & aliquorū peccatorū habere notitiam diſtinctam. deus nāq; poteſt ſupplere actiuitatē animę q̄ infinita cognoſcat. ſicut ſortes nō plus facit ferēdo mille libras cum mille hoibus robuſtis q̄ ferēdo vnā librā ſine ope alterius. Sed nō eſt opus vt q̄libet cognoſcat in particulari cuiuſlibet oīa pcta. ſufficit em̄ q̄ in gñali cognoſcet ꝓ ſepationē hœdorū a ſiniſtris/& ouiū a dextris. ſecus eſt de pctis ꝓpriis. Ad aliud, ꝓbabile videt̄ q̄ peccata cōfeſſa nō innoteſcent aliis.

Dubitatur an ſolus Chriſtus iudicabit. Propter aliquas auctoritates opus eſt ponere varias acceptiōes iudicis. Nā Ioānis. v. dicit̄. Pater oē iudiciū dedit filio. & Matth. xix. dicit̄ de apl'is q̄ erūt iudices duodecim tribuū iſrael. & Iob. xxxvj. iudiciū pauperib⁹ tribuit. Propter iſta & ſimilia dicit̄ q̄ multifariā poteſt iudiciū alicui cōuenire, ſcilicet ordinaria poteſtate: & ſic iudicabit tota trinitas. ex delegata poteſtate: & ſic iudicabit Chriſt⁹ dominus inquantū homo. Quare licet deus iudicabit in natura humana ordinarie: nō tamen iudicabit ſecūdum naturā humanā. Vel acceſſoria dignitate: & ſic perfecti iudicabunt, nō vt cōſulant: ſed aſſiſtent ad ſui honorē. Vel cōparatione: & ſic minus mali iudicabūt magis malos, iuxta illud Luę. xj. Viri Niniuitę ſurgēt in iudicio cū generatiōe hac & cōdēnabūt eā. Dices. ex his ſequit̄ q̄ dānati videbūt corpus Chriſti in gloria. & ſic habebūt delectationē. Cōcedit̄ antecedens. nam ſicut aſcēdit in gloria: ſic in glorioſo corpore apparebit. vt teſtatur illud Actuū. j. Hic Ieſus q̄ aſſumptus eſt a vobis in cęlum: ſic veniet quēadmodū vidiſtis eū euntē in cęlum. & illud Luę. xxj. Videbūt filiū hois venientē in nubibus cū poteſtate magna & maieſtate. Nō em̄ debet eſſe vilioris cōditionis in aſpectu q̄ iudicandi modo. prędeſtinati etiā habebunt corpora glorioſa. Sed cōſequētia eſt nulla: ga ſicut gl'ia/amici eſt delectatiua: ita illius qui eū odit eſt cōtriſtatiua. nec ſequitur q̄ habebunt beatitudinē: quia illa eſt in viſione dei quā nō habebunt. ¶ Dubitatur ſecundo de ſignis prędeſſurís iudiciū. Rñdet̄. Hieronym⁹ dicit ſe. xv. ſigna legiſſe in annalib⁹ Hebręorū: quę in lingua nra vernacula britānica tranſlata habem⁹: ſed parū ſolidatis eſt in illis. Certiora autē ſigna p̄dixit ſaluator noſter apl'is in monte Oliueti. Matthęi. xxiiij.

¶ Diſtinct. Quadrageſimeſeptimę Queſtio Secunda.

Secūdo in hac diſtinctione quęro. An ignis cōflagrationis erit eiuſdē ſpeciei cū igne pręſenti. Sicut in queſtiōe pręcedente quo ad ſuppoſitum & quo ad queſitum cōcluſiue reſpondebitur. ¶ Prior concluſio. Mundus purgabitur per ignem conflagrationis. ¶ Poſterior cōcluſio. Ille ignis erit eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimę cū hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

ignę quem habemus. ¶Prior conclusio ostendit ex verbo Apostoli primę ad Corinth.vj. Preterit figura huius mūdi. vbi glossa. Pulchritudo hui⁹ mundi mundanorum ignium cōflagratione perībit. Idem dicit beatus Augustinus vigesimo de ciuitate dei capitu .xvi.& glossa super illud secundę Petri tertio, seu vlti. Et elementa ignis vt ardore tabescent. Et congruitas est ad hoc. Nam dicitur secundo Physicorum. Nos sumus quodāmodo finis omnium. ergo hoie innouato post generalem resurrectionem congruit mundum in nouari & purgari. qđ maxime fit p ignē. Hinc dixit Ioannes Apocalypsis.xxj. Vidi cælum nouū & terram nouam. Videmus insuper nūc locū peccatis infectum ante consecrationem esse vetitum quousq; purgetur. sic decens est q; locus peccatorū fæce infectus purgetur. ¶Altera conclusio probatur ex illo verbo Genesis primo. Requieuit deus die septimo ab omni opere quod patrarat. qđ secundum multos sic exponitur. cessauit a creatione nouarum specierū in rebus. Secundo arguitur ad idem. Aqua q̄ purgauit mundū erat eiusdem speciei cum vera aqua: ergo ignis cum igne. Insuper vanū est multiplicare ignem alterius speciei, vel aliud calefactiuum ab igne.

¶Contra priorem cōclusionē argumentor. Vel ignis precedet iudicium: vel erit tempore iudicij: vel sequetur iudicium. non vltimum iuxta illud Psalmographi. Ignis ante eum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius. psal. xcvj. Nec duo prima: quia combureret viuentes. ¶Respondetur. præcedet iuxta illud allegatum, & stabit tempore iudicij: nec lędētur electi qui stabūt in parte aeris supra ignem, vt dicit beat⁹ Augustinus secundo de ciuitate dei cap.xviij. Possumus, inquit, dicere electos futuros esse in superioribus partibus: quo ita non ascendet flamma illi⁹ incendij, quemadmodū nec vnda diluuij. Et hoc de eis intelligit qui mortui sunt, & nihil purgabile habent. viuētes aūt possunt mori, & comburi ab igne pro sua pœna purgatorij, si debitores pœnę sint: & magis vel minus puniri iuxta sua demerita: quia ignis ille est instrumentū diuinę iustitię. q vero nihil purgandū habebunt, possunt mori in illo igne sine dolore magno. sicut deus conseruare pōt hominē in igne ppetuo absq; hoc q̄ ignis in eum agat. sed videtur q̄ mali cruciabunt in illo igne: & tandem eos soluet in fauces inferni. ¶Secundo arguit. Vel deus creabit nouū ignem & sic necesse erit alia corpora condensari extra suum naturalem ordinem: vel plura corpora esse in eodem loco: qđ natura abhorret. Aut si corrūpat partē aeris in ignē: idem sequit incōuenieus: cū ex vno pugillo aeris fiant decē ignis. Respondet. de cōdensatione & rarefactiōe, necesse est si aliqd cōdenset aliqd rarefieri & ecōuerso nūc, naturaliter loquēdo. tñ deus potest facere oppositū: qa potest corrūpere magnam partem aeris vel terræ pportionabiliter ad magnitudinem ignis creati.

¶Distinct. Quadragesimæ octauæ Quæstio Vnica.

VNica quęstio & ea breuis distinctionem quadragesimāoctauam absoluet: q̄ erit hæc. An cæli cessabūt a motu post diē iudicij. Nam in qnto cap. hui⁹ disti. meminit Magister de qualitate luminariū. Ad quam respōsio datur affirmatiua. quæ ꝓbat. nam vt habet Apocalyp.x. angelus turauit p viuentem in ſęcula sæculorū: quia tēpus nō erit amplius. Capit hanc(dicere ille qui tenet cęlum esse tēpus)loco istius, nō erit tēpus post diē iudicij. nā hoc cęlū erit post diē iudicij: hoc cęlū est vel erit tēp⁹: ergo tēp⁹ erit post diē iudicij. secundū altā vero positionē tēp⁹ non erit post diē iudicij. Ad hanc cōclusionē adducit illud Zacharię.xiiij. Et erit dies vna q̄ nota ē domino, nō dies neq; nox: & in tpe vespert erit lux. Pōt adduci glossa marginalis Esaię.lx.q̄ dicit. Si sol circūdaret terrā tūc illuminaret dānatos. qđ est incōuenięs. hęc glossa est Isidori. si dānati punirētur ex altera parte terrę: & eēnt nobis ātipodes: eēt apparētia in rōne. sed quia hoc est falsū: ratio non est pōderanda. Quia vero intelligētię orbiū cęlestiū motrices libere mouēt: ideo possunt cessare a motu. & si naturaliter mouēt, nisi deus influentia generali moueat: intelligētię mouere nequeunt in lumine naturali. In hoc est apparētia tenēdo quod vertus puto q̄ graue simplex in vacuo mutatur in instanti: nisi eamus ad intelligentiā primam libere cælum mouētē. cū autē cælum nō habeat resistentiam: nō inuento quid diceret philosophus cū secundum communem opinionem cælū sit aptū moueri vel circumire: & nullo modo intelligentię motrici resistit: nec repugnat ei facere vnā circuitionem in instanti. Sed dicis. ergo parua intelligentia pōt adeo cito mouere saturnū vt sphęram lunę: immo vna formica si esset applicata: cōtra sentētiā Aristotelis.xij. Meta. ponētis numerū intelligētiarū secūdū mot⁹ orbiū, & maiores intelligētias ad mouēdos maiores orbes. Respōdetur tenēdo aptitudinē cæli ad motū, sicut est de graui simplici ad descēdendū, cōcedo q̄ parua intelligētia pōt adeo cito mouere cęlū vt magna: & ipsum mutare subito si deus sua influētia gñali concurrat. sed qa hoc nō cōducit ad terrę nascētia nec ad bonū vniuersi: ad talē mutationē nō cōcurrit. multa etiā alia sunt quę nō possum⁹ in lumine naturali facile sustinere sine libero cōcursu primę causæ. Vel possum⁹ dicere ꝓ philosopho q̄ cęlū mouet cū resistētia: licet cęlū sit quodā mō aptū ad motū circularē, cū sit orbiculate: vt de cippo & alijs corporib⁹ sphęricis cōtingit: vbi maior requirit potētia ad mouēdum maiorē cippū q̄ minorē: sed ob prōptitudinē ad circuitionē aliquo modo dicit̄ nō resistere. Et intelligētia secūda assistēs mouet naturaliter, & etiā prima secūdū eū. Et dato q̄ cęlū dicat habere formā: pōt dici q̄ illa forma naturaliter cōtinuo mouet: sicut videm⁹ ipetū in trocho ipm ad tps cōtinuo circulariter mouere. & forma ignis hic inferi⁹ mouet ignē ad suū locū naturalē circūire. vniuersum eīn est loc⁹ naturalis cęli sicut locus sursum ignis. sed nō est multū laborādū ad defendēdas erroneas imaginatiōes philosophi, vel alias de primo motore vel motu cęli. ¶Ex ista cōclusione sequit q̄ post diē iudicij nō erit mot⁹ in epicyclo: nec erit mot⁹ octauę sphęrę descript⁹ i duobus paruis circulis in principio arietis & libręnec q̄n pricipiū arietis ascēdit, caput librędescēdit, & ecōuerso. Secundo sequit q̄ nō semp dies est q̄n sol est sup terrā. patet q̄n nō est et⁹ latio. & eodem modo nō oīs existēs in vmbra terrę habet noctē, vtpote si nō sit dies post diē iudicij. ergo pari rōne neq; nox. Nam si post diē iudicij sit nox: erit post diē iudicij tps. Tertio sequit q̄ luna nō erit gyrouaga nec custos Erymāthidos vrsę tinget Oceano: & nec helice nec Cynosura Arcton circūbūt. Quarto sequit q̄ nō iuuat cōfugere ad augem & oppositū augis, reddēdo causā quare plaga terrę est habitabilis inter tropicū cācri & circulū arcticū & nō ea q̄ est inter tropicū capricorni & circulū antarcticū. Ista corollaria de se eluescūt. Quinto sequitur q̄ nō erunt duę estates & duę hyemes sub equatore vel inter duos tropicos vt modo est.

¶Sed contra ista argumētor. solem diutius stare sup vnū horizontē nō arguit nō esse diē. qđ patet de longissimo die artificiali qui erat xxiiij. horarū: cū sol stetit ad p̄ces Iosue. Iosue.x. Simile sub Ezechia factum legim⁹ quarti Regū xx. & ppe polum arcticū hoies habēt diē artificialem duob⁹ mēsib⁹: vel trimestrē diē habēt, & p dimidiū annū: ergo longa mora solis in horizonte nō prepedit denominationē diei, nec et⁹ quies. Pręterea beati ppetuo erūt in requie: ergo vno anno & vno die: nō eīn est possibile durare p totū quin

duretur p partē. Insup multę cogitationes beatorū & dānatorū erunt volubiles: ergo tūc erit tēpus talta mensurās. ¶Respōdet. solem circūferri requiritur ad tēpus, vel esse aptum in potētia ꝓpinqua moueri in gyrū. qđ cōtigit in diebus Iosue. sed post diē iudicij nunq̄ amplius mouebitur: & hoc voco aptū gyrari in potētia ꝓpinqua. nā vna reuolutio solis circa terrā cū tanta parte quantā sol ptransit cōtra motū firmamēti, nobis metit nūc tēpus diei naturalis. sed cū quiescet sol: amplius nihil metiet tēporarie. Ad aliud: si ꝓpetuo intelligat perenni tpe, negat: si ꝓpetuo sine fine, cōceditur. Ad aliud de cogitationib⁹ & earū cremēto & decremēto cōceditur. & sic cōcludit q̄ pōt capi aliqua mensura alia a sole: sicut est mihi diariū vel horariū quo ex casu arenę cognosco horā, vel ex pagina scripta: sed tēpus cōmune sol nō amplius mensurabit: de quo tēpore intelligim⁹. Si dicas solem nō retrocessisse tēpore Ezechię Regis, vt Burgēsis asserit quarti Regū. xx. hoc est cōmentū mere voluntariū. ¶Secūdo argumētor. Cęli desinent moueri: vel ergo in illo aspectu quo creati sūt: vel i aliquo alio. neutrū dici pōt: aut detur ratio. Rursus tunc vna pars terrę excessiue calefiet: illa scilicet quę est soli & planetis calefactiuis subiecta: & reliqua nimis frigefiet: & sic vna pars terræ desiccabitur, & erit cauernosa: vt pueri in limbo exire possint ac videre: & alia pars condensabitur. hoc est absonū. igitur. Itē Genesis. viij. scribit. Cunctis diebus terrę semētis & messis: frig⁹ & estus: æstas & hyems, nox & dies nō requiescent. ¶Ad primū dicit q̄ nō quiescent in illo aspectu quo creati sunt. & hoc supposito q̄ mūdus nō duret. xxxvj. milib⁹ annorū: vt est verisimile. sed hoc soli deo est cognitum. Ad secūdum. argumentū nūc illud nō concludit de aliquib⁹ partibus remotis a via solis ppe arcticū & antarcticum. & verosimile est q̄ nulla mixta postea erūt nisi elemēta, cū damnatis & saluatis & eorū partib⁹ & accidentib⁹. ad quid eīn cōducerent elephāti, tigrides, vnicornis, oues, & boues & vniuersa pecora cāpi, volucres cęli & pisces maris? oīa autē cōuertent in elementa. nā elemēta manebunt ne sit vacuū & ad decorē vniuersi: & aqua circūdabit terrā. nūc vero de⁹ mari dedit terminos, quos & prætenire nequit, iuxta illud Iob xxxviij. Quis conclusit ostijs mare q̄n erūpebat quasi de vulua ꝓcedens? circūdedi illud terminis meis & posui vectē & ostia. Et sic nō cōcludit q̄ tandē mare deficcabit: vel q̄ aqua erit ꝓfundior in vna parte q̄ alia: dato q̄ sol vni parti supponatur & nō alteri. tunc Danubius suam denominationē amittet: nec p varia ostia mare ponticū petet. nec Nilus irrigabit Aegyptū domini, vel Iordanis terrā ꝓmissionis. Dictū autē Genesis. viij. intelligitur ante iudicium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Distinctionis Quadragesimenone

¶ Distinctio. Quadragesimenone Questio Prima.

Equit distinctio q̄dragesimanona,in qua magister de beatitudine & aureolis loquit. Nos in ea aliquātulum immorabimur:de tribus potissimū dicturi. Primo de beatitudine Secundo de dotibus. Tertio de aureolis. Circa primū xvj.questiones terminabo. Primo quæram. An summū bonū sit in bonis corporis vel fortunæ. Secundo in quo consistat vera beatitudo. Tertio inquirā de essentia beatitudinis:an sit in vno actu an in pluribus. Quarto.an homo naturaliter obiectum beatificū possit videre. Quinto an beatitudo principalius in actu intellectus/an voluntatis consistat. Sexto.an oēs summe beatitudinē appetant. Septimo. an aptius deliberatiuus de necessitate appetat beatitudinem. Octauo.an intellectus creatus clare videns obiectum beatificū possit nō delectari. Nono.an voluntas respectu suæ beatitudinis efficientiā habeat. Decimo.an beatitudo a beato partialiter ꝓducatur. Vndecimo. an oēs beati sint equaliter beati. Duodecimo.an beatitudo sit ꝑpetua. Decimotertio.an btitudo sctōrū post resurrectionē erit maior. Decimoquarto. an sensus exteriores beatorū erūt in suis actibus in patria. Decimoquinto.an videns deum ipsum cōprehendat. Decimosexto.quid sit videre in verbo. Decimaseptima questio erit de dote impassibilitatis. Decimaoctaua,de dote agilitatis. Decimanona de dote claritatis. Vigesima,de dote subtilitatis. Vigesimaprima,an duo corpa dura possint immediate se tāgere. Vigesimasecūda, de aureola virginū. Vigesimatertia,de aureola doctorū. Vigesimaquarta de aureola martyrū,& quid ad martyriū requirat & sufficiat. Vigesimaquinta. qñ quis debeat pati martyriū,& ꝑ quib⁹ causis. Vigesimasexta.an actus cui debet martyrū aureola sit preferēdus actui cui hec aureola nō debet. Vigesimo septimo & vltimo ingrem⁹ sub qua virtute actus martyrij cōtineat. Vt istis absolutis finē iponam⁹: quo ordine sunt ꝓpositę q̄stiones attingem⁹. ¶ Primo igit q̄ro,an felicitas siue summū bonū in bonis corporis vel fortunę inueniat. Pro q̄stione termināda hoc fundamētū tacio.oēs cōuenīt i hoc ꝙ illud qđ est maxime expetibile:est btitudo siue felicitas.sed vt Aristo.j.Ethi.dicit,varij de hoc inter se dissenserūt. Aliter em̄ vulgus/aliter sapiētes iudicāt.& itē sapiētes inter se nō oēs cōueniūt. quare de hoc aliqua in lumine naturali ponā: postea ad lumen supernaturale theologico more transiturus. Licet autem omnes in termino conueniant ꝙ scilicet beatitudo sit quid maxime expetibile, & optimū:quę tamen res/ipsa foret,dissenserunt. de apparentioribus aliqua tangam/ de minus apparentibus taciturus.

¶ Et procedam mēbratim per conclusiones.quarū Prima est. Licet in corporis voluptate magnū sit desiderium: tamen in ea in lumine naturali nulla est ponenda felicitas. Prior pars huius cōclusionis patet. Nam in felicitate puta a multis/ ingens est desiderium. sed aliqui in voluptate corporis felicitatem posuerunt:vt Eudoxus vir optimus:qui vt recitat Aristo.x.Ethicorū,vidit omnes summe voluptatem amplectētes/licet ipse esset temperatus:quapropter in voluptate felicitatem posuit. ac si sic argumentaretur Eudoxus. Omne illud ꝙđ maior pars hominum expetit & prosequitur/ est beatitudo vel summū bonum:corporis voluptas est huiusmodi.igitur.

¶ Secunda pars cōclusiōis ꝓbat sic.nihil turpe & probrosum est felicitas.sed corporis voluptas crebrime est huiusmodi.igitur. consequentia tenet cum maiore. & minor probatur testimonio diui Hieronymi aduersus Iouinianū dicentis. Saturitate nimia concitantur multi:& qđ turpiter ingesserunt/ turpius egerunt. Et idem ait. Pinguis vēter nō gignit tenuem sensum. Hinc infamis est & inglorius Sardanapalus tanq̄ probrosus in ore omniū/nō solum philosophorū sed & vulgi. & eius epitaphiū,Ede bibe lude, ab omnibus exprobratur. quāobrē imperium Assyriorū tot sudoribus partū a maioribus in illo monstro extinctum est. principes nāq; indignū censebant talis beluę pferre iugum. Secundo arguit ad idē.nihil qđ est cōmunis causa morborū/est summū bonū sed corporis voluptas est hmōi.igit. cōsequētia tenet cū maiore.minor probat ꝑ illud cōmune Hipocratis quo dicit,crassa & obesa corpora in paralysim & pessima morborū gña erūpe/nisi cita mīssione sanguinis minuant. cui astipulat Horatius. Sperne voluptates nocet empta dolore voluptas Fortasse dicis.corpis voluptas moderata est summū bonū:& moderata nō est causa morbi. Cōtra hoc arguo.magis bonū nō est ꝓpter min⁹ bonū: vt arguit Aristo.x.Ethi.sed comedimus vt philosophemur & viuam⁹ honeste:& nō cōtra. Preterea aia corpori ꝑstat scđm oēs: ergo animi voluptas est corporis voluptati preferenda.

¶ Secunda cōclusio, etsi diuitię sine

Questio Prima. Fo.CCCLIX.

lege a multis querantur: in eis nō est humana felicitas.prior pars patet quotidiana experientia.nā pecunię obediunt oia.ac teste Horatio,& genus & formā regina pecunia donat. Secunda pars ꝓbat ratione Aristotelis.nam diuitię sunt bonū vtile & ꝓpter aliud: ergo nō sunt summū bonum. tenet cōsequētia:qa finis vltim⁹ nō reducit in altū finē vlteriorē:saltē creatū. Secundo,diuitię sunt bona externa:nec in potestate nostra.ergo nō sunt felicitas. Tertio.diuitię habent secū anxietatē tam in acquisitione q̄ in cōseruatione:sed hoc repugnat felicitati.igit. Quarto arguit.diuitię sunt plerisq; exitiale malum tam quo ad corpus q̄ quo ad animā. Quibus & quot bone deus/pecunia sit causa mortis tam domi q̄ in itinere/memo est qui ignoret.anxius in itinere homo incedit: & in hospitio dormiendo fures somniat: sacculum sub caput noctu reponit:timet homicidiū, vbi cantabit vacuus corā latrone viator. Lydi⁹ ille Crœsus mortaliū opulentissimus p respōsum Solonis hoc satis manifestat:q visis oibus Crœsi opib⁹ interrogatus ab eo:qs esset hoim felicissim⁹:respōdit citra assentationē omnē, vt philosophū clarissimū decuit: Tellus athenensis.& cū secūdo interrogaretur,qs post Tellum esset beatissimus:Cleobē & Bithonē noiauit.ratus est Crœsus/saltē si nō primas beatitudinis haberet a sapiēte partes:secūdas sine cōtrouersia ferret. Hoc ipm Midas phrygius Gordij filius apd Ouidiū in trāsformatis lib.xj. satis demonstrat. Quinto arguit.mediocria habere puta pauca p mediocri cōditione:hoc est paupertas quodāmodo/ipis diuitijs debet pferri:ergo in diuitijs nō est felicitas.cōsequētia est nota ex rōne termini.nā idem est summū bonū & felicitas. Qz autē pauptas sit diuitijs imēsis pferēda, ꝓbat ex Aristotele.x.Ethi.viij.c.& ad hoc Anaxagorā introducit. Insup Synope⁹ Diogenes i Crēmyo extra Corinthū habitās/pauca bona fortunę habēs, Alexandro & potētissimo & cordato regi se inuisenti nō assurrexit: recte iudicās se rege maiorē q bona mundi cōculcabat:quę Alexander auide in sequebatur. Accedit ad hoc verbū Alexādri: qui abiens principibus Diogenē irridentib⁹ respōdit. si Alexander nō essem optarē esse Diogenes. De Anaxagora & Democrito idē ostendi pōt. Cęsar item accedēs casam vilem Amyclę dormientis satis intellexit felicitatē pauptatis: & sollicitudinem glorię. Hinc Lucanus recte dicebat pauptatē esse munus deorū nō satis a mortalibus intellectū. vt alibi citauim⁹. Et delphicū oraculū dixit Aglaū esse felicissimū,q in Arcadię angulo paucos agellos ꝓ sustentatiōe habebat. De innumeris alijs facile est exempla in mediū ꝓferre.

¶ Tertia cōclusio. Licet humana felicitas a multis imprudentib⁹ in gl'ia putetur esse collocata:nequaq̄ in ea sedē habet. prior pars patet:qa videmus multos quos magnanimos vulgus appellat,diuitijs spretis gloriā affectātes: & ꝓ ea mori nō dubitātes:iuxta illud Ciceroīs. Oēs trahimur laudis studio & icēdimur gl'ia. Hinc Milciades triūphus Themistocli somnū eripuit. Infiniti quoq; famę & gl'ię cupiditate varia facinora ppetrarūt. Alexāder ille Macedo gl'ia accēsus/ impio nō ob opes,sed gloriā potit⁹ est. Idē in Sigęo apd Achillis tumulū posit⁹ exclamauit. O fortunate iuuenis q tuę virtutis ꝑconē Homerū inueneris. vt est apud Sillū. Felix Aeacida cui tali cōtigit ore Gētib⁹ ostēdi:creuit tua carmine virt⁹. Simile apud Plutarchū & Suetoniū legim⁹ de Iulio Cęsare.qui (vt inquit Tranquillus)cū Gades venisset:animaduersa apud Herculis templum magni Alexandri imagine: ingemuit:& quasi pertesus ignauiam suā/q nihil tum a se memorabile actū esset in ea ętate qua iam Alexāder orbem terrarū subegisset. Hannibal item apud Sillium in bello Cannēsi sic inquit. Mihi magna satis sat vera superq; Bellandi merces sit gloria:cętera vobis Vincantur. Philosophi quoq; illi qui ad fugiendā gloriā dixerūt scriptores nō debere sua noia in librorū exordijs ꝓnotare: ipsi sua nomina ꝓposuerūt. Simile de Phidia illo statuario peritissimo habes: qui cū simulacrū Minerue fecisset incōparabile: nec ei liceret inscribere vt moris est nomē suū,inclusit in clypeo suā ipsi⁹ effigiē:qua cōuulsa tota operis colligatio & structura soluebat. Quid vos moror de gloria?nunquid vulgatissima est historia Erostrati qui tēplū Dianę in Epheso vnū e septē mūdi spectaculis exussit vt nomen suū & famā posteris reliqueret? Ex his vides priorē partē ꝑspicuā. ¶ Posterior pars ꝓbat: qa hęc gl'ia nihil aliud est q̄ celebris fama q̄ de viro habet:& nō est in potestate ei⁹,cōtra rōnē felicitatis. Insup si homo sic sit suę famę & gl'ię auidus:nō viuet in animi tranquillitate:qđ est cōtra rationē felicitatis.qđ patet:qa gloriā ambientib⁹ plurimū alij inuident: petuit fulgura mōtes:de eis sinistre loquentur:& eorū gesta interꝑtabunt in peiorē partē. qđ cū ad eos puenerit:torqbunt. Insup gloria est causa superbiendi. Preterea in illo nō consistit felicitas qđ est in aliorū omnino potestate locatum.sed sic est de gloria hac caduca & momētanea.igitur.

¶ Quarta cōclusio. Licet humana felicitas in magno dñio putet collocata:in ea tn̄ felicitas nullū locū habet. Prior ꝑs hui⁹ cōclusiōis satis est nota.nā hoies magnanimi putati multū laborāt augere ditiōes:& alienas terras suo adiūgere imperio.hic vt M.Cice.refert,Cęsar sęp in ore hūit. Si violādū est ius: ꝓpter imperiū violandū est.in

Universidad de Deusto
Biblioteca

ęteris pietatem cole. Insuper multi principes nō solum gentiles, sed Christiani interdum ad hoc tendunt ęca affectione ducti: se habere terrarū titulos gloriantes: in quibus solū ius mathematicū habent. Multi quoq; ecclesię prelati eodē morbo/ vt supius diximus, laborant, sub vmbra honestatis se ptegētes: ne sedē deteriorē relinquant q̄ acq̄ siuerint, sed illam augeant. ¶ Secunda pars ostēditur sic. augere dominia cōtra rationē est peccatū: ergo in eis nō cōsistit felicitas. Sed dicis. debeo pcedere in lumie naturali in quo peccatū est ignotum. falsum est. notum est ēm aliquod esse malū/ & pręter rationē in lumine naturali: qđ etiā philosophi peccatū vocant. Rursus in eo nō est ponēda felicitas in quo mēs humana cōtinuo pturbat & inquietat. sed sic est in potētia & in augēdo imperio. nūc homo lętus/si sui vincant: nūc tristis si vincātur. nā euētus belli est fortuitus: & nūc hunc nunc illum/cōsumit gladius. Pręterea in statu caduco & maxime instabili nō est ponenda felicitas sed tale est magnū dominiū. igit. minor ostendit exēplis. Nā Alexāder Macedo/ eius vxor, & ples pauca lamētabilem habuerūt exitum: quē si pręcognouisset nō attentasset rapere aliena. Iulius Cęsar tanq̄ tyrānus tribus & viginti vulnerib⁹ merito cōfossus est in senatu. Pompeius post tot matis & terrę victorias & triūphos pręsente vxore & liberis/capite truncatus. Crœsus a Cyro captus & palo affixus. & ipsius Cyri caput in vtre sanguine pleno a Thomyre impositū. Ditissimi Crassi caput auro refertū. Iugurtha re militari clarissim⁹ ante currū Marij nudus cū liberis ad spectaculū ductus. Syphax Numidiæ rex potentissimus ad Scipionis pedes supplex ductus. Valerianus Augustus eloquētia & doctrina clarus, in manus regis Persarū incidens, ignominiosa seruitute apud eū consenuit: vt ipse senex humi depressus/regē equum ascensurū semp dorso attolleret. Pazatē deniq; Turcā potentissimū Tāberlanus parthus curruī suo iunctum yinxit catena aurea. quę hęc felicitas oro? Adde q; principes sunt in timore foris: multo magis interdum domi inter suos. Memoratissimū est illud exēplum de Dionysio Syracusano & Damocle. cū Damocles Dionysium ppter opes/famulos & cętera id genus diceret beatū: & ex cōsensu vtriusq; Damocles poneretur in regio solio: in aureo lecto: tot honestis famulis cōsistentibus, videbatur ferme beatus. at vbi sup caput Damoclis poni iussit Dionysius ensem acutissimū seta equina ꝛ lacunari pendentē: locū libēs reliquit Damocles. cui Dionysius. Talis est, inqt, vita mea. sic semp nobis mortē imminentē videmus. Et licet tyrānus nō timeat mortē corā obiectam: toxicū formidat, ac opus est cibū pręgustare anteq̄ comedat. Vides dominū esse rē plenā laborib⁹/sollicitudinib⁹/& tristitijs. Quare scite i definitiōe iopinabilis Aristo. in Topicis exēplū ponēs dicebat. quēadmodū est dicere: reges esse infelices scđm vulgares. ac si diceret. Apud sapientes nulli in toto regno sūt mīn⁹ felices multis regib⁹.

¶ Quinta conclusio. Beatitudo nec est in corporis eleganti forma: nec in corporis robore: nec in claro parentum stēmate. probatur sic. Forma est fluxa & caduca & parū stabilis: quā sola ętas tollit. Pręterea crebro est causa propinqua luxus & vitij. De corporis robore patet: qa plus roboris est in brutis. Insup robustissimi corpore minus valent mente/& robur aufert ætas. Tertiū autē est omnino accidentariū. ¶ Ecce quomodo beatitudinis essentiam inter se secūdum iudicia & affectiones hoies variant. nec ꝓbabilitatis aliquid hi oēs de beatitudine ponunt.

¶ Distinctio. Quadragesimęnonę Quęstio Secunda.

SEcundo loco inquirendum est in quo consistat vera beatitudo. Pro solutione quęstionis scias me intēdere/ naturaliter adhuc loq̄ ꝓ vna parte quęstiōis: & secundum veritatem fidei in alia. ¶ Duę sunt opiniones aduersę inter philosophos in tenebris gentilitatis incedentes de beatitudine. quarū vna est Stoicorū & multorū beatitudinē in virtute locantiū. Alia est philosophorū principis primo & decimo Ethicorū felicitatē in operationibus virtutum ponentis. Vtraq; autem istarū viarū in lumine naturali est ꝓbabilis. priores haberēt absurdū q̄ felicitas amitti possit vel intermitti in somno. sed Peripatetici dicerēt illud nō incōuenire ꝓ tēpore/dūmodo reassumatur pro loco & tēpore. & ꝓ se cōtra Stoicos hoc habēt q̄ actus est virtute præstantior. modo actus habitui pręstat: & felicitas est qđ optimū. Altissiodor⁹ tamē tenet habitū actui ꝓstare. quare secūdum eū hęc ratio nō esset ꝓ Aristotele. sed hoc est cōtra intentionē Aristotelis. j. Ethico. & veritatem. Aliter autē respōderē ꝓ Stoicis cōcedendo actum habitui pręstare. sed cū actū virtus prōptissime gignat in radice actū cōtinet: & est pmanentior: nec vllo modo pōt tolli nisi ꝓ cōtrariū. rationabilius est ergo iuxta eos in habitu ponere beatitudinē. nec requiritur q̄ felicitas sit quid optimū simpliciter & in se: sed sufficit in sua ꝓxima causa. Actus tū est egregius virtutis effectus. Etiā nō oēs sunt eque felices/siue ponant in actu/siue habitu: sed vn⁹ est felicior altero. ergo non quęlibet felicitas est quid

optimum. Mirādum profecto est quomodo veram beatitudinem isti philosophi adeo attigerint, & potissimū Aristo. x. Ethicorū. nam in. j. Ethico. magis sententiam vulgi secutus est dicens q̄ deformis & sine prole & amicis/non est felix. in decimo autē per lumen naturale nemo poterat diuin⁹ loqui de beatitudine q̄ loquut⁹ sit. nam in. viij. ca. illius libri ponit eam in mentis contēplatione: dei/ & superceleſtium.

¶ Has conclusiones in illo capite æquiualenter ponit. Prima est. Felicitas consistit in vita contēplatiua & nō actiua. Hanc conclusionem sic probat in effectu. In illa vita consistit felicitas quę pauciorib⁹ indiget: sed vita contemplatiua pauciorib⁹ indiget q̄ vita actiua. Prudens enim in vita actiua indiget pluribus rebus quibus nō indiget contēplatiuus: quinimo contēplatiuo sunt impedimento inquit. opus est tīn ne cessarijs pro sustentatione. Secundo probat eandem conclusionē sic. Vita deorum qui sunt maxime felices cōsistit in vita contēplatiua. ridiculum est (inquit) dicere deos cōmutare & deposita reddere/vel eos esse iustos. intelligit de iustitia acquisita in nobis. absurdum est (inquit) si nūmos etiā habeant: aut aliquid tale. Q; autē contēplentur: elegantissime sic probat. ponam verba Argyropyli, quia litera est perspicua. At vero viuere ipsos vniuersi putant: quare & operari. nō ēm oportet illos (vt Endymionem aiunt) dormire. viuenti igitur ei cui actio/ & multo magis effectio nō tribuitur: quidnam aliud pręter contēplationem restat? Vis rationis sic explicatur. dij viuunt & non dormiunt, sicut poetæ fabulantur de Endymione, & nō exercent actus artis nec prudentiæ. ergo cōtemplantur cōtinuo. nam ex oppositō consequentis sequitur disiunctiua totali antecedenti opposita. De Endymione autem vide Ouidiū in Transformatis dicentē. Lathmi⁹ Endymion nō est tibi luna pudori. Item. xij. Metaphysicę dicit deū sem per intelligere: & illic vnum primū mouens. Loquitur sane vt plures de pluralitate deorū. sic nostri christiani poetæ & oratores. Illic autem optime de deo loquut⁹ est. & tam cōmētator q̄ multi alij putant eum voluisse dicere q̄ deus nō intelligat ista inferiora: sed male eū intelligunt. nō enim intellexit hęc imediate: sed p eius contēplationē: ita vt eius essentia sit obiectum primariū motuū ad intelligenda inferiora, vt nos fideles dicimus. Tunc sic. Dij sunt beati cōtinuo se contēplantes: ergo qui maxime accedunt ad hoc & nō possunt semp deos cōtēplari: sunt maxime beati. loquitur aūt de beatitudine vię. hoc iterū ꝓbat. dij semp se contēplant: bruta sunt cōtēplatiōis expertia: ergo nihil felicitatis habēt. sed hoies interdum eos cōtēplantur. ergo felicitatē tūc habent. qđ in litera tāgit dicēs. Quousq; igit cōtēplatio sese extendit: eousq; sese extēdit & felicitas ipsa: & quibus contēplatio magis inest: ijs & felicitas magis inest: nō per accidens quidem: sed per ipsam vtiq; contēplationē. hęc ēm per seipsam est preciosa. ¶ Alia cōclusio. & verba Argyropyli ponam. Est autem opus huic & prosperitate externa/cū sit homo. natura nāq; ipsa nō est ad cōtēplandum sufficiens: sed & corpus sanum esse oportet: & alimenta, reliquumq; famulatum adesse. nō tamen putandum est multis aut magnis ei opus fore, qui futur⁹ est felix: si fieri nō pōt vt sit beatus sine bonis externis. Aristoteles ēm solum loquutus est de beatitudine vię: & nō percepit q̄ ꝓ hoc statu possumus habere notitiam intuitiuam dei. In lumine autem naturali tam alte conscēdit ad beatitudinē vitæ q̄ philosopho erat possibile.

¶ Contra priorem cōclusionem arguitur sic. Ista contēplatio dei est inanis & mala, iuxta illud Catonis. Mitte arcana dei: cęlūq; inquirere quid sit. ¶ Secūdo, felicitas debet esse qđ maxime voluptuosum. sed in contēplatione dei nō est voluptas. igitur. ¶ Ad primū nego q̄ sit inanis: immo in ea est felicitas, vt dicit phūs. & Maro in Georgicis. Felix qui potuit rerum cognoscere causas. & potissimū primā causam. Illud autē Catonis intelligit, qñ quis temere inquirit. Aristoteles nāq; x. Ethico. vij. c. hoc euacuat dicēs. Q; si mens diuinū ad ipsum hominē est: & vita quę ab hac manat diuina est respectu ipsius vitæ humanæ. oportet autē nō quēadmodum monent quidam, humana nos sapere, cū simus homines: aut mortalia, cū simus mortales: sed quoad fieri pōt immortales nos ipos facere. ¶ Ad secūdum cōcedo maiorē. sed negat minor. nā in cōtēplatione & philosophia est magna voluptas sine actu voluntatis. in sola ēm apphēsione rei delectabilis est voluptas. Vñ phūs. x. Ethico. vij. sic inqt. Arbitramur pterea felicitati voluptatē admixtā esse oportere. iucūdissima aūt opationū virtutū est ea haud dubie, q̄ ꝓ sapientiā ꝓdit. Itaq; philosophia mirabilis tū puritate tū firmitate voluptates habere videt. Hoc ꝓbat. nā ingrētes habēt oblectamētū in qutrēdo: ergo a fortiori sciētes. &. j. Ethico. viij. ait Optimū ergo & pulcherrimū & iucundissimū est ipsa felicitas: & nō seiūgunt hęc pinde atq; in illo Deliaco carmine separant. Sūme est pulchrū, ex astrea qđ gignit alma. Optima si valeas res est, qđ q̄libet optat. Sūme est iucundū si re potiaris amata. De cōtēplatiua quoq; Sapiētię. viij. scribit. Nō habet amaritudinē conuersatio illius, nec tedium conuictus eius: sed lętitiam & gaudium.

¶ Contra secundam conclusionē ar

guit sic. Diogenes de quo mentionē in quēstione precedente feci fuit beatus. & tamē nō habuit bona fortunę nec ea voluit: sed solo pallio coopert⁹ humū vel dolium p lecto tenuit. Aristoteles autē videtur dicere ea requiri de quibus in cōclusione secunda locuti sumus. & j. Ethico. viij. simile dicit & addit. verba Argyropyli recitabo. Videt tamen & externis indigere bonis vt diximus. fieri enī nō potest, aut nō facile fit: vt is res agat preclaras cui facultates desunt. multa nāq; p amicos/p diuitias/p ciuilem potentiā tanq; p instrumēta aguntur. quibusdam autē carentes vt nobilitate/ bona prole/pulchritudine, beatitudinē maculant. nō enī satis ad felicitatē idoneus est qui penitus est deformis/aut solitarius/aut sine prole: & minus etiā fortasse si cui perpraui sint filij vel amici: aut boni mortui sint. Vt igitur diximus/videtur felicitas & talis indigere ꝑ peritatis. Vnde quidā prosperitatē fortunę: quidā virtutē/felicitatē dicunt. ¶ Respondetur. duplex est felicitas in lumine naturali. quędā essentialis: & illa in cōtēplatione cū bonitate consistit. Alia est accidentalis: que requirit ea de quib⁹ Aristoteles loquit in locis adductis. ꝓportionabiliter ad illa q̄ theologi dicūt de beatitudine essentiali & accidētali. essentialis qppe btitudo potest eē sine illis que recitat Aristoteles. Q; si quis contendat Aristotelem aliter opinari: & ponderet eius verba/& nō rationē: Respondebo, si aliter intelligat: non assentior ei in ea re. & cū loquar in lumine naturali: dico sicut assentior, volens Aristotelem prorsus in illam sentētiā trahere. Nō enī admitto q; homini ratione vtēti/inuito/vel ab extrinseco posit felicitas auelli. sed sicut virt⁹ sita ē in facultate vtri: similiter & eius actus tam in virtute actiua q̄ contēplatiua: ita & felicitas. Propterea resolutorie dico q; licet Aristotelis vxor fuisset impudica: & liberi eius veri vel putati praui: & oīnia bona ei⁹ a tyrānis ablata: vel ipe extrema pressus inopia: vel corpore mutilatus sine sua culpa: non minus fuisset vere felix in lumine naturali. cæco enī quis improperabit vt ipe dicit. nam alioquin felicitas ab vxore/a societate/a corpore/a liberis/a bonis fortunę penderet: & foret res instabilis: nec sita in facultate vtri. Sic Diogenes, Anaxagoras Democritus & Socrates pauca habentes: & Plato non habens liberos: & Plautus qui ob caritatē se pistori vendidit: & siquādo a mola asinaria vacabat: fabulas cōponebat quas venditaret. & Dionysius Syracusanus summo solio deiectus & ludi magister factus, nō potuissent esse felices. quæ omnia in lumine naturali absona reputo. ¶ Ecce paucis quid Aristoteles in lumie naturali loquēs de beatitudine censet: q; scilicet ipsa nec in voluptate/nec opibus, nec in actibus vitę actiuę consistit: sed in actibus vitę contēplatiuę circa optimū obiectum, scilicet deum: iuxta verbum saluatoris Magdalenā Marthę preferentis: q; optimā partē elegerat: Martha autē bonā. Luc. x. Hinc Lia vitam actiuā representans erat lippis oculis, & Rachel pulchra. vt Grego. vj. Moralium exponit. & Augusti. in lib. de verbis domini inquit. Martha turbabatur: Maria epulabatur. Sed licet vita contēplatiua sit vita actiua regulariter melior: contingit tamē dare actum vitę actiuę actui vitę contēplatiuę preferēdum ob presentis vitę necessitatē. sicut dicit Aristoteles tertio Topicorū q; philosophari est melius q̄ ditari: sed ditari melius est necessitatē patienti q̄ philosophari. Aristoteles autē in lumine naturali multū verę beatitudini appropinquauit: quę est in contēplatiōe dei intuitiua, & eius dilectiōe/& gaudio: sed in lumine suo nō poterat illud apprehendere: propterea in hoc optime philosophatus est. Alia autē numerata vt opes/ vxor casta/filij boni & cætera id genus/sunt quędam accidentaria & felicitatē ornant. vt ipse dicit. q̄d ex eius verbis & ratione: nisi prolixitas euitare tur/ facile esset ostendere. Sed nos de vera beatitudine per fidem edocti, hęc impresentiarum negligimus: beatitudinem more theologico attingere proponentes.

¶ Distinctiōis Quadragesimenone Questio Tertia.

TErtio queritᵉ de essentia beatitudinis: An in vno actu consistat, an pluribus. Hic varij varia dicunt. aliqui q; beatitudo in recto p pluribus supponit: hoc est p toto aggregato ad beatitudinem requisito. Sic tenet Holcotus, & Ioannes Buridanus, purus artista, laboriosus tñ. Addit. Dici potest q; supponit p vno actu, siue intellectus, siue voluntatis cętera cōnotando. Istud prolixe deducit quęstione quarta. x. Ethicorū: multas rationes & auctoritates hincinde adducendo. Et quia difficultas est solum verbalis: & nō minus inerudite q̄ diffuse procedit, vt quilibet theologus ingenium habens facile percipit: nō insisto. Dico ad illud q; beatitudo bifariā capitur. Vno modo collectiue. & sic p toto aggregato notitię intuitiuę dei/ dilectionis dei clare visi, & gaudij sequētis supponit, sicut logica accipitur p multis habitibus logicalibus. quomodo accipit Boetius. iij. de cōsolatione philosophię: dicens. Beatitudo est status omnū bonorū aggregatione perfectus. & M. Cicero. v. lib. Tusculanarū quęstionū. Existimo beatos qui sunt in: bonis nullo adiuncto malo. Et btūs Augustinus. viij. ca. xiij. de Trinitate. Beatus habet quicquid vult: & nihil mali vult. Alio modo capitur diuisiue p notitia intuitiua dei: vel p dilectione dei clare visi: vel p gaudio sequēte. Prima acceptio patet in verbo Christi. Ioan. xvij. Hæc est vita ęterna vt cognoscāt te &c. De secūda primo de ciuitate dei. c. penul. dicit beatus Augustinus. Beatitudo est summū pmiū: qd cōsistit in actu volūtatis. & primo de doctrina christiana dicit idem. Hęc est summa merces vt ipso fruamur. De tertia acceptione scilicet gaudio, dicit Ioannis. xvj. Gaudiū vestrū nemo tollet a vobis. Qui ponūt intellectū esse nobiliorē potentiā volūtate: dicūt beatitudinē in actu solo intellectus cōsistere: & q̄ econtrario. sed quodlibet istorū triū/beatitudinē dico esse: licet vnū aliud exuperet. In oībus autē istis acceptionibus loquutus sum de beatitudine creata & formali. aliqua namq; est beatitudo vel gloria increata, siue obiectiua quę est ipse deus, iuxta illud Psalmographi Psal. iij. Tu autē dñe susceptor meus es, gloria mea &c.

¶ His præmissis ponūtur cōclusiones ad quęstionē respondendo: quarum Prima est. Aliqua beatitudo ē optima res possibilis. ¶ Secūda cōclusio. Aliqua beatitudo est notitia dei. si militer aliqua beatitudo est dilectio dei. ¶ Prima cōclusio probat sic. Aliqua beatitudo est deus: ergo aliqua beatitudo est optima res possibilis. Antecedens patet de beatitudine increata. item deus i lumine naturali lympidissime se intelligit, & se diligit: & sup hoc gaudet, nec dormit, sicut End ymion in lumine naturali: ergo est beatus. Insup primę ad Timo. vlti. dicit Apostol⁹. Quē suis tēporibus ostēdet beatus & solus potēs, rex regū & dominus dominātiū. Preterea obiectum beatitudinis eius est infinitū, sicut obiectū nostrę beatitudinis. Intellectus quoq; & voluntas eius est infinita: ergo beatitudo eius est infinita. igit aliqua beatitudo est optima res possibilis. Secūda cōclusio patet ex terminis declaratis.

¶ Cōtra primam cōclusionē arguit sic. Ex ea sequitur q; aliqua beatitudo est beata. consequēs est falsum: q; nūq; cōcretū potest verificari de abstracto. hæc enī est falsa, albedo est alba. ¶ Respōdet. cōcessa sequela nego q; nūq; cōcretū pōt verificari de abstracto. nā interdū cōcretū & abstractū supponūt p eodē: vt homo & humanitas: idē & idētitas: pater & paternitas. interdū impossibiliter cōcretū & abstractū supponūt pro eodē, saltē deducta ampliatione de imaginatur. vt album & albedo.

¶ Contra secundam conclusionem arguitur. Si notitia intuitiua dei sit beatitas: sequitur hęc cōclusio de possibili, q; aliquis esset beatus qui nec deum diligeret, nec gauderet de deo viso. cōsequens est discōueniens. Et q; sequatur manifestū est supponendo q; deus posset omnīū terum creatarum distinctarum, quarū neutra est pars alterius, vnam cōseruare reliqua destructa: & sic hęc tria realiter distinguūtur. impresentiarū enim supponitur q; deus potest visionem cōseruare non concurrendo ad productionē aliorum duorum. immo sequitur q; beatus erit miser: posito q; habeat aliquis videns deum pœnam sine ratione culpę. ¶ Respondetur distinguēdo hanc conclusionē. vel diuisiue capto vocabulo: & sic potest non improbabiliter concedi: & vlterius q; possibile est aliquem esse punitum, qui cum hoc sit beatus: & sit miser miseria pœnę. nā Christus simul erat beatus, & passus est tristitiā. nec video contradictionem in hoc: Sortes videt clare deū: & peccat. Sed si terminus beatitudo capiatur collectiue pro illis simul: non sequitur. ¶ Sed cōtra hoc arguitur. collectiue capto vocabulo potest quis deum odio habere, & tristari vidēdo deum: eū diligendo & gaudendo super hoc. q̄d probatur: quia nihil aliud sequitur nisi qualitates cōtrarias esse in eodem subiecto. sed hoc non est deo impossibile. igitur. Respondetur concedendo q; deus de potentia absoluta possit ponere qualitates cōtrarias in eodem subiecto. sed hoc ad beatitudinem non sufficit. & dico q; has qualitates habens non est beatus: quia beatitudo supponit p illis tribus connotando q; illas habens non habeat aliquid aduersum his tribus de cōmuni lege. modo in obiectione deficit illa connotatio: & per consequens suppositio. quare siquis videret deum & nō diligeret eū, & gauderet: nō esset beatus: quia termin⁹ beatitudo hoc cōnotat. Q; aūt Christus cū beatitudine habuerit tristitiā: nō erat de lege cōmuni. Ex hoc patet q; beatitudo manebit qualitas i aliquo: quādo nō erit beatitudo. ¶ Tertio arguit. beatitudo nostra est q̄d optimū quia est finis vitę humanę. sed visio dei est accidens. sic̄ iter dilectio & gaudiū. Respōdet. beatitudo obiectiua debet esse q̄d optimū: nō aūt beatitudo formalis: tñ ipsa est optima qualitas habēti. licet enī musca entitatiue p̄stet beatitudini formali: nō tñ est adeo bona habēti. ¶ Hactenus de dei beatitudine & beatitate creata q̄ i aggregato visionis dei, dilectionis dei clare visi, & gaudij in de cōsequētis cōsistit: si nō ponat aliqd aliud cū illis de lege cōmuni pugnās. & ꝓportionabiliter de quolibet istorū dicere potes.

¶ Distinctiōis Quadragesimenonæ Questio Quarta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quarto i hac distinctione q̄ritur. An homo naturaliter possit deū videre. Pro solutione q̄stionis pono cōclusiones. quarū Prima est. Nullus pōt essentiā diuinā oculo corporeo videre. ¶ Secunda cōclusio. Intellectus separatus vel intellectus hois beati, essentiā diuinā videt. ¶ Tertia cōclusio. Intellectus nudus creatus cū influētia dei generali non potest essentiā diuinā videre. ¶ Prima cōclusio ꝓbat sic. Essentia diuina est incorporea: ergo nō cadit sub obiectū alicuius sensus. sed nulla potētia in opando totā latitudinē sui obiecti trāscēdit. Idem ostēdit auctoritate Augustini ad Paulinā in libro de vidēdo deū dicētis. Deū nemo vidit vnq̄: vel in hac vita sicut ipse est, vel in angelos: vita: sicut visibilia ista cōtra corporali visione cernūtur. ¶ Secūda cōclusio ꝓbat p illud. j. Ioānis. ij. Videbim⁹ eū sicuti est. & primę ad Corinthios. xiij. c. dicit Apl's. Videmus nūc p speculū in ænigmate: tunc aūt facie ad faciē. Nunc cognosco ex parte: tunc aūt cognoscā sicut & cognitus sum. modo notitia facialis est notitia intuitiua. ¶ Tertia cōclusio cōmuniter recipit q̄ deus ꝓpter suā infinitatem nullo modo cadit sub obiectum intellectus: licet deus cū influētia sua generali cōcurrat. nā ad hoc requirit lumē glorię, vt postea dicā. Sed difficile est hāc cōclusionē ꝓbare secluſa determinatione ecclesię p Clemē. Ad nostrū. de hęrett. vbi quintus error Beguardorū & Beguinarū recitat sic. Quinto. q̄ q̄libet intellectualis natura in seipsa naturaliter est beata: q̄ anima nō indiget lumine glorię ipsam eleuāte ad deū vidēdū, & eo beate fruendū. Adam aūt & aliquot alij dicūt q̄ reqūritur lumē diuinū, scilicet ipse deus: & hoc sufficit. qđ nullo modo placet. De hoc em̄ nunq̄ fuit dubium inter theologos.

¶ Contra primā cōclusionē arguit

per illud qđ scribit. Iob. xix. In carne mea videbo deū saluatorē meū. ¶ Secūdo arguit ad idē. Deus pōt videri ab homine visione imaginaria. Nā Esaię. vj. dicit. Vidi dominū sedētē sup solio excelsum &c. sed visio imaginaria a sensu habet originē, & est extēsa. ¶ Ad primū respōdet. Iob nō dicit q̄ videbit deū oculo corporeo: sed q̄ in carne sua videbit saluatorē suū. per videre aūt intelligit intuitiue cognoscere. sic em̄ vulgo vtimur vocabulo. hoc est habere notitiā intellectiuā intuitiuā. ¶ Ad secūdū respōdet q̄ in visione imaginaria nō videt dei essentia: sed aliqua forma in imaginatione formata deū aliquo mō repsentās. ¶ Tertio arguit. Apli viderūt Christū in terra: ergo viderūt deū. ¶ Quarto. Visio corporea inest realiter animę: & est extēsa sicut notitia intellectiua. sed deus cadit sub obiectū notitię intellectiuę: ergo cadit sub obiectū visionis. ¶ Ad tertiū cōcedit antecedēs & cōsequēs p cōmunicationē idiomatū, & p accidēs: quia videtur humanitatē eius. sed deus nō erat obiectū p se illius visionis. De hoc aūt loquuti sumus in materia Eucharistię: quomodo corpus Christi in Eucharistia videatur. ¶ Ad quartū negata maiore dico visionē inhęrere vni subiecto extenso, sc̄ aggregato animę & organi in oculo situati. Etiā tenentes visionem soli animę intellectiuę inhęrere negarent deum cadere sub obiectū visionis: dicētes deum nō cadere sub obiectū talis qualitatis. sed licet id dicant: non facile dabunt causam quare deus cadat sub obiectum vnius notitię, & non alterius. sed de hoc alias.

¶ Cōtra secūdā cōclusionē arguit

Beatus Dionysius. j. c. de diui. no. de deo loquēs dicit. Neq; sensus est ei⁹, neq; phātasia, neq; opinio, nec ratio, nec scientia. Et Chrysostomus sup illud Ioannis. j. Deū nemo vidit vnq̄. sic dicit. Ipsum qđ est deus nō solū ꝓphetę, sed nec angeli viderūt: nec archangeli. qđ em̄ creabilis est nature, qualiter videre poterit quod est increabile? ¶ Ad primū respōdet q̄ auctoritas beati Dionysij adducit truncata. verba aūt ꝓcedētia declarāt in quo sensu loquat. nā ante auctoritatē hāc dicit. Oibus ipse est vniuersaliter incōphēsibilis. loquit ergo de visione cōphēsionis. modo nulla creatura comphēdit deū. Sic Ioā. Chrysostom⁹ post verba adducta dicit. Nulla creatura cognoscit sicut pater cognoscit filium.

¶ Contra tertiā cōclusionē arguit

sic. Vel hoc est quia beatitudo nō potest inhęrere beato, nisi mediāte aliquo supnaturali. & hoc nō: quia illud lumē glorię imediate inhęret ipsi animę: ergo eodē modo beatitudo pōt imediate animę inhęrere. Vel ꝓpter actiuitatē ipsius animę nō potētis sufficiēter eleuari ad vidēdū deū sine tali lumine: & tūc sequit q̄ angelus vel creatura superior creata vel creabilis tātū actiuitatis plus habēs sup intellectū humanū, quātū est supplemētū luminis glorię: poterit sine tali lumine videre deū. Insup deus pōt supplere actiuitatē luminis glorię: cū quicqd pōt deus cū causa secūda, posit se solo. sed deus cū lumine glorię pōt ꝓducere beatitudinē in animā beati: ergo hoc pōt deus se solo. ¶ Ista argumēta iquirūt quare ponit lumē glorię. Cōsulto relinquēs illa q̄ alij ponūt: tangā qđ opinione mea iudico dicēdū. Possumus imaginari, lumē glorię poni ob duo, scilicet ob dispositionē subiecti beatifici: vel ad eleuādā potētiam

tiam cui inest, ad hoc vt eliciat suā beatitudinem quā elicere nō pōt sine lumine gloriæ. Dico q̄ in primis ponit ob dispositionē subiecti. nā scđm legē visio dei est ita pfecta qualitas vt nō possit inhęrere subiecto beatifico saltem humano sine dispositione puia. sicut forma substātialis nō potest informare naturaliter materiā primā si ne dispositione qualitatiua puia. Nec erit pcessus in infinitū in dispositione animę. nā qualitas pfectissima supponit vnā aliā minus pfectā ad hoc vt subiectū informet: & alia minus pfecta nullam qualitatē p̄supponit. sicut forma ignis p̄supponit siccitatē & caliditatē ad hoc vt subiectū informet. Et forte ita est respectu cuiuslibet angeli. sicut q̄libet materia regrit dispositionē qualitatuā etiā licet materię essent differentes specie, qđ est deo possibile. hoc em̄ ꝓuenit ob perfectionē formę. Sic dicet de beatitudine q̄ lumē glorię p̄supponit in quocūq; subiecto cui inhęret ad hoc vt subiectū informet: & hoc scđm legē dei ordinatā. Sed quo ad actiuitatē nō est necesse ponere q̄ aliquā actiuitatē habeat respectu visionis. ratio est: qa hoc maxime esset ꝓpterea vt potētia non potēs elicere cū influētia dei generali visionē dei/ adiuta posset illā visionē elicere. sed hoc nō videtur: qa vtrobiq; potētia in optima dispositione sua, quēadmodū est aīa sepata, vel i corpore beato, si nō possit ex se sine q̄litate supaddita exire in actū alicuius obiecti: nec cū auxilio pōt. vt si visus sine auxilio nō possit exire in sonū, nec cū auxilio. & ita inductiue i alijs potētijs & obiectis. Et admisso qđ dicis: lumē glorię eleuare potētiā vt possit exire in cognitionē alicui⁹ obiecti, i cui⁹ cognitionē exire nō pōt sine lumine glorię: tñ efficiētiā illius luminis supplere pōt deus: p argumētū assumptū, quicqd deus pōt facere cū causa secūda, pōt facere se solo &c. Dices cū aliqb⁹ istoꝝ, esse sophisma figurę dictionis. mutatur si quidē qđ in quale seu ad aliqd. visio em̄ dei creata nō significat rē absolute: sed significat actū in ordine ad agēs creatū. & est simile ac si argueret, Deus ꝓducit actū meritoriū mediāte volūtate & charitate Petri: ergo potest ꝓducere illū sine eis. Contra hoc arguo. efficaciter ex illo concludit q̄ actū meritoriū deus pōt ꝓducere se solo: & visionē pōt ꝓducere se solo: licet deus nō possit ꝓducere actū meritoriū se solo. & tñ dico q̄ pōt ꝓducere visionē dei in hominē se solo. sed hoc est ꝓter legē. Secūdo dico. potest facere q̄ intellectus humanus recipiat beatitudinē de potētia absoluta sine lumine glorię. qđ probo: quia visio informabit intellectū creatū cū lumine glorię dispositū: & lumē glorię nō est subiectū visionis. potest ergo deus subtrahere lumen glorię, relinquendo visionē in eodē subiecto. Cōfirmatur hæc ratio. Aliqs potest habere visionē dei in raptu, adhuc manēdo i via: vt doctor sanctus cōcedit in secūda Secūdę. q. clxxx. & sine lumine gloriæ: ergo permanēter de potētia dei. consequētia est certa. Et patet hoc aliunde. Nā deus potest subtrahere qualitatiuas dispositiones, vt siccitatē & caliditatem ab igne, cū hoc q̄ forma ignis materiam informet de potentia absoluta. ergo potest facere visionē dei inhęrere intellectui creato sine lumine creato. Vlterius dico ꝓpter aliquos q̄ lumen glorię potest inhęrere intellectui separato: & tamē intellectus ipse nō habebit visionē dei: quia deus potest nō cōcurrere ad illā visionē. ¶ Epilogādo paucis cōplectar quę dicere volo de lumine glorię. Dico q̄ lumen glorię requiritur ad beatitudinem hominis scđm legē: qđ intellectū humanū disponat ad hoc vt ipse suscipiat beatitudinem. Probabilius autē est dicere q̄ nullā efficiētiā habeat respectu visionis beatificę. Nec verba pontificis in Clemētina præfata sunt p eis q̄ anima eleuetur. hoc em̄ intelligit, q̄ aīa disponitur: hoc est palliue disponitur, sicut aer a lumine ad hoc vt suscipiat species visibiles. & si lumen gloriæ efficientiā vllam habeat respectu visionis: deus potest illam efficientiā supplere: & per cōsequēs iam anima erit beata sine vlla efficientia luminis glorię. Pręterea potest lumē glorię intellectui viatoris assistere mille annis abs; hoc q̄ deus videatur. prius em̄ potest esse sine posteriore, si lumē glorię eleuet potētiā actiue: hoc est coefficiat cū intellectu humano vt videat deū, cuius visionē elicere nō potest partialiter nisi iuuetur a lumine glorię. Nec caret scrupulo: an aliquis angelus vel creatura creabilis possit habere potētiā cuius excessus sup intellectū humanū tātū faciat ad ꝓductionē visionis beatificę quātū lumen glorię cū intellectu humano. hoc est dicere. angelus ille potest a quocūq; obiecto actū elicere a quo intellectus humanus lumine gloriæ adiutus pōt actū elicere. & p cōsequens ex determinatione pontificis nō cōcludit q̄ in angelis oibus vel aliquibus lumen glorię requiratur ad elcuandā potentiam vt deum videat.

¶ Distinctiōis Quadragesimenonæ Questio Quinta.

Vinto quęritur: An beatitudo principalius consistat in actu intellectus: an volūtatis. licet autē inuēto vno istorū actuū quis possit cōtendere q̄ alter nō sit beatitudo: tñ in illis tribus

& eorum quolibet beatitudinē dicimus cōsistere: nisi de terminis luctari quis voluerit: dicendo q̄ erit solum in optimo actu talis potētiæ. signāter (potētiæ talis) quia angelus forte habet visionē alterius speciei ab homine, vt postea dicetur: & tamen quelibet illarum visionum est beatitudo. ¶Relicta igitur disputatione de vocabulis quā tū est possibile: ad quæstionē iuenio viros graues dissentientes: quosdā dicētes visionem esse perfectiorē actū dilectione: quosdā ecōtrario: alios aūt preferētes gaudiū. sed qa gaudiū est passio secūm cōmuniorē viam, vel actus voluntatis: surda aure super gaudio transibo.

¶Difficultas huius quæstionis ex hoc dependet: an intellectus sit principalior potētia q̄ voluntas. super quo in primis hāc cōclusionem pono. Intellectus nō est res melior voluntate. quę sic ꝓbatur. Intellectus realiter est volūtas: & nihil est melius seipso. idētitatē autē realē intellect⁹ & volūtatis, & q̄ cū anima idētificētur realiter: nūc suppono. hoc em̄ tā cōterraneus q̄ nominales oēs gloneratim (& recte mea quidē sentētia) tenēt. Et quia aliquis hac via arbitrareť quę stionis difficultatē sopitā: declarare oportet pro mediocribus, remanere adhuc eādē q̄stionis difficultatē. nā licet intellectus sit volūtas: oēs tamē docti concedūt, solo Adam Goddam excepto, q̄ actus intellectus & volūtatis etsi circa idē obiectū ferātur/distinguūtur: imo specie. Quæstio est itaq; an notitia Sortis: an dilectio Sortis sit p̄ferēda. & iterū oportet hāc actuū perfectionē in potētiarū perfectionē reducere. qđ patet: quia perfectior potētia potest perfectiorē actū ꝓducere. Nec disconuenit intellectū & voluntatē esse vnā & eādē rē: & tamē animā esse perfectiorē inquantū est intellectus, q̄ inquātū est volūtas. Exēplū in simili. Petrus est prior Sorbonę: & regens in trātum. Franciscus est rex Francorū, & dux Aurelianēsis. sed officiū regni est nobilius q̄ officiū ducatus et subiecti. sic in proposito.

¶Et quia in vtrāq; partē sunt arduę rationes: vtrinq; argumentabor: & argumentis propositis dabo respōsiones. In primis ostendere nitar q̄ volūtas sit perfectior intellectu. Nā per actū volūtatis magis meremur q̄ per actus intellectus: ideo sēm actū volūtatis magis p̄miamur: ergo voluntas habet cōditionē nobiliorem q̄ intellectus habebit actū meliorem. ¶Secūdo arguitur ad idem. Optimus habitus volūtatis p̄stat optimo habitui intellectus: ergo voluntas p̄stat intellectui consequētia patet: quia nobilioris potentię nobilior est habitus: & econuerso. Antecedēs ꝓbatur. nā charitas est habitus voluntatis: fides autē habitus intellectus. modo charitas p̄stat fidei. dicēte Apostolo primæ ad Corinth. xiij. Maior horū charitas. ¶Ad primū respōdet Ioannes Buridanus in quæst. vltima. x. Ethicoꝝ, q̄ potius & principalius & liberius meremur per actū intellectus q̄ per actum voluntatis. nō em̄ sola volitio recta est actus meritorius immo etiā app̄hensio agens & dirigēs illam volitionem. Istud vsqueadeo est ꝓbabile & contra cōmunē scholam: vt aliā improbationē a rectatione apponēdam nō putē. Propterea respondeo cōcedēdo antecedēs q̄ mereamur per actū volūtatis: sed non magis per actum voluntatis p̄miamur. sufficit em̄ q̄ vna pars hominis magis meretur: & alia pars capiat p̄miū pro toto. quomodo lectore legente lingua meretur pecuniā: & manus p̄miū illud capit. qa sufficit q̄ idē homo qui meritus est p̄mietur. ¶Ad secundū Ioannes Buridanus. q. p̄fata. x. Ethicoꝝ dicit illud intelligi de deo, qui est charitas. & q̄ Aristoteles negasset charitatem esse maiorē sapiētia: & forte etiā Salomon. An autē charitas vię p̄stet fidei vię: theologis relinqt disputādū. audiuit. n. a Christo dictū. Fides tua te saluā fecit. Matth. ix. & Marci. v. sicut audiuit. Remittūtur ei peccata multa, quoniā dilexit multū. Lucę. vij. sed cū fuerit artista & nō theologus: hoc relinquo. Alter ergo dico negādo antecedēs. nā lumen glorię est habitus intellectus: & p̄stat charitati: quia distinguit patriā a via. charitas vero est cōmunis tā patrię q̄ vię. modo illud qđ est adequatum patrię quę est status optimus, est p̄ferēdū illi qđ est cōmune vtriq;. ¶Tertio arguit. ix. Metaphysicę dicitur. Priora generatione sunt posteriora perfectione. sed actus intellectus p̄cedit actū voluntatis: quia volūtas nō fertur in incognitum. igitur. ¶Quarto arguit. Voluntas p̄cipit intellectui vt speculetur, & ei imperat: cuius imperiū intellectus suscipere oportet: cū volūtas sit regina in regno animę: iuxta Ansel. de conceptu virginali. c. iiij. ¶Ad tertiū dicitur q̄ aliqua quę materiā disponūt ad formā sunt imperfectiora, vt qualitatiuę dispositiones in ordine ad formā subst̄ātialē. vel quādo est ascēsus in formis substātialibus: vt a forma embryonis ascēdēdo ad animā hominis. Interdū tamē posterius est imperfectius: vt forma substātiali ꝓducta, posterius tempore vel natura producitur accidens eius. ¶Ad quartū respondet Buri. vbi prius. q̄ tunc hoc p̄ceptū est gratia speculationis. & sic speculatio est finalior & melior. Secūdo nō est aliud p̄cipere volūtatis q̄ velle: & tamē videtur q̄ velle nō sit p̄cipere, proprie loquēdo: qa possum velle vt accedas ecclesiā: & nihil tibi p̄cipere. Tertio, si tibi sit p̄ceptum: intellectus primo p̄cipit: sine cuius p̄cepto yo-

luntas p̄cipere nō potest. anteq̄ em̄ volūtas velit q̄ speculetur: intellectus p̄iudicat speculandū esse: & deinde volūtas iuxta illud iudiciū vult & acceptat. est ergo illa sentētia seu iudiciū primū p̄ceptū: & volitio q̄ fiat, est p̄ceptū secūdū. primū aūt p̄ceptū determinat secundū: sic vt necesse sit velle secūdū illud iudiciū: vel nihil velle. & sic intellectus in hoc habet primū dominiū. Cōtra hęc arguit. Ex prima solutione magistri Ioānis sequtur q̄ videre vel audire p̄staret actui volūtatis: cū volūtas illa p̄cipere possit. Ad secūdū qđ affert, dico q̄ p̄cipere volūtatis est efficaciter velle & hoc ostēdere signo sensibili quo ad aliū. nā in eodē suppositō nō est aliud p̄cipere q̄ efficaciter velle. quare nihil est dicere, possum velle vt accedas ad ecclesiam, & nihil tibi p̄cipere. Tertio falsum est q̄ volūtas nō possit p̄cipere sine intellectus p̄cepto & imperio. nā licet intellectus iudicet in vniuersali vel ꝑticulari: volūtas pōt p̄cipere vel non p̄cipere: immo oppositum p̄cipere. ¶Quinto arguit Burida. Vetula amans deū licet de deo modicā habeat notitiā, placet deo qa amat: & tamē magnus clericus multas habēs de deo notitias, si nō amat deum nō placet deo. sed illud est nobis lōge melius & felicius p qđ placemus deo, q̄ p qđ ei nō placem⁹: ergo amare deū est nobis felicius q̄ cognoscere ipm. ¶Ad hoc sic respōdet. diceret Aristoteles q̄ vetula nō pl⁹ amat deū q̄ iudicet ipsum esse bonū & amādū. illa aūt vetula firmius iudicat & credit, deū esse sup oia amandū & colendū, & eius p̄cepta seruāda, q̄ ille magnus clericus. Ille em̄ quis sciat demonstratiue deū esse optimū, & principiū & causam omniū: tñ sentētiat deū nō esse meliorē sibi q̄ voluptates, vel pecunias, vel honores, nec iudicat melius esse seruare p̄cepta diuina, q̄ voluptuose viuere, aut q̄ tyrannice dominari: immo iudicat oppositū. qđ patet: quia eligit & facit oppositū: qđ nō fit sine p̄euio iudicio. & licet dicat sępe, melius esse p̄cepta diuina seruare: apparet q̄ hoc dicat ore solū: & mentiatur. Et infert hoc pacto. Sic ergo patet q̄ illa vetula non habet deo nisi veras app̄hēsiones & firmissimas, licet nō euidētes. Ille aūt clericus multas habet de deo falsas æstimationes. Ad hoc cōmētator tēdit in suo prologo tertij Physicoꝝ dicens. Firmior est fides vulgi fide philosophoꝝ. Postea cōcludendo dicit Ioānes. Dicamus ergo q̄ ista vetula est magis deo grata, nō solū quia magis amat deū: sed etiā qa iudicat firmius deū esse amādū & supoia alia mādata eius obseruāda. Ego dico hunc eruditissimū virū nō recte sentire de viris doctis per iudicia errantia. hi em̄ quos magnos clericos vocat recte de deo sentiunt: & in oibus rectus q̄ bona vetula: nec vllo modo in intellectu aberrāt sed eorū aliqui sibi nimis propensi faciūt multa cōtra suas cōscientias, q̄ iudicāt mala. Falsum aūt est q̄ eruditi viri nō iudicēt melius esse seruare p̄cepta dei q̄ voluptuose viuere, aut tyrannice dominari. Et quādo dicit: eligūt oppositū: ergo iudicāt oppositū. nulla est cōsequētia. nō tñ nego q̄ multi docti habeāt iudicia errātia in agibilibus: vtpote iudicantes sibi licere, habere plura beneficia q̄ par sit: nō esse obligatos ad ieiunia in multis casibus: vel iudicātes se meliores vel doctiores alijs: q̄bus forte sunt inferiores, qa sibi plus afficiunt. sed q̄ sic i fide ęcutiāt: falsum est. De cōmētatore aūt non est magna vis faciēda: cū in rebus diuinis fuerit incōstātissimus: ac post fidē promulgatā & acceptā (vt asserūt) in gētilitatis tenebras secesserit. Verū q̄ in errore Mahumetano in quo natus erat, nō p̄māserit intrinsecus: ꝑbe egit. & loquēdo de hęresibus Mahumeti quas vocauit (vt plures inter suos) fidē, bene dicebat q̄ philosophoꝝ alius erat assensus q̄ vulgi. Argumētū sic dirigo. Doctus melius iudicat de diuinis q̄ vetula: & tñ ipa crebro est melior literato viro: ergo actus voluntatis est melior q̄ actus intellectus. ¶Sexto arguit. Volūtas ferť in suū obiectū sub ratione boni. intellectus aūt in suū in ratione veri vel entis. sed ratio boni est melior q̄ ratio entis vel veri. ergo cū volūtas feratur ī idem cū itellectu, sub meliore tñ ratione: volūtas est p̄ferēda. ¶Respōdeť. si volūtas solū haberet pro obiecto bonū verū, vel bonū apparens: & intellectus hoc totū, & cū hoc malū nullū specimē boni habens: cōcluderet nobilitas intellectus supra volūtatē. semp em̄ potētia animę q̄ in plura pōt est melior & nobilior ea q̄ nō pōt in tot. vt intellectus plura intelligit q̄ sensus: & sensus cōmunis q̄ sensus exterior. quare est nobilior potētia. Secūdo dico, omne obiectū intellectus esse obiectū volūtatis in nolēdo vel volēdo. sed hoc nō satis facit argumēto: qa licet idē sit obiectū adequatū vtriusq; potētię: luctādū erit q̄ ratio cōsiderata in ipis obiectis sit melior. & difficile ē vnū ꝓbare, & aliud. ¶Septimo arguit. tertio Topicoꝝ, & vtij. Ethicorū de oppositis triū politiarū dicit. Cuius oppositū est peius, ipsa est melior. sed odire deū, qđ opponitur, amare deum, est peius q̄ ignorare qđ opponitur, cognoscere. ¶Respōdet Ioānes. Illa comparatio locū habet in eodē modo oppositis. sed tu sic non arguis: quia odire & amare sunt contraria: cognoscere aūt & ignorare sunt priuatiue opposita. Hoc non solutt argumētum quia ducam argumentum de ignorantia prauæ dispositionis. & non de ignorantia purę negationis: iam em̄ est vera cōtrarietas: & tamen odium dei est peius hęresi: ergo amor dei est melior notitia dei: cōparando amorē vię ad notitiam vię, &

amorē patrię ad notitiā patrię. ¶Octauo. beati tudo inter ea q̄ beato insunt est maxime amabilis.primo &.x. Ethicoꝝ.sed voluntas plus amat actū suū q̄ actū intellectus:quia vnaquęq; potētia sicut vnaquęq; res plus inclinat naturaliter ad actum proprium q̄ ad actum alterius potentiæ. ¶Nono arguit.si actus intellectus foret perfectior,esset beatificus,qui potest secū cōpati tristitiam.ergo quis erit simul beatus & multū tristis. qđ nō est dicēdū. Respōdet.hoc argumētum est cōmune vtriq; opinioni.nā idē potes dicere si cō sistat in actu voluntatis.

¶In oppositū arguitur. Ratio sem per deprecatur ad optima.j. Ethicorū. & mobilque procedit.alioquin nō esset ratio.& hoc intellectui cōuenit:qualem ꝓgatiuā nō habet voluntas. ¶Secūdo arguitur. Voluntas est cęca:& non fertur in incognitū. iuxta beatū Augustinū.x. de Trinitate. sed intellectus ministrat ei lumen. ¶Tertio.intellectus est dominus respectu volū tatis,quia eā dirigit in suis operationibus: ostendens quid faciendum sit : & quid omittendum. ¶Quarto.dicit Aristo.x. Ethicoꝝ, ꝙ felicitas consistit in speculatione, q̄ est actus intellectus. ¶Quinto. i procœmio Metaphysicę dicit idem ꝙ nobilissima scientia est metaphysica,quia ipsa est libera & gratia sui:& sapiētia est optimus habitus.vt patet p eūdē.vj. Ethicoꝝ. ¶Sexto arguitur.iuxta philosophū.iij. Topicorū, illud est nobilius qđ alio nō idiget, q̄ illud qđ idiget ipo. sed actꝰ volūtatis actu intellectus indiget.vt patet ex secūdo argumēto:& nō ecōuerso. ¶Septimo arguitur. Actus intellectus est causa æquiuoca respectu actus volūtatis. sed causa æquiuoca suo effectui prestat.igitur.Maior ꝓbatur:quia intellectio est causa efficiens actus volūtatis.per regulā qua tu probas aliquid habere efficientiā respectu alterius.& cū intellectio sit alterius speciei specialissimæ a volitione : est causa æquiuoca. ¶Octauo.intellectio est purior volitione : nullā impuritatē cōtrahēs ab obiecto.qđ patet:quia intelligere bonū est bonū:& apprehendere malū non est malum. alioquin homo nō posset prędicare, nec scribere de peccatis sine peccato. qđ non est dicendum. velle tamen mala est malum. igitur. ¶Nono arguitur.constat ex euangelio Ioannis xvij.ꝙ visio dei est vita æterna. sed nō potest simile ostendi de actu volūtatis, nec ex scriptura, nec in lumine naturali.

¶Ad primā istarum rationū respō detur cōcedēdo ꝙ ratio ad optima dępcatur.sed si per rationē,intellectū accipias: crebro oblique procedit tam pstituēdo malū finem q̄ quęrendo obliqua media ad illum finem obtinendū.vt videre est de Simone Virgiliano, Achitophele, & alijs.ratio tamē recta vt est actus intellectus,semper recte procedit.sic actus bonus volūtatis est semper rectus, & per cōsequens nō habes maiorem prerogatiuam in intellectu q̄ in voluntate. ¶Ad secūdū.licet de virtute sermonis cōcedere possem istas,volūtas intelligit : intellectus vult: vt expositorie facile deduci potest: hic intellectꝰ intelligit:hic intellectus est volūtas:ergo voluntas intelligit:tamē hoc nō est respōdere theologice & in morali philosophia scām cōsuetum modū loquēdi.Propterea cōcedo ꝙ voluntas est cęca in se:sed deus ei sororē videntē annexit, scilicet intellectū.loquor perinde ac si realiter distingueretur intellectus a voluntate ob varia officia quę anima habet.nā intellectus ei ministrat lumē tāq̄ ancilla ferens lucernā ante dominā suam,ne offendat ad lapidē pedē in tenebris.Hinc beatus Bernardus in lib.de libero arbi.dicit,rationē esse quodā modo pedissequā voluntatis. ¶Ad tertiū nego ꝙ intellectus sit dominus respectu volūtatis,& ꝙ eā dirigat/nisi consultiue:sicut prudens quē rex cōsulit,dictat regi quid faciēdū sit, & qua via licita:cui rex forte acquiescit: fortassē nō.sicut aure corporis quis apprehensiue audit prędicatorē,cui nō acquiescit. Sed cōtra hoc arguitur.melius foret ꝙ intellectus esset datus voluntati ad bonū q̄ ad malum.ad bonū quidē ei dare tur si volūtas rationi contraire nō posset:ad malum autē si libere posset ei contraire.ergo intellectus voluntatē captiuat:& p cōsequēs est eius superior. Ad hanc obiectionē cōcedo maiorē.sed duas alias ꝓpositiōes i māiore tactas nego.nā voluntas nihil mereretur si necessitaretur ab intellectu,qui in suis operationibus est agens naturale. & sic nullus esset alteri prferendus in voluntate. qđ est incōueniēs.Insup vbi intellectus malum finē pstituit,& imprudēter contraire ostendit medio p cōsequutione illius: volūtas esset necessitata illud facere.qđ nō expedit: immo omni rationi est dissonū. ¶Ad quartū cōcedo ꝙ Aristoteles ponit felicitatē in speculatione:quia nō ponit ipse discrimen in modo loquēdi de intellectu & voluntate,sicut iam nos facimus,& a multis diebus theologi & morales fecerunt.ipse enī non secludit operationes voluntatis : sed eas includit. qđ probo.q̄rēdo an Aristoteles speculantē deū & celestia vocasset felicem:si fuisset intēperatus, iniustus,maledicus,zoilus, & huiusmodi. & patet ꝙ non Nūquid expresse in decimo Ethicorum dicit felicem esse dijs immortalibus amicissimū:& hoc non est nisi mentem colendo vt dicit:hoc est,bene viuendo,contemplando deū, & eum laudādo.qđ perbelle sic explicat decimi Ethicoꝝ.viij. At vero ꝙ mēte operat,& eā colit: disponitur optime.is & amicissimus dijs immortalibus eē videtur.Nā si dij curā humanarū rerū (vt existimatur) aliquā habēt:rationi sane cōsentaneū fuerit ipsos eo gaudere qđ est optimū,maximeq; sibi cognatū.Hoc aūt fuerit ipa mēs: & in eos q̄ maxime hoc amāt atq; honorāt, beneficia vicissim cōferre:tāq̄ curā iis quę sibi sunt chara ac diligētiā adhibentes:& recte beneq; agētes. Vides ꝙ maxime bene agentē felicem reputat. Speculatio eñ de qua Aristoteles loquitur,actū appetitus i ncludit cū ipsa speculatione. Ac si dicere velleti s est felix qui mundanis curis abstractus,cęlestia meditat, illa colit & veneratur.quo modo nos diceremus de optimo & eruditissimo Carthusiensi.Nec sit nobis curę de notitia practica & speculatiua in hac materia: quia varij vario modo prout libet,in ea re loquūtur. ¶Ad quintū cōcedo qđ dicit.sed hoc nō excludit actus volūtatis:imo eos includit.similiter ad illud sexti Ethicoꝝ dicat.hoc patet quinti Ethicoꝝ primo. vbi plurimū iustitiā q̄ est actus vel habitus volūtatis laudat:inquiēs.Et neq; est hesperus ita/neq; lucifer admirabilis.Sed qa iustitia ad actus vitę actiuę spectat in qua nō ponit felicitatē: dico ꝙ per sapientiā Aristoteles cōplectitur virtutē theologicā,modo quo gētilis i lumine naturali loqui poterat:hoc est charitatē acquisitā erga deū. Nōne ex dictis eius iā patuit ꝙ felix cōtēplatur cęlestia:ea veneratur & colit:& eis totus iam est dedi tus:& a mūdo separatus? Et quid (q̄so) est istud nisi loco fidei capere notitiā dei & cęlestiū,quā in lumine naturali habere poterat & deum laudare? ¶Ad sextū dicit ꝙ illa regula eget expositiōe. nā forma substantialis nō informat materiā sine dispositione prequa.ecōuerso esse potest intense vel remisse.similiter potest esse lumē sine visione nō aūt ecōuerso.Regula itaq; illa intelligit:quando illud ex perfectione sua nō dependet ab alio: sed aliud ab eo.vt substātia est nobilior suo accidēte.quando aūt aliquid ordinatur principaliter ob aliud:regula nō habet verū. vt homo principaliter habet volūtatē & liberū arbitriū vt beneagat,& mereatur frui perpetuo suo creatore & eū laudare:qđ facere nequit per legē nunc datā/nisi eū cognoscat. ¶Ad septimū conceditur maior: sed negat minor vtrobiq;: potissimū de partiali causa æquiuoca: quomodo albedo est partialis causa notitię intuitiuę quę de ea habet. sic in proposito.Etiā interdum volūtas est causa alicuius notitię:vt in generatione fidei. ¶Ad octauū respōdetur ꝙ argumentū ꝓbat impfectionē intellectus:quia ab ipso nullū est peccatū, nisi a volūtate procedat,positiue vel priuatiue. Etiā quodcūq; obiectū,intellectus pure & sine sorde apprehendit:volūtas potest habere actum suū in illud bene & meritorie:malum nolēdo,& bonū volēdo.intellectus autem captiuatur frequēter a suo obiecto.quomodo primo Physicoꝝ de antiqs philosophis dicit Aristoteles,ꝙ erāt veritate co acti.Domina aūt voluntas manet libera.Sed dicis.Deus vult de necessitate se esse: & libere creaturas.& tamē illa necessitas est perfectior q̄ libertas.ergo male dicimus. Dico id esse de per accidēs ex parte materię & obiecti.sed in creatura libertas est melior cōditio q̄ nō libertas.libertas in quā ꝓpinqua vel remota.volūtas tñ in patria necessitatur ad aliquas operationes: nō aūt in via: & illic nō se habet imperfectiori modo q̄ in via. sed operatio illa est a principio libero, qđ cessare pōt ab actu absolute si sibi relinquat. ¶Ad nonū.quicqd sit de prima ꝓpositione,cōstat ꝙ visio dei est vita æterna:admissa illa,nego secūdā. quia in lumine naturali & fidei multo ꝓbabilius cōcludimus volūtatē esse pfectiorē potētia intellectu,q̄ ecōuerso.quare si vnū concludimus,aliud concedere habemus. ¶Nunc breuiter dispu tauimus de nobilitate volūtatis & intellectus:an intellectus voluntati sit præferendus, nec ne:qđ ex substantia animę concludere nequimus,quæ vtriq; est cōmunis & idētificata.sed illud ex perfectioribus actib⁹ vel habitibus dephēdere oportet. Et licet materia non patiatur demonstrationes insolubiles: teneo tamen partem illam propter motiua adducta,ꝙ voluntas intellectui sit præferenda.

¶Distinctiōis Quadragesimenonæ Questio Sexta.

Sexto quęritur conformiter cū magistro in litera:An oēs summe appetant beatitudinē.Respōdet. duplex est appetitus.quidā liber siue electiuus. de quo in q̄stione sequente dicem⁹. Alius est appetitus naturalis.de quo impsentiarum loquemur: ponētes cōclusiones ad q̄stionē respōsiuas. ¶Quarū Prima est.Oēs ad beatitudinē apti beatitudinē appetūt.probat sic. Appetitus naturalis nihil aliud est q̄ inclinatio,& aptitudo rei ad suā perfectionē.sed perfectio creaturę rationalis,maxime in beatitudine consistit. ꝙ aūt nō dicat actū elicitū distinctū ab ipsomet appetitu,probatur,quia materia appetit formā vt turpe bonū.primo Physicoꝝ. & quelibet res appetit appetitu naturali permanere in esse.sed hoc non dicit aliquem actū elicitum i materia vel in re inanimata:ergo ille appetitus naturalis non

dicit actū elicitū in re animata. Sed dicis. non est idē in re animata. Secūdo arguit specialiter contra hoc. nam oppositō dato sequit q̄ qualitates contrarię essent in eodē. cōsequēs est impossibile naturaliter. Et probo cōsequentiā: quia appetitus naturalis hominis iusti refugit mortē. sic enī erat in Christo. appetitus aūt liber mortē in casu non recusat sed vult. quę recusatio si sit actus elicitus mortis refugitiuus in volūtate respectu mortis: cū sit volitio respectu mortis in eadē potentia: qualitates cōtrarię dabūtur in eodē subiecto. Dicis hoc nō cōcludere. nā iudiciū sensus q̄ sol est minor terra: & iudiciū intellectus q̄ sol est maior terra, nō cōtrariātur. Similiter nec actus sensationis obiectū appetētis: & rationis obiectū respuētis. Etā q̄is sint ad idē obiectū in eadē potētia: scām multos nō cōtrariātur: quia actui libero solus actus liber cōtrariatur: & naturali actui actus naturalis cōtrariatur. Cōtra hoc arguo. siquis eliciat dilectionē Sortis in instāti, & cōtinuet p tempus naturaliter: actus in illa cōtinuatione naturaliter repugnat dilectioni eī, ac si esset liber. Obijcies. q̄uis ille actus cōtinuetur de necessitate per tēpus: tamen est mere liber. ergo nihil dicis. Sed quia de subiecto sensationis & iudicio sensus est alterius negocij difficultas: an sit idē subiectū numero, an alia: transeo illā rationē relinquēs. nam brutū modo pductū appetit cibū & potū si diu abstinuit: & ille appetitus scilicet fames vel sitis nullū actū elicitū ponit. qđ patet: quia nō habet aliqua cognitio pręuia. nā pono q̄ nūq̄ cibū apprehendit. Dicis. in vtero materno apprehendit. Volo q̄ nūc primū pducatur extra vterū a deo vel a natura: vt de tana & de aliquibus brutis cōtingit. Iam sic. omnis actus appetitus productus presupponit notitiā pręuiā. sed ille appetitus naturalis nō p̄supponit notitiā vl cognitionē p̄uiā ergo nō est actus pductus ab ipso appetitu. Prę terea reduco primā rationē in parte. cū res inanimata habeat suā inclinationē naturalē sine actu elicito, & res animata nō sit deterioris cōditionis q̄ inanimata: videtur q̄ tātū appetat suam perfectionē sine actu elicito, quātū lapis: & nō est ponenda pluralitas sine necessitate: ergo modus cōmunis est rectus q̄ appetitus naturalis nullum actū distinctū ponit ab ipsomet appetitu. Hoc supposito arguitur sic. omnis res appetit suapte natura suā perfectionē. beatitudo est maxima p fectio possibilis creaturę rationali: ergo illam oēs appetunt. nec nos eiusmodi nexibus impedias: nulla beatitudo est maxima perfectio possibilis. sed intellige qđ prēdā. ¶ Secūda cōclusio. Oēs ad beatitudinem apti summe beatitudinē appetūt. probatur: quia eam naturaliter appetūt: ergo summe. tenet consequentia: quia agens naturale secūdum extremū suæ potentiæ tendit in suam salutē: vt graue ad centrum. ergo cum appetitus naturalis creaturę rationalis beatitudinem appetat: scām extremū suæ potentię appetit, & summo conatu.

¶ Contra ista sic arguitur. appetitus & inclinatio naturalis distinguitur a re cuius est inclinatio. qđ probo. nā graue in suo loco naturali nō iclinatur ad descēsum: sed illic quiescit. quādo aūt est extra locū naturalē vt super trabē, inclinatur ad descēsum: & tamē semp manet illa grauitas: ergo non oportet dare aliquid ab illa grauitate per qđ inclinetur ad descēsum. Similiter habitus naturaliter vigilantem & nō dormientē inclinat: ergo nō oportet dare inclinationē naturalē distinctā ab appetitu naturali. ¶ Præterea appetitus rei nō distinguit a re cuius est appetitus: ergo appetitus dæmonis ad beatitudinē est maior q̄ appetitus hominis. patet cōsequētia: quia dęmon est homine pfectior entitatiue. & cū inclinatio naturalis nō dicat actū distinctū: oportet dicere, quātū sit de entitate tātū esse de inclinatione. ¶ Respondet. Ockam in tertio Quodlibeto ponit inclinationē habitus & formę distinctā ab ipsa forma: nō aūt appetitum materię: & ideo æquiuocat vt cōsequēter dicat. Hoc nihil valet: & eius æquiuocatio est inutilis. nec rationes: q̄s facit, aliquid valēt. qđ probo. nā inclinatio habitus non est actus: cū inclinatio actū p̄cedat & ponat aliqđ aliud. nec habitus ipse: nec passio: quia illa idētificatur cū actu, vel actū naturaliter sequitur: nec est in potentia nisi durāte actu. modo vt dicit. ij. Ethicoꝝ. Omne qđ est in aīa, est actus, habitus, vel passio. nullū aūt illoꝝ est illa inclinatio nisi dicas esse habitū, cōtra opinantē. Eadē etiā facilitate ponere poterat appetitū materię a materia distinctū. ¶ Dico igit q̄ appetitus formę est forma. & breuiter: nullius rei appetitus distinguitur a re cuius est appetitus. Ad ratiōes eius, quarū prima est de graui detēto super trabem: dico quādo est extra suū locū naturalem, inclinationē habet & aptitudinem ad suū locum naturalem: sed cum est in suo loco naturali stat sub quieto in illo loco. & per eādē virtutē cū est extra suum locum, ad suū locum tendit, & in illo permanēt: nec alium q̄rit quo tendat. sicut elementū est graue vel leue in sua sphęra: sed grauitatē illā in sua sphęra nō exercet. quādo autē graue est sup trabem habet resistentiam quā vincere non potest, quousq̄ trabs auferat: & tūc grauitas pellit graue deorsum per nihil qđ acquirit de nouo: sed p grauitatem quæ prius in loco innaturali impediebatur. ¶ Ad aliud, nego q̄ habitus inclinet vigilantem vel dormientem. Nam proprie inq

lecto specie distinguantur. similiter notitia intuitiua & abstractiua de eodem obiecto specie distinguuntur. Habitus enim comprincipiat notitiam abstractiuam. qui non cōcurrit ad productionem notitię intuitiuę: sed sola potentia cum obiecto inter causas secundas. & hoc in notitijs simplicibus intellectus probabile est q; scientia habitū sequēs: & ipsum præcedens & generans non distinguunt specie. similiter in virtutibus ipsius volūtatis act⁹ habitum præcedens: & ipsum sequens identificantur in specie. ¶ Quis autem ita sit secūdum legē communem: deus tamen potest facere q; anima Lini habeat notitiam eiusdem speciei cum notitia angeli, vel pfectiorem. Probatur hęc propositio aliquibus suppositis. Primum est. omne accidens spirituale susceptibile in angelo/suscipi non repugnat in animo: & econuerso. sicut si deus crearet materiam alterius speciei: illa esset susceptiua albedinis & accidentium quę materia ista suscipit. qd sic declaro. a multis putatur q; albedo & accidentia corporalia toti composito inhæreant primo/ & non ratione materię: ita vt non solum totum compositum sit subiectum denominationis: sed etiā inhęsionis: & tamen est eadem albedo specie in asino & equo. Secunda propositio. anima concurrit vel concurrere potest ad omnem actum quem suscipere potest. Tertia propositio. quicquid deus potest causare cum causa secunda/potest causare se solo. Tunc sic. Anima est susceptiua actus angelici per primam propositionem: & nō repugnat animę ad eum concurrere per secundam: & deus potest supplere concursum angeli per tertiam. igitur. Licet autem angelus sit magis perceptiuus cum eodem actu q̄ animus: deus tamē potest supplere impotentiam animi. Contra totum illud arguitur. sequitur q; beatitudo siue intellectus siue voluntatis non sit optimus actus possibilis. probatur. nam deus pōt creare perfectiorem & perfectiorem beatitudinem. quia si dentur duo actus in eadem potentia, vtpote intuitiones vel amores circa idem obiectum: possunt infiniti similes dari. Concedo illud. q; nulla sit beatitudo creata optima possibilis. quod patet: quia non est stat⁹ in subiectis beatificabilibus. sed quolibet angelo dato deus potest infinitos inter illum & deum producere: & non erunt duo eiusdem speciei. non tamen quasi putem deum non posse producere duos angelos eiusdem speciei. ergo illa via non dabitur optimus act⁹ possibilis. nec visio dei. nec dilectio. sem per loquor de creata. sed loquimur secundum legem quando adꝝtrimus beatitudinem esse optimum actum possibilem. ¶ Tertio principaliter argumentor. quilibet beatus habet infinitum gaudium. modo nullum infinitum est alio maius proprie: ergo nullus proprie loquendo est alio beatior. assumptum probatur supponendo vnam propositionem Anselmi prosologi. xv. q; quilibet tantum gaudebit de gaudio alterius quantum de proprio. Tunc sic. signo duos beatos Sortem & Platonem nunc sibi obuiantes: nunc Sortes videt gaudium Platonis. dicatur illud a. gaudet de a. gaudio ac si ipse Sortes hoc haberet: & habet nouum gaudium super a. dicatur illud gaudium b. quod Sortes habet de nouo. b. gaudium in Platone generat nouum gaudium. dicatur c. & rursus Sortes de c. gaudio habet d. gaudium. & sic sine statu. ¶ Respondetur multifariam. primo illud gaudium nihil facit ad beatitudinem. cum enim sit deriuatum a creatura imediate/est alterius rationis gaudio causato a fruitione dei. Secundo dico q; illa gaudia sunt alterius & alterius speciei: & sic non se intendūt. quemadmodum est in notitijs reflexis: vt notitia Sortis: & notitia illius notitiæ. Tertio dico q; intellect⁹ est finitę capacitatis actiuę: & stat in aliquo gaudio: sicut est certus numerus notitiarum reflexarum quem anima potest habere. Quarto dico q; anima non fertur distincte in ista gaudia. Quinto. non oportet vnum beatum cognoscere gaudium particulare alterius. Sexto dico q; Sortes plus gaudet de suo gaudio & beatitudine q̄ de beatitudine Platonis. nam ordo charitatis quo ad hoc non mutatur in patria. Ad propositionem autem beati Anselmi sufficit q; in patria pallidus cum profundis oculis & zosus/ non inuideat Homero: nec poeta poetæ: nec religiosus religioso: nec licentiandi baccalaurei i theologia sibi inuicem: sicut in hac valle miseriæ. nullus enim in patria dolebit suum concurrentem sibi prælatum. illic tamen ordo licentiandorum ex parte charitatis infusæ & morum capit palmam: hic autem ex parte scientiæ & gratiæ gratis datæ: & rationabiliter. Per hoc facile respondere potes ad eiusmodi formas: est gaudium esse in beatitudine ¶ no die: duplum gaudium habere beatitudinem duobus diebus: triplum tribus diebus: & infinitum gaudium beatificari perpetuo. quia nō est reflexto super singulos dies in particulari: sed vna confusa super totum tempus. Vides etiam q; anhelans ad beneficia non tantum gaudet adepto secundo æqualis valoris quātū primo: nec in tertio vt in secundo. cum in primo sit ei tam protuisum de vita. & ponitur iudicio suo i honorem. sic est in proposito. applica tu ipse solutionem.

¶ Distinctionis Quadragesimę nonę Questio Duodecima.

DVodecimo restat in quirere: An beatitudo sit ꝑpetua. Respondetur affirmatiue. nam Beati qui habitant in domo tua domine: in sæcula sęculorum laudabūt te. psal. lxxxtij. & Miscricordias domini in æternum cantabo. psalmo. lxxxvtij. Idem patet Matthæi. xxv. per locum a contrario sensu de damnatis. ¶ Contra conclusionem argumentor. Notitia dei intuitiua est beatitudo. habeat Linus illam notitiam: postea Linus potest habere notitiam dei & beatæ virginis simul, vel dei & duorum angelorū agminatim: & sic illa visio est beatitudo. iam Linus erit magis beatus, quia per plures actus. Immo tunc potest deserere notitiam ipsius dei adæquate repræsentatiuam: & habere notitiam repræsentatiuam dei & beatæ virginis: quæ erit beatitudo. ergo nulla beatitudo est perpetua. Præterea ex isto sequitur q; visio vnius creaturę sit beatitudo. Nam data quacunq; creatura cum deo in præsentia obiectiua: sit pars cæli: Arguitur sic. omnis visio dei est beatitudo. visio huius creaturæ. demonstrando partem cæli, est visio dei: ergo est beatitudo. consequentia est in tertio primæ. Minor patet quia est eadem visio quę repręsentat deum & creaturam. Forte dicis ad has rationes/ distinguendo q; aliquis est magis beatus. vel extensiue: & sic cōcedis: quia is plures habet beatitates. intensiue negas: quia non se intendunt: cum actus specie differant. vt patet ex distinctione obiectorum. Et concedis q; nulla beatitudo est perpetua. sed hæc est vera: perpetua est beatitudo. quia vna euanescente succedit alia: sicut in formis substantialibus respectu materiæ. Ad tertium cōcedis q; visio creaturæ est beatitudo: cum illa visio sit etiam visio dei. & negas q; notitia adæquata creaturę vel creaturarum sit beatitudo. ¶ Sed contra istud argumētor. per te aliquis interdum erit magis beatus: interdum minus beatus extensiue/ licet non intensiue. sed quælibet beatitudo fruitio generabit suū gaudium quod etiam est beatitudo: ergo reuera quilibet talis erit magis gaudens. & licet forte fruitiones specie distinguantur: non tamen gaudia. ergo sese intendunt. igitur magis gaudet intensiue. Rursus pono Sortem & Platonem decedentes cum æquis meritis: quorū vterq; primo die quo beatificantur habet octo gradus beatitudinis: continuet Sortes suos octo gradus in die sequēte immo & āno sequēte, habeat Plato alias & alias beatitudines: & habeat visionem vnam adæquatam dei: aliam dei & christiferæ virginis: tertiam dei & duorum angelorum: & sic ad octo vel decē vsq; dicatur visio prima scilicet dei a. secunda b. tertia c. & sic per ordinem literarum. adeo bene est Platoni per b. vt per a. cum sit visio dei æque intensa vt a. Quod si neges/ cū a. sit purior notitia dei q̄ b. Obijcio. saltem adeo bene erit Platoni per b. c. & d. vt per solum a. Sorti ergo duplicabitur sua beatitudo. Itē si nō adeo bene erit Platoni per b. vt Sorti per a. tunc relinquendo a. & acquirendo b. Plato erit minus beatus. Præterea quando a. desinit in Platone vel in alio beato / alia beatitudine succedente: a. remittitur. & sic erit minus beat⁹. Dicis. sicut a. remittitur, b. intenditur. & xv. de trinitate cap. xvj. dicit beatus August. Fortassis etiā volubiles non erunt cogitationes ab alijs in alias eūtes & redeuntes: sed omnes scietiam nostram vno simul conspectu videbimus. Non valet dicere. ibi ponitur aduerbium dubitandi. quia etsi posuerit/ magis declinat i hoc q; beatitudo non est volubilis: cui etiam ratio suffragatur: ergo illud est tenendum. Videtur autem beatus Augustinus satis sonare q; omne quod reuelabitur alicui beatorum i posterum/ et tunc simul reuelabitur. sed hoc inferius tangemus.

¶ Propter has rationes & similes quæ occurrere possunt, satius censui modum illū deserere. Aliter ergo dico q; primo die immo in instanti quo quis est beat⁹ habet vnam visionem quæ deum adæquate repræsentat in aliqua intensione graduali: similiter vnam dilectionem: & vnum gaudium: quæ nunq̄ intenduntur nec remittuntur/ sed perpetuo manent. ¶ Sed contra hoc arguitur sic. non euitatur illud quod habeo inconueniens contra priorem modum. nam habeat Michael suam beatitudinem scilicet visionem dei cum illa potest habere vnam visionem quæ deū intuitiue & beatam virginem repræsentat. alioqn non erit tanta libertas in patria vt in via. Præterea arguitur cōtra vnum quod dicebam, q; esset vna notitia dei & beatæ virginis. Obiectorum specie distinctorum/ diuersæ sunt notitiæ specie: ergo nō potest esse eadem notitia numero repræsentans deum & beatam virginem: cum specie distinguātur. ¶ Ad primum nego q; possit habere vnum actum qui repręsentet deum & beatam virginem. de notitia intuitiua loquor. quia bene potest habere notitiam non beatificam, puta abstractiuam, vel vnius creaturæ. deus autem non concurrit ad illum actum vt superius dixim⁹. vt si angelus supremæ hierarchiæ æqualiter moueatur cum Paulo simplici eremita: isti duo æqualiter præmiabuntur. Et dato q; capacitas actiua illius angeli nō repleatur: & possit vlterius concurrere quantum est ex se cum influentia etiam generali dei: deus non vlterius concurrit/ ne beatificetur plus q̄ meruit.

sic oportet dicere de multis in patria. Deus enim non concurrit cum actu malo in patria: nec cum agente corruptiuo extrinseco vel intrinseco:& sic nulla causa secunda concurrere potest. conditiõcs enim patriæ sunt alienę a conditionib⁹ vię. ¶Ad secundum dico q̃ hoc est verum de notitijs adæquatis.modo hæc est vna numero homogenea/ cuius quælibet pars representat hoc aggregatum: distincta specie a notitia adæquata dei:& a notitia adequata beatę virginis. Sed dices.beatitudo succestiue producitur: ergo non inconuenit eam augeri & minui de lege:& male dicebam in hoc modo quem sustinere laboro. Assumptum probat: quia multi decedunt non debitores alicuius pœnæ:vt recenter baptizati:& multi adulti diu morbo laborantes:qui morbos patienter ferunt pro suis peccatis.tũc capio vnum illorum.gratia exẽpli sortem.eadem enim est ratio de alijs omnib⁹. Sortes moritur per primum instans sui non esse. sit illud a. Sortes non habet in a.instanti totum p̃mium quod postea habebit:forte non est in cęlo. & creatura secundum multos non potest producere actum in instanti. Respondetur negando assumptum:quia in a.instãti anima Sortis vel quæ fuit Sortis habet tantam beatitudinem essentialẽ quantam vnq̃ habẽbit.male enim opinantur dicentes nullam creaturam posse effectum producere in instanti:& temerarie concedunt animã Christi in primo instanti nullam beatitudinem habuisse:sed successiue fuisse augmentatam. Esse autem in cælo est esse beatum in proposito.quo modo dixit Christus latroni. Hodie mecum eris in paradiso. Lucæ. xxiij. Etiam anima sibi relicta potest instantanee esse in cęlo:& mutari subito ex sua natura absq̃ hoc q̃ iuuetur ab angelo. Dixi de beatitudine seu præmio essentiali animę.nam de præmio accidentali nõ loquor.quia illud potest augeri vel minui.sicut vltra præmium actui bono debitum confertur honor:& vltra supplicium culpę debitum habetur infamia. Primum patet exemplo de vxoribus Bellouacorum quę Bellouacum tuebantur ab hoste.propterea enim ante vtros in templo,vt intellexi,offerunt. Ignominiæ vero no tam incurrerunt incolæ Villę nouæ sancti Georgij apd Parisios,q̃ simulacrum beati Georgij in Sequanã proiecere ob vites eiusdem diui martyris die gelu perditas. Sic vltra supplicium essentiale/nouę infamię Mahumetus & Arrius ob eos qui a se perditi sunt notantur. sicut beati nouum gaudium accidentale acquirunt ob illorum gloriam qui ex sua doctrina pertingunt ad patriam.

paulus accidentale.

DVbitatur:an Paulus i raptu fuerit beatus.& similis est difficultas de Moyse.Numeri.xij. Dubitatio hæc de Paulo vnum supponit:& aliud in modum dubitatiõis proponit. Pro illo quod supponit/affirmatiue respondet beatus Augustin. in quæstionib⁹ ad Orosium/& in libro de videndo deum. Ad aliam partem dubij dicitur q̃ Paulus habuit notitiam intuitiuam dei:& eum dilexit vt videtur:& p̃ consequens habuit aliqua eiusdem speciei specialissimæ cum alijs beatis.sed an tales actus debeant dici beatitudo:est de termino contendere:in cuius acceptione communi modo innitendum est,& non rationi alteri. Aristote. quidem primi Ethicorum vtj. de beatitudine loquẽs dicit. Ver enim nec vna hirundo/nec vnus dies:& beatum eodem modo felicem nec vn⁹ dies:nec breue efficit tempus. Ex quo consequens est q̃ si deus vltra legem/aliquã beatitudinem interrumperet,sic vt non esset perpetua:non diceretur beatitudo. De ratione ergo beatitudinis est q̃ sit perpetua. Nec igitur Paulus in raptu:nec Moyses dum erat in via:erat beatus. si quis autem in terminis voluptatem capiat/standum in oppositum:nihil ad nos.hic liber est vt nos in hoc membro.

¶Distinctionis Quadragesimęnonę Quęstio Decimatertia.

DEcimotertio in hac distinctione Quadragesimanona quæritur:an beatitudo sanctorum post resurrectionem erit maior i anima q̃ nunc sit. Notanter in anima: quia de dotibus corporis & eius beatitudine quomodo beatificari possit/non est dubium:& per consequens certum est q̃ maior erit beatitudo resurgentium extensiue:quia tam in corpore q̃ in anima. nunc autem est in solo animo. & hoc patet per glos.in illud Apocalypsis. vj. Vidi subter altare animas interfectorum. quæ dicit q̃ animæ sanctorum modo sunt in minore dignitate q̃ futurę sint post resurrectionem.& Hieronymus testatur q̃ peracto finali iudicio deus ampliorem gloriam demonstrabit sanctis. Sermo est igitur de beatitudine animę scilicet visione dei:eius dilectione/& gaudio inde sequente. ¶De quo triplex est ratio dicendi. vna beati Thomæ in hac distinctione quæstio.j.articulo.iiij. q̃ sic. ¶Secunda est opinio doctoris Seraphici in eadem distinctione:q̃ beatitudo est perfectior reassumpto corpore q̃ ante: nõ intensiue, vt ponit sanctus Thomas:sed quia magis promto magis fertur in deum.sed nunc desiderat & appetit reuniri corpori:ergo retardatur a sua perfecta beatitudine. Respondetur.maior est falsa pro statu patriæ.nam pro quacunq̃ visione creaturæ non minuitur visio beatifica.alioquin visio i verbo vel in proprio genere minueret visionem beatificam. Secundo minor est falsa: quia appetitus naturalis animæ nullum ponit actum ab anima distinctum. ¶Quarto arguitur. Anima post resurrectionem habebit perfectius esse q̃ separata postq̃ erit in suo toto: ergo nunc habebit perfectiorem operationem. Respondetur negando q̃ habebit perfectius esse in toto q̃ separata: cum æque bene cõseruetur extra totum ac in toto. Alia quæ tamen sunt partes quæ non bene conseruantur extra suum totum:de quibus propositio assumpta habet verum. similiter nego consequentiam.nam anima quo ad operari nullo modo dependet a corpore: sed potest in corpore & extra corpus intelligere & velle sine corporis ministerio.habet tamen inclinationem informãdi suum corpus.& deus ita vult vt præmietur in suo corpore in quo meruit.

pte & expedite exercebit anima suam operationẽ reassumpto corpore q̃ ante.nam in anima separata est naturalis appetitus vt reuniatur corpori:qui naturalis appetitus videtur animam impedire ne prompte & facile feratur in deum tota intentione/ sicut resumpto corpore. ¶Tertia est opinio communis quam idem Tho.in.j.ij.insequitur: & quã solam veram iudico alijs neglectis. Quare negatiue ad quæstionem respondeo: q̃ anima nulla erit beatior post diem iudicij q̃ sit ante diem iudicij. Probatur.omnia merita & gratia ratione quorum datur beatitudo est in beatis ante diem iudicij:& nullum est impedimentum quare non debeat tantum beatificari ante iudicium quãtum post iudicium: ergo tantum beatificatur ante diem iudicij quantum post illum diem. Q̃ non sit impedimentum/probatur:quia anima iam beata habet lumen gloriæ seipsam eleuans ad videndum deum:& deus est præsens obiectiue sicut post iudicium:& anima est eadem:nec perfectionẽ essentialem a corpore accipit:ergo iam tantum beatificatur quantum post diem iudicij. Secundo probatur idem.nam anima Christi in triduo non erat minus beata q̃ ipa erat reassumpto corpore:ergo idẽ est de alijs aiabus. Insuper angeli habent totum præmium quod meruerunt dum erant viatores:ergo & animæ separatæ. Præterea.beatitudo diuæ virginis in corpore assumpto:& Ioannis Euangelistæ/si in corpore assumptus sit/non augebitur post diem iudicij:ergo nec aliorum. Item alioquin animæ ex angelorum ordinibus mutabuntur post diem iudicij:quia plus beatificabuntur q̃ iam beatificentur.quod est absurdum.

¶Contra hanc conclusionem arguitur.damnati magis torquebuntur post diem iudicij q̃ nũc:ergo sancti magis p̃miabunt post iudicium q̃ nunc. Antecedens probatur:quia patientur tam in corpore q̃ in anima. ¶Respondetur distinguẽdo antecedens. Nã extensiue magis torquebunt dãnati post iudicũ q̃ nũc:sed nõ intensiue:quia dolor & tristitia animæ specie differunt & non intendũt sese.& proportionabiliter erit maior beatitas extensiue post diem iudicij. ¶Secundo arguitur. Beatitudo Moysi & Pauli erit maior post diem iudicij q̃ fuerit in raptu: ergo eodẽ modo de gaudijs aliorum. Respõdeꝯ.negauimus supertius eos fuisse beatos.sed hoc non soluit argumentum.nam habebant actus & gaudium eiusdem rationis cum alijs. Concedo antecedẽs: quia non habebant omnia merita cum quibus decesserunt.sed nego q̃ isti post diem iudicij habebunt maiorem beatitudinem q̃ nunc habeant. ¶Tertio.quanto minus anima fertur in inferiora: tan-

DVbitatur:an securitas sit de essentia beatitudinis. Respondetur.securitas est assensus quo beatus assentitur q̃ semper manebit beatus.hoc enim per scripturam scit/vel aliunde si scripturam i via non cognouit:a deo vel ab alijs in patria. Illud autem iudicium non est beatitudo nec pars eius,nec oportet q̃ semper actu continuetur:sed sat est q̃ beatus possit exire in illum actum assentiẽdi quãdo vult.& sic interpretatiue & virtualiter semper beatus dicitur esse certus.& multum facit ad hoc vt alij actus dicantur beatitudo. & ita aliquo modo potest esse pars beatitudinis. Hoc modo sumpsit diuus Augustinus.xiij.de Trinitate ca.xvij. cum dicit q̃ est potior pars beatitudinis.non quasi beatus semper iudicet ita:nec impossibile sit aliter esse:sed sufficit iudicare q̃ ita erit.sicut fidelis iudicat sine trepidatione q̃ dies iudicij erit.vel beneficiatus aliquis q̃ nunq̃ carebit suo beneficio quod iudicio omnium iuste habet: & tamen non iudicat esse impossibile/illo beneficio orbari.

¶Distinctiõis Quadragesimęnonę Quęstio Decima quarta.

QUecimoquarto quęritur: An ſenſus exteriores beatorum erunt continuo in actib⁹ ſuis in patria. hoc eſt quærere.an erunt viſio, auditio, olfactio, tactio,& guſtatio in potentijs ſuis.

¶Pro quæſtionis ſolutione pono aliquot cõcluſiones. Prima eſt. Aliquæ potentiæ erunt in actibus ſuis.probatur de viſu,qui videbit. nam illic erit obiectum viſus in ſufficiente propinquitate, potentia ſumme diſpoſita,& nullum erit impedimentum:ergo ponetur viſio. patet conſequentia quia ad viſionem nihil aliud requiritur. nec illic erit ſomnus.aſſumptorum aliqua clarent.nam in cælo ſunt homines colorati:& ſol ab eis videtur ſicut a nobis:ergo colorem/coloratum/& lucem ſufficienter obiecta habent,quæ mouent potentiam viſiuam. Q; non dormiant vnq̃ beati, patet: quia ſemper ſunt in continuo actu intellectus & voluntatis.Nec illic eſt cauſa ſomni.quod probatur:quia ſomnus in nobis altero duorum modorum cauſatur:vel quia cibus aſſumptus per calorem decoquitur & digeritur:in qua decoctione eſt illius cibi euaporatio,vt vides in olla ſup ignem: quæ euaporatio propter ſubtilitatem & caliditatẽ aſcẽdit naturaliter ad caput:& ob frigiditatem cerebri/caput attingens infrigidatur & ingroſſatur: ſic vt reſoluatur in humores aqueos:& propter infrigidationem & igroſſationem reuertitur ſuapte natura deorſum:& calori cordis obuians diffundit ſe ad partes exteriores corporis:& repellit calorem cordis & ſpiritus ad locum cordis & hepatis: & demum vt maior calor vigeat/i loca digeſtiua/ ad complendam digeſtionem nutrimenti. in tali autem reuerberatione caloris interni contingit q; organa ſenſitiua exteriora careant calore & ſpiritibus ſufficientibus ad ſentiendum:quare iam non poſſunt exire in ſuam operationẽ.quia hic deſcendus humoris/meatus ſpirituum ad ſenſus exteriores oppilat:& ne egredi poſſint i occurſum ſpecierum ſenſibilium cohibet.propterea Algazel definiens Somnum ait. Somnus eſt attractio ſpirit⁹ ab exterioribus ad interiora.Vel ſi homo aliquanto tempore careat cibo: natura reuocat calorẽ ad cor/& ad membra interiora ex anima propter exhalationem ſpirituum / & paucam generationem aliorum ob defectum cibi:vt reſtaurent quodam modo.Neutrum autem iſtorum contingit in patria.nec enim beati cibum comedunt,qui ſola ambroſia paſcuntur.nec ſpiritus nec calor vnq̃ diminuitur pluſq̃ ignis in ſua ſphęra.Probatur itẽ hęc cõcluſio per illud Apocalypſis.j.Et videbit eum omnis oculus. ¶Secunda concluſio. Senſus tactus in patria exibit in ſuam operationem. probatur.nam in beato eſt ſenſus tactus optime diſpoſitus:qualitates tangibiles/calor/frigus/ humiditas/ & ſiccitas,eius per ſe obiecta:vt patet in corporibus aliorum beatorum.erit debita applicatio obiecti ad potentiam & nullum impedimentum. Licet aũt tactus nõ ſentiat calorẽ realẽ in ſe/ quia ſenſibile eſt poſitum ſuper ſenſum : tamen intentionalem/a calore alterius productum:qui immutat potentiam tactus:vt percipis tangendo manum ſocij tui. Præterea homo in tactu excellit cætera animalia,vt dicitur in tertio de anima:licet in alijs ſenſibus excedatur a brutis.ergo ille ſenſus in patria exit in ſuum actum. ¶Tertia concluſio. Senſus olfactus exibit in ſuam operationem. probatur:quia in cælo eſt corpus odoriferum, videlicet homines beati.qđ bñ ſignificatũ eſt Gene.xxvij. cum Iacob bene complexionatus/ olfactiuam patris immutauit.aſpice literam. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni cui benedixit dominus.& ita eſt de aliquibus bene complexionatis.Hoc etiam in male conſtitutis ſeu complexionatis ſentimus perceptibiliter.Sed beati habebunt corpora optime ſecundum ſuas complexiones diſpoſita : ergo erunt fragrantia:& illic eſt potentia optime diſpoſita.igitur concluſio vera. ¶Quarta concluſio Auditus erit in actu ſuo audiendi.probatur per illud quod ſcribitur pſalmo.cxlix. Exultatiões dei in gutture eorum.vbi gloſſa marginalis in verbo (gutture).qui corde & lingua non deſinunt laudare eum a quo æterna habent.& gloſ.interli. quę ſolet crebro eſſe maximi ponderis/in eodem verbo ponit.lingua.Probatur aliter concluſio. Multum namq; iucunditatis accipimus in concentu & melodia:& animus ad deum laudandum ex cantu & inſtrumentis muſicis erigitur. hinc Saul Dauid pſallente non agitabatur ſpiritu maligno.& Heliſeus pſalten quæſiuit vt ad reuelationem eſſet aptior.Cæterũ Ariſtoteles.i.de anima recitat quãdam opinionem aſſerẽtem animam eſſe muſicã: eo q; in muſica oblectamentum accipimus : & ſi miſle ſuo ſimili gaudeat.& in octauo Politicorum dicit muſicam eſſe a iuuenibus addiſcendam.Hic eccleſia militans exemplo eccleſiæ triumphantis/ in depromendis dei laudibus/in hymnis & canticis vtitur muſica.ergo eſt veroſimile q; in patria erit cæleſtis & vocalis ſymphonia. ¶Quinta concluſio. Guſtus erit in actu guſtandi in patria. & quia hanc concluſionem efficaciter probare neſcirem:ſuaſiuas rationes ſecundum materiam ſubiectam occurrentes afferam. Prima eſt.quatuor ſenſus exteriores erunt in ſuis ſenſationibus : per quatuor concluſiones præcedentes : ergo hoc non eſt negandum de ſenſu guſtus niſi apparentiſſime doceatur de oppoſito. Secundo arguitur ad concluſionem de omnibus ſenſibus.nã intellectus & voluntas beatificantur in coniunctione ad ſuum obiectum beatificum : & homo beatus bene vſus eſt his ſenſibus quos deus ſibi dedit : ergo ſalutem quam habere poſſunt habebunt. hoc autem eſt in coniunctione actuali eorum cũ ſuis obiectis:quia ad hoc inclinantur:& delectantur,& hoc appetunt.quælibet enim potentia apprehenſiua eſt ſua appetitiua.ſicut intellectus eſt voluntas. Tertio arguitur.Corpus habebit ſuas dotes quia ſeruiuit animæ:ergo & ſenſus. Quarto.damnati in omnibus ſenſibus torquebũtur : ergo & beati in omnibus ſenſibus delectabũtur. habebũt igitur actus ſentiendi.

¶Contra primam cõcluſionem arguitur.Cælum non recipit peregrinas impreſſiones:ergo ſpecies viſibiles non deferuntur per medium.igitur viſus nihil illic videt. Reſpondetur. cælum non recipit calorem frigus & qualitates primas cum qualitatibus ſecũdis ex primis genitas: quales ſunt albedo,nigredo,ſapor,& odor.ſed recipit ſpecies,& lumen, & huiuſmodi ſpiritualia. ¶Secũdo arguitur. Vel tactus erit ſemper in ſuo actu:& hoc non,quia calor realis in ſenſu tactus pprio non immutat ſenſum tactus.nam ſecũdo de anima dicitur q; ſenſibile poſitum ſuper ſenſum non immutat potentiam.nec eſt aliquid tangibile ei applicatum continuo.ergo ille ſenſus non erit ſemper in ſuo actu.& ſi interdum in illo non ſit: nunq̃ erit in ſuo actu in patria.Reſpondẽdo quo ad argumentum quantum cogit:dico ipſum non probare q; non ſit ſemper in ſuo actu. nam cælum eſt tangibile:quia ſi quis eſſet circa cælum ipſum digito contingens/reſiſteret:ſed non immutaretur a ſuo obiecto quo ad aliquam qualitatẽ primam percipiendam.hoc eſt:digitus cælum mathematice tangeret,ſed non actione reali. Beatus autẽ vbicunq; ſit non facit latera loci diſtare : & ſic eſt aliquo modo in ſenſu tactus,hoc eſt mathematice. Sed forte intelligis de obiecto proprio eius qđ ipſum perceptiue immutat.dico q; interdum eſt in illo,ſcilicet quotienſcunq; voluerit. ſi quis autem contendere velit tactum ſemper eſſe in ſuo actu:cum illo non contendo. ¶Tertio arguitur contra probationem concluſionis. Aranea percipit melius q̃ homo:ergo probatio erat nulla. Antecedens eſt notum per verſiculos vulgatos. Nos aper auditu:præcellit aranea tactu:Vultur odoratu:lynx viſu:ſimia guſtu. Reſpondetur. illa erat ſuaſio quædam.nec tamen credo illi dicto communi de aranea q; melius percipiat muſcam in ſua tela concluſam q̃ perciperet homo.& ſi illud ſit verum:ſufficit q; homo vt plurimum præcellat.

¶Contra tertiam concluſionem argumentor. Olfactio fit cum quadam euaporatione & reſolutiõe a corpore odorifero : vt videre eſt in pomo vel roſa ſuccíſa iamdiu in manu tenta: quæ ſenſim tabeſcit & langueſcit non ob aliud niſi per reſolutionẽ corporis ſubtilis a corpore odorifero exeuntis.ſed non eſt talis euaporatio hominum beatorum in cælo : nec eius cum cælo recepto. ¶Reſpondetur negando q; olfactio fit vt argumentum aſſumit.hoc enim impugnat Commentator Secundo de anima,& bene, per hoc q; tigrides & vultures a quingentis miliaribus per odorem venerunt ad cadauera mortuorum : vbi fuerat magna hominum cędes facta.modo inopinabile eſt q; ad tantam diſtantiam multiplicetur odor cum tali fumali euaporatione/ per reſolutionem corporum ſubtilium.quia ſi illa corpora fuiſſent prorſus reſoluta in corpora ſubtiliſſima:non fuiſſent ad tantã diſtantiam delata orbiculariter. Inſuper vides q; combuſtio modici ſulphuris replet integram domum odore:q̃uis realiter fumus illius corporis non expandatur per totam domũ. ergo nõ eſt neceſſe ad hoc vt corpus odoriferum olfactum immutet,fieri hanc fumalem euaporationem.ſed ſuas ſpecies multiplicat quæ olfactũ immutant:& odor apprehẽditur ab eo.quia ſi realis odor attingeret olfactum/non perciperet odorem. nam intus exiſtens prohibet extraneum.vt is qui comedit allium / ipſum qui etiam comedit non percipit.ſed qui non comedit/ſolum intentionaliter ſpeciebus allij immutatus ſtatim hoc percipit.ſic in propoſito ſpecies ſolum deferuntur p medium a corpore odorifero:ſicut ſpecies a colore ſine conſumptione coloris.Quod autem dicebatur de euaporatione pomi vel floris:hoc eſt per accidens & ad paruam diſtantiam procedens / iuxta actiuitatem cauſę corporis reſoluentis.& ſi nõ eſſet odoriferum/idem contingeret:ad immutandam potentiam olfactiuam nihil faciendo.

¶Contra quartam cõcluſionem arguitur. Beati in patria linguis angelicis loquũtur: quia erim⁹ ſicut angeli dei.ſed angelorum loquutio nõ eſt niſi notitia quam vnus alteri miniſtrat: ei oſtendendo illud quod concipit.ergo homines ſolum ſpiritualiter loquuntur:ita vt vnus beatus poſſit videre ſecreta cordis alterius beati vel angeli/quia videt deum & eſſentiam animæ: & notitia eſt æque preſens vt anima.ergo ſi animam videre poteſt:& actus eius.Dicis cum Gregorio inſtãte de materia & colore æque præſentibus entitatiue,ſed non obiectiue. Hoc non valet. nam pro

hoc ſtatu in quo ſumus / ſubſtantiam non intuemur ſaltem extra nos:bene autem colorem. ſecus eſt in patria:vel de anima ſeparata. Iam ſic.loquẽtur in patria homines more angelico . ſed angeli non vtentur lingua corporis:ergo nec beati. Reſpondetur concedendo matorem:quia poſſunt loqui more angelico,& more hominum:cũ linguas ad hoc diſpoſitas habeant.de modo autem loquẽdi angelorũ ex.ix.diſtin. Secundi ſuppono. ¶ Secundo arguitur contra eandem cõcluſionem. Loquutio non fit niſi per aeris expulſionem & intus ſuſceptionem.ſed in patria non erit aer.ergo non poteſt eſſe loquutio in patria. Hic Midditonus dicit ꝙ cælum empyreũ intus ſuſcipitur:& expellitur & reunitur more aeris. Introducit autem beatũ Auguſtinum ſecundo ſuper Geneſim/volentem hoc aſſerere de cęlo ſtellato.ſed de illo cęlo hoc nõ approbat. Illud nihil valet:nec b. Auguſtinum capit:& hoc quod b. Auguſt.dicit approbare debet. Quare aliter ad hoc argumentum reſpondeo/ iuxta varias imaginationes:quarũ quælibet eſt poſſibilis & apparens.cape illam quæ tibi magis placebit.vel adde aliam tuã. Vna imaginatio eſt. Aer erit cum cęlo.nam corpora beatorum in cęlo erũt ſimul penetratiue.alioquin oporteret cælum cedere.ſuaſio eſt ad hoc:quia omne quod ad beatorũ corpora conducet/ſtabit cum cęlo,vt aer ſine quo non bene viuit homo ſuas operationes exercendo.Hoc autem modo tenẽdo nulla eſt difficultas quin beatus loqui poterit . Secunda imaginatio erit.quicquid deus poteſt facere mediante cauſa ſecũda/poteſt facere ſe ſolo.ſonum autem/ vocẽ/ & huiuſmodi poteſt facere mediante cauſa ſecunda ſcilicet aere.vocem ergo poterit facere mediante ſe ſolo:& ſupplebit vicem aeris:nec aer requiretur in genere cauſæ materialis ſi deus voluerit. Tertia imaginatio erit hæc.In arteria vocali & ad labia vſq; erit aer i homine/qui poterit expelli ad ſuperficiem labij,& iterato intus ſuſcipi:& per illũ aerem erit loquela.Beat⁹ Auguſt.autem volebat dicere ꝙ deus poſſit mouere ſtellam per cælum ſtellatum,cælo manente fixo:ita vt omnia quę apparent in ſtellis ſaluarentur per hoc / cælo ſtellato quieſcente. Poteſt nãq; deus facere ſtellam penetratiue ſe habere cum cælo ſtellato,vt facit in corpore beati,ſi voluerit.& illud debet cuilibet eſſe in dubitatum.propterea tamen non eſt ita factum. Sic dicit ſecundo ſuper Geneſim,parũ vltra medium:cælo non moto ſi ſydera verterentur / fieri potuiſſe omnia quæ in ipſis ſyderum verſionib⁹ animaduerſa atq; deprehenſa ſunt . poteſt enim deus & cælum partiri/reunire/frangere & annihilare/ſi voluerit.

¶ In quintam concluſionem arguitur. Guſtus ordinatur propter nutrimentum . ſed in cælo non erit nutritio:ergo nec guſtus. ¶ Secũdo arguitur.non erit aliquod guſtabile appoſitũ linguæ in qua eſt ſenſus guſtus. Si dicas.ſapor lĩguæ eſt obiectum motiuum ſenſus guſtus:Obijcio.ſenſibile poſitum ſuper ſenſum non facit ſenſationem.tu enim non percipis ſaporem linguæ tuæ:licet canis ſi eam haberet comedendam,perciperet:quia lingua eius immutaretur ſolum a ſpecie guſtabilis:quare guſtabile peiperet. ¶ Reſpondetur ad primum negando antecedens. nam pro omni ſtatu eſt de perfectione hominis: & appetit coniungi ſuo obiecto per actum. ¶ Secũdũ argumentum quęrit quomodo obiectum et applicabitur.Ad quod dico ꝙ erit aliquid ſapidum & tenue/linguæ immediate applicatum,quod cuilibet optime ſapiet. Simile habemus in ſcriptura ſancta,& ſuaſionem ſeu manuductionem propter rudes/de mãna Numeri.xj.& Deuterono.viij.quod cuilibet ſaplebat quomodo volebat.De quo Sapien.xvj.hoc modo ſcribitur.Pro quibus angelorum eſca nutriuiſti populum tuum:& paratũ panem de cælo præſtitiſti illis ſine labore:omne delectamentum in ſe habentem,& omnis ſaporis ſua uitatem. Subſtantiam enim tuam & dulcedinem tuam quam in filios habes oſtendebas.& deſeruiens vnituſcuiuſq; voluntati:ad quod quiſq; volebat conuertebatur. Illic nempe erat figura ſaporis cæleſtis. Litera autem poteſt exponi de hoc quod ponitur ſuper linguam beati:ſicut ſcriptura nunc loquens de figura ꝓcedit ad figuratũ. Et vocatur angelorum eſca:quia eſt illud qđ linguis eorũ qui angelice viuunt apponitur. Quẽadmodũ autem ꝓ hoc ſtatu datur maximũ non ſenſibile a potentia viſiua tua: & certa ꝓpinquitas in qua viſibile non videtur:(forteſſe non erit ſic in patria)eodem modo poteſt eſſe de ſapore in lingua.

¶ Contra oẽs concluſiones ſimul argumentor. Si ſenſus quilibet ſit in ſua operatione:alter alterum impediet.nam iuxta Auicẽnam ſexto Naturalium parte.v.ca.vij.vna potentiarũ animæ retrahit aliam a ſua operatione.quod oſtẽdo exemplariter.nam ſiquis loquatur multum intento in viſu:is non percipit:nec potentia auditiua vitaliter immutatur auditione:licet auris patula ſpecies ſoni recipiat:quia potẽtia viſiua eſt multum occupata in viſione.ſed beati nõ parum immergentur in viſione humanitatis Chriſti & beatorum:vt habet beatus Auguſt.in lib.de ſpiritu & anima. ¶ Reſpondetur.hocargumentum ſi aliquid valeret probaret ꝙ viſus impediret actum intellectus & voluntatis.Quare dico ꝙ pro hoc ſtatu vnus ſenſus multum immerſus ſuo obiecto prohibet alios ſenſus,ne ſuos actus habeant

intenſos. Ratio eſt: quia ſenſus cõcurrit cũ obiecto ſenſibili ad productionẽ ſenſationis:& eſt eadem anima numero in oĩbus ſenſib⁹/alias & alias qualitates habẽs/& organa. Secus eſt ꝓ ſtatu beatifico:in quo anima ordinatiſſime omnia vult: & deus omnia ſupplet vbi opus eſt. ¶ Secundo arguitur.beatus habet dotem impaſſibilitatis:ergo nõ patitur aliquis ſenſus beati ab aliquo obiecto. Diſtinguo conſequens. vel paſſione animali ſenſus vel intellectus:& ſic nego.vel paſſione corruptiua:& cõcedo. ¶ Poteſt fieri argumentũ contra illud quod dicebam in fronte huius quęſtiõis, ꝙ beati non dormiunt: de Chriſto qui in naui dormiebat iuxta euangelium. Matthęi.viij.& tamen erat beat⁹. Ad qđ dico ꝙ Chriſtus erat viator ſecundum corpus.ſed anima eius nude contẽplabatur eſſentiã diuinã. vnde ſcriptũ eſt. Ego dormio & cor meũ vigilat. Canticorũ.v. De ſenſib⁹ vero interioribus ſolum reſtat cõſequenter loquendum.

¶ Diſtinctio. Quadrageſimęnonę Quæſtio Decimaquinta.

Materiam beatitudinis proſequẽdo loqui oportet de viſiõe in verbo: & an verbum videns omnia quę in verbo ſũt cognoſcat. Vnde quæram duo. Primo an videns deum/ ipſum cõprehendat. Secũdo.quid ſit videre aliquid in verbo: & an videns diuinã eſſentiam,omnia quę in ea relucent videat. ¶ Ad primũ reſpondeꝫ negatiue.probatur. Nã Hieremiæ xxxij.ſcribitur. Fortiſſime/magne/& potens.dñs exercituũ nomẽ tibi:magnus conſilio/& incõprehẽſibilis cogitatu. Et oſtẽdit rõne. illud eñ apprehẽdit qđ pfecte cognoſcit.pfecte autẽ cognoſcit qđ tantũ cognoſcit quãtũ eſt cognoſcibile. Vñ ſi illud qđ demonſtratione eſt cognoſcibile:opinione ſolum cognoſcatur: nõ perfecte cognoſcitur. ratio eſt:quia perfectiore notitia eſt cognoſcibile. Idem ꝓbat beatus Tho.q.xij.primę partis.ar.vij. quia deus eſt infinit⁹. intantũ eñ intellectus creatus diuinã eſſentiã perfectius vel minus perfecte cognoſcit:inquãtum maiore vel minore lumine glorię perfunditur. cũ igitur lumen gloriæ creatũ in quocũq; intellectu creato receptum non poſſit eſſe infinitũ: impoſſibile eſt ꝙ aliquis intellectus creatus deũ infinite cognoſcat. Vnde impoſſibile eſt ꝙ deũ apprehendat. Hęc ꝓbatio eſt nulla:& ratio eſt:qa deus põt creare infinitũ intenſiue, vt ex primo ſuppono.& lumẽ glorię eſt habit⁹:& aĩa ſuſceptiua infinitꝰ habitus:qa nullã efficientiã habet aĩa reſpectu habitus:& adhuc talem habitũ habens nõ cõprehendit deũ. Secũdo arguit.quicqđ deus põt facere cũ habitu,hoc põt facere ſine habitu poſſibili vel imaginabili: ſed p te ſi creatura haberet infinitũ lumen glorię:deũ cõprehenderet: ergo deus poteſt facere illud ſine habitu. Aliter probatur concluſio.nã ad cõprehenſionẽ requiritur ꝙ apprehendatur perfectiſſima notitia poſſibili.ſed hoc ſoli deo cõuenit cuius notitia eſt intellectus diuinus & infinit⁹.ergo nulla creatura poſſibilis poteſt deum cõprehendere.

¶ Contra cõcluſionẽ arguitur. Exiſtentes in patria dicũtur cõprehẽdores:ergo cõprehendunt deũ. Reſpondeꝫ.cõprehendere,quãtum ſufficit ꝓpoſito,bifariã accipit. Vno modo ſicut in corpore quęſtionis ſam diximus. Alio modo vt eſt ſtuitiue cognoſcere.& ſic oẽs in patria ſunt cõprehenſores. quo modo accepit Apſs ad Philip.iij.dicẽs. Sequor autẽ ſiquo modo cõprehẽdã. ¶ Secũdo arguit. dicit beatus Auguſtinus in libro de videndo deũ ad Paulinã. Illud cõprehẽdit qđ ita totum videtur:vt nihil eius lateat videntẽ. ſed deus eſt ſimplex & videt. igitur nihil eⁱ⁹ latet. ergo cõprehẽditur. Reſpondeꝫ.btus Auguſti.capit cõprehendere alio mo do nũc dicto: quia eius aſſumptũ nõ ſufficit ad cõprehenſionẽ de qua loquuti ſumus. ¶ Tertio arguit. Nemo põt videre deum:ergo quęſito & cõcluſio falſum preſuppo nunt.ꝓbat antecedens: qa viſio dei ſi eſſet poſſibilis/eſſet infinite pfecta.ſed nulla talis eſt dabilis. nam licet putẽ dari poſſe infinitũ in gradibus intẽſionis:nõ opinor ꝙ aliqua creatura dari poſſit infinite pfecta eẽntialiter. Sed proſequor aſſumptũ/ ꝓbando ꝙ ſi dari poſſit viſio dei/illa eſſet infinitę pfectiõis entitatiuę. & hoc ſic. Scđo metaphyſicę dicitur. Sicut res ſe habet ad eſſe/ ſic ſe habet ad cognoſci.in propoſito: qualis eſt perfectio obiectorũ cognitorum talis eſt ꝓportio notitiarum de illis obiectis habitarum.quod ꝓbo:quia ſemp perfectioris obiecti eſt pfectior notitia. ergo obiecti infiniti eſt notitia infinite perfecta. ¶ Cõfirmatur hęc ratio.nam dato oppoſito/ ſequitur ꝙ notitia alicuius creaturę erit adeo pfecta entitatiue vt notitia dei.qđ eſt falſũ.patet cõſequentia: quia ſi notitia dei eſt finite perfecta:ipſa ſolum finite excedit pfectionem alicuius creaturę:& cuiuſlibet finiti ad quodlibet finitũ eſt certa ꝓportio. Tertio Phyſicorũ.ergo tandẽ aſcẽdendo p creaturas dabitur vna notitia creaturę adeo pfecta vt notitia dei.qđ non eſt poſſibile. ¶ Ad primum iſtorum argumẽtorũ nego antecedẽs.& ad probationem eⁱ⁹ nego ꝙ notitia dei etiã diſtincta ſit infinitę pfectionis entitatiuę:loquẽdo de notitia creata. Et nego hanc ꝓpoſitionẽ:qualis eſt ꝓportio obiectorũ in pfectiõe:talis eſt ꝓportio notitiarũ de eis habitarũ/quo ad fi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitū & infinitū. bene autē quo ad pfectionē maiorem & minorē: qa semp perfectioris obiecti pfectior est notitia. ¶ Et ad cōfirmationē nego q̄ notitia alicuius creaturę erit tantę pfectiōis quātę notitia dei. hoc em̄ nō est possibile ponēdo pfectionē notitiarū ex parte obiectorū. Et nego q̄ sit certa pportio in pfectione cuiuslibet finiti ad quodlibet finitū. nā si notitia inferioris indiuidui in pfectione duplicaret/ triplicaret/ & sic ascendendo in infinitū in eadē specie: nunq̄ erit pfectior specifice/ licet bene induidualiter. sicut si ad imaginationem (quę nō est possibilis) res circūiret oēs species inferiores/ nunq̄ veniret ad pfectionē superioris speciei/ quousq̄ superi⁹ repręsentaret: & esset eius notitia. Hoc patet inter nigredinem & albedinem: quia notitia intuitiua albedinis excedit infinite notitiam intuitiuā nigredinis: hoc est, improportionabiliter. puto etiā q̄ dari possint infinitę species intermedię: quarū quęlibet erit pfectior nigredine/ & impfectior albedine. & est eadē difficultas quo ad aliqua in argumēto/ iter notitiā nigredinis quę potest habere infinitas notitias pfectiores nigredine citra pfectionē notitię albedinis. Dicebā (ponendo perfectionē notitiarū ex parte obiectorū) quia superius diximus q̄ respectu eiusdē obiecti possunt dari duę notitię intuitiuę specie distinctę: & p cōsequēs vna erit pfectior alia. Et qua ratiōe duę/ possunt dari infinitę: quia respectu angeli est vna notitia ituitiua quā alia separata habet: & alia altioris speciei quā angelus superior habet. Adhuc in qualibet parte proportionali horę futuræ potest deus facere pfectiorē notitiā respectu eiusdem angeli: quelibet tñ erit finite perfecta. pōt itē quis imaginari q̄ aliqua notitia illic erit tātę pfectionis quātę est notitia intuitiua dei. qđ adhuc nō credo. ¶ Quarto arguit. quilibet beat⁹ cognoscit deū infinite: ergo deū cōprehēdit. antecedens probat: qa si solum cognoscit deū finite: errat cognoscendo: si infinite, habeť ppositū. ¶ Respondeť p ppositiones: quarū prima est. quilibet beatus infinitatem dei cognoscit. ꝓbatur sic. hunc deum cognoscit: hic deus est infinitas dei. igitur. ¶ Secunda ppositio. stat finitū infinita notitia cognosci: & infinitum finita notitia cognosci. prior pars patet de notitia dei in ordine ad creaturam. secunda de notitia beatifica. ¶ Tertia propositio. deus a beato cognoscitur infinitus. nam si cognosceretur sub ratione finitatis: non sufficienter satiaret intellectum beati: nec cognosceretur sub ratione beatifica & optima. beatus enim essentiæ vnitatem/ & personarum trinitatem videt: quæ prius credidit. nam habens perfectam & distinctam notitiam dei, videt omnia eius interna: & quicquid cum ipso identificatur.

¶ Distinctiōis Quadragesimenonę Quęstio Decimasexta.

Restat quęstio proxime iam ꝓposita: quid sit videre i verbo: & An videns verbū oia quę in verbo relucent / videat. Pro cuius solutiōe scito q̄ nō facio hic difficultatē de visiōe in ꝓpto genere. notū est em̄ q̄ btūs acquirere pōt alias notitias tam abstractiuas q̄ intuitiuas ex seipso. Sic ergo intellectu quęstionis restricto/ aliqua premittam, postea cōclusiue responsurus. ¶ De visione in verbo recētiores ab antiquis discesserūt. Antiqui em̄ dicebant q̄ beati vident res in verbo tā q̄ in speculo in quo creaturę relucēt. sed qa hoc indigestum posteriorib⁹ visum est: aliā viā imaginati sunt. Antiquorū autē modus dicēdi erat iste. Beati vident in verbo tanq̄ in speculo res in eo relucētes. & qualitercūq; antiqui intellexerint, nō refert: modum illum explicabo: supponēdo pro fundamēto: q̄ angelus sibi relictus & quilibet beat⁹ vel anima beata potest intueri secreta cuiuslibet creaturę: & cogitationes eius contēplati, pariter & volitiones, sicut eius essentiā. hoc ex .ix. distinctione Secundi suppono. licet autē varij hoc nō admitterent: credo illud rationabilius. Isto supposito deduco materiā sic. beatus Linus pōt intueri secreta beati Michaelis: & oēs cogitationes eius legere in libro, si sufficienter sibi applicentur. ergo si ad imaginationē illę qualitates essent extra subiectū & p se existerēt: nō minus illas videret: & res significatas p eas apprehēderet. ¶ His dictis addo ꝓpositiōes. quarū Prima est. Deus repręsentat sibi rē omnē possibilē. hoc est, eius essentia est omniū rerū intellectui suo repręsentativa, tam cōplexe q̄ incōplexe. Secūda ꝓpositio. Notitia reflexa repręsentat omne illud qđ per notitiā directā significatur. Tertia ꝓpositio. Visio beatifica est notitia reflexa. probāť sic. est notitia dei: & deus est notitia directa: quia sibiipsi omnē rem repręsentat: ergo eius notitia: scilicet visio, est notitia reflexa. igitur nō est incōueniens q̄ illa visio quālibet rem repręsentet. Hanc veterum viam soleo sic probabiliter ostendere per has propositiones probabiles: & id propterea, quia nominaliū schola in logica ꝓfunda ꝓ incōueniente contra antiquos habet q̄ vna notitia nunc repręsentet a. nunc illa eadem repręsentet b. actualiter: & nō a. nunc vero a. b. & c. Sed ex his ꝓpositionibus ꝓbabilibus, in nominalium schola nō debet hoc incōueniens (vt videtur) haberi. nam quęlibet istarū ꝓpositionū trium addi-

tarum/ dempta secūda/ est sic probabilis/ vt opposita in logica & theologia sit multo ꝓbabilior. secunda etiam nō est improbabilis. ¶ Secunda opinio erit hęc. Deus causat partialiter notitiam creaturæ in beato siue incōplexam siue complexam. Hoc sic declaro. notum est licet angelus in cælo non possit naturaliter videre Tigrim flumē: si tamen esset tigri presens/ haberet notitiam intuitiuā illius fluminis. deus autem potest supplere causalitatem obiectiuam illius fluminis concausando similem notitiam cū intellectu qualem causaret obiectum presens: cū possit supplere omnē causalitatem causæ secūdę, destructo etiā flumine/ notitia intuitiua eius causabit iudicia varia complexa illius fluminis: quę deus potest concausare. Breuiter assensus quilibet verus pōt causari a suis causis secundis: & deus potest illam causalitatem supplere causando assensus quos vult. eodem modo de notitijs incomplexis intuitiuis & abstractiuis. Et hoc est videre in verbo/ scilicet aliquem videre verbum: & verbum concausare notitiam cū intellectu beati/ supplēdo causalitatem causarum secundarum. ¶ Vel potest tertio causare notitiam se solo actiue: anima passiue se habente. quo modo angelus beatus reuelationem alicuius a deo capiens: dicitur hoc videre in verbo: nō autē iuxta primā viam. & hoc est videre in verbo. ¶ Quarta, potest dari imaginatio ista. sicut species visibilis a tergo sortis videtur in speculo etiam intuitiue/ sed hoc nō refert: & forte illa species nō est realiter in speculo, sed est reuerberatio specierum a speculo ad organum sortis: & tamen procul videtur: capiatur imaginatio Ockam & Durandi q̄ non est ponenda talis species: quam licet falsam putem: tamen erit manuductio propositio nostro sufficiens: sic deus siue essentia diuina est speciale speculum in quo quelibet res creata videtur. non q̄ species sit in deo, sicut aliqui de specie in speculo impressa putāt: vel ab eo reuerberetur aliorum more: sed quia eius beatitudo causat cum existentia creaturę notitiam illius creaturę scilicet a. & de⁹ cum existentia b. creaturę causat aliam notitiam. & si creatura multum distet: illam distātiam deus supplet. & si nō existat: totum supplet deus. Differt autem hic modus a primo: quia poneret multarum creaturarum multas distinctas notitias: primus dūtaxat vnam.

¶ His notatis pono aliquas conclusiones ad primā viam responsiuas: postea alias attingam. Prima est. Nulla notitia creata nō reflexa vnam rem singulariter & distincte repręsentans/ potest aliam rem vel res alias repręsentare. ¶ Secunda cōclusio. Probabile est/ vel nō est multum improbabile q̄ notitia reflexa repręsentet omne illud quod per notitiam directam repręsentatur. ¶ Ex qua conclusione sequitur q̄ primus modus visionis in verbo non est omnino improbabilis. ¶ Prima conclusio probāť sic. notitia singularis a. albedinis non potest repręsentare b. nigredinem: nec c. albedinem: ergo conclusio vera. antecedens probo: quia dato oppositio cum sit notitia singularis repręsentabit b. & c. discrete. ergo erit notitia infinite perfecta. capio infimū colorem, gratia exēpli nigredinem. repręsentare discrete nigredinem est aliquanę perfectionis: repręsentare rubedinem distincte est tantę perfectionis. & sic procedam per res infinitas. ergo omnes res repręsentare distincte est infinitę perfectionis. probatur ꝓ consequentia: quia si repræsentare finita distincte arguit maiorem perfectionem q̄ repræsentare vnum: repræsentare infinita distincte arguit infinitam perfectionem. Secundo arguitur ad idem. calor nō potest producere frigus sine antiparistasi: ergo nec notitia singularis a. albedinis repręsentare b. nigredinem. antecedens patet: quia eius opposito dato perit omnis causalitas naturalis creaturarum. ¶ Secunda conclusio probatur: quia conceptus non vltimatus voluntatis sortis sortem repręsentat iuxta dialecticos omnes. ergo notitia reflexa notitię direc̄ę albedinem repręsentantis/ albedinem repręsentat. Sed hic dicis non esse simile: quia conceptus non vltimatus qui est vocis aut scripturę similitudo/ significat ad placitum quod per terminum vocalem significatur. secus est de conceptu reflexo potissimū conceptus vltimati. Secundo arguitur. quod repręsentat exēplar/ repręsentat exemplatum. vt notitia imaginis Herculis herculē repręsentat. sed hic negas assumptum. Tertio arguitur. si notitia reflexa nō repræsentet rem significatam per notitiam directam: sequitur q̄ habēs notitiam notitię singularis sortis/ nullo modo cognosceret sortem: sed solum illud accidens: singulariter illic sistendo. Verū hoc concedis: nulla ꝓbatione efficaci ad cōclusionem adducta, sed solum topica. Ponitur tamen nō improbabiliter secūda conclusio. Tertia autē corollarie sequitur ex secunda.

¶ Contra primā conclusionem argumentor sic. Notitia eadem singularis repręsentat sortem & albedinem eius: ergo conclusio falsa. Respondetur concedendo: quia albedinem repręsentat tanq̄ rem significatā p se: sortē autē repręsentat p accidens, tanq̄ subiectū illius rei significatę per se. & intelligo conclusionem de obiecto per se ipsius notitię ad quod immediate terminatur illa notitia. nam licet illa substantia destrueretur: maneret obiectum per se.

¶ Contra secundam conclusionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

argumtur. Ex ea sequitur q̄ singularis notitia accidentis naturaliter repr̄sentet substantiā: nec possit nō repr̄sentare substantiam naturaliter. quod non videtur concedendum. Secundo sequitur q̄ anima separata cognoscat aliquid intuitiue extra totam distantiā in qua pōt videre. Nam si videat a. notitiam in b. anima prope limitem illius distātię: a. est notitia c. obiecti extra totā illam distantiam. Tertio sequitur q̄ de re absente erit notitia intuitiua naturaliter: vel q̄ eadem notitia sit intuitiua respectu vnius obiecti: & abstractiua respectu alterius. probatur. quia angelus videt notitiam in alio angelo de non existente obiecto: cum angelus habeat notitiam intuitiuā de notitia in alio angelo. Iam sic. vel illa notitia intuitiue repr̄sētat b. nō existēs. & sic habetur prior pars disiūctiuę illa tę. vel erit abstractiua respectu nō existentis: & sequitur secunda pars illati. Quarto sequitur q̄ in ꝓposito visio beatifica in creatura erit infinitę ꝑfectiōis: qa distincte rep̄sentat infinita, patet p fundamentū. vel ēm notitia reflexa rep̄sentat omnia taliter qualiter per notitiam directam repr̄sentantur: vel non. si secundum: fundamentum est destructum. si primum: cum deus infinita distincte repr̄sentet: & ꝓpterea concludatur infinitus: saltem hęc ratio secundum omnes concludit deum infinitę perfectionis. licet alia via probari possit infinitus. sed sic est de visione beatifica quę est el⁹ notitia p te. Fortasse dicis notitiā habere obiectū primariū vnum: & obiecta secūdaria plura: & repr̄sentare obiecta secūdaria infinita distincte, nō arguit infinitam ꝑfectionem. Contra hoc argumētor. notitia dei sibi repr̄sentat creaturas: tanq̄ obiecta secundaria: & essentiam diuinam solum tanq̄ obiectum primarium. & tamen ex hoc concluditur esse infinite perfectus. Confirmatur assumptum alia via. repr̄sentare vnam creaturam distincte tanq̄ obiectum secundarium arguit aliquantam perfectionem. et repræsentare aliam creaturam distincte tanq̄ obiectum secundariū, arguit duplicem perfectionem in notitia: & sic ascendendo: ergo repr̄sentare infinitas creaturas tanq̄ obiecta secundaria/arguit infinitā perfectionem. Fortasse dices mihi q̄ nullus intellectus potest distincte cognoscere oēs creaturas tanq̄ obiecta secūdaria. Insto de anima Christi. sed de hoc in. xliij. distinctiōe Tertij dico. Rursus obijcio. per te notitia reflexa naturaliter repr̄sentat quicquid per directam significatur. sed notitia directa illa omnia distinctissime repr̄sentat: ergo notitia illa reflexa oīa illa repr̄sentat quantum est de sua natura: siue intellectus creatus possit apprehendere omnia distincte per illam/siue non. Exemplum. si esset ad imaginationem a. notitia infinite perfecta/visio verbi omnia repr̄sentaret quantum est ex parte sua. sed intellectus humanus illa notitia informatus potest solum intelligere duo obiecta distincte: infimus angelus mediate eadem notitia potest solum intelligere tria obiecta distincte: superior angelus quatuor: & sic ascēdendo in infinitum/per plura actualiter intelligere in creatura notitia non est maioris ꝑfectionis. Item secundum hanc viam/notitia reflexa distincte repr̄sentat se: vt patet de visione in verbo. sed cum illa notitia non sit causata ab ipsamet tanq̄ ab obiecto: nō sequitur q̄ idem causet se. Insuper maior pars opinantium forte non admitteret notitiam reflexam repr̄sentare id quod per directam repr̄sentatur. fundamentum igitur est suspectum. Rursus non admitterent q̄ notitia dei esset notitia reflexa: cū sit substantię notitia. sed illud vltimum vix sufficit: nisi stes in termino. ¶ Prętera arguitur. quilibet beatus secundum hanc viam cognoscit omnia. probatur. nam quilibet habet notitiam omnia suapte natura repr̄sentantem: ergo quilibet cognoscit omnia. patet consequentia: quia ego cognosco tot obiecta quot notitias habeo in forma vel in valore. vt si notitia Sortis mihi mille creaturas distincte repr̄sentaret: hanc habens, eas omnes cognoscerem. Fortasse dicis. videns intuitiue vrinam non cognoscit omnia repr̄sentata in ea. Dico non esse simile: quia visio beatifica est naturalis similitudo cuiuslibet rei per te: licet vnius primarię: & aliarum rerum secundarię. ergo qua ratione vnam repr̄sentat/aliam repr̄sentabit. in vrina autem vna repr̄sentatio est latens, & alia patentior. in cuius argumētum nunc physicus morbum vrina visa apprehendit: licet non causā morbi: nec multa alia morbum concernētia: & tamen notitia actualis repr̄sentat actualiter omne illud cuius est notitia. Forte dicis cum Durando q̄ res non repr̄sentantur in essentia diuina necessario q̄tum ad suam actualem existentiam: sed solum q̄tum ad suam essentiam. & ideo non oportet q̄ per eam cognoscatur quantum ad suum existere: sed solū quantū ad suas quiditates. Hoc nō valet: quia essentia diuina est speculum voluntarium, iuxta Augustinum de videndo deum. Propterea minus valet aliorum sententia dicentium q̄ videns essentiam diuinam/ de necessitate videt oīa quę deus videt. Cuius falsitas patet: quia sic non esset reuelatio vlla: nec angelus superior aliquid inferiori reuelaret. Et Matthęi. xxiiij. dicit Christus. De die autem illa & hora nemo scit/ neq; angeli cęlorum, nisi solus pater. Idem habetur Marci. xiij. ¶ Restat ergo aliter respōdere ad argumētum factum tenēdo alium antiquorū modū. Ad vltimū autē argumentū qutcq̄d sit de aliis, consequenter dicerē sic. Nego q̄ quilibet beat⁹ cognoscat oīa. & ad ꝓbationē: q̄libet beat⁹ habet notitiā

actualem omnia repr̄sentantem: ergo quilibet beatus cognoscit omnia. nego consequentiam. Vnde dico possibile esse q̄ ego habeam notitiam actualem a. albedinis: & nō cognoscam vel apprehendam a. albedinem: siue notitia illa producatur effectiue ab intellectu meo, siue totaliter a deo. nam potentia mea est operatiua mediante illa notitia: hoc est, tendit actualiter in obiectum mediante illa: sed deus potest non concurrere ad illam actualem tendentiam, scilicet cognoscendi obiectum. & si non concurrat ad hoc: nihil cognoscam. & si deus possit illud facere respectu notitiæ a. albedinis, vt opinor: idem potest facere respectu cuiuscunq; alter⁹ obiecti. Ex quo sequitur q̄ stat beatum clare videre deum/nullam creaturam cognoscendo. quod patet: quia deus potest nō concurrere ad illam tendentiam cum illa creatura/ concurrendo ad visionē eius. sed q̄ aliquis possit habere visionē dei/ & nō cognoscere deum actualiter: nō sequitur. Vlterius infero q̄ notitia actualis nō distinguitur a notitia habituali/per hoc q̄ actualem habens actualiter tendit in obiectum/ ipsum cognoscēdo: sed per hoc q̄ illud faceret nisi deus nō concurreret. Sed contra hoc arguitur. Ex ista positione sequitur: q̄ quilibet beatus cognosceret omnia si deus secum concurreret. Nam quilibet beatus habet notitiam actualem omnia repr̄sentantem: & potest ad hoc concurrere deus si voluerit: ergo quilibet beatus potest comprehendere deum. Respondetur. dato toto antecedente: nego q̄ beatus propterea deum cōprehendat. nam sicut ad intelligendum intuitiue deum/ nō sequitur q̄ deus comprehendatur: sic nec ad quālibet creaturam cognoscendam etiā distincte sequitur q̄ deus comprehendatur. Deus tamen de potentia absoluta, vt opinor, potest facere q̄ vna creatura cum ope sua omnia distincte cognoscat: sicut potest facere infinitum intensiue & extensiue. non tamen propterea sequitur q̄ deus comprehendatur. Dico sane nonnulla quę antiqui non concederent. sed mea non interest: quia in parte capio fundamentum quo communiter vsi sunt: & dico consequenter/ non respiciendo quid ipsi dicturi essent. Insuper dico, mihi eorum fundamentum non placere.

¶ Teneo igitur solum secūdā viam: q̄ creatura non videtur in verbo per visionem beatificam: sed per alias notitias a deo productas/siue a beato productas partialiter, siue a deo totaliter. Hanc autē materiam in. xliij. distinctio. Tertij latius deduco: quapropter transeo. Sed ad visionem dei requiri opinor q̄ quilibet beatus videat illa quę ad se pertinent. hęc ēm deus ipsi ex suo beneplacito reuelat.

¶ Cōtra hoc arguitur per beatum Gregorium. iiij. Dialogorum dicentem. Quid est quod non videant, qui videntem omnia vident? sed deus videt omnia: ergo qui deum videt/ oīa videt. ¶ Secundo arguitur. qui intelligit maius, intelligit illud quod minus est. vt dicit Aristoteles. iij. de anima. sed oīes creaturę possibiles sunt minores deo: ergo facilius est omnes creaturas possibiles videre q̄ deum. ¶ Rndet ad primū: q̄ beat⁹ Gregorius loquitur quo ad sufficientiā. Ad secundum dico q̄ videns quod difficilius est visu/potest videre illud quod est sibi facilius visu: sed an ita sit inter deum & creaturas, nō probatur. Secundo dico q̄ sicut vt communiter dicitur, ad visionem dei non sufficit eius influentia generalis: sed requiritur alius concursus: ita deus potest facere de potentia sua absoluta q̄ creatura distincte videat quālibet creaturam. sed an ita de facto sit de anima Christi, in. xliij. distin. Tertij discutit. ¶ Tertio arguitur. Ex his sequitur q̄ beatus intelligeret nunc pauciores res: nunc plures. quod est contra beatū Augusti. vltimo de Trinitate, dicentem. Non erunt volubiles nostræ cogitationes ab alijs in alia euntes atq; redeuntes. Ad tertium dico nihil sequi ex dictis meis super difficultate proposita. Licet enim putem possibile q̄ deus beato reuelet in primo instanti quo est beatus omnia quę ad ipsum pertinent perpetuo: tamen illud nō est verosimile. sed rationabilior est illa sententia, q̄ reuelat de integro seu de nouo aliquid beato ante incognitum. Porro Beatus Augustinus apponit (fortasse) in illa auctoritate dicens. Fortasse nunc beatus pauciores notitias respectu creaturarum habet: nunc vero plures. In notitia autem creaturarum non est beatitudo: sed in sola visione dei. vt dicit idem Augustinus. v. Confessionum, sic inquiens. Infelix homo qui scit omnia: te autem nescit. Beatus autem qui te scit/ etiam si illa nesciat. Qui vero & te & illa nouit: non propter illa beatior: sed propter te solum beatus est.

¶ Distinctio. Quadragesimenona Quæstio Decimaseptima.

IN secunda huius distinctionis parte de corporū gloriosorū dotibus dicendū est. quę sunt quatuor: impassibilitas: agilitas: subtilitas: & claritas. & signātur ab Apostolo. j. ad Corinth. xv. Semi

Universidad de Deusto
Biblioteca

natur, inquit, in corruptione: surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: surget in gloria. Seminatur in infirmitate: surget in virtute. Seminatur corpus animale: resurget corpus spirituale. Ita vt surgere in icorruptionē referatur ad impassibilitatē: surgere in gloria ad claritatē: surgere in virtute ad subtilitatē: surgere spirituale ad agilitatem. iuxta illud. xvj. de ciuitate. cap. xxvij. Imperabit deus animo: anim⁹ corpori tanq̄ obedienti: ibi erit suauitas & facilitas quanta regnandi viuēdiq; facilitas erit. Necessariū autem erat ad cōplementū beatitudinis has habere dotes: nō tamē est necessitas simpliciter dicta. Quia vero dubitaret aliquis, quomodo corpus cōpositum ex cōtrarijs ppetuo duraret ab intrinseco & extrinseco: & quomodo corpus posset esse cū cęlo empyreo: & an tarde ibi corpora moueant sicut hic: & an sint terrestria: ppterea ponunt quatuor dotes: quas cōprehēdemus p dictionem (Isac.)

¶ Loquendo itaq; in particulari de dotibus: quero per quid corpora beatorum erunt impassibilia. hoc est quęrere essentiā dotis impassibilitatis. ¶ Ad quæstionē duas inuento positiones. Vna tenet q̄ est quędam qualitas fluens a beatitudine animę in ipsum corpus, reddens corpus impassibile. Alia positio nullam talem qualitatē ponit. cui adhęreo. In primis em̄ nō est facile captu quomodo vna qualitas frigori/calori/& omni corruptiuo intrinseco & extrinseco resistat: nec quomodo anima talem qualitatem quę naturaliter omni corruptioni resisteret/ causaret. Insuper corpora dānatorum perpetuo durant sine corruptione intrinseca vel extrinseca: & ibi est solum assistentia diuina nō concurrens ad corruptionē corporū dānatorū. ¶ Dico ergo, q̄ dos ipassibilitatis supponit in recto pro corpore beati, cōnotando q̄ deus ratiōe actuum meritoriorū in quibus decessit, cōseruat ipm̄ corp⁹ ne patiat aliq̄d lęsiuū ab intrinseco vel extrinseco. Per istā autē cōnotationem secludunt elementa & corpora dānatorū, quę nō dicūtur sic dotata. Dixi (aliquid lęsiuum) quia corpora beatorū visionem & accidentia pfectiua reciptunt. & sic Augustinus in epistola ad Dioscorū intelligit dicens. Tam potentē fecit de⁹ animā vt ex plenissima beatitudine quę in fine tēporum sanctis promittitur, redundet in inferiorē naturā. deus autē istud facit ratione beatitudinis. & hoc est verū de cōmuni lege: nisi ppter aliquid speciale interdum fiat oppositum. vt factū est in redēptore nostro tēpore suę peregrinatiōis secundum corpus. nam in via corpus eius erat passibile p generis humani redemptione.

¶ Sed contra ista arguitur. Lucæ vltimo Dominus post resurrectionē dixit discipulis suis. Palpate & videte. Et Gregorius in Homilia super illud Ioannis. xx. Infer digitum tuū huc. Corrumpi (inquit) necesse est quod palpatur. ¶ Insuper nullum violentum est perpetuum. sed corpus illud cum sit mixtum habet quatuor elementa in se: quorum quodlibet est extra regionem suam. ¶ Ad primū dicitur q̄ nō est necesse recipere dictum beati Gregorij. Vel potest dici q̄ est corruptibile: & similiter corpus beati: cęlum: & similia palpabilia. sed non corrūpetur. ¶ Ad secundum potest esse difficultas circa matorē. nam mare in Zelandia & in aliquibus locis Flandriæ per aggeres & valla impeditur ne exeat in aridam & si mundus & homines durarent perpetuo sicut putabat Aristoteles: quid causæ esset quare hoc non posset fieri perpetuo? nisi dicas mare vnam plagam terrę sensim amittere/aliam lucrando. & tunc erit idem de omni parte terræ. Secundo admissa maiore minor est falsa: quia nō sunt elemēta in mixto per realem existentiam. & licet ponātur: nego q̄ ibi detineantur violente. nam si lapis detineretur in aere semper a deo: licet sit contra naturalem inclinationem grauitatis particularis esse supra leue: nō tamen est contra inclinationem totius vniuersi & causæ supremę, quæ res ad suum nutum mouet. sicut cū quis bibit in arista extrahendo aquam de fonte: ipsa aqua ascendit ne fiat vacuū in vniuerso. vel potius deus aquam ascendere facit: cum grauitas nullo modo moueat motu sursum. Istud enim apud naturales nō dicitur fieri violente. At dicis. secundum ista dos impassibilitatis non erit maior in magis beato q̄ in minus beato. Concedo: quia omnes æqualiter conseruabuntur ne lęsiuum patiantur. differunt tamē sicut stella a stella in beatitudine: & forte in claritate. vel magis beatus pluries meruit hanc dotem impassibilitatis: quia ratione cuiuslibet actus meritorij in quo decessit. ¶ Sed obijctes. Christus post resurrectionem cum habuit corpus impassibile comedit, vt Euangelista testatur: & tamen patiebatur comedendo: quia in eius corpus cibus conuertebatur. Respondetur cōcedendo q̄ comedit. nam ad comestionem satis est cibum frangere & trajcere per os in stomachum: quo modo statim euomens cibum assumptum dicitur comedisse. sed non facit hęc dos habentem impassibilē sed solum ne lædiuum patiatur. quare hæc consequentia est nulla. comedit: ergo patitur lædiuum vel violentum. Nec ex isto sequitur q̄ cibus assumptus in corpus eius conuerteretur. quia poterat cibus assumptus & comestus resolui per poros vel exire in corpore glorificato: vel corpus exire nō transeundo per medium.

¶ Distinctio. Quadragesimenonæ Questio Decimaoctaua.

Decimooctauo i hac distinctione, & secundo de dotib⁹ quęritur de dote agilitatis, vnde proueniat hæc agilitas in beatis. & an possint in instāti se mouere vel mutare quouis locorum.

¶ Pro solutione quęstionis pono cōclusiones: quarū Prima est. Anima separata potest se quocūq; mutare. ꝓbatur. nā anima mouet corpus cui informat/ad cuius motum mouetur anima: ergo anima potest sese mouere localiter. patet cō sequētia: quia si ipsa potest se mouere cū alio: potest seipsam mouere. ¶ Secunda cōclusio. Anima potest seipsam in instāti/ quolibet mutare. probatur sic. Agens naturale nullam habens resistentiā intrinsecam vel extrinsecam potest subito se mutare. vt patet de graui simplici moto in vacuo. iiij. Physico. alioquin dari posset corpus ita cito motū in pleno, vt illud idem vel simile in vacuo/per media rariora procedēdo: qđ est impossibile. sed agens liberū nullam resistentiā habens potest sic se mutare si voluerit. Q; nulla sit resistentia extrinseca animæ patet. nam potest esse cū corpore sicut in vacuo: vt cū corpore qđ informat. Nec vlla est resistentia intrinseca. quia si sic, maxime esset eius finitas, prout aliquib⁹ placet. sed hoc nō: quia anima potest actum elicere in instanti etiā secūdum eos, q̄ius sit creatura finita. ergo mutationē subitam producere potest. & cū nulla differentia positionis sit ei aduersa: potest se quolibet mutare. ¶ Tertia conclusio. Beatus siue anima beati potest se vel corpus beati mutare in instanti in quācūq; differentiam positionis. Probatur. nam dos agilitatis terrestreitatem corporis a beato tollit: ita vt ipm̄ nō resistat motui animę. sed anima ex precedente conclusione potest seipsam mutare in instanti: & non habet obicem ex parte corporis. igitur. Item ostēditur per illud Sapientię. iij. Fulgebunt iusti, & tanq̄ scintillę in arūdineto discurrēt. & Esaię. xl. dicitur. Qui sperant in dño mutabunt fortitudinē: assument pēnas sicut aquilę: current & nō laborabunt: ambulabunt, & nō deficiēt. Vlterius hoc ꝓbatur auctoritate beati Augustini. xxij. de ciuitate dei. capi. xxx. dicētis. Vbi volet spūs, ibi erit protinus corpus.

¶ Contra primā conclusionem argumētor. Angelus portauit animā Lazari ad sinum Abrahę. Lucę. xvj. ergo eodem modo ad cęlum. Respondet. Angelus gra curialis societatis comitatur animam. & sic quodam modo dicitur portare, & non quasi opus sit latione angelica.

¶ Contra duas vltimas conclusiones arguitur sic. Ex eis sequitur q̄ Linus potest se mutare prope cęlum in instanti: & facere circulum in eo. & sic in eodem instanti erit in oriente & occidente: & in pluribus locis naturaliter. Insup, vel illa mutatio incipit per vltimū instans nō esse: sicut contingit de motu ꝓprie dicto. & sic nō datur instans quo mouetur. vel mutatur ab a. ad b. immediate post hoc instans. vel dabitur vnum instans immediatū alteri instanti. si in hoc instanti: obijcio in hoc instanti est in termino ad quē & in termino a quo: & quandocūq; mobile est in termino a quo & ad quē/quiescit. ergo simul mouet & quiescit. extendo terminū motus ad mutationē instantaneam. ¶ Ad primū cōceditur illatū: nec hoc est inconueniens. Ad secūdum dicit q̄ vtrūq; potest dari. primo admittamus q̄ mobile incipiat mutari p vltimū instans nō esse mutationis/qđ est vltimū instans esse quietis. sed illa mutatio subitanea nec desinit esse p vltimū instans esse mutationis: nec primū nō esse post mutationē. Dando aliud mēbrū dico q̄ in hoc instanti describit circulum prope cęlum: vel ascendit vel descēdit, & est in termino ad quem & a quo. & nego q̄ quādocūq; est in termino a quo quiescit: si quiescere opponatur moueri & mutari. si solum motui: cōceditur q̄ simul idē mutatur & quiescit/si intelligat quocūq; tēpore dato vel instanti. At dicis. ille beatus manet semp in eodē loco in quo prius erat: ergo nō mutatur: quia nunq̄ transit extra hunc locū. Respondeo. cōsequentia est nulla. quēadmodū sorte manente Parisijs si deus ponat eū Romę/& moueatur vel mutetur: antecedens est verū & consequens est falsum. ¶ Secūdo argumentor. sit Linus in oriente: & Cletus in occidente: qui velint sibi subito obuiare in pūcto medio interstitij inter illos: qđ signo centū miliariū. quęrit in quo pūcto sibi obuiabūt. Dicit q̄ obuiabunt sibi in puncto in quo volūt. nam si Linus velit in puncto pedaliter a se distante mutari, & Cletus per reliquam partem/in illo puncto sibi obuiabūt: quia tam facile, & tam cito potest beatus mutare se per magnam intercapedinem q̄ per paruā. ¶ Tertio arguitur. Cęlum nō circuit in instanti: & tamen nullam habet resistentiā extrinsecā nec intrinsecam. ergo ꝓbatio cōclusionis nulla. Respōdetur. intelligentię libere mouent cęlos successiue: ppter generationē in istis inferioribus. Etiā ꝓbare nequis q̄ non est resistentia intrinseca cęli ad circuitionē. licet enim corpus sphæricum vel orbiculare sit aptum circuitioni: tamē requiritur aliqua vis motiua ad ipm̄ mouendū: & resistit ne a suo loco ꝓpellatur. ¶ Quarto arguitur. Corpora beatorū sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

grauis. ergo animę beatę illorū corporum nō pos sunt ipsa mutare in instanti ꝓpter resistentiā extrinsecam: quia nō ob aliud graue mixtū successiue descendit in vacuo. Fortasse dicis. tota grauitas erit ablata a corpore. Contra hoc arguitur. sic ipsum erit indispositū pro toto cōposito. ¶ Istud argumentū quęrit vnde prouenīat dos agilitatis. & dabo duas imaginationes: quarū Prior erit ꝙ nulla grauitas est in corpore beati. hoc em̄ deo est possibile. qđ probo: nam grauitas est accidēs corporis grauis, vt in. xij. distinctio. huius diximus. modo deus potest facere animā informare corpus sine tali accidente: & forte ita est. Cui imaginationi consonat dictū beati Augustini. xxij. de ciuitate dei cap. xj. dicētis ꝙ deus a corporib⁹ beatis aufert graue pondus. hoc est totā grauitatem. iuxta illud Sapiētię. tx. Corpus qđ corrūpitur/aggrauat animā. hoc est corpus corruptibile quale habemus in hac vita/animę resistit: nō autē corp⁹ dotatū. ¶ Secunda via vel imaginatio erit: ꝙ magna pars grauitatis remittetur in resurrectiōe beati. & sic anima habebit maius dominiū ad motū localem sup suum corpus q̄ modo habeat, ꝓpter minorē resistentiam. sed cū remaneat aliqua grauitas: anima cum influentia dei generali nō potest corpus mutare in instanti: sed deus ꝓportionabiliter dat auxiliū ad illam resistentiā grauitatis. hoc est, tantū iuuat ad motū subitum corporis beati si beatus voluerit: quātum illa grauitas resistit. & tunc in effectu anima habet suum corpus mouere. Istud autē potest esse adhuc bifariā. vno modo sic vt deus se solo moueat vel mutet totam grauitatem quādocūq; & quomodocūq; subito vel successiue placet beato: & beatus cū influentia dei generali moueat corp⁹ beati & nō grauitatē. Alio modo potest intelligi ꝙ anima beati cōcurrit ad mutationē subitaneā: nō obstante resistentia corporis. nec vllum inconueniens affert cū auxilio infiniti vigoris. hoc sic declaro. grauitas deo coadtuuante potest corpus graue ꝓ plenū mutare subito. Et ne in hoc formides: alio exēplo hoc ipsum ostendo. sit pondus infinitę resistētię: angelus vel anima potest cooperari cum deo ad motum localem illius corporis. Aut si essent infinitę animę applicatę tali corpori infinite graui: illę possent ipm̄ mutare. ¶ Quinto arguit. anima mouet corpus nostrum organice: hoc est vnam partem primo: postea aliam/& non omnes ęque primo. ergo anima nō potest mouere corpus post resurrectionē motu nō organico. hoc est omnes partes ęque primo. ꝓbatur cōsequentia: quia eadem potentia nō est organica & nō organica copulatiue. Respondetur. eadem potentia numero primo mouet organice & postea non organice. ¶ Et hęc de dote agilitatis. Dos agilitatis supponit pro hoie/cōnotando ꝙ possit suum corpus mutare in instanti. vel cōnotando ꝙ ratione beatitudinis animę tota grauitas corporis sit ablata, vel magna pars eius quod fortassis est melius. nec est aliqua qualitas animę/corpori/ vel toti composito primo inhærens/corporis mutatiua.

¶ Distinctiōis Quadragesimęnonę Quęstio Decimanona.

DEcimonono quęrit. Vtrum dotem claritatis habeant beati. Respōdetur affirmatiue. probatur hæc responsio affirmatiua. per illud quod scribitur Matth. xiij. Tūc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorū. & Apl'us ad Philip. iij. ait. Saluatorē expectam⁹ dominū nostrū Iesum Christum: qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Idem patet primæ ad Corinth. xv. vbi comparat beatos stellis i claritate differētib⁹. & Greg. xviij. Moraliū sup illud Iob. xxviij. Nō adequabitur ei aurū. dicit: ꝙ patebit oculis corpalibus beatorum harmonia.

¶ Contra hanc cōclusionem arguitur. iuxta Auicēnam. vj. Naturalium, lumen/lux/ & color diuersa habent receptiua. nam susceptiuū lucis est opacum. & ꝓpterea stella quę est densior pars orbis/est lucida. subiectum autē luminis est corpus diaphanū siue transparens. & idcirco color & lux nō inhęrent eidem subiecto: iuxta Aristotelem in de sensu & sensato. nam color est extremitas perspicui in corpore terminato. hoc est: color terminat visum: & est in corpore opaco & in extremitate perspicui coniunctus ad hoc vt percipiatur. modo hoc non est subiectum luminis. ergo corpora beatorum nō sunt transparentia: & per consequens nō luminosa. Nec est dicendum ꝙ in eis nō sit color: cum dicat Augustinus xxij. de ciuita. dei. cap. xvij. In corporibus beatorum erit coloris suauitas. ¶ Pro solutione istorū argumentorū supponatur ꝙ corpus opacum est corpus nō lucidum visus terminatiuū: siue opacitas sit qualitas dispōnēs subiectum ad susceptionem coloris prout aliquib⁹ placet: siue nō sit aliud q̄ color: parum refert. sed melius est dicere secundum: dūmodo color ille terminet visum. hoc em̄ connotat terminus opacitas. Vlterius experientia cognoscim⁹ ꝙ lux vel flamma terminat visum. Terminare autē visum in proposito est nō posse videre per tale corpus: vt cū fūmus eleuatur a lignis incensis: per fumū partem camini oppositā videmus. sed si istā flāmā, nō ap̄li⁹ ꝑ flāmā videbim⁹. ergo lux & corp⁹ lucidū terminat visū sicut ferrū vl'lapis qđ ē corp⁹ opacū. q̄re si beatorū corpora sint lucida/ appet ꝙ nō possim⁹ ꝑ ea videre. secus eēt si essent luminosa: ꝙ a corp⁹ diaphanū nō coloratū vel nō multū coloratū, quēadmodū sunt aer & vitrū, recipiūt lumē qđ est species coloris/& eius repsentatiuum: sicut species visibilis in medio repræsentat visibile. ¶ Ad ista tria pono hanc conclusionē. Naturaliter lux/lumen/ & color nullam habēt inter se repugnātiā: & pīt eidē subiecto primo inhærere. Istud ꝓbo. nā vitrū/aqua/& vinū recipiūt colorē & lumē. sīr cato tū oculi: & squāmæ pisciū sūt coloratæ & lucidæ ꝙ sint colorata/notū est, cū sint corpora mixta. ꝙ sint luminosa/patet: ꝙ a illuminant mediū trāsparēs. & licet hoc interdiu non ꝑcipiamus ꝓpter maius lumen sc̄z solis, offuscās illa lumina: tū nocte hoc dēphendim⁹. Aliquæ itē querc⁹ putridæ & vermes illumināt mediū ꝓpe se: ergo in se lucē habēt. Insup plurima corpora alba lucē ꝑticipāt vt liq̄t de carbūculo & lapidib⁹ ꝑciosis, lumē nocte ministrātib⁹. hoc aūt expimēto cognoscim⁹. nā si fuerit tenebrę: & i clausū cōclaue nocte i hyeme iferat congeries niuis: totum conclaue illuminabit: & tū nix ē alba. ergo suscipit lucē cū colore. & ꝑ carbūculū videre potes. quare idē corpus suscipit lumen/lucē/& colorē. ¶ Scdo arguit ad idē. ꝓbabile ē ꝙ materia ptia sit subiectū accidētiū corporaliū nō vitaliū: hoc ē/nō notitiarū vel appetitionū. sc̄z oīm iferiorū est eadē materia i specie. igit. Quare bene stat ꝑ manuductiones naturales ꝙ beatorū corpa sint colorata, lucida, & luminosa, vel trāsparēta, ꝑ q̄ possimus videre. Videmus aūt aliquā lucē vel corpus lucidū visū terminare/& nō esse transparēs. Aliud em̄ ē diaphanū & ꝑspicuū. ergo male cōcludit dato ꝙ luna i cōiunctione solē eclipset sicut flāma ptē oppositā caminī: ꝙ ita erit vtrobiq;. Prætetea antiqua ē q̄stio iter philosophos, an lumē cęli sit eiusdē speciei cū lumie i iferiorib⁹. ergo dato ꝙ lumē corporū iferiorū nō ingreat corpi lucido, hoc nō suficiēter iprobat i corpib⁹ btorū q ſūt superiores. Et verosīle ē ꝙ lux & lumē i btis sint alteri⁹ speciei a talib⁹ q̄litatib⁹ naturalib⁹ quas philosophi ponūt: l; quādā sīl'itudinē cū eis habeāt. Ex his soluere potes rōnes i oppositū factas.

¶ Secunda cōclusio. Dos claritatis supponit in recto pro colore decente secundum complexionē bti/luce/& lumine, insinuando talia ratione meritoꝝ in qb⁹ qs decessit. qđ i cōmuni modo loquendi artib⁹ cōnotare vel appellare dicimus. nam hoc ad dotē claritatis regritur & sufficit. igitur.

¶ Contra hanc conclusionē & etiā cōtra ꝑcedētē arguit. vel hæc dos causat i corpe beati a beatitudine, vel ab alio. nō primū: qa nō videt ꝙ accidētia aiæ tales qualitates in corpore causare possint. Nec secūdū: qa aliter rō dari non pōt vnde hæc dos ortum habeat. Respondet. licet passiones aiæ aliquam transmutationē in corpore faciant, interdū dyscrasiā ad mortem inclusiue: vel ad sanitatē: sicut gallinæ gallū vincenti crescit calcar in pede, vt dicit Auicēna: & ad multa alia: non video in proposito ꝙ qualitates corporis sic causent: l; ꝺ⁹ has qualitates se solo causat effectiue. verū qa causat mediantib⁹ meritis & beatitudine: btitudo pōt dici quodāmō causa cum sit causa sine qua nō dotū. Deꝰ em̄ lucē & lumē i corpore beati ꝓducit/& colorē vegetū & pulcherrimū i sua specie: q̄ semꝑ manēt sine remissione vel alteratione: licet non sint oēs hæ qualitates æqualiter intensæ. nam q plus gratiæ habet: intensiorem claritatem habet: vt apostolus inuit primæ ad Corinth. xv. ¶ Secundo arguit. Christus habuit dotes corporis post resurrectionē: & tunc non habuit hanc claritatē: ergo nec alii beati hanc dotē habēt. ostēdit cōsequētia ꝑ regulam topicā. Si illud qđ magis videt icsse, non inest, nec illud quod minus videtur inesse, inerit. Añs ꝓbat: qa appuit apostolis i specie pegrini. si aūt claritatē i corpore habuisset: verosīle ē ꝙ illā claritatē eis ostēdisset, in argumētū glorioseꝝ resurrectionis. sicut agilitatē ascēdēdo ad cælū: & subtilitatē intrando ad eos ianuis clausis. ¶ Rīdetur negando ꝙ non habuerit claritatē in suo corpe: sed apostoli in corpore mortali illā dēphendere nō poterant: quapropter illā adhuc ab eis occultabat. Oculus em̄ sanus pōt intuerī qđ nō potest oculus infirmus. quomodo aq̄la intuetur solem non autem homo: & lynceus videt qđ non videt cęcutiens. Hinc dicebat Christus apostolis. Multa habeo vobis dicere, sc̄; nō potestis portare modo. Ioānis. xvi. sic in proposito. Sed dicis. si claritatis dotem Christus habuit post resurrectionē & alium se ostendit/eos fefellit. Rūdetur. iudico nefas concedere ꝙ Christus fefellerit. Sed dico ꝙ occultabat rem verā quā nō expediebat apostolis manifestare: tū ꝙ eū cū claritate minus cognouissent: tum ꝙ non erant digni eū sic cognoscere: qa i fide erāt vacillātes. Nā vt Lucę. xxiiij. scribit, cū mulieres nūciarēt Apl'is Christū resurrexisse: visa sunt illis sicut deliramētū verba ista: & non crediderunt illis. Q; aūt crederēt eū pegrinū/non erat eos fallere: qa habebat vestes & cætera q̄ pegrini deferre solēt: & pegrinū assensum habebant de resurrectione eius: ꝓpterea illa q̄ ipe faciebat extrinsecus/ꝓduxerunt notitias quibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudicabant eum fuisse peregrinum. Exemplum in simili. si pro rationabili causa homo ferat habitū fratris minoris vt euadat ab hoste iniquo: licet videntes iudicēt eū esse fratrē minorē: ipse ob hoc nō fallit. Nec igit̄ ꝓduxit se solo notitiā vel assensum in mentib⁹ apostolorū q̄ ipse esset peregrinus: licet putem deū posse ꝓducere se solo qđ pōt ꝓducere cū causa secunda. nō tñ semper taliter: quia ad deceptionem de⁹ cōcurrit cū causa secunda: sed talē qualitatē i esse deceptionis non pōt ꝓducere se solo. Nihil em̄ apud me absurdi⁹ est admittere q̄ deū posse fallere. ſ3 de hoc alias.

¶ Habes ergo qđ sit dos claritatis: vc3 qualitas collectiue vel diuisiue in corpe beati a deo distincta, q̄ est inæqualis in beatis. Maiorē em̄ claritatē habēs semp est magis beatus: sicut stella differt a stella, vel sol a stella. vt Apostolus dicit. j. ad Corin. xv. Licet aūt dos ipassibilitatis, vel agilitatis/vel subtilitatis (vt postea dicemus) nullā q̄litatē accidētalē i btō iportet: dos tñ claritatis accidens vel accidētia dicit: q̄ qđē accidētia harmoniā iter se hñt: ita vt colori corpis pulcherrimo secundū complexionē beati decentissima lux & lumē addaf. & cum btūs habitur⁹ sit corpus trāsparens: qđ mirum si oculis beatoꝝ pateat? vt dicit Gregorius. xviij. Moralium. sed etsi tale corpus non haberet: cum lynx ꝓ parietem (vt phibent) videat quare btūs oculos lynceos habens per hominem videre non poterit?

¶ Distinctioīs Quadragesimenonæ Quæstio Vigesima.

VIgesimo quęritur de dote subtilitatis: Vtrum corpora possint naturaliter vel supnaturaliter per dotē subtilitatis se mutuo penetrare. In primis vocabula non nulla q̄stionis/paucis explanabimus: deinde ad quæstionē more cōsueto cōclusiue respōsuri. Naturale in ꝓposito nō distinguit cōtra liberum: sed cōtra supnaturale: ita vt illud naturaliter dicatur posse fieri, qđ scđm legē instituta in qua sumus cum influentia dei gñalis a creatura fieri pōt. Subtile aūt dr̄ a virtute penetrādi: vt dicit philosoph⁹. ij. de Gñatiōe. Res aūt est subtilis ac penetratiua multifariā. aut propter acutiē in extremo vt sentis, acus. aut ꝓpter materiæ paucitatē: vt aer, ignis. aut ꝓpter actiuitatē rei. & sic vinū ē magis penetratiuum q̄ simplex aqua quantumcūq; tenuis & bona. qđ experimēto deꝓhendim⁹. nā aqua modica vino admixta magis refrigerat sanū q̄ si pura bibaf: qa vinum facit eā ad loca corporis penetrare ad quæ per se penetrare non posset. Sed nullo istorū modorum capimus subtile i proposito. Nō primo mōdo: qa corpora i debita quātitate & figura resurgent. nec scđo modo. nā is fuit error Eucij. de quo refert Gregori⁹. xiiij. Moralium dicens. Nō sicut Eucius Constantinopolitanæ vrbis episcopus scripsit: corpus nostrum i illa resurrectionis gloria erit impalpabile: ventis aereq; subtilius. Nec tertio modo: quia nulla est actiuitas naturalis quæ vnum corpus faciat cū alio. vt in cōclusionibus queſtigio dicemus.

¶ His pauculis prelibatis pono cōclusiones: quarū Pria est. Duo corpa non possūt se penetrare naturaliter. Quæ probatur. iiij. Physicorum. nā si duo corpora possent esse in eodē loco, trta possent: &. iiij. & sic sine statu. cōsequentia hæc conditionalis valz: quia eadē ē rō de duobus & qbuscūq; aliis. Scđo ꝓbaf eadē cōclusio: qa eximento deꝓhendit, si a. corpus in loco b. corpis locare volueris: necesse est b. corp⁹ cedere & ita clauum clauo retūdimus. ¶ Scđa cōclusio Duo corpora possunt esse i eodē loco ꝓprio: hoc est in loco adæquato. ꝓbaf. ita factū est: ergo ita fieri pōt. cōsequētia tenet a minus amplo ad magis amplū. & añs patet: qa Christus surrexit de monumēto clauso, vt canit ecclesia. & itrauit ad discipulos ianuis clausis, vt euangelista testaf. figmentū aūt est dicere q̄ ꝓ primas vel fenestras intrauerit. quia si sic: euangelistæ non recitassent illud tanq̄ miraculū. nā hac via intrare est ipotentiū. Præterea Christus ascendit ad supos & ad dexterā patris per cælos: q tñ nō sunt diuisi. De eis em̄ dicit Iob. xxxvii. Qui solidissimi quasi ære fusi sunt. Nec cedit cælū corpori sicut aqua pisci vel aer aui. scđo de cælo. nec in cælo est vacuum in quo erunt beatoꝝ corpora post diem iudicii.

¶ Tertia conclusio. oia corpora beatoꝝ post diē iudicii habebūt dotē subtilitatis. ꝓbaf. corpora beatorū possunt esse cum aliis corporibus post diē iudicii: & hoc non fit nisi ꝓ dotē subtilitatis. igit̄. minor est nota apud oēm theologum. Maior ꝓbaf: quia sunt cū aliqb⁹ corporibus: ex conclusione ꝓcedente: & idē est iudiciū in omnibus. Rursus superius ostendimus beatum posse suū corpus mutare in instanti: & hoc non ꝓ diuisionem corporum. quia si sic fieret, esset resistētia: & non mutaretur in instanti. licet ad hanc rationem quis dicere posset q̄ hanc resistentiam potentia dei exuperabit.

¶ Contra primam cōclusionem arguitur. Duo conceptus animi sunt simul in aia: ergo duo corpora possunt esse simul. Añs patet

quia aliqs pōt simł hñre duas notitias q̄rū vna sit albedinis: & altera nigredinis. siłr notitiā directā albedinis, & notitiā reflexam illius: q̄ nō idētificātur: alioquin eadem erit notitia distincta & intuitiua sui, & se generabit. qđ est ipossibile iuxta beatum Augustinū. j. de trinitate cap. j. Rñdet cōcedendo añs vt ratio conuincit/& negando cōsequentiam. ¶ Scđo arguit. Lumē & aer sunt simul: & siłr species visibiles: & tñ sunt corpora: qa nullū accidēs spūale hēt subiectū pure corporeū. Rñdetur cōcedendo maiorem, & distinguendo minorem. Nā corp⁹ capitur multifariā. vno mō ꝓ omni extenso a causalitate qualitatū primarū immuni. de talibus aūt corporibus non est inconueniens q̄ sint simul penetratiue: immo nō pñt eē sine corporibus substātialib⁹ tanq̄ suis subiectis & hoc secundum oēm positionem. Etiā tenendo q̄ quantitas est res quanta: corpa de p̄dicamento quantitatis possunt esse simul. vt patet de albedine, dulcedine, humiditate, & caliditate in lacte: de materia & forma lactis. non autem corpa de prædicamento substantiæ: qa corpus i p̄dicamento substantiæ est res cōposita ex materia & forma. & talia nō posse eē simul experientia cognoscimus. rō aūt ꝓbabilis ducit nos in oppositū de aliis. Si vero teneaf quantitas distingui a re quātata: ista ꝓnoiafa non sunt corpora de p̄dicamēto quantitatis: cum non sint quantitates: sed ab eadem quantitate extendant. Contra hoc arguit tenēdo opinionem cōmuniorem apud noiales, q̄ quātitas est res quanta. hæ partes se penetrāt, demonstrando materiam & formā: & hæ ptes sunt pars superior & ps inferior: demonstrando brutellū. ergo ps inferior & ps supior se penetrāt. cōsequētia patet cum maiore. solū restat scrupulus in minore: q̄ sic euacuaf. hoc totū ē materia & forma in sensu composito: & hoc totū est ps supior & inferior/ex dictis in distinctione. xlii. igit̄. Rñdet concedendo q̄ pars supior & ps inferior sūt penetratiue simul: sed hæc ps/demonstrando ptē inferiorē/non est penetratiue cum illa/demōstrando partem supiorem. Potest tñ esse difficultas ex parte relatiui reciproci de hac, pars supior & pars inferior se penetrāt. ¶ Tertio arguit. Vinū & panis se penetrant: vt cū panis diu manet in vino. Forte dicis. vinum includit̄ in poris panis: & aer excluditur: & sic vinū & panis non sunt in eodē loco proprio. Obicio. q̄libet ps panis extracta e vino minutatim fracta est rubra: ergo cum qualibet parte est vinum: quia rubedo nō migrat de vino in panem. Rñdet negando q̄ quælibet ps est rubra. nam multæ partes extractæ apparent albæ intrinsecus. & licet ita eēt vt argumētū imaginatur: nihil concluderet: qa humiditas vini successu temporis humectat panē: nouū humorē & rubedinem ꝓducendo p cōmixtionē q̄litatū primarum. ¶ Quarto arguit. Ferrū & ignis i ferro ignito simul manent: & tamē vtrūq; illoꝝ ē corp⁹ de p̄dicamento substantiæ: ergo cōclusio falsa. consequentia clara est cum minore. Probat maior. primo, ferrū tantū calefacit quantū ignis: vt patet tenēdo ferrū cādēs i altera manu, & ignem in altera. & nihil tantum calefacit quātū ignis nisi verus ignis. igitur. Præterea illud ferrū calidissimum stuppā applicatā incēdit. sed ferrū ꝓ suam formā non ꝓducit ignē: ergo illic est verus ignis ¶ Rñdet negando maiorē. & ad primā ꝓbationem expientiæ innitentē q̄ ferrū tantū calefacit hoc concedo, sed nego q̄ nihil nō ignis tantum calefacit quantum hic paruus ignis, licet ignis sit intēsiue calidior ferro. Nā penes aliud & aliud attendit intēsio formę: & potētia siue actiuitas eiusdem. licet idē in re sit potētia formæ & ei⁹ intēsio. Intensio em̄ formæ attenditur penes hoc qđ est habere plures determinatos gradus formæ penetratiue simul: & remissio penes hoc qđ est habere pauciores grad⁹ penetratiue. & cū sola forma sit actiua actione realis: semp vbi plus est de forma sufficienter applicata passo: fortior erit actio: & p consequens maior potentia. Dixi (applicata passo) qa si esset plus de forma extēsiue in vno subiecto: ita vt vna pars solum illius formæ posset attingere passum: non oporteret eē maiorē actionem: qa passum non esset infra sphæram actiuitatis illius totius formę. modo palam est q̄ contingit dare duo passa æqualiter intensiue disposita seu qualificata: quorū vnū plus habeat de forma q̄ aliud. vt duo corpora ferro vel igni æqualiter intensiue calida: quorū vnum est duplū extensiue ad aliud. Et ꝓpterea stat bene q̄ sint duo corpora a. & b. quorū alterū, ſ. a. erit infinite intensiue calidū: & b. solum vt quatuor: & tñ erunt æq̄lis potētiæ. hoc patet capiēdo a. & b. pedalia: quorum vtrūq; erit vniformiter calidū vt quatuor: ponaf ad imaginationē/vel de potētia dei/calor secūdæ partis ꝓportionalis a. corpis extēsiue cū toto a. & sic de tertia pte ꝓportionali: & qualibet sequente. Hoc casu possibili admisso a. erit infinite calidū. vel si in hoc hæsitaueris q̄ calor secundæ partis proportionalis nō posset extēdi p totū cū intensione graduali vt quatuor: ponaf quælibet pars caloris cum alia: vt putatur de corpore Christi in eucharistia iuxta vnam positionem: q̄ illa corpora sint æqualis potentię in fine: quia æq̄liter habēt de forma. Ex istis habetur solutio ad argumentum, non esse mirandum q̄ ferrū candens vigorosius calefaciat q̄ pars ignis: cū plus habeat de forma ob densitatē materiæ ferri. Nec illa maior actiuitas in calefaciendo vel in manū lædendo arguit intēsiorē formā. quod patet aliū

de.nã capiat fruſtũ picis vel ceræ ratæ calefactæ parũ manum calefacit:ſi vero cõdenſet, vel pl⁹ de materia calida applicetur:magis calefacit ob maiorẽ formã tuæ manui applicatã.Notũ eſt autẽ q; cera calida rara ſtatim condenſata nõ intẽditur:qa calor manet in eodẽ ſubiecto in quo pri⁹ erat. ¶Ad aliud vbi dicis q; ferrũ ignitũ icẽdit ſtuppã.hoc eſt verũ ratione ignis in poris ferri icluſi:ſed ſi nullus ignis includeret in illis poris: oſtẽdere negres q; ferrũ cãdẽs ſtuppã incẽderet. Adhuc aũt illo oſtenſo non habebis ꝓpoſitum qa dicet q; calor eſt patriale principiũ ꝓductiuũ ignis, vel forma ferri: ſicut in cõfricatiõe ferri cũ lapide duro:vel ignis ꝓducti a radiis ſolaribus a ſpeculo concauo reflexis.qđ eſt huic negocio impertinẽs. De difficultate tñ in ſe, nõ nihil dixim⁹ in.xii.diſt.huius. ¶Quinto arguit. Stgnet grave ſimplex in vacuo:ĩpm cadit in inſtãti in quo pars ſuperior & inferior erunt in eodẽ loco imaginario: ergo penetratio corporũ naturaliter eſt poſſibilis. Corporũ em̃ penetratio non regrit locum verũ. vt ſi duo corpora ſe penetrarent extra vniuerſũ. Rñdet primo negando q; illic eſſet penetratio:qa ad penetrationem nõ ſufficit partes eſſe ſimul in illa mutatione ſubita, niſi id ꝓmanẽter fieret. Scdo concedit q; illic eſt vera penetratio corporũ & naturalis, ꝓpoſito tñ miraculo Nos aũt in cõcluſione itelligim⁹ nullo miraculo ꝓuto. ¶Sexto arguit. Capio cerã bipedalẽ ratã quã cõdẽſo ad pedalitatẽ. Iã ſic.a.& b.bipedalitates ſũt in loco ꝓprio iquo fuit a.prius. qa pono q; b.pedalitas reducat ad a.& locũ eius ſubintroeat. Nõ potes dicere q; illic erat aer incluſus & expulſus in condenſatione:ſicut in cõdẽſatione lanæ:qa ſecludo poros includentes externũ in cera. Fortaſſe dicis q; in rarefactione acqrit noua quantitas ex qua cũ ꝓcedẽte & remanẽte fit quantitas maior:& in cõdenſatione aliqua pars illius corrũpit,& ſic argumẽtũ nõ habet locũ: qđ ſupponit cõdenſationem fieri ꝓpter partium materialẽ appropinquationẽ. Contra hoc arguit.ſi teneatur quantitas eſſe res quanta: nihil falſi ſupponit argumentum.& ſi teneat oppoſitũ:fractio data nõ ſufficit:qa ſcdm eã quãtitas eſſet itenſibilis & remiſſibilis cõtra philoſophũ in Prædicamentis dicentem q; quantitas non ſuſcipit magis neq; minus.Nec valet dicere,q; ſemp acqrit noua quantitas in rarefactione quæ denominat totum magis extenſum : ita vt non ſtet idem accidens denominare ſubiectum aliquantũ,& poſt ea maius & deinde minus : & q; in condenſatiõe tota illa quantitas corrumpitur.quia ſi ſic, in rarefactione ſemper erit noua quantitas: ita vt nulla maneat per ſe vel aliqd eius per duo inſtantia & ſic nõ erit mutatio ſucceſſiua. ¶Dico ergo ad argumentum,quæcũq; poſitio teneatur de quãtitate:q; condenſatio eſt ſolum propter partium mediatarum appropiquationem.nam partes remotæ in quanto/in condenſatione fiunt propinquiores.oppoſito modo in rarefactione. Ad formam autem argumenti nego q; dimidietas b.in grediatur locum propriũ dimidietatis a.ſed partes b.appropiquãt pl⁹ cẽtro a.q̃ ãtea:& ꝓtes intermedias cõdẽſãt:hoc ẽ facũt eas magis appropi q̃te cẽtro a. & hoc ſi cõdẽſatio fiat verſ⁹ cẽtrũ a.

¶Cõtra ſecundam concluſionẽ arguitur ſic. Si penetratio corporum eſt poſſibilis cum eadem ſit ratio in omnibus corporibus,ſequitur q; deus poſſet facere duas dimidietates vni⁹ corporis ſeinuicem penetrare. ſed hoc cõſequẽs eſt falſum.quod ſic declaro: oſtendendo q; ĩpm antecedit ad hoc impoſſibile:ſcilz quantum erit non quantum:& pari ratione vlterius inferam q; intenſum erit non intenſum. Sed probo hæc in medium ꝓpoſita.capta cera bipedali de qua habita eſt mentio in argumento præcedente : deus poteſt duas dimidietates eius ſcilicet a.& b. ponere penetratiue ſimul: & pari ratione poterit deus ponere partes remanentes ad ſubduplum ſcilicet ad locum ſemipedalem/ita vt non ſit extenſio niſi ſemipedalis. Et vt clare loquar:pono q; in prima parte ꝓportionali horæ deus ponat duas dimidietates ſiue pedalitates ceræ datæ penetratiue ſimul:iam ſolum locum pedalem occupabunt.pono q; in ſecunda parte proportionali horæ deus capiat a.& b.quæ occupabunt locum pedalem penetratiue ſimul:iam erit ſubdupla extenſio & ſemipedalis. Procedat ita deus per omnes partes proportionales vnius horæ ſemper ad ſubduplum:ita vt extenſio partis proportionalis ſequentis ſit ſubdupla ad partem proportionalem præcedentem : & conſeruentur partes eædem in inſtanti terminante illam horam: iam nulla erit extenſio partium . Quod patet: quia in infinitum parua erat aliqua extenſio in aliqua parte proportionali huius horæ . & minor eſt extenſio in hoc inſtanti q̃ erat in aliqua parte proportionali horæ præteritæ : ergo iam nulla eſt extenſio.ſi non ſequatur: dato oppoſito conſequentis, nunc erit aliqua extenſiõ: ergo non in infinitum erat parua extenſio ante hoc inſtans. ¶Reſpondetur, hoc argumentum repit ſenſim, ex conuentibus inconueniens maius inferẽdo.in primis aliqua ſunt apd me idubitata:ſcilicet q; poſſit eſſe penetratio corporum diuerſorum ſiue de prædicamento ſubſtantiæ ſiue quantitatis: & idem puto de partibus eiuſdem corporis . Ad noſtum itaq; argumenti concedo q; deus poſſit hoc facere p oẽs

ptes ꝓportionales vnius horæ.hæc teneo idubitata. Sed in vlteriore illatiõe an corpus manebit inextenſum:nõ eſt lucidũ.non ſequtur q; erit nõ quantum in inſtãti terminante horã.põt em̃ deſtruere ptes illas in illo inſtanti:& tunc licet nõ fuerint quãtũ extẽſiue:falſũ erit dicere q; erunt non quãtũ extẽſiue:qa ſi ſunt non quãtũ extenſiue,ſunt.põt etiã de⁹ illo inſtanti reducere ptes ad aliquã quantitatem extẽſiue ꝓut voluerit:ſed non poterit tenere eas nõ extenſas. Declaro hoc p ſimile.ſi in prima parte ꝓportionali vni⁹ horæ de⁹ diuideret continuũ in duas dimidietates:& in ſecũda pte ꝓportionali illas partiret in quartas & in tertia pte ꝓportionali has quatuor ptes diuideret in octo octauas:& ſic p oẽs ptes ꝓpõrtionales vnius horæ geometrice continuo diminuẽdo:in inſtanti terminante horã iſtæ ptes vel non ſũt:vel ſi ſint erũt quãtę:& ſic nõ minores q̃ erãt in aliqua ptiũ ꝓportionaliũ.nõ ſtes i ſuppoſitiõe determinata (ptiũ ꝓportionaliũ) ſed mentẽ meã capito:vel cõtinuũ ex ĩptibilib⁹ erit cõflatũ.Tertiũ mẽbrũ nõ ẽ ĩprobabile.vñ i ſcdo alteri⁹ lectupræ in vico ſtraminis iunior tenui,continuũ ꝓbabiliter eſſe cõpoſitũ ex pũctis.Ecce ergo quõ vrgemur in huĩ⁹ diſtinctiuæ aſſertionẽ. Q; aũt quãtum põt reduci ad nõ quantũ:itelligo de quãtitate extẽſiua.nõ em̃ ẽ poſſibile q; ex quãto fiat nõ diſcretũ.vel nõ eſt poſſibile deo conſeruare illas partes in inſtanti terminante horã,qn fuerint alicuius certæ extenſionis: & p conſequẽs nunc nõ ſunt minores q̃ erant in aliqua pte ꝓportionali horæ ꝓteritæ.Primũ membrũ admittẽdo põt cõſequẽter cõcedi q; ex intẽſo ſcdm formã põt fieri nõ intenſum:& q; formæ intenſio ex nõ intenſis cõflat:ꝓportionabiliter ad quãtum cõtinuum ex multis conflatum:quorũ quodlibet eſt imptibile:licet etiã ex multis itegret:quoꝝ qđlibet eſt extẽſum.Imꝑſentiarum aũt ne lectorem vacuũ relinquam in opinionũ multitudine:viam regiã de continuo tenendo,nego pure continuũ ex vlo ĩpartibili eſſe cõflatũ.& cõſequẽter ad illud dico q; quantum non poteſt eſſe non quãtũ iuxta vnum membrum tactum.

¶Sed adhuc argumentor probando q̄ stat martyrem damnari. & hoc sic. Contingit aliquē subito vocari coram tyranno qui erat in peccato añq̄ veniret:& nō cogitare āplius de suo peccato:& sic nō detestari.& per consequens ipse patiens damnabitur. ¶Pterea contingit Tartarū gentilē vel Mahumetanū mori cū actu martyrij.sed tales damnabūtur . Maior ꝓbatur: quia potest proponi vni Mahumetano q̄ neget deū esse vel deum creasse mūdū:hic Mahumetanus mauult sustinere mortē q̄ neget hanc : deus est,vel deus creauit mūdum.& sic sustinet. ergo damnabitur martyr.q̄ autem damnabitur patet quia non est Christianus, & est adultus audiens loqui de fide nostra quam floccipendit. igitur. ¶Ad primū dicitur q̄ is detestatur sua peccata in generali,& nō habet opportunitatē cōfitendi. nemo em̄ obligatur ad impossibile.sed si nō detestetur formaliter,sufficit virtualiter.hūc casum in materia pœnitentię excepimus.& statim euolat ad patriā,ac in primo instāti nō esse est beat⁹. ¶Ad secūdū nego q̄ stat dare Mahumetanum vel gentilē martyrē si patiatur mortē p hac,deus est,vel deus creauit cęlū & terrā : quia refert hoc actualiter vel virtualiter i suā sectā, & in honorē suę sectę.circūstantia autē finis est potissima circūstantia ad bonitatē actus requisita:vt patet tertio Ethico.in materia de fortitudine.Et sic actus eius est malus,& p consequēs nō est martyrium; cum martyrium sit actus virtutis: quinimo virtutis heroicę.Si quis autē esset natus gentilis,nō baptizatus baptismo fluminis,qui vellet pati p Christo:& circūstantionare recte suū actū: is erit martyr & Christianus,qa baptizatus baptismo sanguinis. Sed dicis.non respondeo ad punctū rei:quia stat Mahumetanū habere hoc propositum.volo pati pro hac, deus creauit mundum: amore dei:nullo modo in suam sectā referendo formaliter vel virtualiter.& deus talem illuminabit vt consentiat fidei.nō enim dubito quin sint aliqui inter eos Christiani in corde. Si ponas q̄ velit pati pro hac propositione,& tenere suā sectam,iam damnabitur,& erit martyr : & non ob aliud nisi quia non decedit in gratia.ergo terminus martyr hoc connotat. Nego q̄ erit martyr. ratio in prōptu est,quia nō habet fidē:& licet decedat in gratia:tamē vocabulū hoc nō cōnotat. Quis aūt obiectiones surrepāt: malo illud ꝓtegere iuxta verba pontificis.Iniuriā facit martyri qui orat pro martyre.q̄ inniti phantasiolis. nihil em̄ occurrit qđ eluere nō possis. ¶Tertio arguitur.cōtingit aliquē percuti pro defensione fidei: sic scilicet vt viuat ad aliquot dies: in qbus potest mortaliter delinquere & sine pœnitentia decedere.ergo martyr damnabitur. ¶Respōdetur cōcedēdo q̄ cōtingit aliquē viuere aliquot dies post ictū letalē,qui erit viro causa mortis.sed nego q̄ is damnabitur: qa scām legem ex libertate arbitrij nō deflectetur finaliter a deo qui deum noluit pro vita relinquere.nec quod amplius est deus ipsum deseret i fine siue peccet postea, siue non.Nec putes hoc argumentū esse cōtra me solum:sed & cōtra determinationē Romani pontificis rationabilē,q̄ nūq̄ martyr damnabit. Adde q̄ nō iuuat istud aduersarios.quia citius cōtra illū quodlibet argumētū ad hoc ꝓpositū habebit colorem q̄ cōtra me.ipse enim debet,sicut & ego protegere q̄ nō damnabitur martyr:licet contrarium admittat,& male.

¶Paucis aliqua colligendo dico: q̄ nemo non moriens est martyr : licet martyr dici possit ante mortē certitudinaliter apud illos qui hoc nouerunt. Damnatus supplicio mortis ob scelus cōmissum vel aliud vetitū q nō pōt euadere quicqd egerit,nō est martyr. Ratio est:qa martyriū est actus heroicus & in facultate hoīs situs: sic sc;,si suā causam deserere vellet,nō occideret quā minime deserit.sed ille damnatus nō potest euadere. Est tñ actus patientię & pulchrę virtutis mortē illatā æquanimiter ferre : & de necessitate facere virtutē:& in pœnā peccati ꝓpetrati mortē subire:quia velle sic assumere est actus liber. Ex eodē fonte sequitur q̄ p̄dicās verū corā tyrāno

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel eo ꝙ absente, insciꝰ ꝙ mors sequetur, si cogatur subire mortē, proprie nō est martyr. hinc Ioānes Baptista nō abstinuit a reprehensione Herodis etsi mortē iudicabat infligendā a tyranno. quod cūq; autē iudiciū ad hoc sufficit, dūmodo homo nō deserat honestū: & sequatur mors. sed vbi fit miter iudicat: actꝰ est magis meritorius: quia difficilior. Similiter nec occisus inopinate in nemote est martyr. Si quis tamen gratia prędicationis verbi diuini animā suā ponat in manus suas, vt multi in primitiua ecclesia prędicādo verbū dei fecerūt, nō obstante absentia cōditionis mortis, si a sicario inopinate occidatur in nemore, est martyr. Ratio est: quia verosimile erat ꝙ aliquando pro sermone dei plantādo occideret, licet inscius a quo & quādo. tūc is dans exequutioni officiū inchoatū si sit occisus, est martyr. Et eodē modo plerique inclusi in carcere & vinculis detenti, in quibus successu tēporis moriūtur, qui perstant fixti in fide, quocūq; genere mortis oblato, sunt martyres. & si casus trabis domus forte eos necaret probabile est ipsos fore martyres: quia ab aliis effectualiter eos in carcere detinētibus hęc mors est inflicta, & nō ab ipsismet inclusis. Aliqui insuper reges iustū titulū ad regnū habētes, & reipublicę vtiles, ab hostibus suū regnū petētibus cęsi a vulgo reputātur martyres. quocunq; autē nomine vocētur, martyres vel nō martyres: sufficit eorū bona vita cū miraculorū claritate ad hoc vt colantur. vt Henricus. vj. a Ricardo Eduardi frate peremptus: dūmodo sint canonizati formaliter vel interpretatiue.

¶ Petis: si actus martyrii beati Laurentij ponatur in alio qui mortem nō sit passus: an ille sit martyr. & videtur ꝙ sic: quia actū martyrij habet: & aureolam martyrū habebit. ¶ Respondetur. casus est prēter legem: et si deus hoc faciat prēter legē cōmunē: de aureola poterit facere sicut ei placebit. Secūdo dico ꝙ is non erit martyr: quia actus martyrij nō denominat quēlibet, sed solū illū qui patitur. vt si virginitas Marthæ vel Petronillæ ponatur in Magdalena: ipsa non erit propterea virgo.

¶ Distinctiōis Quadragesimęnonæ Quęstio Vigesimaquinta.

Secūdo de martyrio & vigesimoquinto i hac distinct. quęritur. quādo quis debeat pati martyrium: & ꝑ quib⁹ causis. Supponam⁹ triplicia esse prēcepta. quędam negatiua. vt non furtū facias. non sis homicida. Alia affirmatiua, vt colere deum: reuereri parentes. Tertia sunt prēcepta mixta, quę affirmationem & negationem includunt, vt colere vnū deum, includit hanc negatiuam. non colere plures deos q̄ vnū, & deum colere. sanctificare sabbatum: facere cultum dei, & non facere opera seruilia. Et proportionabiliter de isto tertio membro dicendum est sicut de alijs duobus. propterea si loquuti fuerimus sufficienter de duobus prioribus membris, abunde dictū erit de tertio.

¶ Respōdetur ad quęstionem per conclusiones. Prima est. Potius q̄ cōtraueniam⁹ prāeceptis negatiuis, semper debemus pati mortem. probatur. prēcepta negatiua semper & pro semper obligant: ergo quicūq; contrauenit eis, peccat. sed homo potius debet pati mortem q̄ peccare. igitur. ¶ Secunda conclusio. homo nō semper tenetur pati mortem pro fide aut pro impletione prēceptorū affirmatiuorum. Probatur. prēcepta affirmatiua non obligant pro semper, sed solum semp obligāt. homo enim obligatur implere actū prēcepti affirmatiui pro loco & tempore: quia non semper homo tenetur actu diligere deum vel reuereri parentes. ergo pro omissione taliū prāceptorū quādo homo nō tenetur ea implere/nō peccat. modo nō est semp necesse confiteri fidem. nā existens inter infideles videt⁹ ex sua confessione se occisum iri: nō in aliorum ædificatiōnē & fidei augmentationē: sed i irrisionem: nō debet pati. iuxta sentētiam Saluatoris. Matth. vij. Nolite sanctū dare canib⁹: neq; mittatis margaritas vestras ante porcos ne forte conculcent eas pedibus suis. modo in illo casu confiteri fidem est dare sanctū canibus. Insuper contingit aliquē esse reipublicę valde vtilem: & partū vel nihil vtilitatis erit nūc ex eius morte: magna autē sequetur ex eius vita. is nunc nō debet pati: more Apostoli, qui aufugit per sportam demissus a Damasco. Actuū. ix. sed verū est ꝙ persecutio Apostoli erat personalis & nō fidei. quod patet: quia nō attigerūt alios Christianos sed petebāt eū. & tūc licet fugere de vna ciuitate i aliā. ¶ Tertia cōclusio. Homo nō tenetur pro cōfessione propositionis ad fidem & mores nō pertinentis pati mortem, immo stulte agit. probatur. nam homo debet custodire suā vitam scām legem naturæ & diuinā, nisi vbi habet prēceptum vel consiliū aliūde per qd ab illo absoluatur. sed id hic nō habet. igitur. Etiam dato ꝙ sciat illā veram: probet & suadeat eis veritatem illius dict⁹ ꝙ si persuadere nequeat: desistat relinquēdo eos in errore suo: cū talis notitia nō sit necessaria ad salutē. Quo patet ꝙ delire agunt illi qui se offe-

Cognatio spūalis contrahit in collatione duoꝝ sacramentoꝝ .s. baptismi et confirmationis et hz tres gradus p̄ma é compaternitas et contrahit inter patrem et matrem baptizati vel confirmati / et pater eius qui tenet ad baptismum vel ad confirmationem dicti eorum eius / vel et inter eum q̄ baptizat / 2a. dr paternitas et contrahit inter eum q̄ tenet ad baptismum q̄ esset q̄ confert sacramentum q̄ dr pr̄ spūalis / et eius vel eam qui tenet[ur] 3a. fraternitas et cōtrahit inter illum qui tenet vel eam. et filiū eius qui tenet. Hi grādi prohibent: nec vltra procedunt. / et siquis commisit vp̄ carnale cum aliqua, in aliquo gradu huius cognationis intestinos. é. 30. q. 3. ca. 1. 35. q. 8. ca. Incestuosi.

hinc nō. q̄ pr̄ aliquis cōtrahere cum sorore filij spūalis 30. q. 3. c. illud. item pr̄ pr̄ cōtrahere cum ea: quam filius temuit ad baptismum / dicto. ca. illud quamuis filius non possit contrahere cum illa quam tenuit pr̄ ad baptismum vel baptizauit. ¶

item ex eo ꝙ cognatio spūalis nō hz gradū: quāuis filius naturalis pr̄i nō possit contrahere cum filia spūali ipius pr̄i, quam .s. tenuit ad baptismum vel cōfirmationem posset tn contrahere cum filia filij spūalis ipius pr̄i. 30. q. 3. ca. 1.

item filij duoꝝ compatrum sine sin geniti ante compaternitatē siue post possunt adinuicē cōtrahere. excepta illa psona per quam compaternitas est contracta / q̄ nūq; poterit copulari alicui filiorū sui pr̄is spūalis 2

item si plures sint lenātes vel tenentes ad baptismum pr̄i nihilominus illi — tenentes tenentur contrahere ꝛ. vt notat. Innocentius.

¶ item signū ex̄a necessitatis baptizat filius vel filiam suam. nō pt amplius exigere debitum. Ita expresse tenent' Scotus ꝛ.

item si Ioānes uxor pr̄i tenuit ad baptismum filium Berthe aliquam remisserunt vel contraherent matrimonium cum ipso pr̄o, ipa mortua pt pr̄a hre in uxorem ipius Bertham ꝛ. et sic successive isto modo pt quis hre duas comates seu uxores. /

Hic nota sin canonū, q̄ tollit hoc matrimonium de cognatione spūali tres sunt p̄ma est inter spūalem patrem et filium seu filiam. hoc e pater ad baptismum vel confirmationem. et baptizatū seu cōfirmatū / 2a. est inter filios et cōmates. 3a. est inter tres spūales h. est p̄sonas baptizatam matrem. et filios seu filiam naturales pr̄is spūalis / et adverte hic q̄ idem e. Iudicium de tenente ad baptismum et baptizante et Iudicium de tenente ad baptismum et illius uxore sit tam ex mri motiuis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt paratos ad mortē inclusiue pro veritate alicuius propositionis mathematicæ. ¶Quarta cōclusio.Non ꝑ qualibet veritate catholica est patienda mors in quocūq; tempore. nam de multis propositionibus catholicis dubitatur in quo sensu debeant ꝓcipi.vn⁹ eñ exponit in vno sensu:alius in alio fortasse cōtradictorio: vt patet i Apoca.alter tamen sensuū est catholicus licet nos fugiat. ꝓbatur ergo cōclusio.qui patitur mortem ꝓbet testimonium certū pro re pro qua moritur. modo iste non habet sufficientē certitudinem.igit. ¶Quinta cōclusio. Necessarium est in aliquo tempore cōfiteri publice fidē. vtpote quādo iudicatur ꝙ erit magna vtilitas in fide si homo cōfiteatur publice fidem:nec est vero simile ꝙ tantum vtilitatis erit in posterū ex dilatione mortis:tam homo tenetur fidē intrepide confiteri.similiter quando videt aliquos retrocedentes vel titubātes in fide/si non cōfiteatur fidem.Probatur verbo Christi Matthæi. x. Omnis qui me confitebitur coram hominib⁹: cōfitebor et ego eum coram patre meo qui in cælis est.Qui autē negauerit me coram hominibus: negabo et ego eum corā patre meo qui in cælis est,non solum negando verbo/sed facto per taciturnitatem.Et probatur ratione.nā secūdū ordinē charitatis deus est plus diligendus q̄ vita nostra. sed hic tangitur gloria dei & agitur solum de vita corporali nostra: quam gloriam si negligam⁹: diligimus nos plus q̄ deū.& propterea subiūgit statim saluator in litera allegata.Nolite arbitrari quia venerim pacem mittere in terram.hoc est:nō debemus nos seruare in illo casu.Idcirco & bases ecclesię prosiluerunt in mediū publice confitentes nomē Christi.non enim sufficit hic recte credere in animo: sed & ipsam credulitatem verbo explicare oportebit.iuxta illud Apostoli ad Romanos.x. Corde creditur ad iustitiā:ore autē fit cōfessio ad salutem.Hinc pharisæi bene ꝓmittebant ꝙ Petr⁹ & Ioannes crederent dūmodo nō docerent resurrectionē. Actuum quarto. Quapropter apparet ꝙ Nicodemus & Ioseph ab Arimathia peccabāt nō confitendo Christū. vnde scribitur Ioan. xij. Veruntamen et ex principib⁹ multi crediderunt in eum.sed propter pharisæos nō cōfitebātur vt de synagoga nō eijcerētur. dilexerūt eñ gloriā hominū magis q̄ gloriā dei.Nā ꝙ beat⁹ Petrus peccauerit mortaliter nō est dubium:quia Christū negauit & iurauit se nō nouisse hominē.modo mendacij fidei est maximū iuxta Augustinū. ¶Sexta cōclusio.Non solū ꝓ fide tolerāda est mors,sed ꝓ aliis actibus virtuosis. vt btūs Ioannes ꝓ p̄dicatiōe gladio occubuit:Agnes ꝓ castitate: Thomas Cantuariēn.ꝓ cōseruanda libertate ecclesię. Sed dicis.isti fecerūt cōformiter ad legē diuinā: ꝙa nō habere vxorē fratris,erat de lege.hoc nō obstat i aliis duob⁹ & in multis aliis casib⁹.nō nego qui nūq̄ aliquis debeat pati mortē nisi patiat cōformiter ad legē diuinā.sed nullus debet pati nisi conformiter ad dictamē rectę rationis.modo nulla est recta ratio legi diuinę repugnās.nā omne verum omni vero cōsonat. ¶Septima cōclusio.Non solum ꝓ opere pręcepti sed ꝓ opere consilij patiendū est martyrium interdū. Probat Martinus hāc cōclusionem sic.ponatur ꝙ aliquis videat vitam quā ducit turpem:& nō possit sic bene viuere in sęculo:sed speret dei gratia ꝙ bene viuet in religione:is pōt pati mortem potius q̄ impediatur a tyrāno ꝓfiteri religionē:& tñ ꝓfiteri religionē est de cōsilio.Probat hoc de integritate & castitate corporis:vbi probabiliter timeretur in corruptione cōsensus & in consēsu peccatū.Ponit tertiā probationē de periurio. vide eum quæstione quinta huius materiæ. Sed istę probatiōes nō valēt.nam in primo exemplo nō est de cōsilio profiteri religionē: sed de præcepto:cū nō possit viuere cū salute in sęculo: bene tñ in religione.Eodem mō de integritate carnis.& sil'iter in tertio argumēto de assueto iurare & ꝑclui ad periurium dicatur.Probatur aliter conclusio per multos martyres qui se obiecerūt tyrānis quādo non tenebantur:qui in hoc laudātur.vt de beata Christina & multis aliis legim⁹. Insuper miles interdum in bello potest aufugere licite pro saluā da sua vita:qui tamē laudat perstando in bello:at nō est ei pręceptum tunc ꝑmanere in bello : cum multi sociorū ei⁹ sine peccato aufugerit.ergo eadē ratione licite anfugere potest.Ipse tamē nō est virtuperādus/imo laudandus expectando:ergo hoc licet.Et ita diceret Aristoteles in lumine naturali:vt videre licet Tertio Ethicorū in materia de fortitudine.ttaq; licet pati ꝓ republica christiana ꝓ opere cōsilij.Tertio si nō liceret/hoc esset ꝙa nūq̄ præceptū cedit cōsilio.sed hoc nō: quia interdum sunt duo pręcepta vel ꝓhibitiōes a.& b.& a.trāsgressio est grauior q̄ b.& tamē a.cedit b.vt patet de mēdacio & homicidio.Propter has igit rationes septimā conclusionem teneo.

¶Contra primam cōclusionem argumētor.quia sic potius q̄ homo peccet venialiter deberet pati martyriū.hoc est falsū. & cōsequētia patet:ꝙa ꝓhibet mētiri venialiter. Si dicas veniale esse pręter legē:& esse in cohibitione & nō in ꝓhibitione:hoc nō ꝓedit: ꝓpositū:sed est solū de termino luctari sic dicēdo:vel ꝙ ꝓhibeat sub pœna peccati venialis. Sed ꝓbo ꝙ homo potius debet mentiri venialiter q̄ patiatur mortem.Poti⁹ debet pati pœnam debitā peccato mortali q̄ patiat mortem:ergo potius debet peccare venialiter q̄ patiatur mortem. ¶Respondet concedēdo ꝙ potius homo debet pati mortē q̄ peccet venialiter.sicus

Universidad de Deusto
Biblioteca

est de pœna culpa secluſa:quę potius tolerãda est q̃ mo. s.Martinus in fine queſtionis quintę in ſolutione cuiuſdã argumenti de hac materia,aliqua dicit.Primo.nõ cõſtat an peccatũ veniale ſit diuinę legi cõtrariũ.Nec cõſtat an oẽ peccatũ ſit veniale vel mortale.Tertio dicit:licet mendaciũ ſecluſa circũſtantia alicui⁹ exceſſiue triſtis & doloroſi ſit peccatũ mortale vel veniale:multa tamẽ ſunt quę nec mortalia ſunt nec venialia/poſita circũſtantia alicuius exceſſiue triſtis & doloroſi:ſicut gra⁹ium cruciatuũ aut incõmodorũ aut mortis. Primũ nõ facit ad rem/ ſiue veniale dicaẽ cohibitũ ſiue pḣibitũ/nihil refert in ſententia:qa idem eſt. Secũdum nihil valet:qa oẽ actuale(de quo ſpe loquit)eſt veniale vel mortale.& videẽ q̃ illa peccata dẽtur per imediata. vel eñ peccato actualiter debeẽ pœna ęterna ſenſus, vel tẽporaria. Si primũ: vocatur a theologis mortale peccatum.ſi ſecũdum:veniale. Tertiũ autẽ eſt falſum. nam ab oibus theologis ſemp tentũ eſt:ipoſſibile eſſe mẽdaciũ bñ fieri:ſaltẽ deo nõ auctore:ꝑpter qddam incõmodum eui tãdũ.& rectior eſt illa via theologorũ tenẽs q̃ de⁹ nõ põt mẽtiri vel fallere.ſed illud ad finẽ primi latius deduco.quare impręſentiarũ miſſum facio.

¶ Contra ſecundam concluſionem argumentor. Exiſtens inter Mahumetanos:& interrogatus ab eis:an Mahumet⁹ ſit ꝓpheta:debet dicere/nõ.qa ſi dicat q̃ ſic: cõtrauenit conſcientię ſuę & veritati.ſi taceat/cõſentire videt.ergo q̃cũq; ꝓponit illa queſtio fideli:debet dare reſpõſionẽ ad quã ſequit ipſum pati mortem. ¶ Reſpõdeẽ. põt tacere.aliud eñ eſt tacere: & aliud falſum dicere.nec ꝑ quolibet tpe & loco veritas dicenda eſt.

¶ Cõtra tertiã cõcluſionẽ argumẽtor. Per me potius hõ debet pati mortẽ q̃ mẽtiatur.ſed quicũq; aſſertiue dicit:nõ ſup lineã datam cõtingit triangulum equilaterũ collocare: mentit. & ſicut cõtingit in prima cõcluſione primi Euclidis:cõtingit in qualibet alia mathematica. igitur. ¶ Reſpondeẽ cõcedendo maiorẽ cũ minore. ſed hoc nõ eſt ꝑ ꝓpoſitione mathematica: ſed qa facit actũ inhoneſtũ in lege diuina pḣibitũ, ſcilicet mendaciũ. nõ eñ teneẽ defendere veritatẽ hutus, ſup lineã datã &c.& vbi tyrãnus diceret:occidã te ſi teneas hãc verã:ſup lineã datã:ſtultũ eſt veritatẽ illius tueri.ſed potiuſ q̃ aſſerã illam falſam: debeo mortẽ pati:qa hoc eſſet mẽtiri. Sed obijcies: vetula põt pati ꝑ hereſi ꝓpoſita a ſuo prelato,cuius oppoſitũ nõ teneẽ ſcire:ergo ꝑ ꝓpoſitione ad fidem nõ ptinente. Reſpõdetur.licet vetula poſſit aſſentiri hereſi alicui ſine peccato:tamẽ nunq̃ hoc eueniet q̃ ipſa vocabit ad pœnã quin ei a ſapientibus oſtendeẽ veritas: & tũc ipſa patietur potius ꝑ oꝓpoſito.ſed illo caſu admiſſo conſtat q̃ ignorantia inuincibilis multos excuſat.nam tantũ meretur dãs diuiti eleemoſynã quẽ inuincibiliter credit pauperẽ: q̃tum ille q̃ dat reuera pauperi. Dicis homo pati põt ꝑ hac:quãtitas diſtinguit a requãta:quę nõ eſt de fide:& tamẽ illa ꝓpoſitio eſt pure phyſica vel pure metaphyſica. Ad hoc dico illam propoſitionem pertinere ad fidem/ tribuẽdo peregrina fidei quę non ſunt fidei: ſicut auferẽdo illa quę fidei ſunt ab ea.

¶ Contra vltimã concluſionẽ argumentor. Preceptũ eſt conſeruare vitã: conſilium pati martyriũ: vt dicit concluſio ſeptima.modo nunq̃ preceptũ cedit conſilio.igitur. ¶ Reſpondetur.argumentũ imaginaẽ falſum:q̃ ſcilicet preceptũ & cõſilium cõpugnent.conſilium ſiquidem eſt de meliore bono:& ad preceptũ homo tenetur modo nũq̃ precepti oppoſitũ eſt bonũ.ſed ꝓpter circũſtãtiã ſupueniẽtẽ deſinit eẽ preceptũ qđ alioquin põceptũ foret. ¶ Secũdo arguit cõtra eandẽ concluſionẽ.maius preceptum abſoluit a minore precepto ſibi incõpoſſibili. ¶ Tertio,cõſilũ nunq̃ aliquem obligat ad cõformiter agendum: præceptum vero obligat.ergo homo non debet relinquere opus precepti pro opere conſilij. ¶ Quarto.vel quodlibet opus cõſilij tollit opus precepti: vel aliquod ſolum.ſi ſecũdum: quero qđ ſit illud conſilium.ſi primũ:poteſt quis ſimulare ſemper omiſſionẽ precepti ꝑ opus conſilij. ¶ Ad ſecundum patet ſolutio ex vna ꝓbatione concluſionis: quia mentiri plurimũ nõ eſt ita graue peccatũ vt occidere vel pati ſe occidi niſi in rationabili cauſa.ſed tamen poſitus inter illa duo incõpoſſibilia tenetur pati mortẽ potiuſ q̃ mentiatur. Obijcitur. mendaciũ nõ poteſt bene fieri: ſed in caſu cõcluſionis cõſeruatio vitę poteſt bene fieri: ergo male inſtas.Nego conſequentiã.nec eſt oino ſimile: vt bene ꝓbas:ſed hoc nihil ad a. ¶ Tertiũ autẽ argumentũ eſt virtualiter inter arguendum ſolutũ. & aliter hoc declaro.Nam ſecũdum oñes egregius verbi diuini declamator abſoluitur a ieiunio quadrageſimę ſuppoſito q̃ nõ poſſit vtrũq; facere.& ratio eſt,qa facit obſequiũ magis gratũ deo/purgando & illuminãdo fidelium mentes.ſic in euentu cõcluſionis:exẽplo ſanctorũ q̃ ita fecerũt:& veram laudem in hoc cõſequuti ſunt. ¶ Ad quartũ dico/ſapientis eſſe iudicare:quãdo ſit opus conſilij,& quando nõ.ſed dico, quãdo eſt opus cõſilij, vtrobiq; tollit oppoſitũ ne ſit de precepto:qa cõſilium eſt de meliore bono ſemp:& oppoſitũ precepti eſt malum.& hoc reſpondenti/hanc cõcluſionem ſuſtinenti ſufficit. Vbi autẽ arguens aſſutus ꝓponit ei vnũ preceptũ/& oppoſitũ: quęrẽdo an poſſit oppoſitũ facere tanq̃ opus conſilij:dicat reſpõdens.ſi oppoſitũ ſit opus conſilij/ dico q̃ ſic.

ſed an ille actus quẽ mihi propono de quo dubito,ſit opus cõſilij:oportet ſapiẽtes cõſulere:e quorum numero me non exiſtimo . In aliquibus iam mihi conſtat:vt in ꝓbatione concluſionis dixi; in aliquibus vero difficile eſt iudicare:quid pro quo faciendũ.Tertio Ethicorum.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimenone Quæſtio Vigeſimaſexta.



Igeſimoſexto in hac diſtinctiõe: & tertio de martyrio queꝛo: An act⁹ quilibet cui debetur palma martyrij ſit act⁹ magnę pfectionis? & ſit ꝓferendus actui cui hęc palma nõ debetur . Hic non quæro:an martyrij actus ſit magnæ perfectionis : ſed generalius q̃ſi ui de quolibet actu cui debeẽ palma martyrij : cũ ex q̃ſtione prima huj⁹ materię cuilibet actui martyrij debeatur palma martyrij . ſed non quiuis act⁹ cui debetur palma martyrij eſt martyriũ. hic autem ſufficienter excludemus martyrium extenſo termino:qđ fit cum contrapugnatione:quia illi non debetur aureola:licet grande meritum.

¶ Pro ſolutione q̃ſtionis propoſitę pono aliquas cõcluſiões. ¶ Prima cõcluſio. Quilibet actus martyrij cũ contrapugnatione eſt actus magnę perfectionis. ¶ Secunda cõcluſio. Quilibet actus cui debetur aureola martyrij ꝑſtat actui fortitudinis bellicę cum cõtrapugnatione cæteris paribus. ¶ Tertia concluſio. Regulariter quilibet actus cui debeẽ aureola martyrij/ ꝑſtat actui q̃ nõ eſt aliquo modo martyriũ. ¶ Prima cõcluſio ꝓbatur ſic.quelibet fortitudo eſt act⁹ magnę pfectionis:quodlibet martyriũ cũ contrapugnatiõe ẽ fortitudo.igitur.maior patet tertio Ethicorũ.quia obiectũ fortitudinis bellicę facit actũ difficiliorem q̃ obiectum tẽperantię. Inſuper ſi extolluntur a ſapientibus qui glorioſe pugnarunt pro defenſione patrię:a fortiore laudandi ſunt qui & pro patria & dei gloria pugnant:tollendo illa quę ꝓturbãt exaltationem nominis dei. Propterea Machabei:Godofridus Bullonienſis:& Balduinus,& ſifes ęterni tati mãdant a poſteris:& glorioſe triũphãt i cęlis. ¶ Scda cõcluſio ꝓbaẽ:qa fortitudo ꝑſtat tẽperãtię ꝓpter maiorẽ difficultatẽ,vt dictũ eſt in pcedẽte concluſione . ſed eſt multo maior difficultas in actu cui debeẽ aureola martyrij,q̃ in actu cui non debeẽ.igit.minor oſtẽdit.nã qñ eſt cõtrapugnatio eſt ſpes euadẽdi creberrime magna:& furor armaminiſtrat:vt ex Homero refert Ethicorũ citat philoſophus:& minus aduertit ad vulnera calefact⁹ nã in impetu non percipit ictus quos ſentit facile nõ cõtrapugnans. Nulla aũt eſt ſpes vel tẽuiſſima euadẽdi illi cui debetur palma martyrij.credit tamen ſi ſibi in mẽtem occurrat:deum poſſe ſe liberare:ſed neſcit an conducat ſaluti patiẽtis.& qa videt frequẽter q̃ de⁹ ſinit bonos flagellari a malis/nõ habet ſpẽ euadẽdi.Rurſus pati martyriũ ſine cõtrapugnatione eſt act⁹ heroicus/vel ex parte factiẽtis/vel ex parte obiecti.non eñ eſt actus heroicus pati cõtrapugnãdo. modo act⁹ heroicus ꝑ ſtat actui nõ heroico circa eãdẽ materiã.q̃ ſit act⁹ heroicus ꝓbo:qa tranſcẽdit cõmunẽ facultatẽ hominum.nã ꝑſentia vni⁹ enſis plus mouet q̃ cẽtũ abſentes . Hinc Euſebius lib.vj.cap.xxx.dicit:q̃ multi obtulerunt ſe ad martyriũ q̃ martyrio obiato reſilierũt.Inſup oim q̃ homo habet,corpus eſt pcioſiſſimũ,& illud martyr dat deo:nõ martyr autẽ nõ tantũ dat:igit. ¶ Tertia cõcluſio probaẽ ex verbo Chriſti Ioãnis.xv. Maiorẽ charitatẽ nemo habet vt aiam ſuã ponat quis pro amicis ſuis.per actum aũt martyrij quis ponit aiam ſuã ꝑ amicis ſuis. Itẽ Pellẽ ꝑ pelle,& cuncta q̃ habet hõ/ dabit ꝑ anima ſua.Iob ſecundo.ſed ꝑ martyriũ homo dat pellem deo.igit. Dixi(regulariter) qa contigit dare heroicã dilectionẽ beatę virginis ꝓtantẽ vni martyrio Cleti vel Clementis.Præterea martyrio plantata eſt eccleſia:& crem⁹tũ accepit ex eodem. Quẽadmodũ eñ granũ frumẽti ſi cõſeruẽr integrum:ipſum ſolũ manet:ſi aũt fuerit terrę iniectũ & corruptũ in terra:ex vno grano multa habebis: ſic ꝑ vno occiſo in defenſiõe fidei multi facti ſũt chriſtiani. Cuius rei vberrima exẽpla videre licet i ſanctorũ vitis. Et ore diuino Ioãnis.xij.approbata eſt hæc comparatio:vbi ſaluator ſic dicit. Niſi granũ frumẽti cadẽs i terrã mortuũ fuerit,ipſum ſolum manet. ſi aũt mortuũ fuerit multũ fructũ affert.Rurſus ob actus excellẽtiã/heroici viri martyrium appetebant.Hinc in actis apoſtolorũ legimus.Ibãt apli gaudẽtes a cõſpectu concilij quoniã digni habiti ſunt ꝑ noie Ieſu cõtumeliã pati. Quid dicam de Andrea qui crucẽ ſalutauit gaudens? quid de optimo illo epiſcopo Cypriano: qui.xxv.aureos nũmos ſpiculatori ꝑ officio ſuo dedit?& in cæteris inumeris eũdẽ feruorẽ cõpim⁹.

¶ Contra ſecũdã concluſionẽ argumentor.Non licet alicui ſeipſum ſine auctoritate dei interimere:ergo nec ſe ꝑbere alteri occidendũ. Forte dicis,& ſic dicẽdum eſt:nemo ꝑbet ſe alteri principaliter vt occidaẽ:ſed exhibet ſe potiſſimũ ad dicendã veritatẽ fidei:quã nõ vult relinquere, eſto ſequaẽ mors. Cõtra hoc arguo. Ex illo ſequit q̃ alteri ꝑſtat occaſionẽ peccandi/quia occidendi hoiem. Inſuper maior vtilitas ſequit in religione chriſtiana ex contrapugnatione:qa hoſtis fidei in

terimit & hostit resistit:ergo magis roborat fides q̄ ex sola tolerātia. ¶ Ad primū sufficiēter iter arguēdū nīsum est.ad calcē argumēti nego q̄ alteri det occasionē culpabiliter id faciēdi: immo potꝰ dat ei occasionē faciēdi opus virtutis vt secū cōfreat nomen dñi,vel aliud simile.sicut superi⁹ dixi mus in.xv.distinctione de petēte pecuniā mutuo ab vsurario,q̄ dat alteri occasionē bñ agendi:sed alter sua malitia capit occasionē male faciēdi. Ad aliud nego añs. plus em̄ fecerūt apli & martyres ad plātationē fidei q̄ i cētuplo plures cōtrapugnātes. viderūt nāq; incredulit tantū cōstātię nō posse puenire naturaliter: vt visum est p Laurētiū,Vicētiū,Bartholomęū,& similes cęlo dignos. frequentissime em̄ & fere semp inter patiēdū occurrebant miracula.etiā in cōtrapugnatione frequēter hostis est victor:& tū victoriā ascribit suo putato deo vl suo pseudoprophetę. ¶ Scdo arguit. Plꝰ meret ille qui vult pati quoscūq; cruciatꝰ citra mortē potius q̄ fidem deferat;q̄ ille qui facit opus honestū & nescit an sequetur mors:vt facūt multi pdicantes ppositiones catholicas,nescientes tñ an p illa pdicatione infliget mors. & idē forte est de illo qui vult pati mortē nō curādo de eiꝰ acerbitate. Primꝰ actus nō est martyriū:& duo secūdi sunt actꝰ martyrij:ergo actꝰ nō martyrij sunt eque boni vt actꝰ martyrij. ¶ Rndet.ille pōt habere duplex ppositū vnū:volo sustinere q̄ deus creauit cęlū,citra mortem/sed nō mortē.hoc totale est malū.prior tñ pars est rōnabilis,sed nō est ppositū cui debet aureola martyrū. Altero modo pōt hō secludere mortē:& ille actꝰ est bonus / sed nec actus martyrij:quia de ratione martyrij est q̄ hō nolit opus honestū deserere/nō obstante cōditione mortis.& cōditio mortis subeūdę cōditionē pditiōis olim aliarū rerū iclusam dit.Ex his cū priꝰ dictis i hac materia diluūt argumētū. ¶ Tertio arguit.vel est de rōne martyrij pati quācūq; mortē illatā : vel sufficit eligere mortē. nō scdm:quia teste Hieronymo/Seneca nō ē martyr,qa elegit sibi mortē vt in balneo dulciter animā efflaret. Si primū:tā decollatꝰ vt Paulus,& decoriatus vt Bartholomęus,vel assatus in craticula vt Laurentiꝰ:& positꝰ sup carbones ardētes vt Vincētiꝰ,equaliter merebunt in illis pœnis: qa habebant actus interiores equales patiēdi quācunq; mortē p fide:ergo videt q̄ equaliter merebant in hoc. ¶ Rndet.volēs eligere mortē facilē vt minꝰ habeat pœnæ,nō est martyr:vt Seneca.etiā cum determinatū eēt a pditissimo Nerone q̄ pceptor mortē oppeteret:erat actꝰ patientię & nō martyrij. Si dicas.eo modo beatꝰ Petrꝰ q̄ elegit sibi mortē, nō esset martyr. Rndet.nō elegit vt mittorē mortē ferret:qa adeo pœnale ē crucifigi pedibꝰ in altū erectis & capite demisso vt ediuerso.sed qa nō decebat famulū mortē obire eodē ordie & situ quo dñs occubuit (vt ipse dicebat) ppterea sic passus est. ¶ Sed quia tangit in argumēto de martyribꝰ qui passi sunt cruciatꝰ impares,vt Paulus & Laurentiꝰ,qui parati erant oīne genus mortis p Christo ppeti:an equaliter in hoc meruerint:apponam aliquot ppositiōes. Prima est.possibile est nō martyrē esse hoc martyre sanctiorē,qa plures bonos actꝰ fecit.sed loq̄mur de vno actu.quō Paulus & Laurētiꝰ habebāt hęc ppositā : nō negabimꝰ fidē nō obstāte quacūq; cōditiōe mortis oblata: & ista sunt equalis meritū si in equali intēsione graduali, & cęteris paribꝰ fiant. ¶ Scda ppositio. Laurētiꝰ plus meruit p hūc actū,volo sustinere veritatē huius:Christꝰ est deꝰ/nō obstāte craticula in qua diu torqueor:q̄ aliꝰ quispiā p hoc ppositū:volo sustinere q̄ Christꝰ est deꝰ,nō obstāte decollatiōe quā ptinus exequent si nō resiliā:etiā licet actꝰ sint equiter itēsi.qđ pbo:nā actꝰ Laurētij erat difficilior, qa in pspectu terribilioris obiecti q̄ actꝰ alteriꝰ. Insup aliqui martyres passi sunt mortē mittorē qui forte resiluissent a tā terribili gne mortis / nisi deꝰ specialiꝰ eos iuuisset.non tñ nego auxiliū specialē dei in volēte sic pati cū oībus bonis circūstātijs.

Contra tertiam cōclusionem argumētor. Dilectio dei sup oīa prestat martyrio:ergo male dictū est. Insup quilibet actꝰ q̄ est martyriū pstat actui q̄ non est martyriū regulariter.sed q̄libet pars ppportionalis actus qui est martyrium est martyriū:ergo q̄libet pars ppportionalis actꝰ q̄ est martyriū pstat actui q̄ nō est martyriū. cōclusio ē falsa & minor vera:& cōsequētia in barbara:ergo maior est falsa. ¶ Rndet.argumētum pstupponit falsum.nā actꝰ martyrij est dilectio dei,& actꝰ heroicus charitatis.iuxta illud superiꝰ allegatū ex ca. Ioannis.xv.Maiorē charitatē nemo habet &c.ecce actū martyrij:volo sustinere veritatē huiꝰ,Christus resurrexit a mortuis : ppter deū ad mortē vsq; iclusiue.fides aūt in itellectu quo assentit huic, Christꝰ resurrexit/nō est martyriū. Ad scdm dico q̄ terminus(pstat) cōfundit distributiue datiuum a se rectū sicut cōparatiuus ablatiuū.& sicut cōclusio est falsa ita & maior.sed itelligo de actu totali. si aūt terminꝰ(actui)staret cōfuse tñ:cōclusio concederet:vt q̄libet pars ppportionalis actus quę est martyriū actui qui non est martyriū pstat.

¶ Sed qa paulo superiꝰ dixi dilectionē Christiferę virginis heroicā potuisse pstare patuo actui martyrij:dubitabit q̄spiā vnde id pueniat:actꝰ inquā virginis fuisse heroicos. ¶ Rndet. actꝰ est heroicꝰ interdū ab obiecto:vt nolo deserere honestū nō obstante morte quā iudico inferendā si pseuerē in actu.Nonnunq̄ mors est circūstātia nō cadens in rationē obiecti/actum reddens heroicū:vt nolo fidē deserere:quādo iudicat in itelle

ctu,si pseueret,mortē sibi inferēdā.sed hęc mors nō ē actualiter volita:& p cōsequēs nō cadit mors in rationē obiecti.Potest insup actꝰ esse heroicꝰ ex tribus:in intēsione/cōtinuatione libera ac longa:& in relatione actuali in deum.quō multi actꝰ virginis deiparę erant heroici.Quarto dico q̄ alicuius vita pōt cē heroica/cuiꝰ quilibet determinatꝰ actꝰ erit non heroicꝰ. vt seruare regulam Carthusiēsiū vel regulā beati Frācisci sincere & diu/reddit vitā heroicā:licet surgere hac nocte ad horas , vel hodie abstinere ab esu carnū nō sit operatio heroica.

¶ Distinctiōis Quadragesimęnonę Quæstio Vigesimaseptima et Vltia.



Vigesimoseptimo & vltimo in hac dist.quadragesimanona restat inquirere,cuius virtutis sit actꝰ martyrij vl ille cui debet aureola martyrū. Ad hanc q̄stionē varij varie modo opinant: beato Thoma opinante q̄ oīne martyriū est actꝰ fortitudinis:Martino dicēte nullū martyrium esse actū fortitudinis,sed solū spectare ad illā virtutem gratia cuius actū facit.Verū pono cōclusiōes. ¶ Prima conclusio. Aliquod martyriū spectat ad iustitiam.Probat sic.aliquis est actus martyrij quē homo tenet facere:sed ille actus est actus iustitiæ.nā habitus iustitiæ inclinat habentē ad dādū cuilibet qđ suum est:vt deo q̄ dei sunt,& Cæsari q̄ Cæsaris sunt.sed iterdū homo tenet reddere deo honorē exteriorem:& eum cōfiteri corā hominibꝰ:& ad hoc inclinat habitus iustitię.si aūt non fuerit i voluntate talis habitus:voluntas ex libertate sua in primū actum iustitię exit mediāte dictamine prudentiali dictante,nūc dādū esse deo honorē corā alijs. ¶ Scda cōclusio . Aliqđ martyrium spectat ad temperātiā.probatur.si aliqua habeat adeo firmum propositum vt permittat se occidi potiꝰ q̄ consentiat in adulteriū in presentia periculorū : tā ipsa habet actum temperantię:quia habet ppositum circa venerea q̄ cadunt in obiectū temperantię. ¶ Tertia conclusio. Aliqđ martyrium est actꝰ charitatis.probat de charitate infusa:quia ad oēm actum meritorium concurrit charitas infusa:martyrium est actus meritorius.igitur.immo aliquod martyrium est actus charitatis acquisitæ:vt patet ex quæstione præcedēte. ¶ Quarta cōclusio. Aliquod martyrium est fortitudo.probatur.aliquod martyrium est actus quo quis non vult relinquere opus honestum non obstante morte actualiter illata:ergo aliquis actus martyrij est fortitudo.fortitudo enim est circa pericula mortis in bello. Secūdo ostenditur per illud Cypriani in epistola ad martyres & confessores.O beati martyres quibus vos laudibus prædicē.O milites fortissimi,robur corporis vestri quo præconio vocis explicē.Hoc idem tenet Leo papa. & illum morem ecclesia obseruat de martyribus. Forte dicis ad has auctoritates q̄ martyres nō habent bellum: cum non cōtrapugnent.hoc non obstat: quia falsum est q̄ requiritur contrapugnatio quæ fiat manibus & viribus corporis/ad bellum. Vbi autem auctores ponunt fortitudinem bellicam esse virtutem cardinalem:sufficit expectare tempore mortis & in p̄sentia periculorum secundum dictamē rectę rationis contrapugnando ratione,vel sustinendo:vt cōtingit de martyribus.sed non curamus de illo. Sane fortitudo vt est circa ardua,per te est virtus cardinalis:ergo licet martyres non persteterint in bello, non habes negare eos esse fortes:& habuisse actū fortitudinis proprie dictę,nisi aliud occurrat.

¶ Contra hanc quartam conclusionem obijcitur rationibus Martini: & in solutionibus ponentur replicationes contra eum/ probatiuæ huius quartæ conclusionis.In primo argumēto vult probare aliqđ martyrium esse iustitiam: quod concedimus:& aliquod esse liberalitatē:quādo martyrium est opus consilij . ¶ Secundo arguit.Volitio cum contemptu mortis & cruciatuū ne deseratur iustitia impatiua formaliter exequutionis,aut pertinet ad iustitiam tñ:aut ad fortitudinem tñ:aut ad vtrumq;.si primum:habetur intentum.non secundum: quia virtus fortitudinis non inclinat in actum iustitiæ per se & immediate ille autem actus est actus iustitiæ.nec pōt ad vtrū q̄ pertinere:quod pbat dupliciter. Primo,ille actꝰ est vnus:ergo pertinet ad vnum genꝰ virtutis:nō ad duo . Secundo:omnis actus qui fertur in aliqua duo/in vnum tanq̄ in substantiam actus,& i alterum tanq̄ in circunstantiam/ pertinet ad illud genus virtutis ad quod pertinet substantia actus. sed ista volitio quæ dicta est fertur in opus iustitiæ tanq̄ in substantiam actus,& tanq̄ in obiectū primum & principale:& fertur in mortem & cruciatus tanq̄ in circunstantiam actus:quia,vt ponitur in casu,facienti iustitiam proponitur conditio mortis & cruciatuum:ergo ille actus non ad fortitudinem sed ad solam iustitiam pertinet. Maior probatur:quia alioquin idem actus posset ratiōe substantię suę pertinere ad vnum genus virtutis: & ratione huius circunstantiæ ad aliud: & ratione alterius ad aliud.quod est omnino absurdū & cōtra omnem doctrinam philosophorum moraliū, & sanctorum qui in doctrinis suis declarāt manifeste actum virtutis per nullas circūstantias variare genus virtutis. ¶ Ad hoc argumētū nndeo q̄

pertinet ad vtrũq; & ille actus in re est fortitudo & iustitia. & concedo q; habitus fortitudinis inclinat in actũ iustitię per se quãdo ille habitus est realiter iustitia. non enim inclinat in actũ iustitię quia fortitudo: sed quia iustitia: vt manifestum est sic sylogizando: hic habitus iustitię per se inclinat in actũ iustitię: hic habitus iustitię est fortitudo: igitur. consequẽtia est lucida nisi fugias ad modalem cõpositam vel ad aliquid qđ nõ impedit propositum. Et quando dicis, ille actus est vnus: ergo pertinet ad vnum genus virtutis & non ad duo genera: nego cõsequentiam. nam vna res significatur per varia predicabilia & predicamenta: vt idem actus numero spectat ad varias species luxuriæ. & sicut iustitia est genus: sic est fortitudo & temperantia: neutrum tñ est genus generalissimũ. Et vt habeas hoc concedere: pbo q; vn⁹ actus numero spectat ad duas virtutes cardinales. capio hũc actũ: volo expectare in acie belli, quia dictatũ est a recta rõne expectare, & quia teneor. da mihi finẽ iustitię & finem fortitudinis: ordino vnũ actum ꝓpter illos duos fines: & q̃ro abs te quare citius denominabitur a vno partiali fine q̃ ab alio. si habeas rõnem in promptu edissere. Similiter idem actus numero est iustitia & temperãtia. qđ ꝓbo: qa hic actus: volo hodie comedere solũ semel vt seruem ieiunium ad quod obligor & vt temperate comedã: est temperantia & iustitia: quia in ratione finis cadũt iustitia & temperantia. & sufficit distinctio rõnis: hoc est, alia est ratio quare vocat temperantia: alia quare denominat iustitia. ¶ Cũ secundo argumẽtatur. omnis actus qui fert in aliqua duo/ in vnum tanq̃ in substantiam actus. &c. Ockã quẽ insequitur & ipse abutuntur modo loquendi de circũstãtijs. quia circunstantia ꝓprie actũ circunstat & nõ cadit in rationem obiecti. sed hoc est luctari de nomine. quare loquar vt plures. Veniendo ad rem distinguo illam maiorem. vel in circunstantiam cadentem in rationem obiecti: & sic negatur. vel in circunstantiam circũstantem: & sic conceditur. hic autem obiectum fortitudinis cadit in rationẽ obiecti: sicut obiectum iustitię in vtrũq; partialiter cadit. & sic capiendo concedo q; idem actus numero potest esse temperãtia/fortitudo/& iustitia. Vbi vero dicit illud esse contra omnẽ moralem philosophiam & doctrinã sanctorũ: demiror quare hoc dicat: cum morales loquentes de his materijs vtãtur modo dicendi opposito tanq̃ sibi trito: & sancti vocent martyres fortes. quare volũtarium est propter aliqua sophismata dicere sanctos capere metaphorice terminos. ¶ Tertio argumentatur. Omnis actus qui est circa duo, circa vnum/ tanq̃ circa finem/& circa aliud tanq̃ circa id qđ est ad finem: pertinet ad illud genus virtutis ad quod pertinet actus ille qui est circa finem. vt velle adulteri causa diuitiarum acquirendarũ pertinet ad auaritiam: & velle furari vt intemperate vituatur, ad intemperantiam. Concedo q; pertinet ad illud genꝰ virtutis ad qđ pertinet actus ille qui est circa finẽ: sed non tñ. vt diligo Sortem propter deum eodem actu: quia ille actꝰ realiter est vsus & fruitio. bene tñ volo q; potius denoietur fruitio q̃ vsus tanq̃ a nobiliore vel a principaliore itẽro. sicut Aristoteles dicit de illo qui mœchatur propter lucrũ q; potius est dicendus auarus q̃ mœchus: cum illud principaliter intendat. tamen non sequit quin ille actus realiter sit mœchia & auaritia. quia enim est actus circa venerea partialiter: & non est castitas/est luxuria. & quia cum cõiugata: est mœchia. Non potes habere refugium nisi ad nomẽ fugiẽdo ad causam finalẽ quę denominabit totũ actũ. sed hac via abire neqs vt supra ostẽsum est. Etiã sic nullus actus diceret vsus & fruitio copulatim & copulatiue: cuius oppositum clamat schola communis/saltem ponendo actum vnum, vt Martinꝰ facit cum cõmunem opinionẽ, & rationabiliorẽ sequentibus. Quo fit vt licet quis patiatur ꝓ actu fidei: tamen martyrium non sit actus fidei nisi sit propter denominationem finis. primum enim est actus intellectꝰ: secũdũ vero est actus voluntatis.

¶ Distinctionis Quinquagesimę & Vltimæ Quęstio Prima.

Istictionẽ qn quagesimã & huius Quarti Libri nouissimam duabus dũtaxat quæstionibꝰ absoluemus. Prior est: an damnati in inferno continuo pecabũt. ¶ Pro solutione quęstiõis pono cõclusiões. Quarũ Prima est. damnati hñt mltos malos actꝰ in inferno libere. quę patet: qa elicĩt ex impatientia & cõsummata malitia aliquos actꝰ nõ spectantes ad suã essentialẽ pœnã. sed scđm cõem viã nõ possunt elicere actꝰ bonos nec indifferẽtes: ergo illi sunt mali. Dixi/ secũdũ cõem viã/ ꝓpter illa q̃ in vij. distinctione Secũdi dissero. Insup nõ est verosimile, esto actus nõ malos elicere possint: qn multos malos libere eliciant: ergo cõclusio vera. ¶ Secũda cõclusio. Aliq sunt actꝰ quos de necessitate hñt dãnati in volũtate ex malitia ꝓcedẽtes. ꝓbat: qa nõ possũt remouere oẽm pœnã a se: ergo nec actus illi⁹ pœnę ꝓductiuos. Hoc aũt ex. vij. distĩ. Scđi suppono cũ causa quare ita sit. nã ad bonitatẽ & malitiã ꝓprie dicta (vt cõiter dicimus) regitur libertas. ergo actus beatificus beati de necessitate elicitus. & damnatorius similiter/ nõ esset malus culpabiliter. Et licet aliq dicerẽt facta a demente & ebrio oĩa rõne orbato ex culpa ꝓuia esse im putabilia: difficilius est tñ eis dare analogiã de sensu orbato ex causa meritoria in aliquo qui diceret mereri oppositio modo. ¶ Quicquid sit de noie: ponit Tertia cõclusio. siue actꝰ damnatoꝝ dicant mali/culpę/vel peccata, nõ patient aliquam pœnã inflictã rõne illorũ actuũ. ꝓbat: qa nõ sunt in statu merendi & demerendi: ergo non infligẽt pœna ratiõe quorũcũq; actuũ quos eliciũt. signãter de pœna inflicta loquor: q̃ a culpa distinguit: & eius est reordiatiua p cruciatũ. De pœna eñ acta nõ est ꝓpossibile dare culpã quin suã pœnã habeat annexã, eo modo quo idẽ põt habere se. iuxta illud Augustini. v. Confessionũ. Iussisti dñe & ita est. & quæ sequunt. Secũdo arguit ad idẽ. beati nõ continuo merent nouũ ꝑmium distinctũ a ꝑmio qđ primo die beatitudinis habẽt: ergo nec damnati demerẽtur nouã pœnã infligi. Tertio, dato oppositio sequitur hęc cõclusio quo ad damnatos: infinitã pœnã quilibet damnatꝰ habebit. & alia cõclusio quo ad beatos: infinitum ꝑmium quilibet beatꝰ habebit: capiendo infinitum syncategorematice. ¶ Quarta conclusio. Deus põt iuste infligere pœnã nõe actuũ quos, faciũt. Probat. nã omnis male agens a iusto iudice & misericorde põt puniri. sed dãnati male agunt. igit. Scđo ꝓbat idem. Deus põt facere omne qđ non implicat contradictionem: quia nõ est apud eũ impossibile oĩe verbũ. & semper iuste agit: quia nõ potest flecti cum regula Lesbia ad sinistrum. ¶ Quinta conclusio. Deus magnã misericordiã exhibet damnatis. probat. iuste & cũ misericordia sicut dixit vna probatio conclusiõis præcedentis/potest deus punire male acta dãnatorum: & tñ hoc non facit: ergo in misericordia eos punit. nõ tñ in tali misericordia q̃li in hoc mũdo.

¶ Cõtra primam conclusionem cũ tertia simul arguitur.

Ex eis sequitur q; inæqualiter peccantes æqualiter punientur, contra dicta in distinctione. xlvj. Distinguo. vel in viatore: & sic negatur. vel in illis qui sunt extra viam: & sic concedo/loquendo de pœna inflicta. secus est de pœna acta quæ cum peccato coincidit. Obijcies. ex illo sequitur q; aliquod erit malum impunitũ. solutionem habes ex dictis q; non in viatore: de separato aũt a via & de pœna acta non sequit. Cõtra hoc arguitur. Damnatus punitur pœna vermis: hoc est, habet stimulum conscientiæ de malo perpetrato, eo q; ratione illi⁹ torquetur. sed stimulus ille non extinguit in damnato. igitur. ¶ Respõdebitur primo ad materiã argumenti: deinde ad formam. Quo ad materiam beatus Augustinus. xxj. de ciuitate dei, ca. ix. relinquit sub dubio: an in inferno erunt vermes materiales. rationabilior tñ est illa sentẽtia q; non. quia nulla erunt animalia ꝓter homines post diem iudicij: nec generatio nec corruptio. frustra enim talia fierent: cum amplius nõ sint futuri hoies, ꝓpter quos reliqua creata sunt: iuxta illud psalmographi. Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues & boues &c. psal. viij. & illud scđm physicorum. Nos sumꝰ quodammodo finis omnium. ergo nec erũt vermes. sermo est igit de verme spũali: qui nihil aliud est q̃ remorsus cõscientiæ, tristitiam generans de malo perpetrato: nõ ratione honesti/ sed quia est causa afflictionis. Dicit aũt vermis metaphorice. nã sicut ex putrefactiõe mixti generatur vermis vt in animalium cadauribus: sic ex putredine peccati inest displicẽtia hominẽ spiritualiter corrodens/more corporalis vermis ingratissimi/ suam matrem corrodentis. Magnitudo autẽ istius tristitię ex hoc ostendit: si qs socium probro & contumelia iniuste affecerit: in se postea reuersus dolet. hoc quẽlibet in se experimento cognoscere arbitror. nec damnatꝰ si vellet posset se ab hac tristitia exuere. nam Vermis eorum non morietur: & ignis eorum non extingue tur. Esaiæ vltimo. ¶ Hoc supposito in viatoribus aliquid rationis habentibꝰ: deuenio ad formã argumenti de damnatis: & dico q; multos & varios malos actus eliciunt malorum habituũ genera tiuos: & fortasse istt actus eis placent: & placet eis hos actus elicuisse. quare non est in eis tristitia sequens ad illos actus. quẽadmodum si peruersus i via iniuste dicat alicui iniurias: is nõ dolet: sed potius gaudet & exultat in rebꝰ pessimis. sed nõ põt dęmon etsi vellet/ pœnã vermis secludere: q̃ sequitur ex actibus in via a se elicitis: quia detinetur in sua pœna ratione demeritorũ in quibus decessit.

¶ Contra quartam conclusionẽ arguitur.

Ex ea sequitur q; dives epulo habebit tantam pœnam quantam Lucifer vel Mahumetus. consequens est falsum: & consequẽtia patet: quia infinitam pœnam vterq; habebit: si ponat inesse quod quarta conclusio denotat. ¶ Respõdetur ꝑ propositiones: quarum Prima est. infinitam pœnam quilibet damnatus habebit. quæ probat sic. infinita peccata quilibet damnatus habebit: & pœna respondebit peccato ex hypothesi: ergo infinitam pœnam quilibet damnatꝰ habebit. maior ꝓbatur: quia duo peccata quilibet damnatus habebit/tria/quatuor/& sic in abyssum. igitur. ¶ Secunda ꝓpositio. maiorem pœnam habebit dives epulo q̃ habeat Mahumetꝰ/ immo infinite maiorem. patet ꝑ crementum peccatorum. ¶ Tertia ꝓpositio. sꝑ Mahumetꝰ erit i maiore pœna q̃ dives epu

lo:& tñ infinitā habebit epulo:& nunq̄ Mahumetus erit in pœna infinita. Hęc ꝓpō est lucida: modo ponamus eos ꝓportionabiliter ꝓcedere in peccatis prout decesserunt. ¶Quarta ꝓpositio.infinitam pœnā quilibet damnatus habebit:& tñ i nullo tēpore finito verū erit dicere:hęc pœna est infinita:cuiuscūq; dānati pœnā demōstrādo. ¶Quita ꝓpositio.infinitā pœnā in aliquo die sequente damnat⁹ habebit.q̄ patet per ascensum.& mensuremus diem naturalē vel artificialē p aliud q̄ motum solis,vt p circuitionē sortis beati circa terram semel in.xxiij.horis: vel per motum solis si libet. ¶Cum hac stat hæc sexta propositio.in quolibet die sequente damnatus finitam pœnam habebit. ¶Septima propositio.i toto isto tēpore cui⁹ qui libet dies est futurus/non maiorem pœnam habebit Mahumetus q̄ diues epulo.

